PRAXIS RERUM FORI ECCLESIASTICI, ET VARIAE DECISIONES NEDUM CURIAE...

Giovanni Luigi Riccio

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 G
29
C·26·f·
13-25.a.59
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS RERVM FORI ECCLESIASTICI,

ET VARIÆ DECISIONES

NEDVM CVRIÆ ARCHIEPISCOPALIS NEA-polit. verum etiam aliorum Tribunalium Ecclesiastico-rum eiusdem Regni, Causarum delegatarum, vel ad Consilium auctoris transmissarum.

IN QVA QVICQVID IN CVRIIS ECCLESIA-sticis & sæcularibus frequentius occurrere solet, dilucidè ac succinctè continetur.

Accesserunt multiplicis argumenti quæstiones explicatæ, quarum elenchum octaua pagina indicabit.

Opus sanè non solùm Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Prælatis, verum etiam omnibus Iudicibus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, maximè necessarium.

Auctore

IOAN. ALOYSIO RICCIO VIRO PATRITIO NEAPOLITANO, eiusdem Vrbis Ecclesiæ Canonico.

Conuent.s S.te Marci de scala Vrbis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIAE ALLOBROGVM.

Apud Philippum Albertum.

M. DC. XXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illustrissimo, & Reuerendiss. Domino

D. DECIO CARAFÆ

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO,

Domino suo colendissimo.

SCripsi non ita pridem, Cardinalis Illustriss. multiplicis argumenti Responsa Amicis exigentibus, deq; Iure quærentibus, Varias præterea quæstiones, & controuersias, quæ in Foro hoc Archiepiscopali Neapolitano tractantur, vnàcum consultissimis meis Collegis examinatas, decisas, & definitas. Ea in schedulis dispersa, & veluti in tenebris iacentia eorundem amicorum impulsu in hoc Volumẽ, delectu tamen habito, congesta, ad communem omnium vtilitatẽ, in lucem proferre, & euulgare placuit. Sperant enim illi nostra hæc scripta, qualiacunque illa sint, non omnino ingrata fore Iurisprudentiæ candidatis, iis præsertim, qui forenses causas pertractant. Porrò ea Tibi, Pater Amplissime, inscribenda, eiusque augustissimo nomine cohonestanda, multis sanè de causis duxi. Vt enim omittam singularem beneuolentiam, qua me Amplitudo Tua Illustrissima iampridem prosecuta est, quæ vicissim aliquod obseruantiæ in Te meæ Symbolum exigebat, cui aptius dedicanda illa fuerant, quàm Tibi Antisti Iurisconsultissimo, cuius est de huiusmodi iudicium ferre? in cuius præsertim domo, & Foro pleraque nata, eiusdem quoque iudicij calculo confirmata fuerunt. Addo ea Amplitudini Tuæ Illustriss. iure optimo deberi, cui me totum deuoui, meáque omnia tanquam Patrono optimo, & benemerenti sunt iampridem addicta. Accipe igitur, Cardinalis Amplissime, Opusculum hoc Tibi debitum mente, qua offertur, mole quidem exiguum, sed hypothesi maximum. Accipe, inquam, obseruantiæ in te meæ perpetuum monumentum. Addet profectò, Amplitudo Tua Illustriss. mihi animum ad alia propediem edenda, quæ molior, grauiora, & vberiora. Interim precabor Dei clementiam, vt amplitudinem Tuam Ecclesiæ suæ, nobisque seruulis tuis incolumen, quàm diutissimè præstet.

Amplitudinis Tuæ Illustriss. & Reuerendiss.

Humillimus, & Addictiss. Seruus.

IOAN. ALOYSIVS RICCIVS.

Digitized by Google

HIERONYMVS RICCIVS J. C. Messanensis.

PERILLVSTRI VIRO IOAN. ALOYSIO RICCIO Parthenopæo I. C. Præclarissimo.

LEGIFER Aegypti, vasto, simulatè, smaragdo
Gemmatum (Serapis) condis in astra caput:
Pone tibi Harpocrates, signo formatus alieno est,
Et digito linguam, mutáque labra premit:
Scilicet vt laudum titulis det iura silenti,
Téque Deum tacito quilibet ore colat:
Vt ne diuinis te quisquam laudibus impar,
Audeat, & laudes, quas nequit, ore loqui.
Legifer at fama in templo, mira arte, colossum:
Ex legum gemmis, RICCIVS vnus habet:
Cui ne non meritas celebret vox inscia laudes,
Ipse mihi laurum comprimo, vt Harpocrates.

EIVSDEM.

TActu alijs asper, tantùm mihi mollis Echinus:
Tu contra emollis aspera, Ricci potens:
Armatur iaculis nunquam tangendus inultus:
Te tangens, legum percipit esse Ducem.

Digitized by Google

ALOYSIO RICCIO IVRECONSVLTO NEAP. ECCLES. CANONICO, VIRO PATRITIO, OMNIVM Scientiarum eruditiſſimo,

CAROLVS EIVSDEM ECCLESIÆ CANONICVS.

QVANDO per aërios colleis, per amœna tuebar,
Et ſolum Pindi te iuga ferre gradus:
Obuia facta tibi magna ſunt numina montis;
Hiſq; ſalutatum te coluere ſonis.
Parthenopes ô carus amor, decor ample peritis
Iure, tuo poſitum Marte volumen adeſt;
Quis te poſſe ſequi tua per veſtigia RICCI,
Dixerit, ingenio dum velut ales abis?
Greſſibus alta petis virtutis culmina cœli;
Perge: tuis meritis iam bene creuit honos.
Pugnabit fortuna comes, vis inuida cedit,
Nubet ſponſa tuum ſacra mitella caput.
At num, vir ſapiens, te diſijcit ambitus? an te
Præterit, vt regno ſit ſine tuta quies?

Digitized by Google

CAROLI DE BELLIS V. I. D.

METROPOLITANÆ ECCLESIÆ NEAPOLITANÆ Canonici Cardinalis ad Auctorem.

Τὸν λόγιον, EPIGRAMMA.

DVM petis incertos Aulæ fallacis honores
Sanguine qui clarus, clarus, & arte fores,
Fluxit in obscuris Aulæ tua vita tenebris,
Præmia non virtus, nec tenet vlla labor.
Scilicet Aula tuos, nequiuit concludere partus,
Orbis at ingenij claudet Amicus opes.
J, modo, opus prome, æternum de pectore in Orbem,
Pande tuas soboles, Æthere gratus erit.

Digitized by Google

AVCTOR CANDIDO LECTORI.

IN hisce decisionibus elaborandis, & edendis illud potissimum præ oculis habui, vt plurimorum vtilitati consulerem. quod an sim assecutus, doctiorum esto iudicium. Spero equidem boni consulturos, si qua minus quàm vellent, explicaui. Addent alij, quæ desunt. Quod si quid in eis est, vt dixi, minus aptè explicatum, ignoscant quæso imperitiæ meæ. Homo enim sum, humanum, quod est errare, sæpe & labi, à me alienum nequaquam puto. Si qua verò digna fortasse sunt, laudent Dominum Deum, sine quo nihil posse fieri tam certum est, quàm quod certissimum. Tu interim optime lector, his fruere, dum alia (iuuante Deo) præstantiora tibi propediem degustanda præparantur; mei vero memor esto in orationibus tuis.

JNDEX MATERIARUM QUÆ in hoc opere continentur.

PRaxis alienationis Rerum Ecclesiæ. fol. 1
Titulus Solemnitatis, quæ Assensus Apostolicus nuncupatur. 22
Titulus Commissariorum. 98
Titulus Locationis. 113
Titulus de Emphyteusi. 119
Titulus de Pœnis alienantium bona Ecclesiastica. 134
Praxis Iurispatronatus. 136
Praxis Matrimonialis. 225
Praxis Monitorialium. 268
Praxis Cap. Odoardus de Solut. 287
Praxis Sacramenti Ordinis. 303
Praxis Implorationis Brachij secularis. 329
Praxis Absolutionis à iuramento. 340
Praxis Pœnarum. 355
Praxis Beneficialis. 407
Praxis Cappellaniarum. 429
Praxis Concursus ad Ecclesias Parochiales. 446
Praxis Iudiciorum. 447
Praxis Pensionum. 457
Praxis Testium. 464
Praxis Excommunicationis. 481
Praxis Suspensionis. 494
Praxis Vicariatus Cap. Sede vacante. 500
Praxis Vnionis. 511
Praxis Distributionum Quotidianarum. 522
Praxis Appellationum. 533
Praxis Irregularitatis. 549
Praxis Episcoporum. 566
Praxis Præcedentiarum. 617
Praxis Clericorum. 629
Praxis Visitationis. 656
Praxis Causarum Delegatarum. 662
Praxis Variarum Decisionum. 672
Praxis Regularium, tam Virorum, quàm Mulierum. 689
Praxis Sepulturæ, eiúsque electione. 707
Praxis Criminis Hæresis. 721
Praxis Prætermissarum Decisionum. 734
Praxis Parochorum. 785
Praxis Rerum Quotidianarum. 798
Praxis Imprimendo Omissarum. 801

Digitized by Google

PRAXIS,

SEV COLLECTANEA DECISIONVM ROTALIVM.

IN MATERIA ALIENATIONIS RERVM Ecclesiæ ad mentem extrauagantis, Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac etiam probationis iurispatronatus.

Iuxta dispositionem Concilij Tridentini.

AVCTORE

IOAN. ALOYSIO RICCIO

Patritio Neapolitano.

REGVLÆ.

SVMMARIVM.

Duo sunt necessaria, ad hoc, vt ecclesiasticæ rei alienatio sit valida.

REIECTIS solennitatibus, quæ adhibebantur olim in alienatione rei ecclesiasticæ: hodie verò in praxi duo sunt necessaria, iuxta mentem extrauag. Ambitiosæ, de reb. eccl. non alien. primo causa; secũdo solennitas, Couar. var. resol. libr. 2. c. 17. nu. 2. Molin. de contract. disp. 468. Sarmiẽ. de redditibus, part. 1. c. 2. Caual. dec. 35. nu. 31. & dec. 451. nu. 33. part. 1. Resnerus sing. respon. li. 2. c. 1. Ann. cons. 38. volum. 1. & pluries fuisse decisum in Rot. Lucens. testatur Cornaz. decisio. 74. & dec. 67. & pluries etiam fuisse in Rot. Roman. decisum refert Farinac. dec. 206. 210. & 596. Seraph. dec. 508.

CAVSÆ.

SVMMARIVM.

1 *Euidens in alienationib. rei Ecclesiæ vtilitas requiritur, & ipsa est causa finalis alienationis, nu. 7.*
2 *Quænam dicitur euidens vtilitas.*
3 *Quot modis euidens appellatur, vel non.*
4 *Vtilitas per quem est probanda.*
5 *Quæ sit vera ratio præsumendi vtilitatem, vel damnum.*
6 *Quænam est ratio vt vtilitas euidens per alienantẽ dictum non probetur.*

Digitized by Google

1 PRo causa Summus Pontifex euidentem exigit vtilitatem, & in
2 nostra materia euidens dicitur vtilitas, quæ ita clarè, & manifestè apparet, vt de ea dubitari non possit, Bellam. in c. sine exceptione. 12. quæst. 2. Barb. consi. 40. col. 1. Rolan. consil. 15. volum. 1. Item illa, quæ omnibus patet, Menoch in cap. 2. de verb. sign. Mandos. in nostris terminis loquens in praxi signaturæ gratiæ, si in euidentem, in princ. 2. colu. rub. 98. Neque sufficit vtilitas, sed euidens requiritur, Præp. & Bellam. in cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. Bald. consil. 156. lib. 1. Cassan in consuetud. Burgund. rub. 9. num. 12. respon. 310. Ro-
3 doan. rub. 19 de cau. vtilit. num. 82. & sequ. Tandem euidens dicetur vtilitas, quando bona fuissent aquosa, siluosa, sterilia, inundata, & infructuosa, vt post infinitos tradit Caual. omninò vid. decisi. 45. num. 34. part. 1. Seraph. dec. 29. lib. 1. Copin. decis. 37. qui concludit, tunc dici euidentem vtilitatem, quando maior esset expensa, quàm redditus, si ecclesia illa bona retinere vellet, & insuper dicit considerandam esse vicinitatem bonorum habitationi Rectori Monasterij, vel Ecclesiæ, vt ipsorum vtilitas, vel inutilitas haberi possit, vt voluit pariter Turrecrem. in cap. terrulas 12. q. 2. & Ann. cit. consil. 38. num. 9. vol. 1.

Ampliatur primo, vt euidens Ecclesiæ vtilitas dicatur illa tantummodo, quæ non dubia, sed euidens, clara, & indubitata est, Corn. consi. 243. libro 2. Menoch. consil. 29 libro 2. & fuit decisum in Rota in vna Romana, inualiditatis cēsus, 24. Maij 1591.
* *coram Pamphilio, in qua Domini dixerunt, ex impositione vnius census, vt alter omnino similis extinguatur, non dici ecclesiam effectam melioris conditionis, dicitur enim euidens vtilitas Ecclesiæ, id est manifesta, & notabilis, Prob. in c. vnico, de cleric. non resid. in 6. & proinde modica vtilitas ecclesiæ pro nihilo reputanda. Bald. dec. 22.

Amplia secundo, vt non dicetur euidens ecclesiæ vtilitas, cum dantur in emphyteusim bona pro eodem pretio, quo æstimata fuerint, & ob id alienari non possunt, Caual. cit. dec. 45. num. 36. vbi concludit, quòd debet esse pretium maius, vel aliquid ecclesiæ donari, & quod conditio debet esse melior, quam antea: Barb. consil. 12. num. 20. & in specie Marian. Canis in suo consil. vni. adiecto post Dec. Caual. part. 1. Hinc voluit Imola in c. ad aures tit. nostro, non sufficere, quod detur æquiualēs pretium, quia alienatio erit ecclesiæ damnosa, ex quo vtili dominio priuatur: vt fuit in Rot. resolutum in vna Roman. bonorum, 12. Decembris
* 1599. * coram Cantuccio: & data re æquiualente ecclesiæ, non dicitur constare de vtilitate, sed de damno: vt post Dec. in consil. 142. tradit Rodoan. loco cit. num. 173. Rimin. Iun. consil. 233. lib. 3. Immò res ecclesiæ, quæ alienatur ex causa vtilitatis, debet esse inutilis, non solum re, sed etiam spe, vt post Bald. consil. 156. num. 1. lib. 1. tradit Caual. dec. 46. num. 26. par. 1.

Ampliatur tertio, vt non possit probari euidens ecclesiæ vtilitas, nec bona ipsius alienari, quando adsunt fructus pro satisfactione, nam licet Prælatus possit fructus ecclesiæ pro se retinere, hoc procedit quando nō subest necessitas alienandi, alias debet ex fructibus, si potest, prouidere, Soc. consi. 29 libro 1. post Abb. in cap. nulli, tit. nostro, & fuit decisum in Rot. Roman. in vna Auximana bonorum, primo Februarij 1580. &

in vna

in vna Placentina bonorum primo
* Nouembris 1580. * coram Seraphino.

Amplia quarto, vt in alienatione rerum ecclesiæ, & gratia, si in euidentem, vel confirmatione Apostolica, Summus Pont. nihil aliud intendat, nisi euidentem ecclesiæ vtilitatem; ideo confirmatio non dicitur subreptitia, si narretur terras, nunc esse ad culturam redactas, quæ multò antea cultæ fuerunt; sufficit enim adesse vtilitatem euidentem, quæ est causa finalis; & ita fuit decisum in Rota
* Rom. domus, 2. Nouembris 1588. * coram Bubalo, & iterum in dicta Auximana.

Amplia quinto, vt huiusmodi euidentia debeat constare aliter, quã per publicam scripturam, Anch. in clem. 14. not. titul. nostro, Rodoan. eiusdem nominis tractatus, rubric. 19. numer. 130. Immò licet Commissarij declarauerint cessisse in euidentem ecclesiæ vtilitatem, & pro ipsis præsumeretur, tamen poterit probari contrarium, vti tradunt Inn. in capit. dudum, tit. nostro, Gemin. in cap. sine exceptione 22. q. 2. Panorm. consil. 41. lib. 1. Dec. consil. 133. & 142. Iaso. consi. 55. libro 1. Gem. consil. 48. & la-
4 tissimè Rim. Iun. consi. 233. volumine 3. Hæcque vtilitas ecclesiæ, nedum non præsumitur, sed est probanda per eum, qui in illa se fundat, & sic per concessionarium, ita Scarlat. inter quæst. Anch. 53. num. 3. Rebuff. in suo tract. num. 75. & Caual. d. decisi. 46. num. 14. part. 1. & Ann. cit. consil. num. 29. & licet præsumatur pro decreto, non tamen præsumitur, quod adsit euidens vtilitas, vt in specie tradit Borgn. decisi. 45. num. 12. maximè quando non apparet, quod præcesserit causæ cognitio, Canis citat. tract. nu. 281. & ratio est, quia quan-
5 do integralis forma non est seruata, non præsumitur vtilitas ecclesiæ, sed damnum, ita post Bald. in l. quicunque, Cod. de ser. fugit. tradit Auendan. de exequen. mand. part. 1. c. 4. n. 31. Subamplia, vt nec euidens vtilitas probetur per alienantium assertionem, Fed. de Sen. consil. 224. Rebuff. de alien. nu. 75. Bart. in l. si fortè, ff. de castr. pecul. & fuit decisum in Rota in vna Auersana tenimenti. 7. Iunij
* 1591. * coram Lācellotto. Ratio, quia
6 vtilitas in præsenti materia, nedum debet esse euidens, sed euidenter probari, vt fuisse decisum testatur Polid. Ripa dec. 394. & nedum exigitur vtilitas positiua, sed etiam abnegatiua, idem in dec. 395.

7 Amplia sexto, vt euidens vtilitas dicitur causa finalis alienationis bonorum ecclesiæ, & subreptio, quæ circa ipsam causam versatur tantum attenditur. Seraphin. decisi. 508. Non tamen dicetur causa sufficiens alienationis bonorum ecclesiæ ex eo, quòd domus sit ruinosa, si cum parua impensa reparari potest. Rot. in v-
* na Romana domus, 16. Febr. 1604. * coram Seraphino, vt patet in eius dec. 1490.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas ecclesiæ, tempore contractus alienationis factæ est consideranda.*
2 *Tempus calamitosum quale sit.*
3 *Alienatio facta tempore belli an valeat.*
4 *Quod tempus in contractu emphyteutico attenditur.*
5 *Perfectio scripturæ quando dicatur.*

Vtilitas ecclesiæ in alienatione, quo tempore sit attendenda.

DECISIO I.

Respondetur, vtilitatem, iuxta communem, & magis receptam

Digitized by Google

ſententiam eſſe conſiderandam tempore contractus alienationis factæ, vt tradunt DD. in l. 2. vbi Cagnolus numero 213. C. de reſcind. vend. Calder. conſil. 5. de rer. permut. Ruin. cõſil. 35. in fin. libro 1. facit cap. ad aures, vbi Glo. Io. And. & alij tit. noſtro. & in cap. cum dilecti, de empt. & vend. Rebuff. in ſuo tract. numer. 75. Paris. conſil. 24. volu. 4. qui alios adducit, per text. in l. ſi voluntate, Cod. de reſcind. vendit. & fuit deciſum in Rota in vna Anchonitana terrarum 13. * Iunij 1578. * coram Seraphino, & in vna Romana caſalis, 6. Aprilis 1576. coram Cantuccio, vt in deciſi. diuer. 18. part. 2. & in vna Bonon. bonorum * 16. Iunij 1595. coram Millino, * & in eandem 27. Maij 1596. coram Arrigonio, Guido Pap. dec. 150.

2 Intellige primo, vt intelligatur de tempore regulari, & ordinario, ſecus ſi tempus ſit calamitoſum, vt peſtis, vel belli, quo res minoris valebat, l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. Caſtren. conſil. 109. col. 1. ver. nec obſtat, lib. 1. Imol. Alex. & Hercul. in d. l. pretia rerum, in vltim. not. Aret. in §. ſi quis agens, num. 1. & 4. vbi Iaſ. num. 6. de action. & fuit deciſum in Rota in vna Romana caſalis Turicellæ, 20. Maij, * & 28. Iunij 1578. * coram Cantuccio, vt in dec. diuer. 65. num. 7. & 8. & 78. par. 2.

3 Vnde non ſuſtinetur alienatio facta de tempore belli, quo eccleſia parum percipiebat, Cuma in d. l. pretia rerum, num. 5. Affl. deciſio. 87. num. 3. Gram. deciſ. 76. num. 13. Carroc. deciſi. 29. Rot. diuer. deciſ. 65. nu. 5. par. 1. & fuit dictum in vna Papien. * fructuum, 1. Iunij 1578. * coram Bubalo, & in Papienſ. bonorum 23. Ianuarij coram Blanchetto; declara hoc procedere, quando alienatio eſt facta inſpecto valore de tempore belli ſecus ſi pretio, quo ante bellum currebat, vt fuit dictum in cauſa Romana domus in Burgo 30. Martij * 1590. coram Mantica. *

4 Limita ſecundo, non procedere in contractu emphyteutico, in quo non tempus contractus, ſed confectæ ſcripturæ attendi debet, vt fuit dictum in vna Anchonitana : . . . . coram Seraphino; ſiquidem contractus emphyteuticus requirit ſcripturam, Iaſ. in l. 1. C. de iur. emph. Affl. deciſi. 72. per l. contractus, C. de de inſtrum. & perfectio tunc dicitur, 5 quando redigitur in inſtrumentum, Theſau. dec. Pedem. 197. Anton. Fab. deciſ. 15. C. de fide inſtr. & ideo ſufficit verificare, quòd eo tempore euidens adfuerit vtilitas, nam attendi debet tempus, quò actus perficitur. Bal. in l ſi quis eum, §. ſi ſuo, in 3. not. ff. de vulg. & pupill.

SVMMARIVM.

1 *Emptor de conuerſione pretij rei alienatæ propter vtilitatem eccleſiæ euidentem docere non tenetur, maximè quando pretium fuit actualiter depoſitatum, & quomodo dicatur depoſitum actuale factum, nu. ſequent.*

3 *Emptor tenetur probare, pecuniam eſſe verſam in cauſa expreſſa, quando alienatio eſt facta vrgente neceſſitate, quid in mutuo, & depoſito vide nu. 5. & 6.*

4 *Alienatio facta pro cenſu extinguendo, dicitur facta cauſa vtilitatis, non autem neceſſitatis.*

7 *Emptor in venditione facta pro ſoluendis eccleſiæ debitis, tenetur probare, pecuniam eſſe verſam in eccleſiæ vtilitatem, ac etiam quando contractus eſt initus cum non habente mandatum ab eccleſia, numer. ſequen.*

Ad

An emens rem eccl. cum euidenti vtilitate, teneatur probare pecuniam versam in ecclesiæ vtilitatem.

DECIS. II.

1 COmmunis est sententia D.D. in
cap.1.de depos.quod emptor de
conuersione pretij rei alienatæ pro-
pter ecclesiæ vtilitatem,nullo modo
docere tenetur,Det.consi.36.nu.8.&
330.n.3.Crot.cons.4.n.6.libr.1. Aret.
in l.ciuitas,n.6.ff.si cer.pet.Menoch.
cons.375.num.12. lib.4. Rot.in causa
Anchonitana terrarum,13.Iunij 1578.
† coram Seraphino; Romana deuolu-
tionis domus de Piccionibus , 17.
† Nouembris 1581. † coram Rubeo, vt
patet in decisi.162.li.2. Pisana bono-
rum,8. *Aprilis* 1585. coram Vicomite,
Auximana bonorum, 13. Maij 1585.
† coram Rubeo , & in eadem 15. No-
uembris coram Robusterio. Volate-
rana bonorum,28. Nouembris 1596.
coram Blanchetto, Romana casalis,
† 7.Iun.1591.† coram Gipsio. Florenti-
na bonorum , 7. Maij 1590. coram
Pamphilio,Romana casalis 21. Maij
† 1595. † coram Seraphino : & iterum
Rot.in vna Rom. census de Romu-
† *lis*,18.Iunij 1599.† coram Penia,& fa-
cit doctr.Molin.de Hisp.primog.lib.
4.c.4.à n.20. vsque ad 24.secundum
quod refert Gratian.li.1. discept. fo-
rens.c.45.n.35.

Amplia, si pretium fuit actualiter
depositatum, Det.cons.36.numer. 8.
Rot. in causa Anchonitana bono-
rum, 13. Nouembr.1577. & 13. Iunij
† sup.d.1578. † coram Seraphino, Flo-
† rentina casalis.7. Maij 1590. † coram
2 Pamphilio: & quomodo dicatur fa-
ctum actuale depositum , vide in
Romana census, 27. Iunij 1590.& 26.
† Ianuarij 1591. † coram Bubalo , Ro-
mana casalis, 7. Iunij 1592.coram Gi-
psio,& Romana casalis.21.Maij 1593.
† coram Seraphino.

3 Limita , & primo conclusionem
principalem procedere in alienatio-
ne facta ex causa vtilitatis , secus in
ea , quæ fit necessitatis causa , quia
tunc emptor tenetur probare pecu-
niam versam in causa expressa, Inno.
num.10. Ant.de Butrig.nu.4.in c.1.de
pos.Abb.in ca. quod quibusdam, de
fideiussor. Anto.de Rodulf.in c. sine
exceptione,nu.168.12.q.2.Rebuff. in
suo tract.nu. 40. Bal.in Auth.hoc ius
porrectum,nu.7.& Cast.num.5.& 8.
C.de sacrosan.eccl.Couar. var. resol.
lib.2.cap.17.num.3. Rota in d.Rom.
† census, 29. Ianuarij 1591. coram Bu-
4 balo , vbi , quod alienatio facta pro
extinguendo censu , dicitur causa v-
tilitatis facta , non autem necessita-
tis.

5 Limita secundo in deposito, Bu-
trig.in d.c.1. col. 4. vers. fallit secun-
do.vbi alij de deposito, Bartol. in d.
Auth.hoc ius porrectum, nu.14.& i-
bi Bald.nu.7.& Castr.iisdem numer.
Aret.in d.l.ciuitas,numer.8.ff.si cert.
pet.& ita practicari,voluit Balb.dec.
22.& Rota in causa Auximana bo-
† norum , 13. Maij 1585. † coram Ru-
beo.

6 Limita tertio in mutuo,Butrig. in
d.ca.1.col.4.d.ver. ac Bartol. Bald.&
Cast. ac Aret.in locis paulò ante cita-
tis,Rebuff. de alien. rerum ecclesiæ,
nu. 38. & Rota in causa Anchonita-
† na terrarum, 13. Iunij 1578. † coram
Seraphino, d. Auximana bonorum,
23.Maij.

7 Limita quarto in venditione facta
pro soluendis debitis Ecclesiæ, Inn.
in d.capite 1.vers.vel forte de depos.
Abb. in d.cap. quod quibusdam, de
Rodulf.cit. cap. sine exceptione nu.
168. Bald.Castrens. Aret. locis cit. &
Rebuff.d.tract. num.4. Couar.loco

cit. nu.3. Rota in dicta Anchonitana
† terrarum 13. Iunij 1578. † coram Sera-
phino, Auximana bonorum 13. Maij
† 1585. † coram Rubeo, Romana cen-
sus 23. Ianuarij 1591. coram Bubalo,
& vide in eadem 23. Iunij 1590.
† coram eodem.

Sublimita nisi aliter sit conuentũ, Rota in d. Rom. census 23. Ianuarij
† 1591. † coram Bubalo. Item limita. quando contractus initur cum particulari de Ecclesia non habente administrationem, vel mandatum, Butrig. in d. c. 1. & latè Gratian. lib. 2. discept. forens. c. 45.

SVMMARIVM.

1 *Confessio Prælati sola vtilitatem non probat, nisi concurrentibus coniecturis, & quæ dicantur coniecturæ in hac materia.*

2 *An probatio cum Prælati confessione per coniecturas sit sufficiens, vt intelligatur pretium fuisse versum in Ecclesiæ vtilitatem.*

Pretium fuisse conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, quomodo probetur.

DECIS. III.

PRobatur coniecturis, concurrente Prælati confessione, Bart. & alij in l. Ciuitas ff. si cert. pet. vbi Aret. sub nu. 4. idem Bartol. in Auth. hoc ius porrectum nu. 17. vbi Bald. num. 8. C. de sac. san. eccl. Nat. cons. 545. nu. 20. Bald. in l. 1. in fin. C. si aduer. cred. Rimin. colu. fin. vers. Ex quo colligitur, Dec. n. 10. Alciat. num. 6. ff. si cert. pet. in d. l. si Ciuitas, Castr. consi. 338. n. 2. li. 1. Menoch. consi. 375. nu. 12. lib. 4. & de arbitrariis casu 432. n. 33. li. 2. vbi ponit coniecturas. Rota in causa Romana deuolutionis domus de Piccionibus 17. Nouembris 1581. & 12.
† Februarij 1582. † coram Rubeo, vt patet in dec. 162. & 38. li. 2. & Roma-
† na Casalis Palazzotti 29. Maij 1587. †
coram Robusterio.

1 Addo, quod sola Prælati confessio non probat versionem in causa expressa absque adminiculis, Bald. in d. Auth. hoc ius, & in consil. 90. volu. 1. Card. in clem. 1. q. 39 de reb. eccl. non alien. Bald. in l. si seruo C. quod cum eo, Mynsing. cons. 30. nu. 13. & seq. & ita practicatur; hinc Rota in causa Rom. de Piccionibus 12. Februarij
† 1582. † coram Rubeo, & facit decisio. 258. lib. 1. diuer.

Inter coniecturas, optima est, quæ resultat ex antiquitate tẽporis Crau. de antiq. temp. par. 2. cap. 17. num. 13. & Iacob Thoming. decisio. 22 Item quod negotium fuit tractatum corã generali ordinis, quod sufficere videtur, vbi concurrit debitum præexistens, & sequens debiti solutio, vt Bart. Bald. & reliqui locis citat. Item plures solutiones factæ debiti, quæ non multum distant à summa iusti pretij, & ita dictum fuit in Rota Rom. in d. deuolutionis domus 12.
† Februarij 1582. † coram Rubeo, sed
2 Rebuff. de alienat. n. 41. asserit communem esse opinionem authoritate Socc. fratris in consil. 15. volu. 1. quod non sufficit probare per coniecturas. puta, quod tempore contractus mutui, Ecclesia indigebat, sed realiter probari debet verum; eius opinio intelligitur de friuolis coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Diuturnitas temporis efficit, vt omnia præsumantur solleniter acta.*

2 *Diuturnitas temporis non sufficit, & quare.*

3 *Quæ requirantur ad præsumendum decretum commissariorum interuenisse in alienatione rei Ecclesiæ.*

An

An ex temporis diuturnitate præsumatur interuenisse decretum commissariorum.

DECIS. IV.

POnatur casus, quod appareat de supplicatione, & petitione prædicti assensus Apostolici, ac de commissione facta à Papa delegatis ad confirmãdam si in euidenti, &c. & de ipsa confirmatione seu commissariorum decreto subsecuto non constet, num ex temporis diuturnitate illud interuenisse sit præsumendum.

1 Pro interuentu decreti facit, quia ex diuturnitate tẽporis omnia præsumuntur sollemniter acta, vt est communis opinio secundum Dec. & alios in l.1.C.qui admitt.Iaso.post alios in l.sciendum ff.de verb. oblig. Corn.consi.284.vol.4.Bal.consi. 511. col.2 vol.2. vbi consuluit, alienationem bonorum Ecclesiæ præsumi sollemniter factam ob temporis diuturnitatem, & quasi possessionem, Gram.decisio.90.Cacher. decisi. 74. Grass.consi.2.tit.nostro vol. 2. sequitur Menoch.cons.90.num.30. & seq. vol.1.

Quidquid tamen præfati dicant, ego in facti contingentia iudicatem contrarium, nempe, quod nisi appareat omnia contenta, & mandata per Papam in huiusmodi rescriptis Apostolicis commissis iudicibus delegatis per ipsos ferè fuisse executa.
4 ad illa præsumenda temporis diuturnitas non sufficiat, quia talis præsumptio non est iuris, & de iure, ideò contra ipsam probatio in contrarium admittitur, Butr. Abb. & reliqui in c. quoniam contra de probat. Rursus requiritur, vt cum diuturnitate temporis interueniat scientia, & patientia illius, qui consentire debeat, ita declarat Alexand.consi. 213. volu.6.& consil.17. col fin. consi.fin. vol.4.consil.94.vol.2.Ias.consil. 176. vol.2.Barbat.consi.35 volu.2. Immò esset maxima præsumptio secundum Quaran. quod commissarij noluissent decretum interponere, eò quod non inuenissent exposita in supplicatione verificari; verum secundum eundem; vbi cum temporis curriculo concurreret etiam iustitia contra- 3
ctus,& euidẽs Ecclesiæ vtilitas, continuatio possessionis cum canonis solutione, scientia, & patientia cuiuslibet rectoris successoris aliter esset respondendum.

SVMMARIVM.

1 *Res semel alienata cum requisitis perpetuo alienabilis absque sollemnitate efficitur.*

2 *Tempus, quo fit alienatio est inspiciẽdum, & quid in noua rei emphyteuticæ concessione.*

Euidens Ecclesiæ vtilitas in alienatione rei solitę alienari, quo tempore inspiciatur.

DECIS. V.

1 QVamuis res semel alienata cum sollemnitate, efficiatur perpetuò absque solemnitate alienabilis, Garz.qui plures allegat dec. 100. vtilitas euidens tamen semper, & quocunque tempore exigitur, siue requiritur ex decisi. Rauden.23.& proptereà in præsentiarum quæstionis est, quo tempore inspiciatur; Nonnulli tenent inspici tempus, quo fit alienatio, non autem, quo cœpit res alienari primo loco, & hi sunt Rubin.decisi.57.volum.1. Ioan. Gall. decisio.29.diuers. Franc. Rot.diuers.

decis.582.part.1.in princip.per text.in extrauag.ambitiosæ,& ca.2. de feud. Cæsar de Grass.decisi. 4. de locat.vbi refert fuisse decisum in noua concessione rei emphyteuticæ debere adesse euidentem Ecclesiæ vtilitatem tẽpore vltimæ concessionis, seu nouæ, & non sufficere adfuisse in antiqua concessione, & ita pluries fuisse decisum in Rota testatur idem de Gras. dec.5.de reb.eccl. non alie.& fuit dictum in causa nullius Castri montis 9.Maij 1580.coram Brauo, & Romana domus 29. Nouembris 1587.† coram Blanchetto.

2 Declara illud procedere,quando prima causa concessionis cessat, secus verò, quando illa duraret, vt declarat Abb.in c.vt super n.11.vers. ego crederem,de reb.eccl.non alien. Cæsar de Grass.dec.4.nu.17. & seq.titul. nostro Balb.dec.29 nu.15.

SVMMARIVM.

1 *Citandus est rector in rei Ecclesiæ alienatione,& quid si esset præsens n. seq.& quid si ipse Summo Pontifici supplicaret,n.4.*

2 *Iudex habens potestatem extraiudicialiter se informandi, rectorem citare non tenetur.*

An in alienatione rei Ecclesiæ si in euidentem rectoris alienantis citatio requiratur.

DECIS VI.

1 RESpondetur, rectorem alienantem citari necesse esse, licet non comparuerit, & fuerit indefensus Rot.in causa Rom. Casalis 26. Maij 1567. † coram Oradino, & facit decisi.95.lib.2. diuer. & iterum Rota in causa Corneri rescissionis cõtractus 16.Ianuarij 1560.† coram Orano,& in vna Rom.alienationis 27.Febr.1587. coram Blanchetto.

2 Limita primo,vbi rector esset præsens,quia tunc citandus non est, Ias. qui dicit communem in rub. ff.de in ius vocan. Bald. in cap. fi. de dol. & contum. Bar.in l.quid ego §. denunciasse ff. de adult. quod procedit etiam, si citatio pro forma requireretur Ias.in l.1.nu.75. ff. de lib. & posth. licet præsens in iudicio præsumatur, quod fuerit citatus, Balb. decisi.504. Gabriel.de citat.conclus.1. num. 396. Rota in causa Anchonitana bonorum 2.Martij 1584. † coram Bubalo, Auximana bonorum 3. Maij 1585. † coram Rubeo.

3 Limita secundo, quando Iudex commissarius,potest se extraiudicialiter informare,Abb.consil.41. num. 1.vers.ex quibus verbis lib.1.Fel. consil.13.numer.7.& sequ.Monal.consil. 122.lib.2. Rot.in causa Rom.domorum 20.Maij 1580. † coram Lancellotto.

4 Limita tertio, quando rector supplicaret Papæ,Paris.consi.111. numer. 10.volum.4. Rota in causa Casalis 6. Martij 1567.† coram Oradino, Romana domorum 20. Maij 1580. coram Lancellotto, Cortonensis rescissionis contractus 26. Ianuarij 1590. † coram Orano,& in decision. quotid.95.libr. 2. Amplia hanc limitationem procedere, etiam si adesset clausula vocatis vocandis, quia intelligitur de aliis,quam de ipso rectore, qui essent vocandi, Rota in dicta Romana domorum 20. Maij 1580. † coram Lancellotto, & dict. Cortonen.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis contractus rei Ecclesiæ initus in eius vtilitatem absque solemni*

sollemnitatibus tenet, & quare nu. seq.

3 *Contraria opinio est magis recepta, & quare, etiam si fit ex necessitate æris alieni soluendi.*

4 *Emptor tuta conscientia res Ecclesiæ absque sollemnitatibus alienatas in euidenti vtilitate detinere potest, donec contractus in foro exteriori ob defectum sollemnitatum cassetur.*

5 *Nullitas contractus à quo allegari debet.*

Contractus in Ecclesiæ vtilitatem initus non seruatis sollemnitatibus, an substineatur.

DECIS. VII.

1 RESpondetur in hac quæstione duas reperiri DD. sententias; prima est affirmantium, inter quos sunt Dec. in c. 1. prima lect. num. 71. de cōstit. & ibi addentes in verbo contentiosa, & in cap. quæ in ecclesiarum nu. 28. ritu nostro, Rebuff. eiusdem nominis tractatus n. 34. Rodoan. q. 20. & 51. c. 7. Nauar. in com. sub num. 17. Ant. Gabriel alios cumulans lib. 3. comm. opin. tit. de reb. eccles. non alien. conclus. 1. Mascard. de probat. conclus. 75. referens hanc esse magis communem, & veriorem opinionem, Afflict. in constit. diuæ memoriæ nu. 66.

Contrariam tamen opinionem tenuerunt Sarment. de reddit. eccles. par. 1. c. 23. & 24. Rauden. de Anolog. cap. 38.

2 Primæ opinionis fundamentum est, quia in casu illo interuenit finis seu effectus ad quem respiciunt iura, sollennitates requirentia in alienatione rei ecclesiæ, cum sint inuentæ ad euitandas deceptiones Rebuf. consi. 19. num. 13. & consil. 10. & 11. nu. 9. & seq. post Alber. Brun. in tract. de form. & sollen. act. Rub. de cau. & sollen. ob cuius rationis efficaciam eandem opinionem tenuit Roder. tom. 1. q. regul. quæst. 27. art. 9.

5 Verum quid præfati DD. asseruerunt; hodie in praxi contraria seruatur opinio & ita in iudicando teneas, & 2. illam iudicauit Cons. Neapol. testatur de Franch. dec. 35. cuius ratio est, quia alienatio rei ecclesiæ duo copulatiua requirit, vt valeat, nempe causam, & sollemnitatem Magon. decisi. 69. nu. 4. Rot. Florent. Guid. Pap. decision. 149. Ioseph. Lud. dec. 93. Rot. Perus. Caual. dec. 16. nu. 27. & sequent. de contract. lib. 1. tit. 3. arrest. 13. nec vnum sine alio sufficit, vt tenuit Rota in vna Placen. bonorum 7. April. 1581. † coram Seraphino, & Rom. deuolutionis 28. Maij 1582. † coram Rub. & in Pisania bonorum 30. Decembris 1584. coram Cantuccio, & in sabbien. siluæ 19. Decembris 1588. † coram Seraphino, & in Senen. præd. 8. Octobris 1584. coram Pamphilio; Romana in validitatis census 24. Maij 1591. coram † eodem, Mediolan. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1597. † eodem & Mediolanensis bonorum 7. Februarij, & tandem Missinge: cons. 30. n. 35. & seq. hinc fit vt alienatio rei ecclesiasticæ facta absque sollennitate inualida est, & reuocanda; Farinac. in collect. decisi. 203. licet facta sit ex necessitate soluendi æris alieni idem cit. decisio. Balb. decisio. 21. & decisi. 210.

4 Declara primo quod licet defuerint solennitates iuris positiui, dummodo iusta causa interuenerit, tuta conscientia poterit quis res ecclesiæ detinere, donec contractus in foro exteriori cassetur ob defectum sollennitatuum, vt præter Sarm.

voluerunt etiam Abb.in capitul.1.in fin. de restitut. in integr. Nauar. in Comm.de spol.cler. §.2. sub numer. 6.Rodoan. quæstion. 46. numer. 4. & sequent.& Rodri. d. quæst. 7. art. 210.

Declara secundo quod ita demum talis contractus erit nullus,vel validus si ecclesia in cuius fauorem solennitates sunt introductæ, hoc vellet, eique placebit, adeò, quod hæc nullitas non possit ab alio allegari,quam ab ipsa ecclesia.Inno. cuius dictum sequuntur Host.& Zabarell. aliique in cap.1. in princ. de iis quæ fiunt à præl.sin.cons.cap.Panor. in c. diuersis fallaciis num. 7. de cleric.coniug. Dec. in cap.quæ in ecclesiarum num.301.in fin. de const.Rot. Roman.in decisi.diuer.133.num.11.& seq.volu.2.& 262.numer.9. pag.1.ita quod ipsa volente stare contractui non potest eius aduersarius dicere contractum nullum, Menoch. alios allegans in add. ad cas. 172. num.62. & infra Card.Puteus decisi.310.lib.1. & 365.num.5.lib. 2. & fuit dictum in vna Perul. rescissionis contractus, † 24. Februarij & 18. Maij 1588. † coram Blanchetto; Rom. domus 4. † Decembris 1592. † coram Mantica; Rom.census 10.Decembris 1590. coram Mellino, Vissibonens.nullitatis † locationis 1.Iulij 1596. † coram Pamphilio, & ad materiam præsentis limit.vide Amod. à Pontif.in Comm. ad titulum qui feud.dar.potest.num. 148.

SVMMARIVM.

1 *In dubio pro decreto commissariorum præsumitur.*

2 *Probatio in contrarium aliquando admittitur, & quomodo probatur vsque ad finem.*

An contra Decretum commissariorum admittatur probatio in contrarium.

DECIS. VIII.

1 Licet in dubio præsumatur pro commissariorum decreto, & sic quod euidens fuerit vtilitas arg. tex. in l.herennius §.caia &quod ibi notatur ff.de euict.Curt.consil.23. Mohe.decisi.12.de sen. & re iudic. Balb. decis. 21. & fuisse decis. testatur Seraph.decisi.1073. limitatur multis de

2 modis, & Primo vt possit probari contrarium eius, quod ipsi firmauerunt circa euidentem vtilitatem Inn. in c. dudum tit. nostro Gem. in cap. sine exceptione,12. q.2. Abb. consil. 41.vol.1.Dec.cons.142.133.Ias. consil. 155.vol.1.Gemin.consi.48. Riminald. Iunij consi.233.numer.120.Rodoan. de cau.vtilitatis nu.162. Rota diuers. decis.178.numer. 3. vol.2. præsertim, quando istud contrarium ostenditur ex actorum inspectione,Alcia.de præsum.10.lim.4.

Volens verò probare contrarium oneratur grauissima probatione, ita vt requiratur probatio valde clara per testes valde graues Alex. de Neuo consi.30.num.3.Rot.diuers.decis. 21.vol.2.

Limita secundò, quando apparet,quod non fuerit formæ congruitas seruata, quia tunc pro decreto non præsumitur Bald. in l. quicunque cap.de bon.quæ lib.& in consi. 23.volu.1.Ias.cons.122.volum.3.Ann. cons.38 num.31.vol.1.Auend. de exequen.Mand.par.1.c.1.

Limita tertio quando dubitatur si præcesserit causæ cognitio; quia si de causa non est maturè cognitum, sed per nimiam accelerationem ad decreti interpositionem est deuentum

rum, tunc probatio in contrarium admittitur. Simoncel. in tract. decret.lib.3.tit.7.inspect.3.nu. 47. cum aliis quos cumulat Menoch. consil. 30.vol.1.& in tract. de præsum. lib.2. præsum.75.nu.35.

SVMMARIVM.

1 *Inutilitas seu defectus ab Ecclesia, non autem ab alio est alleganda.*

2 *Quid si actio esset popularis, & quid si ante actum consumatum, & etiam, quando ecclesia dicit, quod pro parte valeat, & pro parte non.*

An defectus euidentis vtilitatis in alienatione rei ecclesiæ poterit à Tertio allegari.

DECIS. IX.

DEfectus solennitatis, atque euidentis vtilitatis non potest ab alio, quam ab ecclesia allegari, ex latè traditis per Abb. in c. diuersis fallaciis nu.5.de cler.coniug.Felin.in c. ad nostram nu.13.& sequ. de iure iuran. Ruin.consi.33.numer. 31.libr.1.Crot. consi.119.num.7.Corn.consi.121. vol. 2.Rodoan.q.47.& 58. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna locationis
† 4.Decembr. 1592. † coram Mantica, & iterum per Seraph.dec.374.

Amplia, vt nec conductor rei ecclesiasticæ ad euitãdam solutionem pensionis possit excipere requirenda in alienatione defecisse, Innoc. Abb. & reliqui in cap.1.de his, quæ fiunt à prælat.absque consil.cap.Det.in cap. quæ in ecclesiarum 5.not. de constit. Iasin l.2. col.4.vers. vnum tamen C. de iur. emphyt. faciunt notata pro Glo.& Bart.in l. cum hi §. eam transactionem ff.de transact.Bald.in l.neque C.de contrah.stipul.& in l. contra ff.de pact.Iaso.in l. non eo minus vers. istam regulam C. de procur. & fuit resolutum in Rot. in vna locationis, vt refert Crescen.decisio.1. de locat.

2 Limita primo in casu vbi actio esset popularis, quia tunc quilibet agere potest l.1.ff.de Actio.popul.& fuit resolutum in Rot.Rom. in vna oxomen. translationis pensionis 26. O-
† ctobris 1592. † coram Mantica.

Limita secundo antè actum consummatum, quia tunc potest opponi defectus solemnitatis, etiam inuita ecclesia Tiraqu.de leg.connub. glos. 8. numero 88. cum aliis per Pinellum in l.1.par.3.num.32.vers. hæc tamen C.de bonis, quæ lib.Balb. decisio.25.

Limita tertiò quando ecclesia vellet pro parte valere, & pro parte dicere nullum, quia non potest ex latè congestis per Couar.var.resolut. lib.2.cap.16.sub num.5.Alex.cons.21. vol.1.Alciat.consil. 17. & fuit resolutum in Rota in vna placentina de-
† cimarum 2. Iunij 1586. † coram Bubalo.

SVMMARIVM.

1 *Tria inter alia in considerando valore rei ecclesiasticæ sunt attendenda.*

Quæ attendenda sint in considerando valore rei ecclesiæ.

DECIS. X.

1 IN considerando valore rei ecclesiæ, ad hoc vt inspiciatur an alienatio sit vtilis; habenda est prima ratio pacti, quod melioramenta deuoluantur finita linea, quia cum hoc pactum respiciat commodum alienantis, est pars pretij l. fundi par-

Digitized by Google

rem ff. de contrah. empt. Tiraqu. de retract. §.1. glo. 18. num. 38. & 68. Rota in causa Bononien. de Pipinis 20.
† Maij 1578. † coram de Grassis, vt patet in decisio. 136. alias 5. numero 3. de reb. eccles. non alien. & iterum in vna Roman. deuolutionis domorum
† 26. Maij 1590. † coram Pamphilio.

Limita, si bona nunquam ad ecclesiam essent reuersura, vt quia locatio esset facta in perpetuum pro quibuscunque hæredibus, quia tunc pactum illud nullam respicit alienantis vtilitatem Dec. consi. 142. sub nu. 5. vers. non obstat, Cor. consi. 222. vol. 2. Monaldus consi. 121. vol. 1.

2 Habetur ratio vicinitatis fluminis, accessus bannitorum, vt fuit dictum in vna Bononiens. S. Apollina-
† ris, 2. Aprilis, 1582. † coram Cantuccio, & patet etiam in dec. 720. nu. 10. p. 1. Rub. 39. num. 16. & seq. Mainard. dec 18. lib. 3.

3 Habetur ratio, quod res indigeat reparatione Balb. dec. 29. intellige in concessione in emphyteusim perpetuam, Dec. consi. 142. sub num 5. vers. non obstat quod dicitur de remissione, Rot. diuer. dec. dict. decisi. 720. part. 1. & fuit dictum, atque resolutum in d. Bonon. S. Apollinaris 2. A-
† prilis 1582. † coram Cantuccio, intellige 2. quando rector non potest reparare absque illius alienatione, Auth. si quas ruinas C. de sac. san. ecl. & Rota in d. Apollinaris, & in vna
† Asculana locationis 1539. † coram Licta.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum dandum à Prælato in dubio præsumitur præstitum.

1 Actus factus contra iuramentum, cui
2 ius assistit, tenet, contrafaciens verò periurus.

An alienatio in euidentem ecclesiæ vtilitatem facta cum requisitis à Prælato, qui iurauit non alienare, valeat.

DECIS. XI.

1 PRælatus iurans non alienare Romano Pontifice inconsulto, iuxta formam traditam in c. ego de iur. iur. quod in dubio præsumitur præstitum, quamuis de eo non constet ad dec. Cresc. 2. de iur. iur. licet intelligatur iurasse, etiam in casu alias permisso à iure secundum commun. DD. opinionem in cap. fin. de eccles. ædific. & in cap. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & in capite 1. de iis, quæ fiũt à præla. absque cons. cap. adeò vt plerique D D. loquantur per verbum impeditiuum potestatis, vt non potest, non valet, impeditur vt Lapus alleg. 30. Bald. consil. 374. fact. in fine lib. 3. Ang. consil. 133. in fine, idem Bald. in Auth. hoc ius porrectum Cod. de sacrosanct. eccl. Inn. Ioann. And & Butrig. in d cap. 1. de his quæ fiunt à Præl. & quamplures; adeò vt per ista videatur dicendum quod alienatio secuta contra iuramentum in casu permisso esset nulla, vt velle videtur Signorol. consil. 61. & Lauren. de Rodul. in cap. sine exceptione 12. q. 21. verum quidquid sit, ac præfati D D. asseruerunt, contraria sen-
† tentia per Rot. fuit sequuta, in vna Rom. locat. S. Andreæ † coram Piccolomineo ex regula, quod iura-
2 mentum est præstitum in casu, quo ius non resistit, imò assistit, scilicet in casu vtilitatis, & actus contra iuramentum factum valet, licet contra faciens sit periurus, vt per D D. in l. si ita quis 6. ea lege ff. de verborum obligatione, est casus in capitulo licet, de iure iurando in 6.

Digitized by Google

in 6. & in cap. cum contingat eod. Corn.consi.372.volu.3.Monal. conſ. 122.volu.2. & in caſu noſtro in ſpecie tenet Abb.in cap. intellecto de iureiur.Boic.in c.vt ſuper, & ibi Card.in §.poſſeſſiones de reb.eccl.non alien. Franch.& Gemin. in d cap. licet de iureiurand.in 6.Iaſ.in d. §. ea lege ff. de verbor. obligat. de mente Lapi d. alleg.30.dum dicit etiam in caſu vtilitatis nõ poteſt alienare abſque pœna periurij, quaſi periurium non autèm actus inualiditatem conſideret, & hæc opinio videtur communis ſuppoſito, quod iterum Rot. ſecundum ea cenſuit, vt refert Creſcent. dec.3.de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter & cauſa, & ſollennitas in rei eccleſia alienatione copulatiuè requiruntur.*

2 *Emptor, vti malæ fidei poſſeſſor, rem eccleſiæ alienatam abſque requiſitis retinens, ad fructuum reſtitutionem tenetur.*

3 *Clauſula ſupplentes, &c. in hac deciſ. quid denotat.*

An in alienatione rei eccleſiæ ſollennitas, & cauſa copulatiuè requirantur.

DECIS. XII.

1 ABſolutiſſimum eſt penes DD. in alienatione rerum eccleſiæ duo copulatiuè requiri, nempe ſollennitatem, & cauſam, c.1. de rebus eccleſ. non alien. in 6. & clem. 1. eod. Dec. conſ.142.nu.4.Rebuff. conſ.109. Iaſ. conſ.54.lib.1.Rimin. conſ.233.volu.3. Menoch.conſ.872.lib. 9. Paris conſi. 24 nu.2.volu.4.Surd.conſ.181.nu.14. & conſ.301 num.25. Sarmien.de reddit.eccleſiæ, part.1.cap.2.in prin.Maſcar.de probat. concl. 78. numero 6. cum ſeq.vol.1. Viuius deciſ.145.num. 20.libro 1.Guid.Pap.deciſi. 156. March.deciſi.35.parte 1.Rot.diuer. deciſi. 278.numero 1.parte 2.& 160. num. 1. & deciſ.178. parte 2. Magon. dec.69. num.4.Couar. var. reſol. libro 2.cap. 17. nu. 2. & propterea vnum ſine alio non ſufficere voluerunt Barbat. conſ.40.libro 1.Roland.conſil.15.lib. 1.Gramm.deciſ.79 Capyc.dec.105.& 113.num.8.Rimin.Iun.conſil.364. nu. 55.vol.4.Hond.31.num.14. Simon.de Pretis,conſ. 38.num.13.volum.1.Magon.dec.69.numer. 5.Rot.deciſ.756. num.1.& 3.

Amplia primo, etiam ſi conſtaret de euidenti vtilitate eccleſiæ, & ipſa eccleſia vellet ſtare contractui, de Franch deciſi.35.Balb.deciſ. 90. Rubin.deciſ.29.Theſau.fori eccleſ. parte 1.cap.15. num. 74. Ant.libro 1.var. reſol.c.5.

Amplia ſecundò, vt adeò vno deficiente, contractus cenſeatur nullus, vt etiam contrahentes incurrunt excommunicationem Papalem, de qua in extrauag. Ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alien. ita Claud. Turi in alleg. 24. Put. deciſion.3. numero 1. parte 2.Rot.diuerſ.deciſi. 896 parte 3.Balb.deciſi. 22.Ozaſc. deci.167.nu. 2.& ſequ.Surd.conſ.181. numero 1.& ſeq.

2 Amplia tertio, vt rem taliter alienatam retinens, vti malæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuum, c.nulli liceat, 12 qu.2. Ozaſc. dec.160.num.2.Balb. deciſ.203. Rota diuerſ.deciſ.14 numer.2. cum ſeq. parte 1.& deciſ.246. num.4.parte 1. Surd.conſi.249.nu.2. Couar. var.reſol.lib.1.c.3.numero 8.cum ſequ.ſed an in foro conſcientiæ ſit tutus, vide Rodoan.folio 222. numero 1.& ſeq. vnde dum Nacta conſ. 441. numero 29.Ozaſc.deciſ.68.numero 28 Rota

Digitized by Google

decision.225.parte 3. dicunt sufficere causam necessariam, vel euidentem vtilitatem ecclesiæ, absque beneplacito Papæ, non est eorum dictum sequendum, cùm sit contra communem opinionem.

3 Limita principalem cõfusionem, stante clausula supplentes, &c. apposita in dictis literis, quia tunc operatur vt vnum sine altero substineatur, Paris cons. 19. num. 21. & idem Paris cons. 47. volum. 1. cum aliis per eundem congestis cons. 3. num. 51. volu. 3. cons. 11. nu. 4. vol. 4. Surd. cons. 245. n. 44. Antonin. li. var. resol. c. 5. Thesau. for. eccl. par. 1. c. 15. nu. 78.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta cum requisitis, in dubio, præsumitur vtilis.*

2 *Dicenti de non euidenti vtilitate, onus probandi incumbit.*

3 *Damno probato, nulla erit alienatio, dato quod à iudice vigore gratiæ, si in euidentem fuerit confirmata.*

4 *Relator asserens causas esse falsas, onus probandi ei incumbit, etiam si alienatio rei ecclesiæ fuerit confirmata.*

An alienatio rei ecclesiæ in dubio vtilis præsumatur.

DECIS. XIII.

1 NOn est dubitãdum, vtilem præsumi, quãdo fit cum debitis sollennitatibus, Bal. in c. 1. col. 9. qui feu. dare poss. Ias. cons. 54. nu. 2. lib. 1. Dec. consi. 142. nu. 1. & in cons. 341. nu. 12. Abb. cons. 41. nu. 2. lib. 1. Alex. consil. 79. num. 6. ad finem, vol. 1. Paris cons. 24. num. 5. vol. 4. Couar. lib. 2. var. resol. c. 17. num. 2. Gabriel de sententiis, concl. 1. nu. 2. Capyc. deci. 16. Rota in causa Ragusina emphyteusis 20. Ianij 1578.* coram Lancellotto, vt patet in dec. 479. numer. 1. parte 1. Auximana bonorum, 1. Februarij 1588. * coram Seraphino, Pisana bonorum, 8. Aprilis 1585. coram * Vicecomite, Auximana bonorum, 13, Maij 1585. * coram Rubeo, & in eadem 15. Nouembris 1586. coram Robusterio, Volatrana bonorum, 28. Nouembris 1586.* coram Blanchetto, Rom. deuolutionis domorum, 26. Martij 1590.* coram Pamphilio. Florentina bonorũ, 7. Maij 1590. eodem. Rom. casalis Turricellæ 29. Aprilis 1594. † coram Seraphino, Bonon. bonorũ, 16. Iunij 1595. coram eodem, 27. Maij 1596. † coram Arrigonio, Mediolanen. bonorum, 10. Ianuarij 1597. † coram Pamphilio.

2 Vnde dicenti, alienationem læsiuam, ecclesiæ, incumbit onus probandi læsionem, vel non euidentem vtilitatem, Bald. in d. c. 1. nu. 7. de his, qui feu. dare poss. Corn. consi. 81. nu. 27. volu. 1. Dec. in c. quoniam contra, num. 42. de probat. Couar. loco cit. in fine, Abb. d. consi. 41. Alex. Paris. & Dec. locis cit. Ias. d. consi. 54. numer. 3. Rot. in causa Mediolan. bonorum, 10. Ianuarij 1594. † coram Pamphilio, & in Rom. deuolutionis domorum, 26. Martij 1596. † coram Pamphilio, Romana casalis Turricellæ, 28. Ianuarij 1578. † coram Cantuccio, vt patet in decisi. diu. 78. numero 3. parte 2.

3 Verum quando potest probari læsio, vel damnum, alienatio erit nulla, etiam si à iudice fuerit confirmata vigore gratiæ si in euidentem, Dec. consi. 142. Monald. consi. 33. Menoch. consi. 115. Rot. diuer. dec. 181. nu. 4. par. 1. Rota in causa Lucana bonorum, 15. Ianuarij 1571. † coram Lancellotto.

Adde tamen, quòd quando alienatio

natio

natio rei ecclesiæ est cõfirmata, Rectori asserenti causas esse falsas, incumbit onus probandi, Abb.d.cons. 41. numero 6. Paris d.consil. ac Conar. loco cit. in fin. nu. 2. & fuit dictũ in Rota in vna Bonon. Sancti Apollinaris, 24. Martij, & 20. Iunij 1586. coram Orano, & vide in eadem, 9. Iunij 1589. † coram eodem.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio fit ex causa necessitatis, vel vtilitatis, & quando requiritur, non solum vtiliter esse ceptam, sed etiam Ecclesiam fieri locupletiorem numero 2.*
3 *Vtilitas est necessaria ab initio, nec accidens attenditur & quare num. 4.*
5 *Surreptio, quando attenditur in gratia si in euidentem.*
6 *Clausulæ in confirmatione alienationis (dummodo debito pretio sit facta) quomodo intelligatur.*

An alienatio rei Ecclesiæ, vt valeat, sufficiat, illam vtiliter fuisse cœptam.

DECIS. XIV.

1 RESpondeo distinguendo, quod aut huiusmodi alienatio fit ex causa necessitatis, & tunc illi statur, qualemcunq; exitum habeat, dummodo sit vtiliter cœpta l. sed an vltrò §. 1. ff. de negot. gest. Balb. decisi. 121. Rauden. de Analog. cap. 71. numero 16.

2 Si verò fiat ex causa vtilitatis, non sufficit eam vtiliter cœptam, sed requiritur Ecclesiam fieri locupletiorem, l. si pupilli in princ. ff. de negot. gest. Ita post Ioan. de Fano distinguit Archid. in cap. sine exceptione 12. q. 2. & ibi Lauren. de Rodulph. numero 14. Gemin. colum. 2. circa medium vers. in hac quæst. Bellam. numero 9. in gloss. nomine, Henric. Boich. in ca. tua, de his, quæ fiunt à præl. absque conse. c. & resolutum in Rota in vna Rom. Casalis Turricellæ 10. Maij 1578. † coram Cantuccio, & patet in decisi. diuer. 65. num. 3. part. 2.

3 Licet, vt quidam asserunt, sufficit, quod vtilitas adsit ab initio, nec attenditur quod postea accidat, Calder. consi. 5. de permut. Alciat. consil. 37. numero 5. Monal. consi. 117. nu. 3. post Bal. consi. 334. in fin. vol. 1. Alex. cons. 16. numero 41. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. gl. 1. numero 10. & Rota in vna Anchonitana terrarum 13. Iunij 1578. † coram Seraphino, & Florent. bonorum 7. Maij 1591. coram Pamphilio, & iterum in vna Rom. Casalis 7. Iunij 1591. coram Giptio;
4 quia intentio Papæ est, vt cedat in Ecclesiæ vtilitatem, & nil aliud curat Socc. cons. 15. numero 51. vol. 1. Ruin. cons. 157. numero 25. & 27. volum. 1. Dec. cons. 142. & fuit resolutum in Rota in vna Placentina bonorum 7. Nouembris 1580. † coram Seraphino, & in eadem 7. Aprilis 1581. coram eodem, & in Romana domus 2. Decembris 1588. † coram Bubalo; Auximana bonorum primo Februarij 1580. † coram Seraphino.

5 Vnde in gratia si in euidenti, non attenditur surreptio; quando non est circa vtilitatem; sed quando respicit vtilitatem; quia tunc gratia vitiatur, Dec. d. consil. 142. numero 6. Menoch. consil. 122. vol. 2. & fuit dictum in causa Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. † coram Seraphino & in dicta causa Auximana bonorũ coram eodem primo Februarij 1580. & in vna Placentina bonorũ tenutæ (della Meddalena) 27. Iunij 1597. † coram Seraphino, & in dicta Romana domus 2. Decẽbris 1588. † coram Bubalo; & clausula in alienationis

6 confirmatione (dummodo debito pretio sit facta) intelligitur de pretio communi, vel in euidenti vtilitate, vt fuit dictum in vna Viglieuetan.
* locationis 27. Nouembris 1596.*coram Corduba.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas putatiua in alienationibus quando sufficiat.*

An in alienatione rei Ecclesiæ vtilitas putatiua sufficiat.

RESpondeo cũ distinctione, quod aut ab initio adfuit causa primaria vtilitatis, vt quia bona erant sterilia, licet non fuerit vtiliter contractum in pretio, & hoc casu contractus non est nullus, sed ecclesiæ datur restitutio, aut verò causa vtilita-
1 tis non adfuit ab initio, & tunc vtilitas putatiua non sufficit, & contractus est ab initio nullus, Anton. de Burt. in c. 1. numero 19. cum seq. de in integr. restitu. Imol. numero 1. versic. item nota, & numero 16. circa fin. Anan. numero 27. vers. quid autem, & ibi Abb. qui dicit esse communem opinionem numero 17 Ioan. And. in cap. per tuas numero 6. & seq. de arbit. Couar. var. resolu. libro 2. c. 17. n. 2. circa med. vers. sed opinio posterior, Ant. libro 3. var. reso. cap. 21. nu. 3. & sequ. & fuit resolutum in Rota Romana in vna Clusina bonorum 24. Nouembris 1574. & 15. Iunij 1571.
* *coram Lancellotto, & iterum in vna Gadicens. census 23. Ianuarij 1593.
* *coram Seraphino, Rot. diuers. dec. 18. & 181. nu. 2. par. 2.

Et vtilitati putatiuæ tunc statur, quando est seruata forma, Anchar. in cap. cum apostolica numero 11. de his quæ fiunt à præl. absque cons. c. Abb. consil. 41. numero 3. volum. 1. Felin. consil. 17. numero 13. & seq. Monald. consil. 31. vol. 1. Flam. de Rubeis consil. 13. numero 6. post Alciat. consi. 17. numero 7. & fuit in Rota resolutum
* in vna Locana bonorum 15. Ianuarij 1571. coram Lancellotto, vt patet in dec. 181. num. 3. & 4. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis, potius in fraudem præsumitur, quam in eius vtilitatem.*
2 *Clausula posita in alienatione rei Ecclesiæ (sine præiudicio Ecclesiæ) quid operat.*
3 *Alienatio rei Ecclesiæ facta cõsanguineis bona famæ cum sollemnitatibus, non præsumitur in fraudem, nec etiam in casu num. seq.*
5 *Alienatio rei Ecclesiæ facta cõsanguineo, quamuis in fraudem præsumatur, non tamen redditur nulla.*

An alienatio rei Ecclesiæ facta consanguineis præsumatur in fraudem.

DECIS. XVI.

1 RESpondetur, quod potius præsumitur facta in fraudem, quam in vtilitatem Ecclesiæ, vt habetur per DD. communiter in Auth. quibuscũque C. de sac. san. eccl. Ias. in c. 2. n. 14. & seq. qui feud. dar. poss. Curt. Iun. de feudo par. 2. qu. 7. Alc. de præsump. reg. 1. præsump. 25. n. 1. & fuit latè resolutum in Rota Rom. 21. Iunij 1599. coram Pegna, & in causa Lucana
* bonorum 15. Ianuarij 1571. * coram Lancellotto, Bonon. Sancti Apollinaris 2. Aprilis 1582. * coram Cantuccio, & in Romana Casalis Turricellæ 10. Martij 1578. coram eodem, & in vna Senens. Afflict. 11. Februarij 1591.

* 1591. * coram Pamphilio, Cæsar de Grassis decis. 4. nu. 24. de rebus eccl. non alien. Rota diuers. decis. 181. nũ. 5. par. 1. & dec. 720. nu. 1. par. 1.

Limita præfatam opinionem non procedere, vbi in alienatione esset adiecta clausula, sine præiudicio ec-
2 clesiæ, quia tunc valeret, nec in fraudem præsumeretur, secundum Arch. in cap. cum Episcopus in fine 10. qu. 2. Cardin. in clem. 1. §. Abbatis nu. 2. de excess. prælat. Feder. de Senis. cõs. 52. sub num. 2. Aluar. in cap. 1. num. 7. circa medium, vers. ex quo nota, si de inuest. int. dom. & vassal. Imol. in cap. vt super nu. 15. & Abb. num. 15. & 19. de reb. eccl. non alien. & in consil. 41. num. 3. vers. per hoc extra tollitur lib. 1. latissimè Ias. in cap. 1. numer. 17. qui feud. dar. poss. vbi testatur de magis cõmuni, Curt. qui dicit communiorem in tracta. de feu. par. 2. q. 7. & fuit in Rota resolutum in vna
* Roman. Casalis 6. Aprilis 1576. * coram Cantuccio, & iterum in vna Bononien. bonorum de Marano 16. Iu-
* nij 1595. * coram Mellino.

3 Limita secundo si alienatio fieret cum debitis solemnitatibus, & in consanguineos bonæ famæ, & conditionis, Arch. in d. cap. cum Episcopus in fine 10. quæ. 2. Feder. de Sen. d. consi. & d. Roman. 6. Aprilis 1576.
* coram Cantuccio, vt patet in decisi. diuer. 18. num. 2. vers. & prædicta debent, par. 2.

4 Limita tertio, vbi alienatio fieret pluribus, inter quos vnus tantummodo erat consanguineus illius, qui alienauit, quia tunc omnis fraudis suspicio, atque præsumptio læsionis Ecclesiæ cessat. Menoch. consil. 559. volu. 4. & fuit resolutum in d. Rom.
* Casalis. 1576. * coram Cantuccio, vt in dicta deci. diuer. 18. nu. 6. vers. præterea accedit par. 2.

Animaduertendum tamen summoperè est in præsenti quæstione, quod ex supra enarrata præsumptione, vt in prima cõclusione diximus,
5 alienatio non videtur nulla, Abb. d. cons. 41. nu. 3. vers. per hoc etiam tollitur vol. 1. Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 29. sub num. 3. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna bono-
* rum 8. Aprilis 1585. * coram Vicecomite, Bononiens. bonorum 16. Iunij 1559. coram Millino, & in vna Papic.
* bonorum 28. Apr. 1595. * coram Seraphino. Rot. diuer. decis. 121. num. 6. & seq. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Alienãs res Ecclesiasticas de euictione de proprio tenetur, ac etiã eius heredes nu. 2. non solum ad rem, sed etiam ad damna, & interesse nu. 3.*

4 *Emptor contra alienantem pro euictione habet actionem, quid si fuerit in mala fide.*

5 *Prælatus successor contra prædecessoris hæredes pro res Ecclesiæ alienatæ pretio agere potest.*

Alienans res Ecclesiæ an teneatur de euictione de proprio.

DECIS. XVII.

1 AFfirmatiuè est respondendum per text. expressum in cap. Vulterana ibi (sit emptoribus ad eum recursus) vbi Gem. colu. 1. ver. nota quod prælatus malè alienans 12. qu. 2. gloss. in cap. si quis presbyterorum (verbo alienatã) vbi Innoc. in princ. Imol. num. 19. & seq. Bal. nu. 16. Host. col. 2. vers. sed nonne emptor. Abb. in fi. Bero. nu. 49. in fin. de reb. eccles. non alien. Beni. it. consil. 131. Alciat. consil. 39. Feder. de Sen. consil. 71. nu. 7. & sequ. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Placentina euictionis

† 5. Maij 1589. & 2. Aprilis 1590. † coram Platto, & iterum in vna Firmana bonorum 16. Ianuarij 1585. † coram Licta.

2 Amplia primo procedere etiam contra alienantis hæredes, quia contra eos emptori datur actio, l.1. C. vt actio.hæred.& cont.hæred.Bal.consil.29.vol.1.Alban.consil. 212.volu.1. & fuit resolutum in eadem Rot.Roman. in vna Placentina euictionis 5. Maij 1589.& 2. Aprilis 1590. † coram Platto.

3 Amplia secundo, vt non solum ad pretium, sed etiam ad interesse, & damna teneatur alienans, vel eius hæres l.venditor, l.si cum c. editor in fine, & l. euicta la seconda ff. de euictio.Inn.in d.cap. si quis presbyterorum, vers. peto mihi, Host. vers. sed nonnè, Bero.numero 49. Cardin.in clem.1.q.25. eodem titulo & Rota in d.Placentina.

An autem indistinctè emptor pro euictione habeat actionem contra alienantem, vel solum quando est in bona fide; secus verò si in mala sit fide, Imol. in d.cap.si quis presbyterorum numero 19. & sequ.Abb.in fine Bero.num. 50. Lauren. de Rodulf.in cap.sine exceptione num.180.12.q.2. & Card.in d.clem.1.d.qu. & Rota in dicta Placent.†

5 Adde, quod Prælatus Modernus potest agere contra hæredes prædecessoris, pro pretio rei Ecclesiæ alienatæ, vt per DD.in d. ca. si quis presbyterorum, & l.iubemus §. Æconomus, vbi Salicet.in prin.& Bald.in §. sanè numero 5. C. de sacr.san.eccles. Rodoa.de reb.eccles. non alien.pag. 10.numero 9.& pag.470.numero 22. & fuit resolutum in Rota Rom.in vna Pisana liquidationis fructuum 17. Octobris 1571. † coram Orano, & iterum in vna Romana Casalis 13. Aprilis 1593. † coram Blanchetto & facit decisio.Rot.diuers. 14. numero 6. par.1.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur à die alienationis in rei Ecclesiæ nulliter alienatæ recuperatione.*

2 *Error iuris in hac quæstione non excusat, & quare.*

3 *Error facti hoc in casu excusat, sed fructus a die motæ litis debentur.*

An in reuocatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ veniant fructus restituendi.

DECIS. XVIII.

1 IN recuperatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ, vt puta ex defectu sollemnitatis fructus debentur à die alienationis, l.iubemus §.1. vbi Bald. & reliqui C.de sacr san.eccles. cap.si quis presbyterorũ, vbi Butric. Abb. & Anan. de rebus eccl. non alien.& Bero.ibidem numero 14. Curt. Sen. cons.71.col.7.vers.ita declarat.Felin. consi.17.nu.3.& in cap. cum causa n. 27. de re iudic. vbi testatur de communi, Cornel.consil.22.num.33.vol. 1.Gram.decis.79. numero 8. & sequ. Menoch.de recuper.possess. remed. 15.numero 634. & fuit resolutum in Rota Rom.in vna Placentina bonorum 26.Iunij 1585.* coram Blanchetto, & iterum In vna Vlixbonen. nullitatis 1. Iulij 1596. † coram Pamphilio, & voluit etiam Pinell. in repet.l. 2.par.3.numer.4. & seq.ff.de rescind. vendit.

2 Amplia, vt hoc casu error iuris non excusat, cum ius resistat. Bartol. in l.sed si lege, §.scire, ff. de pet.hæred. DD.in d. c. si quis presbyterorum, Bal.cons.31.num.6.& seq.vol.1. Curt.Sen.d.consi.71. Fel.d.cap. cum

cau-

Digitized by Google

causa, num. 27. Alex. consil. 339. num. 5. & seq. volu. 2. Gramm. d. decis. Bero. cit. loco, num. 44. vers. Ioan. de Imola, Alciat, in l. mouentium, num. 6. ff. de verb. sign. & fuit resolutum in d. causa Placentina bonorum 26. Iunij 1585. * coram Blanchetto.

3 Limita, si facto erraretur, quia tunc error excusaret, puta si emptor cogitauit assensum Apostolicum interuenisse, qui tamen non interuenit. Feli. d. cap. cum causa, nu. 27. vers. procedere, de re iud. Bero. d. c. si quis presbyterorum, nu. 45. Raudens de Anolog. lib. 2. c. 27. nu. 13. & seq. Costa consi. 17. nu. 4. & hoc casu fructus non debentur, nisi à die motæ litis, vt tradunt DD. communiter in d. c. si quis presbyterorum, Alciat. d. l. mouentium, n. 6. Fel. cons. 39. n. 7. & fuit resolutum in d. Vlixbone. locationis, 1. Iulij 1596. * coram Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta per procuratorem fines mandati excedentem est nulla.*
2 *Scientia capituli requiritur, ad hoc vt alienationis facta per procuratorem fines mandati excedentem, ratificatio inducatur.*
3 *Canonici absentes, in ratificatione non sunt vocandi.*
4 *Nomina Canonicorum in alienationis instrumento an sint exprimenda.*

An procurator capituli excedendo fines mandati, operatur, vt alienatio rei ecclesiæ ab eo facta, sit nulla.

DECIS XIX.

PRæfatam alienationem fuisse inualidam respondetur per text. in l. diligenter ff. mandat. & c. cum dilecta, de rescript. c. quod quibusdam, cum ibi not. extra de fideiuss. Abb. in c. fin. prope fin. de rest. spol. Alexand. cons. 27. nu. 3. vol. 1. Dec. cons. 493. nu. 8. Paris cons. 47. num. 50. vol. 1. & Menoch. cons. 339. vol. 2. Farin. decis. collect. 204. & ita latè fuit dictũ in Rot. Romana, in vna Cortonens. bonorum 28. Martij 1588. * coram Platto, & iterum in vna Perusina rescissionis contractus, 28. Martij 1588. coram Comitulo, & in vna Corton. bonorum, 9. Iunij 1589. * coram Platto.

2 Nec ratificatio huiusmodi alienationis inducitur ex scientia fratrum, vel Canonicorum, sed scientia capituli requiritur. Arch. in cap. sine exceptione, in fine 12. q. 2. Inn. Cardin. Abb. & reliqui in cap. 1. & in c. continebatur, de his, quæ fiunt à præl. Clar. in §. emphyteusis q. 10. vers. sed nunquid, Alex. consil. 519. num. 3. volum. 4. Dec. consil. 437. num. 3. Corn. consil. 224. nu. 18. vol. 4. Bal. in Auth. hoc ius porrectum, sub num. 3. in fin. C. de sacrosan. eccl. & fuit resolutum in d. Cortonen. bonorum 28. Martij 1588. & 9. Iunij 1589. & 26. Ianuarij 1590. * coram Platto, Romana domus. 7. Iunij 1591. * coram Blanchetto, Tiburtina, nullitatis locationis 5. Decembris 1597. * coram Millino.

3 Nec Canonici absentes sunt vocandi, Dec. in c. cum omnes, num. 7. vers. in absentibus, vbi de communi, & ibi Bero. numer. 82. in fine, & latè Fel. num. 22. de constit. Ias. consil. 54. col. 3. num. 2. vers. ista sunt. vol. 1. Rebuff. de alien. rer. eccl. num. 77. Abb. in c. 1. num. 5. de his, quæ fiunt à Prel. absque consen. cap. Guid. Pap. decisi. 160. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Mediolanens. bonorum de Nouedo, 20. Maij, 158?. * coram Lancellotto. vt patet in decisi. diuer. 29. libro 3. An autem in hoc instru-

mento alienationis sit necesse nominа præfatorum Canonicorum exprimere, vide Mohed.dec.1.de rebus eccl.non alien.Ioseph.Lud.in decisi. Lucan.27.Verall.dec.165.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio si in euidenti per obitum concedentis ante præsentationem expirat.*

2 *Regula reualidatoria literarum gratiæ, & iustitiæ nō habet locum si supplicatio infra annum a die obitus concedendis non præsentetur.*

An supplicatio si in euidentem expiret per obitum concedentis ante præsentationem.

DECIS. XX.

NOn est dubitandum, supplicationem expirare, si ante eius obitum commissariis non præsentatur, Dec.in cap.relatum n.3. de offic. deleg.Bal.in cap. tuam n.3. de ordin. cognit. cum aliis, quos cumulat Gabriel.de præben.concl.1.n.57.& 13. & fuit resolutum in Rota Roman. in causa Tiburtina Hortus 12. Decem-
* bris 1588.* coram Mantica.

Et propterea subiacet regulæ reualidatoriæ literarum gratiæ, & iustitiæ, & si non præsentatur infra annum à die obitus concedentis, non suffragatur, vt fuit in Rota decisum in causa Elnen.mineriorum 10. Iunij
* 1587.*coram Blanchetto, & in d.Tiburtina.

SVMMARIVM.

1 *Fraus in dubio non præsumitur.*

2 *Fraus quando præsumatur.*

3 *Fraus quando non præsumatur n.seq.*

An alienatio rei ecclesiæ præsumatur in fraudem ac simulata si alienans reperiatur possidere post alienationem ipsam.

DECIS. XXI.

1 FRaus in dubio non præsumitur l.dolum.Cod.de dolo, & qui illam allegat probare tenetur lege Quoties ff. de approbat. verumtamen per coniecturas bene probatur inter duas principaliter illa videtur quando venditor post venditionem reperiretur possidere bona vendita, & præsens & homo intelligens, & cautus esset emptor in suis negotiis &c.nam tunc fraus præsumeretur argumento l.qui cum vno §.fin.ff.de re militar.Bart.in l. post contractum num.4.ff.de donat.Bald. in l. qui testamentum.nu.5.ff.de probat.Decius Cons.659.vol.2.& in Cons.36. volu. 1.Cons.341.num.13.& in Consil.409. & ratio est quia non præsumitur quis alienasse ea quæ repertus est possidere l. sicut §. super vacuum ff.quibus modis pignus soluatur voluit Bald. in l.omnes §.Lutius ff. de his quæ in fraudem creditorum.

Pro vt etiam fraus præsumitur quando hæres hæreditatem repudiauit, & in possessione bonorum præsistit Crauet.consil.100.numer.7. Morot.cons.29.numer.4.Cacheran. consi.73.num.5.& sequenti Antibol. in tract.de munerib.§.4.numerò 72. & Mascardus conclusione 815. numer.48.

Pro vt etiam quando donator remansit in possessione bonorum donatorum speculator in tit. de donat. §.1.num.7.Mandell.consi.97.numer. 5.Bar.cons.64.num.4.Ruinus consi. 119.volu.1. & fuisse decisum in Curia

R.te-

Digitized by Google

R. testatur Bellamera in decisi. 71.

3 Suprà positam conclusionem limita dupliciter, primo vt non procedat quando possessor venditor conresponderet emptori de fructibus, vt docuit idem Bart. in l. post contractum post num. 4. ff. de donat. & in l. sicut §. super vacuum ff. quibus modis pignus soluatur Crot. consi. 141. versiculo præterea num. 11. Rimin. senior cons. 69. vol. 1.

4 Limita secundo non procedere etiam in muliere minore, & rustico qui emerunt, nam licet venditor remansisset in possessione bonorum venditorum, non tamen præsumeretur fraus. Ioannis Annibal. in leg. post contractum post num. 135. ff. de donat. & Mascard. citata conclu. 8.5. num. 52.

SVMMARIVM.

1 *Remedium restitutorium Ecclesiæ competit, cecidenti a possessione ex contractu nullo.*

Ecclesiæ quæ cecidit à possessione ex contractu nullo ob non seruatas sollemnitates, an competat remedium restitutorum.

DECIS. XXII.

SEd non inconuenit, vt hoc loco explicemus id, de quo aliàs consultus iudicaui, an Ecclesiæ, quæ cecidit facto proprio à possessione, & contractu nullo, non seruata solennitate, competat aliquod remedium restitutorium ad possessionem rei alienatæ: & supposito, quod constet de primo extremo, respondi affirmatiuè, scilicet Ecclesiæ competere remedium restitutorium ex conditione

1 ne sine causa, vel triticaria, iuxta l. 1. in fin. & l. 2. ff. de conditione triticaria, & l. indebiti §. nummi. ff. de conditione indebiti, vbi Bart. n. 2. dicit, quod competit conditio indebiti, Las. in l. 1. §. si vir num. 28. ff. de acquirenda possessione, vel ex conditione iuxta Auth. qui rem, C. de sacrosan. ecclesiis, de quibus remediis in his terminis Bart. iu l. si alienam nu. 3. & 4. ff. soluto matrimonio, & ibi Paul. de Castro nu. 3. Alex. cons. 1. num. 24. lib. 4. Iaso. in §. sic itaque nu. 38. instit. de actionibus Aymon. consil. 299. n. 2. Nat. cons. 288. nu. 3. & quod præfata remedia competant Ecclesiæ fuit decisum in Rota Rom. in vna Asculana prædiorum 13. Ianuarij 1587 * coram Robusterio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio alicui facta, & post eius mortem ecclesia, quoad ecclesiam reuocari potest secundum vnam sententiam, non tamen si Notarius nomine ecclesiæ stipulauerit, nu. seq. idem dicendum si fuisset iurata, nu. 3.*

Donatione facta alicui, & post mortem eius, ecclesiæ, an hoc pactum in fauorem ecclesiæ possit reuocari.

DECIS. XXIII.

HVius quæstionis respõsio videtur negatiua, ex communi Doctorum sententia, quam colligit Romanus in l. si pecuniam, nu. 22. ff. de cõd. causa data. Salic. in l. 1. C. si mancipium ita fuerit alienatum, Corn. cons. 68. col. 3. vol. 3. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 54. in fine, Menoch. cons. 92. nu. 75. li. 1. Buisatus cons. 173. nu. 68. vol. 2. Suarez allegatione 19. & in l. quoniã in priorbus,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

q.8.C. de inoff. test. & dicit cõmunem Duenas reg.216. Gugliel. Benedict.in cap.Raynutius, versicu.si absque lib.nu.23.de testam.

1 Sed contra hanc communem sententiam tenet Bartol.in l.qui Romæ, §.Flauius ff.de verbor.oblig. quam si sequi velis, illam poteris dupliciter limitare.

2 Primo limita, quando Notarius nomine ecclesiæ stipulatus fuisset Socin. Iunior dicens communem, consi.118.num.13.libro 2.Dec. consil. 239. in 3. dubio, Cassanus consil. 53. num.56.versicul.3.Crauet. consil. 19. numer.11.Rolandus consi.19.num.19. volum. 1. Menoch. consi.92.num.75. vol.1. Immolen. consi.176.numer.29. Aret.cons.77.nu.9.Riminald.consil. 246.vol.2.

3 Limita secundò, stante iuramento, Guid. Papa cons.23.numer.8.Gugliel.Benedict.citato loco,dicens sic fuisse iudicatam,Couarr. libr. 2.var. resol.c.14.num.7. & Anna alios referens in consi.32.

SEQVITVR TITVLVS SOLEMnitatis quæ Assensus Apostolicus nuncupatur.

SVMMARIVM.

1 *Assensum subsequi ad validitatem rei ecclesiæ alienationis sufficere secundum aliquorum opinionem,& quare num.seq.*

3 *Assensus patris filio requiritur, qui in iudicio esse desiderat, & sufficit, quod in aliqua iudicij parte interuenerit.*

4 *Alienatio erit nulla, si assensus non præcesserit,& ita in praxi.*

5 *Contractus non est validus, si post alienationem assensus impetretur, nulla facta mentione de alienatione.*

6 *Verba extrauag.ibi (nulla alienatio fiat inconsulto Romano Pontifice) quid denotant.*

7 *Assensus in alienatione, super quo fundatur.*

8 *Reseruatio assensus actum efficit conditionalem.*

Assensus Apostolicus an debeat præcedere alienationem.

DECIS. XXIV.

1 REspondetur, sufficere ad validitaté alienationis rei ecclesiæ assensum subsequi, vt voluit Rebuff.in suo compéd. alienat. rei eccl.cap.9.post Bald.in c.1.nu.3.& multi seq.de sindico,Rodoan. q.42. sub n.16.Barb.consi.61.vol.3.de Franc. dec.163.nu.12.& seq.Menoch.consil. 339.vol.1.& cons.494.n.5.vol.2. Bursat.cõs.12.n.3.vol.1.qui mouentur.

2 Primo quia aut talis alienatio erit vtilis ecclesiæ & assensus expostfacto operabitur,aut concessio non erit vtilis,& non præstabitur, & hanc practicam transiuisse vsque ad sua tempora testatur de Franc.cit. dec.nu.13.

3 Secundo quia assensus patris, qui necessarius est filio: vt valeat esse in iudicio iusta l. fin. C.de bon. Mater. sufficit interuenisse in quacunque parte iudicij Bertach. in tract. de Episcopo par.5. fol.51. Capic.decisi.57. & Afflict. qui refert ita decisum in sacro Neap. Consil. decis.180. Ferret.

ret.consil. 64. Cassan. in consuetud. Burch.fol.212.Rolan. cons.22. nu.7. vol.3.

Quidquid tamen præfati scripserint, contrarium tamen in praxi seruatur, & ego in facti contingentia ita cósului, vt scilicet assensus debeat
4 alienationem præcedere, aliàs erit nulla, quæ opinio firmatur ex decisi. Rot.de qua per Seraph.decisi.805. vbi fuit dictum, quod alienatio rei ecclesiæ saluo assensu Apostolico, donec beneplacitum Sanctissimi non sit obtentum, non tenet, & interim dominij translatio impeditur, ex qua decis.apertè demonstratur, assensum debere præcedere; hinc est, quod si alienatur res ecclesiæ absque assensu Apostolico, si postea impetretur assensus, non validatur contractus, si
5 non fiet mentio de alienatione iam facta, & propterea necesse esset celebrari de nouo contractus, & valebit, vt nunc, tempore assensus, Rebuff.in d.compen.nu.93. & 95. Capyc. in inuest.vers.defectus, fol.83. Iacobin.in inuest.in verbo cum pacto de non alienando, n.19. & ita fuit resolutum in Rot.Rom.in vna locatione Bono-
* nien.10. Aprilis 1589. * coram Licta. Et apertè etiam ostenditur ex verbis
6 eiusdem extrauag. ambitiosæ, ibi, (nulla alienatio fiat inconsulto Romano Pontifice) quæ verba denotant actum nullum, nisi præcedat assensus, Bald.in cap.tuam, numer. 3.& seq.de ord. cogn. Abb. in c. vt super, tit.nostro, Ias.in l.1.col.1.circa mediũ, C.de diuers. rescript. Alciat cons.19. num.3. volum. 1. Monald. consil.23.
7 numer.4.eod. volum.fundatur enim talis assensus super euidẽti vtilitate, quæ tempore alienationis consideratur, Guid.Pap.in pulchra sua decis. 158.Paris.cons.24.volum.4. Rebuf.in d.compendio.sub numer. 73.& Rodoan.q.20.nu.141.

Non obstat, quod reseruatio assensus facit actum conditionalem, secundum Glo.in l. item Labeo §. 1. verbo purè, ff.fam.ercisc.Brun.consi. 42.in fin.Curt. Iunior cons.77.nu.3. Iser.in c.Imperialem, §.Scriba, col.2. vers. secus si vendidit, de prohib.alien.per Feder. Paris de reintegr.fol. 147.Anna in constit.Diuæ memoriæ, num.194.& in sing.447.& Moder.in c.1.in fin.quæ sit inuest. nam respondetur, quod hoc procedit, & præfati loquuntur in reseruatione assensus super alien.rei feud.

SVMMARIVM.

1 *Actus regulariter celebratur expensis eius, cuius gratia conceditur, cum nonnullis similibus.*
2 *Consuetudo regionis inspici debet.*
3 *Vbi non adest consuetudo, inspicitur id, quod fuit inter partes conuentum.*
4 *Emptor, & nõ ecclesia alienans tenetur ad expensas assensus Apostolici.*

Assensus Apostolicus, cuius expensis expediri debeat.

DECIS. XXV.

1 IN hac quæstione tres distinguendæ sunt conclusiones. Prima sit conclusio, de iure esse indubitatum, eum teneri ad impensas, cuius gratia actus celebratur, vt est text. expressus in l.sed si hæreditas, §.1.ff.ad exhibendum, & hinc est, quòd debitor ad instantiam creditoris carceratus, eius expensis alimentari debet, si non habet vnde victum sumere possit, Afll.decisio.71.Boer. decisi.303.Valasc.decisi.1.Milans. decis. 16.Balb.decisi.60.& expensis peten-

Digitized by Google

tis, quem carcerari carcerandus est. Franc Marcus decis. 234. & expensis petentis, depositionem testium absentium examinari debent. Cacher. decisi. 45. quemadmodum delinquẽtium remissio facienda sit expensis petentis remissionem. Boer. decisi. 303. Tominc. in decisi. Rota Lipsi. 13. Rota Perusina decisi. 74. & idem iuris est de remissione clericorum ad eorum iudicem ecclesiasticum Boer. decisi. 324. Guido Papa decis. 211. Vrsil. citata decis. 71. Corset. in suis singularibus, in verbo expensæ.

2 Secunda sit conclusio, quando adsit particularis consuetudo alicuius regionis, per quam declararetur cuius expensis assensus Apostolicus esset expediendus, tunc illa est obseruanda, dummodo ius non resistat, argumento text. in cap. certificari, de sepulturis, Doct in leg. de quibus, ff. de legibus, Aufrer. ad Cappellam in decisi. 482. & in contractibus inspicitur locus eiusdem contractus, l. si fundus ff. de euict. latè Anna cõs. 54. Alexan. cons. 41. num. 4. lib. 5. Gratian. regula 339. per text. in l. semper in stipula. ff. de regulis iuris, vbi semper in stipulationibus, cæterisque contractibus inspicitur, id quod per consuetudinem inductum fuit, voluit etiam Castr. in cons. 32.

3 Tertia conclusio, quando non constaret de particulari consuetudine, tunc inspici debet quid fuerit cõuentum inter contrahẽtes, quoniam in contractibus primo, & principaliter attendi debet, quod actum est à partibus, l. sed Celsus, §. si fundus. ff. de contrah. empt. vbi dicitur, quod in contractibus potiùs id, quod actum est, quàm id, quod dictum est, sequi debemus, & facit text. in l. fin. Cod. plus valet. quod agit. vbi semper inspicitur, quod gestum est; & iustum esse voluntates contrahentium attendere, ait text. in l. fin. Codice quæ res pign. obliga. poss. & l. in conuentionalibus, ff. de verborum significat. & in promittendo, ff. de iure dot.

4 Verumtamen si nullum istorum euidenter appareret, tunc ego crederem condemnandum esse emptorem ad solutionem expensarum, prout ita iudicaui in Curia Episcopali Auersanæ, dum ibidem Auditoris officium gerebam apud Illustrissimum Cardinalem Spinellum, & motus fui ex dec. Cappellæ Tholosanæ 451. vbi quando non fuit conuentum quis contrahentium soluat gabellas, astringi potius debet emptor, quàm venditor.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ alienabilis semper effecta cum requisitis, absque solennitate, perpetuo alienari potest.*

2 *Quid si solitum fuerit alteratum, & an partes solitum probant.*

3 *Quomodo si res est solita alienari, cognoscitur.*

4 *Solennitas spatio triginta annorum non præsumitur, ad hoc vt alienatio dicatur valida.*

5 *Requisita in rebus ecclesiasticis alienari solitis cum pacto, quod nõ transeant ad extraneos, sunt necessaria, si extraneis alienantur, ac etiam in rebus alienari solitis, in quibus est facta incorporatio, & quando dicatur facta incorporatio.*

Assensus Apostolicus an exigatur in alienatione rei ecclesiæ solitæ alienari.

DE-

DECIS. XXVII.

1 COmmunis est D D. conclusio, quod res ecclesiæ semel effecta alienabilis cum sollennitate, efficitur perpetuò alienabilis absque sollennitate, Alex.cons.189.col.6.vol.2. & in l.1.col.penultim. C. de off.eius Dec.cons.88.volum.1. Siluan. consil. 2.num.56.& sequent.lib.2. Castrens. in l.voluntas,colum.penultim. C.de fideicommiss. Curt.de feud.2.par.q. 4.colu.fin.& seq.Affl. in constit.Regni Diuæ memoriæ,q.2.num.2.Paris de reintegr. feud. folio 126. Iacob. à Sancto Georgio in l. cum ij, §. eam transactionem,colu.2.ff.de transact. Dec.cons.142.col.2.vers.& prædicta, & in consil.329.num.5. Grat. consil. 142.num.22.lib.2.Couarr.var. resol. lib.2.cap. 17. num.2. Cæsar de Grass. dec.3.num.14.de rebus eccles.non.alien.& sequent.num 20.Rota in vna Romana domus, 27. Nouembris 1588. † coram Blanchetto, & iterum in vna Imolen. bonorum, 21. Maij 1593.coram Pamphilio,Mediolanen. bonorum, 21. Aprilis 1599 † coram Lancellotto, & facit decisi.99. Petri Gastiæ.

2 Intellige primo*, dummodo solitum non alteretur, Curt.Iun.de feu. d.q.part.2.Dec. in Authen. qui rem. numero 22. & Cagn. numero 58. C. de sacrosan.eccles.Alexand.consil.9. numero 2.libro 3. vbi de communi, & consil. 15. numero 18. libro 5.Dec. cons.142.numero 5.vers. scitis, Clar. in §.feudum,q.13.Rota in d.Imolen. bonorum.†

Intellige secundo, dummodo solitum aliunde, quàm ex partium assertione probatur, Bart.in l. si forte, ff. de castr. pecul. qui communiter approbatur, vt tradit Paris. cons. 62. numero 7.volum. 1.Aymon. consil. 175.numero 2.Bart.in Authen. si quis in aliquo,num.12.& ibi Dec.numero 36.C.de edendo, Alexand. consil.17. numero 6.lib. 4.Rota in vna Auersana tenimenti, 24. Nouembris 1581.† coram Cantuccio, vt patet in decisi. 160.par.2.num.4.

3 Ad hoc tamen, vt res ecclesiæ dicatur solita alienari, requiritur, quod præcedat vna alienatio sollennis, vel duo, cum spatio quadraginta annorum, Præpos. in cap. 1. numero 21.& sequent. qui feud. dare poss. Alexan. consil.9.numero 6.libro 3.Ias.consil. 55.colum.penultim. vers. non obstat secundo, vbi de communi libro 1. Ruin.consil.35.numero 30. volum.1. Curt.de feud.parte 2.q.2. numero 8. & seq.vbi dicit communem Bald.de præscript.par.1.princip.q.20. Dec. in d.Authen.qui rem, numero 20.& d consi.142.numero 4.volumine 1.Capyc.in inuest. feud. in verbo feudum dant,versic. prælati ecclesiarum, folio 142.vsq; ad 148. Clar.in d. §. feudum,qu.13.Rodoan.qu.65.Affl. in d. constit. Diuæ memoriæ, quæst. 67. quem sequitur Alexand. Striat. in repet.extrauag. ambitiosæ, sub numero 19. & 33. & Ripa in l. filiusfamiliàs, §. diui, numero 65. ff.de legat.1. Non tamen requiruntur necessariò vniformes.Ioseph. Lud.consil.23. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Pisana bonorum, 20.Februarij 1585. † coram Cantuccio; & sufficit, quod vna sit valida, Mainard.decis.99. Seraph. decis. 337. & fuit resolutum in *d.Pisana bonorum.

4 Ad effectum tamen, vt dicatur valida non præsumitur sollennitas spatio triginta annorum, Alciat.consil. 121. Rot. * in d.Pisana bonorum, & iterum in vna Romana domus, 13. die Ianuarij 1586. * coram Blanchetto.

5 Nunc limita principalem con-

Digitized by Google

clusionem, & primo in alienatione rei solitæ alienari cum pacto, quod non transeat ad extraneos, quia non potest alienari, vt transeat sine sollennitatibus, Gozad. consil. 39. num. 12. Bald. consil. 212. volumine 1. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 6. versic. scitis tamen, & idem in §. feudum, quæstio. 13. Rota in vna Imolen. bonorum, 21. Maij 1593. * coram Pamphilio.

Limita secundo in re solita alienari, cuius facta est incorporatio, Card. in cap. sine exceptione, 12. q. 2. Guido Pap. decis. 154. Crescent. decis. 1. de location. Garz. decis. 99. Berret. consil. 111. Curt. de feu. par. 2. quæst. 1. numero 10. Affli. in constit. Baiulos, numer. 89. post Abb. in cap. vt super, tit. de rebus eccl. non alien. Rodoan. quæst. 65. quando autem dicatur facta incorporatio, vide vltra DD. cit. Anchar. consil. 156. Bald. consil. 90. volum. 1. Menoch. consil. 79. numero 10. & seq. Clar. in d. §. feudum, d. q. & Rodoan. q. 362.

SVMMARIVM.

1 *Assensum præcessisse præsumitur, si âte eodem die expeditione assensus, & alienatione facta, & quare.*

2 *Erectionem Ecclesiæ, præsumi vnionem beneficiorum præcessisse.*

3 *Appellationem præcessisse commissionem præsumitur, ac mortem, beneficij impetrationem, sic etiam excommunicationem, appellationem.*

4 *Præcessisse præsumitur id, quod de iure antea est faciendum.*

5 *In dubio pro actus validitate potius præsumitur, quam pro inualiditate.*

6 *Contractibus eodem die celebratis, illum præcessisse præsumitur, per quem vterque actus validatur.*

7 *Coniectura est fortior omnibus aliis, quæ facit actum valere, ac illa præsumptio est accipienda, quæ pro actus perfectione capit.*

8 *Præsumptio validitatis actus, omni alia contraria probatione est efficacior.*

Assensus Apostolicus, si expeditus reperiatur eodem die, quo fuit facta alienatio quid præsumatur præcessisse assensus, an verò alienatio.

DECIS. XXVII.

RESpondeo, dicendo, assensum Apostolicum præsumi præcessisse alienationem rei Ecclesiæ, & hoc ex pluribus.

1 Tum quia illud præsumitur præcessisse, quod de iure præcedere debet, vt ait Bald. in l. cum in testamentò §. hæc verba ff. de hæred. institut. sicut in simili clericatus præsumitur præcessisse collationem eodem die factam, Crescen. dec. 4. de præsump. Cassad. decisi. 20. de præbend. Item Ecclesiæ erectionem præsumi præ-
2 cessisse vnionem beneficiorum ei factam, Crescen. dec. 6. de præsump. & Appellatio, commissionem, Rota
3 decisio. 202. in nouis, sicuti mors impetrationem beneficij, quando vtraque die sequuta reperiatur, Cassad. dec. 22. de præben. & excommunicatio, appellationem, Rota decision. 316. in antiq. sicuti à sententia inhibitionem. Tess. decision. 49. Achill. de Grass. decisi. 34. de appell. Quæ omnia propterea præcessisse præsumuntur, quia de iure præcedere debent, secundum Bald. cit. l. cum in testamento, & in cap. cum adeò numero 3. & sequent. de procur. Alciat. in l. Ostensam in 1. colum. in princip. ff. de verb. signific. & præcessisse id præsu-

Digitized by Google

mitur secundum Crescen. decis. fin. de præsump. quod prius fieri debet, vnde cum expeditio assensus de iure regulariter præcedere habeat alienationem, proinde in dubio præcessisse est præsumendum.

5 Tum etiam, quia cum validitas alienationis dependeat ab assensu, proinde præsumitur illud præcessisse, quod actum validitat, Felin in capit. pastoralis 3. colum. vers. ad identitatem, de rescrip. Crescent. decisi. 2. de except.

6 Tum denique, quia in dubio præsumitur, quod actus magis valeat, quam pereat. l. quoties ff. de reb. dub. hanc enim esse benignam interpretationem testatur Socc. in d. l. cum in testamento 2. notab. de quo meminit de Franch. decis. 594. & dicit Crotus in l. 1. ff. de donat. quod vbi reperiuntur duo contractus eodem die celebrati, & non constet vter eorum præcesserit, præsupponendum esse illum prius fuisse celebratũ, qui debebat fieri per præambulum, & per quem vterque actus validatur, secũdum Cin. & Bartol. in d. l. cum in testamento, & dicit Imol. in cap. 1. numero 7. de præsump. quod coniectura,

7 quæ facit actum valere, est fortior, ac potior omnibus aliis coniecturis, imò illa præsumptio capienda est, quæ facit actum validiorem, & perfectiorem gloss. 1. in l. 1. ff. de iudic. & ibi Lancellot. colum. 3. vers. in fine Gloss. & Cagn. numero 37. versicu. 3. colligitur, & præsumptio validitatis actus est efficacior, quacunque alia probatione contraria, Galiaul. in repet. l. centurio numer. 110. ff. de vulg. & pupil. Ioann. Lopez in repet. l. si puer num. 26. vers. confirmatur alia ratione C. de hæred. instit. vnde cùm in casu, de quo agitur, dubitatur, quando celebratum sit instrumentum alienationis, & quando fuerit impetratus assensus Apostolicus, si igitur præsumemus, assensum priùs fuisse impetratum, redderetur contractus validus, sin autem econtrà, inualidus, & propterea est præsumẽdum ex prædictis priùs fuisse impetratum assensum, quam celebratum instrumentum, & ita decisum refert in materia feudali, de Franch. decis. 649.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus præstitus super venditione facienda, non extenditur ad alienationem iam factam.*

2 *Assensus Apostolicus est stricti iuris, ac in expressis tantum extenditur.*

3 *Assensus a petentis supplicatione declaratur.*

4 *Quid est narrandum in petitione, ad hoc, vt assensus ad præterita trahatur.*

An assensus Apostolicus præstitus super venditione facienda extendatur ad alienationem iam factam.

DECIS. XXVIII.

IN hac quæstione negatiuè respondeo, prout ita voluerunt Iser. 1 in cap. 1. colum. 4. qui success. tenean. Alexand. consilio 145. volumine 5. Loffred. consilio 9. numero 5. post Castrens. in l. si quis filio §. irritum ff. de iniustis testament. Afflict. decisione 268. & 355. & in Constitut. duæ memoriæ numero 29. & sequentibus. pagina 107. Ann. allegat. 36. numero 6. de Franch. decisio. 106. Garz. decision. 37. & in assensu feudali ita iudicatum in Regia Camera Summar. Neapol. scri-

Digitized by Google

bit Ann.sing. 40. quæ mouentur ex pluribus.

2 Primo, quia assensus Apostol. est stricti iuris, secundum Balb. deci. 23. Ann.d. allegat. 36.nec attenditur de tempore ad tempus Iser. in cap. Imperialem in princip. de prohib. alienat.feud.per Feder.Aquil. in rubric. de verb.oblig.num.63. & in expressis tantummodo suas extendere vires, voluit idem Iser.in c.donare col. 4.qualiter olim feud. poter.alien.& in c.1.col.3.qui success.teneant.

3 Tunc etiam, quia assensus declaratur à supplicatione petentis, argu. text.in l.si defensor §.qui interrogatus.ff.de interrog.actio.Castren.in d. l.si quis filio §. irritum, Socc. in l.si iam factam ff.de condi. & demonst. Alex. consil.146.volum.5. Camerar. in d.cap.Imperialem lit.E.

Tum denique, quia propterea in Breui Apostolico debet fieri mentio
4 de alienatione iam facta per traditionem possessionis, si fuerit tradita, ad hoc, vt assensus trahatur ad præterita, Rebuff.in Comp.alien.versic. nonus casus, Rodoan.q.42. numero 16.de Franch.dec. 163. licet sit disputabilis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Ecclesiæ cum sententia, est valida, dato, quod ex actis non iustificetur, & quare numero sequent. ac etiam si acta fuerint deperdita, vel integra non reperiantur nu.3.*

4 *Sententia pro rei Ecclesiæ alienatione lata illo die, quo fuerit gratia præsentata est valida, & quare.*

An alienatio rei Ecclesiæ pro cuius confirmatione lata est sententia sit valida, si non iustificetur ex actis.

DECIS. XXIX.

1 SVpponatur, quod fuit obtenta sententia vigore gratiæ si in euidentem, quæstio est, an sit valida, si non iustificetur ex actis, & fuit resolutum validam esse in Rota Romana in vna Ragusina bonorum 22. Aprilis 1578. * coram Lancellotto, vt in decis. diuers.479.parte 1.& iterum in vna Pisana bonorum 8. Aprilis 1585. * coram Viceecomite, & in vna Auximana bonorum 13. Maij 1585. * coram Rubeo, & 15. Nouembris 1585. * coram Robusterio, Roman. deuolutionis domorum 26. Martij 1590. & Florentina bonorum 7.Maij 1590. *coram Pamphilio,& Roman. Casalis Turricellæ 29.Aprilis 1594.*
2 coram Seraphino. Et ratio conclusionis est, quia potuit Iudex se extraiudicialiter informare; Abb. consil. 41.volum.1.Dec. consil.341. numero 12.eodem volum.Menoch.cons. 213. volum.2. Bursat. cons.122. volum.1. Monald.consil.191.num.3.& seq.Cepyc.decis.16. numer. 14. & Crescent. decis.12.de priuileg.

Amplia conclusionem suprapositam, etiam si acta essent amissa, vel
3 integra non reperiantur, Corn.consil.210.ad fin.vol.4. Alex. consil.339. nu.7.& seq.volu.2.Aymon. cons.112. nu. 7. & fuit resolutum in Rota Roman.in dec. deuolutionis domorum 26.Martij 1590. * coram Pamphilio; & in dec.Casalis Turricellæ.

4 Amplia secundo, vt nec talis sententia sit nulla, licet eodem die, quo gratia fuit præsentata lata sit, cum etiam illo die Iudex posset adhibere causæ cognitionem, & super vtilitate Ecclesiæ informare, Gabriel de senten.concl.5.numero 34. Menoch. cons.337.volum.2.Burs.consil.10.numero 3.& d.consil.122. numero 6.& seq.

Digitized by Google

ſeq. & fuit reſolutum in Rota Rom. in vna Raguſina emphyteuſis 20.
† Iunij 1578. † coram Lancellotto, vt patet in deciſi. diuerſ. 429. nu. 3. par. 1. & in d. Auximana bonorum 13. Maij
† 1585. coram Rubeo, & 15. Nouem-
† bris 1585. † coram Robuſterio, & in vna Maceraten. locatis 15. Februarij
† 1599. † coram Lancellotto.

SVMMARIVM.

1 Officiali in eius officio creditur; ac etiā notario aſſerenti ſe rogatum nu. ſequ. imo ſe certioraſſe de Velleiano, ac etiam text. fuiſſe rogatos nu. 3.

4 Notario aſſerenti in rei eccleſiæ alienatione aſſenſum interueniſſe Apoſtol. non eſt credendum.

5 Scriptura ſeparata, pro aſſenſu Apoſtolico eſt facienda.

An aſſenſus Apoſtolicus probetur ex verbis Notarij in inſtrumento.

DECIS. XXX.

1 SVpponatur, quod in inſtrumento alienationis rei Eccleſiæ, notarius aſſerat aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe, dubitatur num ex præfatis verbis probetur aſſenſus interpoſitio?

Difficultatem faciebat, quia officiali in eius officio creditur, Barto. in l. diuus. n. 8. ff. de cuſt. rer. Ruin. conſi. 56. num. 5. vol. 1. Gram. conſ. ciuil. 24.
2 col. 2. & Notario aſſerenti ſe rogatū, creditur, Pariſ. cōſ. 28 n. 52. col. 3. vol. 2. Roman. conſ. 179. Alciat. reg. 3. præſum. 13. Item ſtatur eius dicto aſſerēti ſe certioraſſe de Velleiano Menoch. conſ. 37. num. 122. Soc. conſ. 44. col. 4.
3 lib. 4. & conſ. 144. Item creditur Notario, teſtes fuiſſe ſpecialiter rogatos, Ruin. conſ. 154 nu. 7. vol. 3. & conſ. 61. n. 3. vol. eod. & Cacheranoc. deciſ. 122.

Contrariam tamen ſententiam tenendam in praxi firmauerunt Affl. in cap. 1. colum. 4. de alien. feud. latè Frez. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 24. Foll. pract. cenſual. verb. non ſcientis nu. 67. vbi optimè Garz. de expenſ. 27. referens ita decitum per Bart. in l. ſi fortè
4 ff. de caſtren. pecu. & l. ſi donatione Cod. de collat. & per DD. in C. ... ext. de probat. & in propriis terminis, quod non credatur Notario aſſerenti in alienatione rei Eccleſiæ interueniſſe aſſenſum Apoſtolicum tenuit Rot. Bonon. vt refert Pet. de Benint. dec. 2. volens etiam, quod fiat aliud inſtrumentum ſeparatum loquens de cauſæ cognitione, & ita in indiuiduo, quando agitur de alienatione rei Eccleſiaſticæ, quod debet fieri ſcriptura ſeparata de aſſenſu Apoſtolico, quæ ſcriptura debet præcedere de per ſe, vt fuit Specul. tit. de procur. §. 1. verſic. ſed quid ſi ſolum, Paul. Caſtr. conſil. 91. incip. in Chriſti nomine, Alciat. conſ. 21. n. 3. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 Aſſenſus Apoſtolicus præſumitur expeditus, ſi clericus tenens regiſtrum ſupplicationum fidem fecerit, quod in libro ſuarum rubricarum expeditionem inuenerit, non obſtante, quod regiſtri liber ſit deperditus, & quare nu. ſeq.

Aſſenſus Apoſtolicus an expeditus præſumatur, ſi reperiatur in libro rubricellæ notatus.

DECIS. XXXI.

BEneplacitum Sedis Apoſtolicæ præſumitur expeditum, ſtante

Digitized by Google

fide clerici registri supplicationum asserentis, quod in libro sitarum rubricarum expeditionem vnius si in euidentem inuenit de eo tempore, licet registri liber non inueniatur cap. ad audientiam cum ibi notat. de præscript.& in c.cum parati eo. tit.& fuit resolutum in Rota Rom. in vna casalis de Pichis 15. Iunij 1587. & ite-
† rum in vna Bononiens. affictus do-
† morum 6. Ianuarij 1597. † coram Mantica.

Nec probatur non fuisse expeditum ex diligentia facta in actis Vicarij Papæ, vbi non reperitur, vt fuit resolutum in d. Roman. Casalis de Pichis. Ratio autem principalis conclusionis est, quia sumptum ex registro supplicationum, & bulla non fidem faciunt in iudicio, vt per Crescen. decisi. 1. & 2. de fid. instrument. Caput Aquen. decisi. 225. libr. 3. Mascard. de probat. conclu. 711. Bellenzin. de charit. subsid. qu. 113. in fi. quid quid antiquis temporibus tenebat Rota, vt apparet in decisi. 10. de probat. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ alienata absque solemnitatibus potest præscribi spatio quadraginta annorum.*

2 *Præscriptio post mortem illius, qui rem ecclesiasticam malè alienauit, incipit non autem antea, & quare num. seq.*

4 *Præscriptio contra ecclesiam eo tempore, quo in commenda fuit non currit.*

5 *Restitutio in integrum ecclesiæ datur aduersus præscriptionem.*

6 *Scientia, & patientia illius cōtra quem præscribitur, est necessaria ad hoc, vt præscriptioni locus sit, ac eam tenetur probare, qui in dicta præscriptione fundatur.*

An res ecclesiæ alienata absque sollennitatibus possit præscribi.

DECIS. XXXII.

RESpondeo, quod licet Paulus Quartus contra res Ecclesiæ malè alienatas exceptionem præscri-
1 ptionis legitimæ constituisset, non posse opponi. Pius Quartus reuocauit & ad viam iuris communis reduxit, vt patet in eius Bull. incip. prouida fol. 681. & ita etiam decidit Tom. Triuis. decis. 28. par. 1. & decis. 58. eod. li. & sæpius per Rot. Rom. & signanter in vna Auximana alienationis
† 13. Ianuarij 1581. † coram Licta; & intelligitur de præscriptione 40. annorum 2. Rodoan. qu. 2. cap. 3. num. 12. cum tale tempus sufficiat in præscribendis bonis Ecclesiasticis Auth. quas actiones C. de sac. san. eccles. & in c. ad audientiam c. cum nobis, & c. illud de præscriptionibus.

2 Intellige primo dummodo præfata præscriptio incipiat post mortem illius, qui malè alienauit 2. Alex. Stiat. in repet. huius Paul. ext. de reb. eccl. non alien. sub num. 56. post Ioan. And. in c. 1. numer. 3. & Ant. Butrig. num. 7. eod. titul. in 6. Rebuff. in compen. Alienat. rei eccles. num. 38. Rodoan. eiusdem nominis tract. qu. 79. cap. 3. Balb. decis. 25. & 91. numer. 3. Mascard. de probat. conclus. 125. numero 12. Molina de iust. & iure disput. 7.

Cujus limitationis est ratio, quia contractus non sumpsit vigorem à
3 principio, & ideo subducitur tempore quo Prælatus malè alienans vixit per text. in cap. si Sacerdotes 16. quæst. Innoc. in cap. cum ex literis in princip. de in integr. restitut. glo. fin. cap. 1. eod. tit. in 6. Faber in l. final.

Cum quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ. poſt Bald. in l. 1. coll. circa princip. verſ. (in tex. ibi nulla præſcriptione Cod. de bon. mater. & ita refert deciſum Guid. Pap. deciſ. 150. 4 quemadmodum ſubducitur etiam tempus, quo Eccleſia fuit in comenda ſecundum eundem Guid. Papa deciſ. 152 & facit Capic. deciſ. 2.

Aduertas tamen, quod aduerſus præſcriptionem datur nihilominus eccleſiæ reſtitutio vt fuit dictum in 5 Rot. Rom. in vna locationis bono- † rum 13. Februarij 1591. † coram Lancellotto. Affl. dec. 329. Molin. de iuſt. & iur. diſput. 87.

Primam limitationem intellige, vt neque præſcriptio hæc procedat poſt mortem illius, qui malè alienauit, niſi data ſcientia, & patientia cuiuſlibet rectoris, ſeu Prælati ſucceſſoris, eoque maximè vbi plures intra d. tempus ſucceſſiſſent, quam probare habet, qui ſe fundat in d. præſcriptione Caual. deciſ. 46. num. 29. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ locus eſt in contractu alienationis rei eccleſiæ ante beneplacitum Papæ, ſecus vero poſt, etiam ſi ſententia executionis per commiſſarios ſit ferenda, & quare numero 2.*

2 *Conditio (ſi alienatio cedat in euidentem eccleſiæ vtilitatem) quæ apponitur in mandato alienationis rei eccleſiæ non ſuſpendit gratiam. nec facit beneplacitum conditionale, quoad eius ſubſtantiam.*

4 *Pœnitentiæ non eſt locus in alienatione rei eccleſiæ poſt obtemptum beneplacitum, etiam reſpectu ſucceſſoris, qui alienationi non conſenſit, dummodo fuerit impetratum in vita prædeceſſoris alienantis.*

5 *Alienatio rerum eccleſiæ abſque [illegible] Apoſtolica habet implicitam ſtatim validitatem, ſaltem eccleſia non reclamante.*

6 *Alienationis eccleſiæ [illegible] confirmatæ eſt in [illegible], vel recedendi.*

7 *Alienatio an poſſit [illegible] poſt [illegible] [illegible] beneplacitum ſi poſſit [illegible] expeditam per verba [illegible] traduxer.*

Pœnitentiæ an ſit locus in alienatione rei eccleſiæ per ſucceſſorem.

DECIS. XXXIII.

PVlchra eſt, & vtilis admodum dubitatio, de qua controuertebatur in curia Archiep. Neapol. an in contractu alienationis rei eccleſiæ, locus ſit pœnitentiæ per Rectorem ſucceſſorem de contractu inito per eius prædeceſſorem, cum reſeruatione aſſenſus apoſtolici impetrandi per biennium in qua quæſtione Domini de congregatione diſtinguebant; quod ante obtentum beneplacitum, ſit locus pœnitentiæ, in quibus terminis loquitur Put. deciſ. 353. libr. 1. Accoran. b. deciſio. 9. Achil. de Graſſ. deciſ. 2. de pact. Caputaquen. deciſ. 12. par. 3. Rot. diuerſ. deciſion. 577. numero 2. part. 1. Mariſcott. libr. 1. Variar. Reſolut. cap. 4. poſt tamen obtentum beneplacitum, partes non poſſunt amplius pœnitere, neque à contractu recedere, licet nondum fuerit ſecuta ſententia confirmatoria vigore Breuis in euidentem per Commiſſarios Apoſtolicos, ita in propriis Farin. deciſion. Rot. Roman. deciſion. 205. & 206.

Digitized by Google

Parisf.consi.1.num.129.lib.1. Cephal. consf.91.num.9.libr.1.Bald.consi. 175. num.7.lib.1.& ita pluries fuit resolutum per Rotam, vt in causa Leodic. domorum 10.Maij 1576.† coram Rubeo,& iterum in vna Roma.locatio. 4.Iunij 1584.† coram Blanchetto & tandem in vna nullius emphyteusis 15.Nouembris 1605.† coram Lancellotto.

2 Ratio differentiæ est, quia ante obtentum beneplacitum conditio, super qua fuit contractum, non est purificata; vnde licitum est pœnitere; cum alienationi ius resistit cap. si quis presbyterorum, vbi DD.de reb. eccles. non alien. sed illo obtempto cessat iuris resistentia,& consequenter conditio suspensiua apposita in contractu amplius non durat. Illa verò alienatio si cedat in euidentem vtilitatem, quæ apponitur in mandato de confirmando, cùm respiciat tempus initi contractus non suspendit gratiam, nec facit beneplacitum conditionale, quoad eius substan-
3 tiam, quia licet sit impedita executio beneplaciti apostolici, quæ est dilata in tempus, postquam de euidenti constiterit vtilitate; nihilominus effectus (Breuis) statim ab initio operatur; nam quod cedat vel non cedat in euidentem Ecclesiæ vtilitatem: est omnino certum in rerum natura, licet nobis incognitum,& propterea illius liquidatio non suspendit effectum, beneplaciti, vt fuit dictum in allegata Leodic. & benefacit, quod alias voluit Rota in vna Burgen. Canonic.28.Aprilis 1597.† coram Pamphilio.

4 Ampliatur supradicta conclusio, vt locum habeat etiam contra successorem, prout in casu de quo nunc controuertitur, nam licet alienationi non consensit, si tamen assensus fuerit impetratus in vita prædecessoris, qui alienauit, & contractus erit vtilis Ecclesiæ, Rector succedens non potest pœnitere, nec tollere ius iam alteri acquisitum Alex. consilio 27.num.4. libro 3.& fuit decisum in Rota in vna Bononien. transactionis 5.Decembris 1607.† coram Coccino.

5 Limitatur eadem conclusio, vt non procedat, quando alienatio esset confirmata, sed nulliter, quia non posset peti, vt de nouo contraheretur, nec ad id rector cogi posset, sed
6 eius esset electio an vellet stare contractui, vel potius ab eo recedere, c. si qua, 12.q.2. Glos. in c.1.vers.sed vacante, vbi omnes, ne Sede vacan. & alij in cap.1. de his, quæ fiunt à Præl. Cassan. in consuet. Burgund. rub.4. numero 26.§.1.Pinell.in l.1.par.3. numero 32.C.de bon.mat.Put. decisio. 310.lib.2.& fuit decisum in Rot.in vna Cortonen. bonorum, 3. Iulij 1589. & 26. Ianuarij 1590.† coram Platto.

An autem liceat reuocare alienationem post porrectam supplicationem, ante tamen expeditionem assensus, si postea fuit expeditum per verbum fiat, vide Afflict. decisi. 253. vbi nonnulla ad propositum.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus præsumitur in rei ecclesiæ alienatione spatio triginta annorum interuenisse.*

2 *Assensus Apostolicus præsumitur interuenisse, dato, quod sit reseruatus in vim conditionis, ac etiam si in instrumento non sit enunciatus, numer.3.*

4 *Assensus præsumitur annorum cursu supradicto interuenisse, dato, quod Summus Pont. scientia probata non fuerit.*

5 *Assensus Apostolicus non præsumitur,* quan-

Digitized by Google

quando de confirmatione Apostolica inualida infra illud tempus appareret, & quid si confirmatio ab eo, qui alienationem impugnat, fuerit producta.

An assensus Apostolicus in alienatione rei ecclesiæ præsumitur ex diuturnitate temporis.

DECIS. XXXIV.

1 ASsensus Apostolicus ex cursu triginta annorum præsumitur, secundum Felin. qui de communi testatur in c. Albericus, numer. 4. vers. si autem instrumentum, de testib. glos. in c. peruenit, vbi Ioann. de Imol. de empt. & vend. Anch. cons. 152. & hæc opinio est recepta in Rot. Roman. vt fuit dictum in causa Cauallerien. 10. Ianuarij 1579. † coram Rubeo, Romana casalis, 18. Iunij 1593. † coram Seraphino, & in eadem 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. † coram eodem, & iterum in vna Elnen. mineriorum, 16. Decembris 1585. † coram Orano, & in vna Placentina decimarum, 21. Ianuarij 1587. † coram Rubeo, & Rota diuers. decisi. 372. lib. 2. & iterum in vna Romana casalis Longhezze, 28. Iunij 1593. † coram Seraphino, & in Mediolanen. rescissionis permutationis, 10. Ianuarij 1597. † coram Pamphilio, & sæpissimè in aliis causis: adest etiam decis. Rota diuers. 379. par. 2. & Put. decisi. 365. lib. 2.

2 Amplia primo procedere, etiam si assensus esset reseruatus in vim conditionis, vt fuit dictum in Rot. Rom. in vna casalis Longhezze, 23. Maij 1594. † coram Seraphino, & in vna Rom. casalis de Pichis, 15. Iunij 1587. † coram Seraphino.

3 Amplia secundo, etiam si in instrumento non sit enunciatus, Fel. in d. cap. Albericus, rub. num. 4. vbi de communi testatur, vt fuit resolutum in d. Romana casalis Longhezze, 28. Iunij, & 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. † coram Seraphino.

4 Amplia tertio, vt procedat etiam si Papæ scientia non probetur, secundum magis veram, & communem opinionem, de qua per Alexan. consi. 27. numer. 4. Socc. consil. 254. lib. 2. Cor. consil. 181. lib. 3. & de communi, Cur. Sen. consi. 73. num. 3. Dec. consi. 36. num. 8. vers. vltimo non obstat, Gem. consil. 87. Franc. March. decis. 473. numero 3. Gram. decisi. 79. num. 2.

5 Limita principalem conclusionem, quando apparet de confirmatione Apostolica infra illud tempus inualida, quia tunc valida ex cursu temporis non præsumitur, Paris. cons. 27. num. 119. li. 1. Aymon. consil. 134. num. 44. Bellon. consil. 20. num. 9. & tenuit Rot. in vna Elnen. mineriorum 16. Decembris 1585. † coram Orano. Sublimita, nisi confirmatio esset producta ab eo, qui alienationem impugnat, quia tunc non tollitur præsumptio alterius confirmationis validè ex diuturnitate temporis proueniens, Crescent. decisi. 21. de probat. Put. decis. 366. libro 1. Cassad. decisi. 3. de procurat. & fuit dictum in vna Cæsaraugustana Parochialis, 8. Nouembris 1599. † coram Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Scientia Papæ requiritur ad præsumendum assensum Apostolicum interuenisse in minori triginta annorum spatio.*

2 *Scientia Sum. Pont. requiritur, quando de eius agitur præiudicio.*

An vt assensus Apostolicus ex temporis cursu præsumatur, requiratur scientia Papæ.

DECIS. XXXV.

IN hac quæstio. respondeo, distinguendo, quod aut sumus in spatio
1 triginta annorum, & non requiritur, in minori verò bene requiritur. Cassad.decis.3. nu.7. de procur. Fab. decis.22.par.2.Mohed.decisio. 2. de transact.Rota diuers.decis.237. lib.2. & ita fuit resolutum in Rota Rom. & in vna Romana domus de tribus montibus, 29. Octobris 1582. † coram Aldobrandino, & in causa Messan.præeminentiarum, 28. Iunij 1582. † coram Blanchetto, & iterum in vna Romana casalis, 7.Iunij 1591. † coram Gipsio.

2 Et maximè requiritur, quando de ipsius Papæ præiudicio agitur, secus si de præiudicio alicuius inferioris, Aymon. de antiq. temp.part.3.§. vidimus, nu.29. & Menoch. cons.25. num.6.& seq.vol.1.de Rubeis, consi. 79.num.3.& sequ. & fuit in Rota resolutum in dict. Messanen. præeminentiarum.†

SVMMARIVM.

1 *Clausula (vt non alias, nec alio modo) conditionem inducit, in tatum, quod si in alienatione est reseruatus assensus Apostolicus, in qua de iure non requiritur, propter clausulam appositam illius impetratio est necessaria, alias contractus erit nullus, numero 3.*

2 *Contractus resoluitur per formæ non adimpletionem.*

4 *Assensus reseruatio actum efficit conditionalem.*

5 *Empter fructus interim lucretur, si constat beneplacitum non posse deuineri reseruatum in rei Ecclesiæ alienatione.*

In reseruatione assensus Apostolici clausula, vt non alias, nec alio modo, an inducat conditionem.

DECIS. XXXVI.

1 RESpondeo, quòd in alienatione rei Ecclesiæ, in qua est reseruatus assensus Apostolicus cum clausula præfata, est omnino necessaria illius impetratio, dato, quòd in eo casu de iure non requiratur, & ratio est, quia hæc clausula importat conditionem, Glos. in l.si quidem, cùm ibi not.C.de except.Caputaq. decis. 82.n.3.par.3.Cassad.dec.2.num.7. de simon. & inducit etiã formam, Boer. dec.243.num.11.Matth.in deci. Pisana 196.& fuit resolutum in Rot. Romana, in vna Romana domus, 9.Decembris 1588. † coram Seraph. hinc e-
2 uenit, quod non adimpleta forma, seu conditione, resoluitur cõtractus, Guido Papa decis.163. num.1. & propterea si contractus alienationis rei Ecclesiæ, cui fuerat reseruatus assen-
3 sus, celebretur absque eo, erit nullus, quamuis assensus nõ sit necessarius, vt fuit latè dictum, ac resolutum in Rota Rom. in vna Roman. domus, 23.Ianuarij 1586. † coram Blãchetto, & iterum in vna Nouarien. decimarum, 28. Maij 1593. † coram Augustino, & in Romana locationis, 21.Maij 1593. † coram Blanch. & alias sæpius.
4 Semper enim reseruatio assensus facit actum conditionalem, gloss. in l.item Labeo, §.1. in verbo purè, ff. fam.ercisc. Brun.cons.42, Curt.Iun. consil.77.num.3. Isern. in cap.Imperialem, §.Scriba, colu. 2.vers. secus si ven-

ven dit, de prohib. feud. alien. per Fe-
dericum, & ibi Capyc. colum. 218.
Moder. in c. 1. quid sit inuest. Ann. in
const. diuæ memoriæ, nu. 194. & sing.
447.

5 An autem in alienatione cum re-
seruatione assensus Apostolici inte-
rim, donec constet non posse obti-
neri beneplacitum, emptor lucretur
fructus, vide in causa Romana loca-
† tionis, 21. Maij 1593. † coram Blan-
chetto.

SVMMARIVM.

1 *Requisita in alienationibus factis per Rom. Pontif. non sunt necessaria, & quare num. 2. Nec etiam si cum ipso contraheretur nu. 3. idem si vt priuatus nu. 4.*

5 *Quid si Papæ authoritas non esset ritè interposita.*

6 *Authoritas Papæ causæ defectum non supplet.*

Sollemnitates in alienatione facta à Summo Pontifice, an requirantur.

DECIS XXXVII.

1 IN alienatione rei Ecclesiæ facta à
Papæ auctoritate non requirũtur
aliæ sollemnitates, Abb. in cap. 1. de
confir. vtil. vel inutil. & in consil. 47.
volu. 1. Oldrad. cons. 131. num. 2. Bald.
per illum tex. in l. 2. C. quand. decret.
opus non est. Corn. consil. 348. nu. 18.
vol. 1. Ruin. consi. 35. nu. 22. ad finem,
& cons. 257. nu. 5. vol. 1. Paris cons. 24.
nu. 4. vol. 4. Rolan. cons. 15. num. 4. &
cons. 96. num. 21. & sequ. volu. 1. Dec.
cons. 341. nu. 12. Rebuff. de alien. rei
eccl. nu. 15. vers. fallit, & num. 95. Ca-
pyc. dec. 16. nu. 1 prope finem. Rota in
causa Secobien. spolij 10. Decembris
† 1565. † coram Rubeo, & in decis. quo-
tid. 420. par. 2. & in vna Romana Ca-
† salis Turricellæ 10. Martij 1583. † co-
ram Cantuccio, Rot. diuers. decis. 65.
num. 1. par. 2. & in Placentina bono-
† rum 7. Aprilis 1581. † coram Seraphi-
no, vt in dec. diuer. 178. nu. 2. par. 2. &
in Mediolanens. rescissionis permu-
† tationis 10. Ianuarij 1597. † coram
Pamphilio, & facit decisio Seraphi-
ni 1307. Rot. diuers. decis. 95. par. 2.

2 Cuius conclusionis est ratio, quia
supplentur auctoritate Papæ, Bald.
cons. 112. volu. 1. & in l. rescripta C. de
precib. Imperat. offeren. Imol. in c. 1.
num. 7. de lit. contest. Alex. in l. om-
nium in fine C. de testam. & in cons.
339. volum. 2. Alciat. consil. 129. Rota
in causa Roman. 21. Maij 1593. & vide
† in eadem 28. Iunij 1593. † coram Se-
raphino.

3 Amplia primo procedere, etiam
si cum ipso Papa contrahatur, Bald.
in l. sancimus in fine C. de donat. &
in consil. 112. volu. 1. Alex. in d. l. om-
nium nu. 8. & in consil. 157. numer. 7.
vol. 2. Bertrand. consil. 137. volum. 1.
Natt. cons. 28. nu. 4. vol. 1. & in consi.
339. num. 10. vol. 2. & fuit resolutum
per Rotam Roman. in vna Casalis
† 2. Maij 1593. † coram Seraphino, &
† vide in eadem 28. Iunij 1593. † coram
eodem.

4 Amplia secundo, etiam si contra-
ctus fieret cum Papa, qui vt persona
priuata contraheret l. si consul ff. de
adopt. Ioan. And. in cap. qui tacet, de
reg. iur. in 6. Abb in cap. veteri num.
11. de elect. & in cap. 2. sub num. 2. de
decim. & in cons. 11. num. 3. volu. 2. fa-
ciunt tradita per Felin. in cap. ex lite-
ris sub num. 10. vers. secunda conclu-
sio de probat. Tiraq. de leg. connub.
glo. 7. nu. 23. Capic. decis. 203. num. 2.
& fuit resolutum in d. Romana Ca-
† salis 2. Maij, † & vide eandem 28.
Iunij.

5 Nunc limita, & primo si auctoritas Papæ non fuisset ritè interposita, quia tunc esset subreptitia Dec.cons. 142.Alex.cons.31.vol.1.Alcia.resp.91. num.3.& seq.Rot.in d.Romana Casalis Turricellæ 10. Martij 1578. coram Cantuccio,Rot.diuer.decisi.95. num.2.par.2.

6 Limita secundo, vt auctoritas Papæ non suppleat defectum causæ, Gemin.consi.48.nu.9.Dec.cit. consi. 142.nu.5.Menoch.consi.122.volu. 2. Laur.de Rodulf.in c.sine exceptione 12.q.2.Couarr.var.resol.li.2.c.17.nu. 2. Rota in vna Placentina bonorum 7. Aprilis 1581. coram Seraphino,& iterum in vna Senen.prædij 8. Octobris 1584.coram Pamphilio, Rot.diuer.deci.178.num.3.par.2.

SVMMARIVM.

1 *Sollennitates extrauag. Ambitiosæ in venditione ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ facta non requiruntur, & quare.*

An assensus Apostolicus requiratur in alienatione ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ facta.

DECIS. XXXVIII.

1 IN quæstione ista respondeo cum decisione Triuis.56.part. 2. qui firmiter tenet in præfata alienationis specie non requiri sollennitatem extrauag.Ambitiosæ. Cuius decisionis est ratio, quia finis prohibitionis de non alienandis bonis ecclesiæ fuit in consulendo ecclesiæ indemnitati,secundum Monald.cons.91.num. 3.vol.1.Rub.decis. fin.& ecclesia ibi accipitur pro vniuersali, non cuiuscunque particularis, quæ vniuersalis ecclesia, etiam si vnius particularis bona secularibus alienat, fit præiudicium sibi vniuersali, & Sanctissimis pro tempore, sedentibus Pontificibus,sed si vna particularis alteri alienat ecclesiæ,itidem particulari, nihil vniuersalis deperit, quæ si modo sub inuocatione vnius, vel alterius Sancti subsistant, semper sub ecclesia vniuersali remanent,cum illius dispositione.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus, in terrularum alienatione, rerúmque Ecclesiæ modici valoris non requiritur,& quare n.2.nec etiam si prælatus iurauit non alienare Romano Pontifice inconsulto,nu.8.*

3 *De Modicis non est curandum.*

4 *Restitutio in integrum pro modica læsione non datur,nec etiam redhibitoria pro modica læsione competit. n. sequ.*

6 *Remissio mercedis pro modica sterilitate non est facienda.*

7 *Lex generaliter loquens, modica non includit.*

8 *Terrulæ,quæ dicantur, & qui valor est necessarius.*

An assensus Apostolicus requiratur in alienatione terrularum,rerum Ecclesiæ modici valoris.

DECIS. XXXIX.

1 REspondetur negatiuè per text. expressum,ac vulgatum in capitul.terrulas 12.quæ.2. quam opinionem referunt, ac sequuntur, Caual. decis.46.nu.8.& 75.Dec.cons. 142.n. 5.column.4. versicul. non obstat successiuè,& idem Borgnin. decisio.45. numero 4. & numero 45. Rodoan. in Rubr. de casibus, in quibus fit

alie-

alienatio numero 22. Villagut. decis. 52. numero 1. & per totum; Balb. dec. 29. Tess. fori ecclesiastici c. 15. nu. 23. Graff. cons. 2. vol. 2. post Ann. in consil. 36. numero 33. Cardin. Tolet. libr. 5. Instruct. sacerdot. cap. 91. in fine, & ita pariter refert decisum Guido Papa dec. 156.

2 Cuius conclusionis est ratio, quia in generali prohibitione alienationis modica non veniunt. Abb. in ca. vt super de reb. eccles. non alien. Felin. in capit. fin. in fin. de spons. post Bald. in cap. si proponente num. 5. & seq. de rescrip. & in consil. 91. vol. 1. &
3 de modicis nō curatur l. scio ff. de in integ. restitu. hinc fit, quod restitutio in integrum pro modica læsione nō datur d. l. scio, & l. penult. ff. de Mi-
4 nor. cap. penult. de rebus eccles. non alien. Gabriel. de restit. in integrum conclus. prima vbi de communi, Bursat. consil. 27. numero 17. Sfort. de restitut. in integ. q. 4. art. 12. numero 105. Cald. in l. si curatorem num. 7. C. de rest. in integ. quemadmodum
5 redhibitoria nō competit pro modica læsione Bald. in l. fin. ff. de redhibit. actio. nec pro modica sterilitate
6 fit remissio mercedis l. si merces, §. vis maior ff. locat. Boss. de remiss. mercedis numero 107. Carroc. decisi.
7 100. de Benin. decis. 7. & Valas. decis. 30. & lex generaliter loquens modica non includit Soccin. in fall. 129. quem text. in cap. terrulas ampliant procedere, etiam prælato iurante
8 non alienare inconsulto Romano Pontifice, Abb. in c. vt super numero 15. de rebus eccl. non alien. Borgnin. dec. 45. num. 75. parte 1.

Sed quæstionis est, cuius valoris debeant esse præfata prædiola, seu terrulæ, gloss. in d. cap. terrulas ponit exemplum in prædiis valoris 20. solidorum, quam opinionem refert ac sequitur Archid. in cap. si quos cad. cau. & q. Alciat. consi. 23. numer. 6. & sequ. contraria tamen sententia est magis recepta, & iuri consona, vt scilicet iudicis arbitrio r[illegible] quæ sint terrulæ, vt voluit Ro. Ioan. quæstio. 10. Canoph. in repet. huius Paul. numero 4[illegible] Quaranta in summ. Bullar. numer. 41. Prax. Cur. Archiepis. Neapol. cap. 60. qui consuetudinem terræ, & temporum, locorumque qualitatem attendere deb[illegible] vt voluit etiam Abb. in cap. 1. num. 5. de in integ. restit.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale, quando locus pius dicatur, & quando profanus.*

2 *Octo de modis, an hospitale sit authoritate Episcopi erectum cognoscitur.*

3 *In dubio hospitale an dicatur locus pius.*

4 *Causa, & sollemnitas in alienatione rei hospitalis authoritate Episcopi erecti requiritur.*

An in alienatione bonorum hospitalis requiratur assensus Apostolicus.

DECIS. XL.

1 PRo huius q. explicatione, primo est videndum, an hospitale dicatur pius locus, & prima sit conclusio, quando hospitale est erectum Episcopi authoritate, dicitur locus pius, & venit appellatione ecclesiæ, & gaudet ipsius ecclesiæ priuilegiis cap. ad hoc de relig. domib. cap. 2. de so. compet. Felin. in capit. de quarta numero 3. & 14. de præscript. Lambert. de iur. part. libro 1. quæstion. 11. Paris. cons. 36. numero 15. & 1[illegible]. & in

consil.44.num.5.volu.4. Gabriel de pia causa conclus. 2. numero 1. & 4. Fuscus de visit.libro 1.cap.13.num.10. Mascard.de probat.conclus.869. nu. 9.cum seq.

Secunda conclusio est, quando hospitale non est erectum authoritate Episcopi, non dici beneficium, & per consequens pius locus, Mohed. decis.18.de cau.poss. & propriet.Crescent. decis.1. de priuileg. Card. Put. dec.161.par.1.Rota diuer.dec.725.nu. 7.& decisio. 739. numero 5.parte 1.& dec.114.parte 2. Sair. decisi.1.vbi Nauarr.de relig.domibus Paris.d.consi. 36.numero 17. & consil. 44. numero 5.vol.4.& alter Paris.de resign.benef. libro 11.quæst.7.num. 44. & 76.quod verum est, si datur in titulum,Felin. in cap.ad audientiam. lib.2. numero 1.de rescrip. & in d.c.de quarta, numero 15.Gomes.super reg.de triennali possess.

Tertia sit conclusio,quod tale hospitale non dicatur locus pius, sed profanus & nullo gaudeat priuilegio ecclesiæ,Glos.in clem. quia contingit,de relig.domibus D D. in d.c. 2.de foro compet. Bal.in Auth. hoc ius porrectum,C.de sacrosan. eccles. Rom.consil.477.num.3. Lambert.d. art.11.numer. 3. Felin.in d.c.de quarta numero 1.& 5. Gabr.d. conclus.2. num.9.Paris d.consil.36.num.15. volum. 4.Redoan. de rebus eccles. non alien. in rub. sed quid, de bonis hospitalium,numero 1. & sequent. fol. 172.

2 Sed ex quibus cognoscitur hospitale fuisse erectum Episcopi auctoritate, dicas, ex pluribus. Primo, si fuit ædificatum in forma Ecclesiæ. Secundo, si in eo fuerit campanile erectum cum campana, ibique diuina celebrantur, Arch. in cap. nemo, de consecr.distin.1. Roman.d.consil. 477.numero 13.Mascard. de probat. conclus. 869. num.2. cùm sequ.Rot. diuer.decis.725.num.1.2.& 5. Tertio, si haberet nomen Sancti sibi appropriati,Felin.d.cap. de quarta,numero 13. versic. signa cognoscendi, Menoch. de præsump. libro 3. numero 52. Quarto,si in eo fuerit seruata hospitalitas per tempus antiquissimū. Gab.d.concl. 2.numero 6. Quinto,si in eo essent sepulturæ, vel cœmiterium,Glo.in d. clem. quia contingit, Roman.d.cons.477. num.12. Sexto, si in eo baptizaretur, Rom. d. consil. 477.num.11.Septimo, si reciperet decimas, Rom.loco citato, numero 12. Octauo, si collectas non solueret, Valas.dec.105.& Roman.cit.consi.

3 Non existentibus autem præfatis signis, hospitale in dubio profanum præsumitur, quamuis in eo pium opus exercetur, Rom.cit.consil.num. 13. præsertim si per laicos regeretur, Balb.consi.90.licet hæc ratio non videtur tuta,secundum Rot.Rom.decis.275.num.6.& dec.106.& 122.part. 2.Gab.consi.193.num.2.vol.1.Caual. decis.17.num.70.par.2.

4 His suppositis firmo conclusionem, quod in hospitale erecto Episcopi auctoritate, requiritur eadem sollemnitas, & causa,quæ in alienatione rerum ecclesiæ, Felin.in d.cap. de quarta,num.5. Gab.d.concl. 2.numero 9.Abb.consil.104.volum.1.Paris d.consi.36.nu.24.volu.4. Cardin. Put.decisio.519.part.2. Rota Bonon. decis.13.Magon.decisio.19.Rot.Flor. quod hodie indubitatum esse dicitur, cum in Bullis Apostolicis super alienatione rerum ecclesiæ specificentur etiam loca pia.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in concordia super decimis requiritur, & an hæc concordia ligat successores.*

2. As-

2 *Assensus Apostolicus non requiritur, quando in exigendo adsit difficultas.*

3 *Paupertas à decimarum solutione excusat.*

4 *Decimæ præscribi possunt.*

An assensus Apostolicus requiratur in concordia super decimis.

DECIS. XLI.

1 HVius decis. casus est per Thom. Triuis. Rota Venet. decisio. 29. part. 1. vbi fuit dictum, quod alienatio, præscriptio, vel compositio de decimis fieri nequit, nisi de assensu Sum Pont. Vnum tamen in præsentiarum nota, quod concordia super decimis non ligat successores nisi auctoritas adsit Apostolica, cap. veniens, de transact. Abb in c. ex multiplici, num. 5. & cum homines, nu. 4. de decim. Verall. decis. 165. parte 3. Seraph. dec. 22. part. 1. & fuit dictum in vna Messanen. præeminentiarum
* 1585. * coram Blanchetto, & in vna Conchen. limitum decimarum, 4.
* Maij 1597. * coram eodem, & in eadem
* Conchen. 5. Maij 1597. * coram Licta, & iterum fuit dictum, quod concordia super demissione decimarum debitarum à laicis facta cum personis ecclesiasticis non valet absque auctoritate Apostolica, nec Episcopi consensum sufficere, prout apparet in causa Nouarien. decima-
* rum, 28. Maij 1593. * coram Arigonio.
2 Limita primo, quando adesset difficultas in exigendo; quia tunc valet concordia, Monald. consil. 22. & propterea fuit visa Rotæ iusta concordia super decimarum reductione ad vigesimam, stante exactionis difficultate, & paupertate soluendi, ita fuit resolutum in vna Ecclesien. con-
† firmationis, 20. Februarij 1595. † co-
3 ram Seraphino; hinc est, quòd paupertas excusat à soluendis decimis, Franc. March. decis. 198. part. 2.
4 Limita secundo in tacita compositione, puta per præscriptionem, quia decimæ præscribi possunt, Guido Pap. decis. 24.

SVMMARIVM.

1 *Cappellæ tripliciter concedi possunt.*

2 *Cappellæ vendi non possunt, nec veniunt in donatis venditione.*

3 *Sepulturæ in Ecclesia priscis temporibus laicis non concedebantur.*

4 *Dominium nullius rei sacræ potest haberi.*

5 *Vendere dominium sepulturæ est simonia.*

6 *Assensus Apostolicus in cappellarum concessione, quando requiritur, & quid Neapoli seruatur.*

7 *Concessa cappella, vel ecclesia, an ius funerandi datum censeatur, vbi etiam de clausula necessaria apponenda à tabellione in contractu cappellarum concessionis, necnon si licentia tacita sufficiat, & quomodo ista tacita colligitur.*

An assensus Apostolicus in cappellarum concessione sit necessarius.

DECIS. XLII.

1 REspondetur, cappellas præfatas tripliciter concedi posse. Primo, vt is, cui datur, fiat eius dominus, & sic nullo modo dari potest, etiã cum Episcopi auctoritate, iuxta ea, quæ traduntur per Menoch. cõs. 115. vol. 2. ratio potest esse duplex. Prima, quia cappellæ non possunt vendi, Bart. in

l.1.§.ne eius,ff.de operibus pub.hinc
est, quòd in venditione domus non
venit cappella idem in l.Aufilius, ff.
de priuil. cred.laicis enim primitiuis
3 temporibus, sepultura in ecclesia nõ
concedebatur, cum talis locus spe-
cialiter erat Deo dicatus, c. percipi-
mus,13.quæst.2.&Rota in vna Pam-
† philon. sepult.30. Maij 1531. † coram
Decano, licèt iste rigor hodie sit mi-
tigatus, vt tenuit Rota in vna Pam-
philon. sepulturæ de Artaxana, 23.
† Ianuarij 1618. † coram Caualerio.
4 Secunda est ratio, quia rei sacræ do-
minium nullum potest haberi, vt in
cap.causam, de præscript. Abb.in c.
5 cum laicis, numero 5. de rebus ec-
cles.alien.vel non,& hoc modo ven-
dere sepulturas, est simonia, secun-
dum Ioann. Carafam in tract. de si-
mon.in fin. numero 140. & iusta de-
cis. Gratian.26. Secundo potest dari
cum translatione iuris vtendi,& im-
pediendi, ne alij vtantur, & tunc,
6 cùm sit vera alienatio iuris vtendi,
requiritur assensus Apostolicus,Na-
uarr.consil.1.de sepult. Sair.decisi.2.
eodem tit. & tenuit Rota in vna Bo-
† nonien.sepulturæ 13.Maij 1570.† co-
ram Licta. Tertio modo potest con-
cedi nudus vsus absque translatione
alicuius iuris, & dicitur vsus facti, &
commoditas, prout considerat Fel.
in cap. quæ in ecclesiarum, numero
87.ext.de consti.quem vsum possunt
habere seruus, & monachus, idem
Nauarr.in comment.1.numero 13. de
reg[illegible] qui dictum vsum meram de-
te[illegible]onem appellat. ad nutum supe-
rioris, & tunc in huiusmodi conces-
sione non requiritur assensus Apo-
stolicus, cum nullum ius trãsferatur
in aliquem, & sic potest intelligi,
quod Dominus Quaranta docuit in
sum. Bulla. verbo alien. numero 29.
cum dixit, concessionem cappella-
rum [illegible] vsum destinatum non esse a-
lienationem: Neapoli tamen ali-
quando vidi practicari, quod cap-
pellæ conceduntur absque reserua-
tione assensus Apostolici, quia de
consuetudine possunt vendi; prout
dicimus de sepulchris, quæ per Epis-
copum possunt concedi, & aliquid
pro eis accipi. Abb.in cap. abolen-
dæ,de sepult. quod est ratione situs,
vel dignioris loci, quæ non videntur
spiritualia vnde poterunt vendi tan-
quam non necessaria ad sepulturam,
maximè ex consuetudine, Sot. de
iust.& iure, libro 9.qu.7.art.1. Pet.de
Arag. sup. D.Thom.2.2.q.100.art.4.
Gratian.libro 1.discept.forens.c.210.
& cit.decisi. 26. numero 5. quæ dicta
consuetudo erit seruanda, prout di-
cimus de cõsuetudine, quod aliquid
percipiatur pro sepultura, Castrens.
consil. 369. & consil. 363. libro 1. &
401.eodem lib.Bellam. consil.31.col.
4.in fin.

7 Animaduertas tamen in praxi,
quod concessa cappella, vel Ecclesia
per Episcopum non censeretur da-
tum ius funerandi, nisi expressè fue-
rit dictum, Vitalinus in clem.dudum
§. huiusmodi de sepult. Archid.in c.
7. de pact. in 6. Bellam. in capit. fin.
numero 6.de rebus eccles.non alien.
& fuit per Rot. resolutum in vna A-
uenionens. concessionis cappella-
† rum 13. Ianuarij 1587. † coram Li-
cta; propterea tabelliones animad-
uertant, quod in contractu conces-
sionis cappellarum;clausulã cum iu-
re funerandi apponant; licet sufficc-
ret quandoquidem licentia tacita
construendi sepulchrum,vt per Rot.
diuers.dec.222.part.1.vbi etiam sub-
dit,quod colligitur dicta licentia ta-
cita; quando sepulchrum est in loco
patenti,& non fuerit per Episcopum
contradictum,& dicta cappel-
[illegible]la per eum visi-
tata.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiæ sine causa alienari non possunt.*
2 *Assensus commendatarij vim assensus Abbatis non habet.*
3 *Dictio illius, qui actum facere non potest, non est standum.*
4 *Consensu Abbatis non intercedente, iura Monasterij non sunt distrahenda.*
Commendatarius donare non potest.
5 *Ius patronatus ex fundatione, & dotatione hodie debet esse.*
6 *Ius patronatus Ecclesiasticum absque sollemnitatibus in laicum transferri non potest, secus autem in patronatu laicali, quia sola Episcopi auctoritas sufficit.*

Assensus Apostolicus an requiratur in donatione iuris patronatus Ecclesiastici facta laico.

DECIS. XLIII.

IN hac quæstione respondeo cum decis. Rota Roma. quam Seraphinus refert in deci. 1312. quæ infra scriptis verbis complectitur; fuit resolutum, non constare de iure patronatus Illustriss. D. Marchionis; illud enim prætẽditur competere ex donatione illi facta à Monasterio de anno 1558. in qua enuntiatur cõsensus DD. Andreæ de Norgna, tunc dicti Monasterij commendatarij, verum cum bona Ecclesiæ non possunt sine cau-
1 sa alienari, & maximè, transferendo ius patronatus ecclesiasticum in personam laicalem, non valuit talis donatio, cum non fuerit facta cum debitis sollemnitatibus, ex causa euidentis vtilitatis, nec persona legiti-
2 ma intercessit Abbatis, cum tunc ille esset Commendatarius, non autem Abbas, neque de eius consensu aliter apparet, quam ex assertione prioris, nec suffragatur confirmatio expedita per pœnitẽtiarium, quia cum non constet de prædicto consensu, nec
3 stetur assertioni illius, qui actum facere non potuit, ad Bart. in l. si forte numero 5. ff. de castre. pecul. Alexan. consil. 17. numer. 5. & 6. volum. 4. Castren. cons. 22. numer. 8. vol. 3 vtique confirmatio in forma communi non suffragatur, cum sine consensu Ab-
4 batis non potuerũt distrahi iura Monasterij cap. Abbatibus 12. q. 2. c. cum in venditionibus 17. qu. 4. nec Commendatarius potuit donare cap. sine exceptione 12. qu. 2. prætereà ex dis-
5 positione Sacri Concilij Tridentini, ius patronatus debet esse ex fundatione, & dotatione, & ideo in personam Marchionis non potest esse, nisi ex priuilegio, vt Sacri Concilij congregatio censuit, & ideo censetur sublatum per eiusdem Concilij dispositionem sess. 25. c. 9. & ita conclusum. Hæc ille.

6 Ex qua decisione manifestè apparet, ius patronatus ecclesiasticum non posse in laicum transferri absque sollemnitatibus, de quibus in alienatione rei Ecclesiæ. De Patronatu verò laicali non dubitatur, quin sufficiat sola Episcopi auctoritas, c. illud, & c. nobis ext. de iure patron. c. 1. eodem tit. in 6. Verall. decisio. 131. parte 2. & Achill. de Grass. dec. 10. de iur. patron.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in alienatione annuorum redituum Ecclesiæ requiritur pluribus rationibus.*
2 *Annuus reditus loco rei immobilis habetur.*

3 *Annui redditus Ciuitatis absque sollemnitate requisita in rerum immobilium venditione alienari non possunt.*

4 *Ecclesia, & Ciuitas quoad beneficium restitutionis in integrum, & sollemnitatum adhibendarum in earum rerum venditione, & alienatione æquiparantur.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione annuorum redditum Ecclesiæ.

DECIS. XLIV.

1 COmmunis est D D. sententia, præfatum assensum in alienatione annuorum redditum requiri, voluit Abb. in c. nulli ext. de reb. eccl. non alien. Anch. num. 7. & sequent. Imol. numero 5. Mynsing. centur. 1. obseruat. 69. Maynard. decisio. 7. Rebuff. in compend. de rerum eccles. alienat. qu. 16. & 51. cap. 23. Menoch. consi. 25. num. 3. & seq. vol. 1. & consi. 334. nu. 6. vol. 2. Monal. consil. 17. vol. 1. Bursat. consi. 16. & in cons. 41. num. 6. & seq. vol. 1. qui mouentur.

Primo per tex. in l. iubemus nulli C. de sacrosan. eccl. vbi nec quoque annui redditus ecclesiæ alienari possunt absque solemnitate.

2 Secundò, quia habentur loco immobilium clemen. exiui de Paradis. §. cumque annui redditus de verb. signif. Bartol. in l. fin. in fine ff. qui satisd. cogant. Iaffred. decisi. 9. Camer. Imper. decis. 77. Mynsing. cent. 1. obser. 69. Tess. decisio. Pedem. 160. Boer. dec. 209. Gaspar Tess. decis. 2. parte 2. Ant. Faber. dec. 49. C. de pœnis. Thoming. dec. 39. parte 1. Viu decisi. 410. vol. 4. Guid. Pap. dec. 499. Gail. libro 2. obseruat. 10. Ambros. rot. Episcop. Perus. 5. Mart. Coler. decisi. 59. Rotæ Germaniæ, & latè Ego in Collect. 668.

3 Tertio, quia annui redditus ciuitatis alienari non possunt absq; sollennitate, quæ in venditione rerum immobilium requiritur l. fin. & ibi Bart. & Ioann. de Plat. C. de vendit. rer. Ciuit. libr. 10. Alexand. in l. fin. in fin. ff. de in ius vocan. Alciat. consil. 16. numero 3. Alban. cons. 169. nume-

4 ro 4. & sequ. sed Ecclesia & Ciuitas pari passu ambulant, quoad beneficium restitutionis in integrum, & sollennitatum adhibendarum in earum rerum alienatione, Gloss. communiter recepta in cap. auditis de in integ. restit, Caldas. in l. si curatorem numero 169. Cod. de in integ. restit. Sforz. Odd. eiusdem nominis tract. quæst. 33. numero 16. vbi de communi testatur.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio est omnino prohibita, quando & legis, & hominis prohibitio accedit.*

2 *Prohibitio hominis non alienando, facit aliquando, vt Princeps deneget assensum.*

3 *Surreptio vt tollatur, quid est exprimendum.*

Assensus Apostolicus an dicatur surreptitius, si summo Pontifici non fuerit significatum, quod res erat donata ecclesiæ cum alienationis prohibitione.

DECIS. XLV.

SVpponatur, prout etiam mihi accidit in factum, quod prædium sit relictum alicui Monasterio, pro substentatione familiæ eiusdem Monasterij

sterij cum expresso facto, quod non potuisset vendi, dari, alienari, subiugari, nec alio quouis titulo transferri, sed semper permanere debuisset vinculatum pro sustentatione prædicta cum pœna priuationis in casu contrauentionis, nunc quæstionis est, si præfata qualitas prohibitionis nō fuerit expressa in breui si in euidenti operetur, vt subsequens assensus censetur surreptitius; & respondendum est pro affirmatiua opinione ex pluribus.

1 Tum primo quia concurrit prohibitio tam legis, quam hominis, quo casu alienatio est omnino prohibita etiam in casibus alias permissis. Soc. consi. 75. num. 4. vol. 1. Bursat. consil. 330. numero 9. volu. 3. Ann. consil. 38. numero 54. & seq. vol. 1. & in casu vtilitatis Affl. dec. 17. num. 5. vbi allegat gl. in cap. rerum de condit. appo. sit. Mastril. decis. 77. volum. 1. Caualcan. decisio. 29. numero 57. lib. 1. & in specie de rebus ecclesiæ cum præfata conditione donatis tradit Mantica de coniect. vltim. volunt. libro 9. tit. [illegible] num. 12.

2 Tum Secundo quia talis alienandi prohibitio ab homine facta operatur, vt assensus præstari non debet per Principem, sitque iusta causa illum denegandi, præsertim in re feudali alienari prohibita, vt tradit Anna in constitut. diuæ Memo. numero 46. vbi sic fuisse seruatum tempore regentis villani viri doctissimi testatur, vt refert Fabius eius filius citat. consil. 38. num. 57.

Tum tertio quia si hæc summ. Pōtifici narrata fuissent, aut Breue non concessisset, aut maiori cum difficultate, & propterea sequitur regula iuris, quod omissio eius, quod si fuisset expressum, non fuisset concessum, vitiat rescriptum, & operatur, vt gratia censeatur surreptitia c. super literis ext. de rescript. l. 1. C. si cont. ius Iser. in cap. Imperialem num. 5. de prohib. feud. alien. Conar. li. 1. Variarum resolut. c. 2. Rota dec. 31. de rescrip. in nouis Mohed. dec. 32. cod. tit.

3 Et vt surreptio excludatur, non sufficit, id quod erat exprimendum obscurè, & sub generalitate narrare, sed clarè, & specificè omnia exprimi debēt, alias rescriptum subreptitiū, & nullum redditur Felin. in c. ad audientiam numero 18. versi. fallit 1. de rescript. Soc. consi. 273. numero 12. in fine libro 2. Crauet. consi. 636. numero 8. vol. 4. Nacta consil. 368. num. 4. vol. 2. Hondedeus consil. 27. numer. 65. vol. 1. & Anna cit. cons. numer. 48. volum. 1.

Tum tandem, quia pro hac opinione extat in terminis decisio Rotæ Romanæ 46. post dec. Caualcan. impressam & Suarez quæst. 91.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in transactione ecclesiasticæ rei requiritur & quare numero 2.*

3 *Assensus Apostolicus in duobus transactionis casibus non requiritur.*

An in transactione rei Ecclesiæ assensus Apostolicus requiratur.

DECIS. XLVI.

1 CONtrouersiæ non est locus, secūdum me, quod in transactione rei Ecclesiæ eædem sollennitates requirantur, quæ in alienatione, Feder. de Sen. consil. 94. Aymon. consilio 323. sub numero 1. versicul. dico quod Prælatus, Rebuff. de alienat. rer. eccl. numer. 66. & Rodoan. eiusdem nominis tract. cap. 1. numero 12. & 18. Bartol. in l. nulli ff. de transact.

Digitized by Google

Abb.in capit.contingit,eodem titul. numero 3.Roland.consil.15. volum.
2 1.Barbat.in Rub.de rebus eccles.non alien.volum.4. Franch.in cap.1.in fine,eodem tit.& ratio est,quia transactio dicitur vera alienatio, Bart.in l. 1 numero 3.C.si aduers. transact.Caputaq.dec.106.& decisi.165.part.1. & 318.parte 3. Farinac. de iniquis quæst. 15 numero 8.Thess.fori eccles.cap.15. numero 81.& Antonin.libr. 1.variar. resol.capitul.26.& fuit resolutum in Rota in vna Auersana tenimenti, 27.
* Ianuarij 1583. * coram Rubeo, & 23.
† Iunij 1594.† coram Gipsio, & in Na-
† uariens. decimarum, 28. Maij 1593.† coram Arigonio,& in Mediolanens.
* rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1597.coram Pamphilio,Iason,in d. l.nulli Ruin.consil.129.vol.5.

Amplia procedere etiam si res sit penes aduersarium, & in transactione agatur vt penes illum remaneat, quia nec etiam in tali casu erit valida,Bartol.Iaso.& alij in d.l.nulli, per Gloss. in l. cum his §. si anni, verbo transactione ff.eod.Balb.consil. 127. volum.2.Iason cons.327. numero 10. & seq.volum.2.Pinell. in l.1. parte 2. post numero 45. ad finem versic. adducitur C.de bon.mater. Roland.d. consil.13. numero 44. in fine volum. primo Caputaq.d.dec.106.parte 1. & fuit dictum in vna Mediolanen. em-
* phyteu. 1. Maij 1591. * coram Mantica.

3 Limita nunc, & 1. vt non procedat in rebus Ecclesiæ nondum incorporatis, quoniã in eis cadit transactio absque vlla sollennitate, Franch.in capitu.1. in fine de rebus eccles. non alien.in 6. Rebuff.d. compend. numero 21.Roland.consil.15.volum. 1. & quando censeatur prohibita transactio tradit Aimon. consilio 197.

Limita secundo,& intellige,quando res ecclesiæ per Prælatum alienantur,vel alienantur, secus si ecclesia retineat, licet aliquid det, vel faciat,Bart.in d.l.nulli numero 2.& ibi Ias.num.2.Pinell.in l.1. part.3. nu.45. C.de bon. mater. Ruin.d.consil.129. nu.3.libro 5.& Rolan.d.consil.15. nu. 43.volum.1.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio vera, & propria alienatio dicitur.*
2 *Coadiutor ecclesiam vnitam dismembrare non potest.*
3 *Episcopus nõ potest dismembrare parochiæ fructus pro nouis canonicatibus in ea erigendis.*
4 *Ministri pro Missis cantandis in parochiali Ecclesia sunt tantum ad bene esse.*

Assensus Apostolicus an requiratur in dismembratione fructuum.

DECIS. XLVII.

1 CVm dismembratio dicatur vera, & propria alienatio, propterea in ea requiruntur eædem sollemnitates,quæ in alienatione rei ecclesiæ, Rota dec.1.de reb. eccl. non alien. in nouit.Ioan.And.in clem. in vna,vers. defensor,eodem titul.Franch.& Ge-
2 min.in cap.1.eod.tit. in 6. Rebuff. in cõpend. alienat.nu.68. & propterea non licere Coadiutori dismembrare ecclesiam vnitam,&erigere iuspatronatus, cum dismembratio dicatur alienatio,Achill.de Grass.dec.1. de rebus eccl.non alien. & propterea bis
* fuit in Rota resolutum in vna Mar-
3 sicana, * non potuisse Episcopum dismembrare fructus parochiæ pro nouis Canonicatibus erigendis in ea.

Digitized by

tæ, cum numerus parochianorum non fuerit talis, quod Rector cum vno clerico in administratione Sacramentorum non posset supplere, c. vt quisque, vbi Cardin. Imol. & alij de vit. & honest cler. Cassad. decis. 19. de præb. Verall decis. 222. par. 3. Rebuff. de congrua num. 65. præsertim cùm non fuerit probatus defectus seruitij ita quod propter paucitatem ministrorum, & multitudinem parochianorum aliquid decesserint sine Sacramentis, & tanto magis quod Canonicis, seu Canonicis nouiter erectis non fuit impositum aliquod onus adiuuandi Rectorem in Sacramentorum administratione, & in a-
4 liis non sint necessarij, cum ministri pro Missis cantandis, & Horis Canonicis in Ecclesia parochiali sint tantum ad bene esse, vt aliàs fuit in Rota resolutum in vna Legien. congru.
† 11. Aprilis 158. coram Lauretano.

Nec poterit dicta dismembratio vigore Concilij Trident. substineri, quandoquidem sacra Congregatio relata à Rota in d. decis. censuit, Episcopũ non potuisse ex fructibus huius parochialis erigere Canonicatus, ita fuit resolutum in Rota in vna Marsicana dismẽbrationis fructuum
† 14. Februarij 1594. † coram Pamphilio, qui omnia refert prax. Curt. Archiep. Neap. c. [illegible]

SVMMARIVM.

1 *Confraternitates pia loca possunt dici.*
2 *Quarta portio de relictis Confraternitatibus Episcopo debetur.*
3 *Episcopus Confraternitates visitare potest.*
4 *Confraternitates multa pietatis, & misericordiæ opera exercent.*
5 *Extrauag. Ambitiosæ, in alienatione omnium piorum locorum auctoritate Episcopi fundatorum procedit, & numero 6.*
7 *Confraternitas quando pius est indicandus locus.*
8 *Confraternitas aliquando pius indicatur locus, Episcopi non accidente auctoritate.*
9 *Præcedentiæ confratrum in processionibus, à quibus sint cognoscendæ, ac terminandæ.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum Confraternitatuum.

DECIS. XLVIII.

1 PRo huius decisionis explicatione erit primo videndum, an huiusmodi confraternitates dicantur loca pia, & in terminis, quod bene dici poterunt pia loca, voluit Specul. in tit. de instrum. edit. §. nunquam. nu. 62. Io. And. in cap. Ioannes versic. vnũ est, quod refragatur, de testam. Abb. in cap. fin. 2. not. eod. tit. Castr. consil. 167. n. 4. vol. 2. Alex. consi. 219. nu. 2 volu. 1. Rebuff. in tract. de confratribus, numer. 2. Gabr. de pia caus. concl. 1. nu. 4. & seq. Valas. decisi. 105. quæ conclusio patet ex pluribus, tũ
2 quia de relictis huiusmodi confraternitatibus, tanquam relictis piis locis, quarta Episcopo debetur. Barbat. consi. 1. n. 4. vol. 1. Alex. cons. 102. num. 5. vol. 7. Vbald. de Canon. Episcopi, c. 15. nu. 5. & seq. tum quia Epi-
3 scopus potest, & debet has confraternitates, vti pia loca, visitare, Fed. de Sen. consi. 111. tum etiam, quia legatum piæ causæ factum, huic Confraternitati concedi poterit, Castren. consi. 5. vol. 2. Alex. consi. 102. num. 3. vol. 7. Dec. plures citans cons. 72. col. 3. vers. 3. vol. 1. Paris consil. 34. num. 5. vol. 3. tum denique, quia in prædictis

Digitized by Google

Confraterиis opera multa pietatis,
4 & misericordiæ exerceantur, Capra cons. 54. nu. 10. Dec. cons. 72.

Hoc supposito fundamento, pro præsentis decisionis resolutione, constituo tres iuris verissimas conclusiones.

5 Prima sit conclusio, extrauag. Ambitiosæ procedere etiam in alienatione omnium piorum locorum, Abb. in c. nulli, in fi. eod. tit. Franch. in cap. 1. eod. tit. in 6. Paris. consil. 34. vol. 4. Fel. consil. 12. & in c. de quarta, de præscript. Dec. d. consil. 72. & 158. vol. 1.

Secunda conclusio est declaratoria
6 primæ, vt scilicet, tunc tantummodo procedat, quoties præfata loca fuerint Episcopi auctoritate fundata, seu erecta, Rebuf. in compend. alien. rer. eccl. nu. 56. & 57. Rodoan. q. 28. num. 12. Affl. de iur. protho. nu. 12. Cæsar de Barz. Rot. Bonon. decis. 124. Valas. decisi. 105. Sair consil. 3. de relig. domib. de Ponte consil. 16. vbi latissimè.

Tertia sit conclusio, quoties bona in d. Confraternitate ita animo sint congesta, vt ad opera ecclesiæ, siue oratorij necessaria, & ad diuinum cultum, necnon ad sacros apparatus, & alia ecclesiæ ornamenta, atq; ad pauperes subleuandos, puellasque miserabiles nubendas, necnon pro eleemosynis erogandis, Sacerdotibus ibi celebrantibus, pro substentatione Presbyteri, Rectoris ordinarij in eadem ecclesia existentis, atque etiam pro fabrica ad eiusdem ecclesiæ, siue oratorij commodum, & ornamentum, & alia denum onera, quæ pro diuino cultu incumbūt, tunc enim existentibus præfatis, ta-
7 lis locus erit iudicandus pius, ac religiosus, nec vtique bona poterunt alienari absq; sollennitatibus requisitis in alienandis bonis ecclesiæ, ita Menoch. de recup. poss. remed. 15. nu. 36. Zab. cons. 11. col. 1. & per totum, & in cons. 13. in princip. Soc. senior cons. 82. sub n. 34. vol. 4. quam conclusio-
8 nem procedere etiam Episcopi in ipsius erectione non interueniente auctoritate, voluit Rebuff. in d. comp. nu. 34. Guttier. lib. 1. can. quæst. c. 7. in fine; Cæsar Barz. decisi. 124. Ioseph. Lud. dec. Perus. 93.

De præcedentiis autem Confratruum in processionibus publicis, à quibus iudicibus veniant dirimen-
9 dæ, vide Ann. qui refert decisionem Sac. Cons. Neap. sing. 90. & Nauar. cons. 3. de foro comp.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in impositione census super ecclesiæ rebus requiritur.*
2 *Alienatio rei ecclesiasticæ quando dicatur vtilis.*
3 *Impositio census pro litis contestatione est vtilis.*

Assensus Apostolicus an requiratur in impositione census super re ecclesiæ.

DECIS. XLIX.

1 AFfirmatiuè respondetur per tex. expressum in c. nulli, eod. titul. ibi (neque speciali hypotheca) Couarr. li. 2. var. resolu. c. 17. & Molin. de contract. lib. disput. q. 466.

2 Vnde dicetur alienatio vtilis, si huiusmodi census impositio fit pro alio censu extinguẽdo, pro quo maiori interesse grauabatur, Monald. consi. 22. vol. 1. & ita fuit resolutum in vna Godicens. censuum, 23. Ianuarij 1595. coram Seraphino.

Et

3 Et idem esset dicendum, si fiat impositio census à capitulo pro sustinendis litis expensis, Gl. & DD. in c. vt præteritam, ext. de elect. DD. in l. 1. & ibi Pinell. part. 2. numer. 68. C. de bonis mat. Goza. cons. 94. nu. 34. post Bald. cons. 22. nu. 6. & seq. vol. 1. Bertach. de Episcopo, par. 3. nu. 75. q. 39. Rodoan. de reb. eccl. non alien. c. 17. nu. 26. & seq. pag. 402. & fuit resolutum in d. Gadicen. censuum. †

SVMMARIVM.

1 *Procurator monasterij inuestiens in quadam domo pecuniam monasterij exactam (ne infructuosa remaneat) absque sollemnitate pœnis extrauag. Ambitiosæ, non ligatur, & quare. num. 2.*

3 *Pecunia est de rebus quæ seruando seruari non possunt.*

4 *A communi opinione in iudicando non est recedendum.*

Assensus Apostolicus an exigatur in inuestiendo pecuniam ecclesiasticam.

DECISIO L.

1 PRæsupposito mihi in facto, quod ad manus cuiusdam ecclesiæ, vel monasterij procuratoris, certa pecuniarum quantitas per eum exacta, eidem monasterio pertinens, peruenerit, illámque (ne infructuosa remaneret) inuestierit in quadam domo, sollennitate non seruata; propterea fuit coram me dubitatum an ob dictam pecuniæ alienationem, licet inuestierit in dicta domo, idem procurator inciderit in pœnis contentis in extrauag. Ambitiosæ. Ego respon-
2 di, præfatum procuratorem non ligari pœnis, & censuris præfatæ extrauag. siquidem d. constitutio non prohibet ea bona ecclesiæ alienari, quæ seruando seruari non possunt, prout erat pecunia præfata; immò quoad illam, licentia impartitur, vt alienari valeat, prout ibi dicit text. in princ. & Canoph. in repet. eiusdem extrauag. sub numero 75. & Monald. cons. 143. vol. 1. Rebuff. d. compend. de rebus eccl. non alien. nu. 25. Socc. in fall. reg. 3. nu. 2.

3 Et quod pecunia sit de rebus, quæ seruando seruari non possunt, tenet expressè Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum, sub nu. 4. ff. ad Treb. & in cons. 25. nu. 6. vol. 3. vbi dicit, hanc esse communẽ opinionem DD. & idem ibidem firmat Ripa, similiter dicendo, hanc esse communem opinionem, sub nu. 17. & sequ. vbi dat etiam rationem, quare pecunia dicatur de rebus, quæ seruando seruari non possunt, quem secutus fuit Alex. Sciatic. sub numero 6. à qua communi opinione in iudi-
4 cando minimè est recedẽdum, prout dicit Socc. Sen. cons. 239. sub numer. 9. in fi. vol. 2. Dec. cons. 174. numer. 1. vol. 2. & Cassad. super reg. Cancell. dec. 12. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Consensus monasterij, vel generalis congregationis in alienatione bonorum ipsius requiritur, & quare nu. seq.*

3 *Alienatio facta à Cellarario solo ad modicum tempus absque sollemnitate valet.*

4 *Tractatus præcedens debet esse in alienatione bonorum monasterij, vltra consensum.*

5 *Tractatus duplex, & per duos ante dies requiritur in alienatione rerum Monachorum Sancti Benedicti.*

6 *Consensus, nec tractatus requiritur in alienatione rerum Monasterij Papæ interueniente auctoritate.*

An in alienatione bonorum Monasterij requiratur consensus conuentus.

DECIS. LI.

1 Respondetur requiri consensum conuentus, seu generalis congregationis, vt per Ioann. And. in addi. ad Specul. in tit. de locat. §. sequitur, in verbo videtur, Bertach. de episcop. lib. 4. par. 4. qu. 39. numer. 113. Rebuff. in suo compend. nu. 82. Rodoan. in rubr. de transact. num. 29. & fuit resolutum in vna Rom. Casalis 23. Martij 1594. † coram Seraphino,
2 & ratio est fauore publicæ vtilitatis, ne scilicet ecclesiæ depauperantur, & propter interesse Ecclesiæ exemptorum Monachorum, Ange. consi. 88. num. 3. Socc. cons. 23. numero 19. vers. sed huic intepretationi libr. 4. Surd. cons. 17. numer. 5. & sequ. vol. 1. post Tiraquel. de legib. connub. glo. 6. nu. 37. Rota diuers. decis. 420. lib. 2. & iterum fuit decisum in vna Segobien. Siluæ 10. Decembris 1586. † coram Finetto, & in vna Roman. Casalis Lonchezze 22. Martij 1595. † coram Seraphino.

3 Si tamen fieret à Cellarario solo ad modicum tempus, valeret etiam absque alia sollemnitate, Par. consil. 48. volu. 4. & fuit resolutum in Rot. Romana in vna Nullitatis locationis 5. Decemb. 1597. † coram Milino.

4 Item vltra consensum conuentus, requiritur etiam tractatus, qui alienationem præcedere debet, cap. sine exceptione 12. q. 2. cap. 1. eod. tit. cap. tua de his, quæ fiunt à prælat. Decisi. dictis in locis, Rebuff. dict. tracta. de reb. eccl. num. 85. Rodoan. eod. tit. in rub. de transact. pag. 162. Rolan. consil. 15. nu. 10. libr. 1. & fuit per Rotam resolutum in vna Placentina aquarum 10. Februarij 1597. † coram Orano.

5 Et in alienatione rerum Monachorum Sancti Benedicti, duplex, & per duos dies ante requiritur, Ioann. And. ad Specul. in d. titul. de locat. §. sequitur, vers. & nota. Bertach. de episcopo, par. 4. q. 38. Rebuff. cit. loco nu. 82. & vide in decisi. paulò ante citata.

6 Limita interueniente auctoritate Papæ, nam tunc consensus, nec tractatus requiruntur, cum illa faciat cessare inferioris auctoritatem, nec tunc sollemnitates requirũtur, Abb. in cap. 1. de confirmat. vtili, vel inutili, & in cons. 41. nu. 3. lib. 1. Corn. cons. 348. nu. 18. & seq. & cons. 96. nu. 23. li. 1. Rebuff. de alien. rerum eccl. nu. 15. vers. fallit, Capyc. decis. 16. num. 1. in fine, & nu. 4. Rota in causa iam dicta Segobien. spolij siluæ.

SVMMARIVM.

1 *Retrouenditio est vera alienatio.*
2 *Laudemium an pro retrouenditione debeatur.*

An in retrouenditione rei Ecclesiæ cum pacto de retrouendendo alienatæ requiratur sollemnitas.

DECIS. LII.

1 Retrouenditio est vera, & propria alienatio, nam ex ea dominiũ transfertur, & ius in re. Bald. in l. sancimus C. de reb. alien. non alien. & in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacr. san. eccl. Alex. in l. fin. n. 13. & seq. ff. de in ius vocando, Rodoa. de reb. eccl. non alien. q. 2. c. 4. & in materia Ecclesiastica, verbũ alienatio capitur largissimè Abb. in c. nulli eo. tit. Rod. d.q.

Digitized by Google

d.q.2,cap.32.Menoch.consi.13.num. 6.vol.1.Raudens.cons.18.volum.2.& quod venditio, cui adiicitur pactum de retrouendendo sit propria alienatio, videas Tiraquell. in tract.de retract.conuention.§.2.gloss.1.num. 34.Alex.cons.19.num.6.vol.1.Alciat. cons.17.

Non obstat, quod retrouenditio stante pacto de retrouendendo sit simplex resolutio primi contractus, & fingitur retrò res non fuisse vendita, Bald.consil. 90. vol.1. post Bart.
2 in l.& ideo ff.de condit. furt. & propterà pro retrouenditione non deberi solui laudemium, Rodoan. d. tit.q.66.num.9.Ias. in l.ab emptione numer.7.& seq. ff. de pact.Mansuer. in prax.tit.de locat.numer.2.& titul. de empt.& vendit.numer.16.quia retrouenditio est propria, & vera alienatio, vt supra dictum, at pro alienatione debetur laudemium secũdum communem opinionem, idcirca etiam pro ipsa debetur, secũdum DD. præsertim Cagno.in l.2.quæst.82.C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraquell.de retract. & conuen §.6. numer 19.quem refert,& sequitur Tessau.in decisi.75. num.3.& per totum, Antonin. variarum resolution. c.99. part.1.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus non solum in bonis Ecclesiæ stabilibus requiritur, verum etiam in rebus solo cohærentibus.*

2 *Beneficiatus arbores non fructiferas incidere non potest, & quare.*

3 *Assensus Apostolicus in silua cædua incidendo, nemore, & arundineto nõ requiritur: sic pariter si arbores non fructiferæ non inciderentur, & per eas, vtiles ponerentur numero 4. nec etiam requiritur, si fundus ex tali incisione fructuosior fieret num.5.*

Assensus Apostolicus an sit necessarius in incisione arborum frugiferarum Ecclesiæ.

DECIS. LIII.

1 DVbitandum non est, quod prohibitio extrauag. Ambitiosæ, nõ solum locum sibi vendicet in bonis stabilibus Ecclesiæ rerum, verum etiam in rebus solo cohærentibus, vt sunt arbores, quæ solo cedunt, vt latissimè discutio in decis.mea,13.Sayr. decisi.9.de reb.eccles.non alien.Nauarr.consi.6.eod. tit.de Rubeis cons. 71.numero 3.& sequ.volu.1.latè Monald.consi.215. volumine 2. Hercol. consi.69.nu.10.vol.1.Borgnin.consil. 30.numer.6.qui refert, quod beneficiatus non potest incidere etiam nõ fructiferas, & contraueniendo incideret in pœnas huius Paul. secundum Nauarr. cit. consil.6. Ratio est, quia beneficiatus æquiparatur vsufructuario, Glos. in cap. præsenti de offic. ordinar. in 6. & in cap.final.de pecul.clericor. Guid.Pap.decisi.106. Caualcan.decisi. 30.part.1. Tess.dec. 142. & vsufructuarius non potest incidere l. æquissimum §. fructuarius ff.de vsufruct. Ioseph. Ludou.decisi. Perusinæ 94.Cornazz.decisio.Rotæ Lucens.65.

Limita primo, vt præfata conclusio non procedat in silua cædua, nemore, arundineto, & aliis arboribus cæduis, quæ per incisionem sunt in fructu, & renascuntur, quia per huiusmodi incisionem non deterioratur fundus l. diuortio §. si fundum cum sequen.ff.solut.matrim. Bartol. in l. qui fundum §.cum fundum ff. de contrahen. empt. & in incisione

mille anni elapsi sint.

4 *Emens ab aliquo, tanquam procuratore alicuius, semper malæ fidei præsumitur, nisi de illius mandato appareat.*

Assensus Apostolicus an mandati defectum suppleat.

DECIS. LV.

Facti contingentia pro præsentis decisionis intellectu tali pacto est proponenda; supponatur, quod procurator cuiusdam prælati, seu rectoris alienauerat prædium ecclesiasticum virtute mandati, quod sibi asserebat esse præstitum, pro qua causa impetrauit breue si in euidēti, & postea refertum fuit, præfatum procuratorem nullum habuisse mādatum, quæstionis nunc est, an talis alienatio hoc modo facti, sit nulla; & affirmatiuè est respondendum, secundum quod decidit Rot. Rom. teste Farin. dec. 207. Alienatio enim facta
1 per procuratorem est nulla, si non constat de mandato, Caualcan. dec. 45. nu. 22. par. 1. Maynar. decis. 6. part. 2. Mastril. dec. Rotæ Siciliæ 77. volu. 1. hinc est, quod Iudex debet animaduertere ad videndum mandatum, & si non appareat, debet contractum annullare, quia potest esse, quod mādatum esset generale ad alienandum quæcunque bona, quod non sufficit, sed necesse est, quod sit indiuiduale
2 ad alienandum tale prædium secundum Rodan. de reb. eccl. non alien. fol. 129. nu. 112. Rauden. decis. 27. nu. 15. Rube. dec. 18. & Mastrill. citat. dec. nu. 2. & cum sit, quid facti non præsumitur ad hoc, vt factum dicto nomine valeat, vt tenet Barto. in l. 3. §. si causa cognita ff. de bonor. possess. v-
3 bi ait, hoc procedere etiam ex antiquitate temporis per mille annos, Affl. dec. 345. num. 7. Cassad. dec. 3. de procurat. Garz. decisio. 28. Mastril. d. dec. n. 3. Loffred. cons. 20. n. 7. & ideo dixit Bart. in l. qui fundum in fine ff. de vsucap. pro empt. quod qui emit ab aliquo tanquam procuratore al-
4 terius præsumitur semper malæ fidei, nisi appareat de illius mandato, & hanc esse magis communem opinionem post multos, qui eum secuti sunt: testantur Menoch. cons. 1. num. 79. vol. 1. Ceph. cons. 311. nu. 11. & cons. 441. n. 72. & seq. vol. 3. Surd. cons. 28. nu. 81. lib. 1. Caualc. cit. dec. 45. n. 12. vbi subdit in nu. 22. quod tali casu emptor dicitur in mala fide secundum Curt. & alios per eum relato, ex quibus omnibus cōcludo alienationem factam per aliquem vti procuratorem esse nullam; licet primò assensum habeat Apostolicum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula nec aliter, nec alio modo, quid inducat.*

2 *Differentia inter clausulam saluo domini assensu, & clausulam, nec aliter, nec alio modo.*

3 *Pœna extrauag. Ambitiosæ est puniēdus, qui vendiderit, & tradiderit possessionem rei Ecclesiasticæ, cum reseruatione assensus, & cum clausula, nec aliter, nec alio modo.*

Alienans, saluo assensu Apostolico, an in censuras incidat, si ante ipsius expeditionem tradiderit possessionem.

DECIS. LVI.

1 Videbatur dicendum, quod non, maximè si reseruationi assensus non adiiciatur clausula, nec aliter, nec alio modó, quia huiusmodi clausula conditionem inducit, Ca-

Digitized by Google

eum libera, iuxta tradita in l. procurator, cui generaliter, ff. de procurat. quæstionis nunc est, quia si alienauit nomine sui principalis, & ante assensum impetratum, deuenerit ad traditionis possessionis actum, an faciat dominum in censuras incidere.

Dubium faciebat, quod quidquid
1 nomine domini procurator facit, si habet sufficiens mandatum, videtur factum à domino verè, & propriè, Bald. in l. 1. in fin. C. de procurat. Gaball. Millelo. qu. 12. & dominus non potest venire contra factum procuratoris, Rot. Genuen. dec. 133. & procuratoris contumacia, seu delictum nocet domino. Gaball. Millelo. quæ. 845. Ioseph. Lud. decis. Lucen. 5. num. 3. Ozas. decision. 9. Bellam. decis. 545. & in decisi. 109. & factum procuratoris nocet domino, Cacher. decisi. 142. Beninit. decisi. 26. Franch. Marc. decisione 48. Guiliem. obseru. 45 libro 1.

Quibus tamen non obstantibus,
2 contrarium est in praxi firmiter tenendum ex pluribus, tum quia procurator non censetur habere mandatum, vt faciat incidere dominum in censurarum pœnas, Ioseph. Lud. Lucan. decisio. 50. numero 13. Franch. March. dec. 408. numero 6. Magon. decisi. Lucan. 51. Nact. cons. 445. post Alexand. consil. 39. volumin. 1. immò sunt, qui tenent requiri mandatum speciale ad faciendum cadere dominum in pœnam, pulchrè de Beninit. decisi. Rot. Bonon. 94. Crescent. decisi. 5. de præsumpt. Seraphin. decisi. 439.

Tum etiam, quia fictiones locum
3 non habent, vbi agitur de incurrenda sententia excommunicationis, Balb. alios allegans dec. 3. post Alex. consilio 21. vol. 1. & ideo in tali sententia requiritur vera contumacia, non præsumpta, Cassad. dec. 4. nu. 2. de pensionibus, Mohed. dec. fin. de dolo, & contum. & idem Crescent. dec. fin. de sent. & re iud. quæ omnia cum cessent in casu, de quo agitur, cessare debet pœna excommunicationis.

4 Tum demum, quia excommunicatio non ligat ignorantem, iuxta terminos cap. à nobis, extra de sent. excomm. Gabball. Millel. quæst. 99. Victor. q. 2. de sent. excomm.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus pro emphyteusis concessione expeditus, non suffragatur postea concessioni factæ in censum perpetuum, & quare.*
2 *Differentia inter contractum censualem, & emphyteuticum.*
3 *Confirmatio assensus Apostolici contra rescripti formam non est valida.*
4 *Sensus verborum clarus, non est cauillandus.*

An assensus Apostolicus, per falsa narrata obtentus, releuet, vt alienatio ex eo secuta, valida reddatur.

DECIS. LVIII.

SVpponatur pro decisionis intelligentia, quod literæ Apostolicæ concedentes licentiam alienandi, obtentæ fuerunt sub narratiua concessionis in perpetuam emphyteusim, & nihilominus contractus initus fuerit concessionis in censum perpetuum, & nomine, ac titulo perpetui census, ita quod de natura emphyteusis nullatenus participare in-
1 telligitur, dubium est nunc, an præfatus assensus impetratus suffragetur concessioni factæ in censum perpetuum, est tamen negatiuè respon-

dendum, & ratio est, quia repugnat rescripto Apostolico, longè enim, latéque differunt contractus censualis
2 à contractu emphyteutico, Cap. decis 196. Gamma. decision. Lusitan. 38. Crescent. decisi. 1. de censibus cum in illo transferatur directum dominiũ, & vtraque possessio, vt per Gloss. & Abb. in cap. constitutus, num. 20. de relig. domibus Imol. in c. ad audientiam, num. 4. de reb. eccles. non alien. cum aliis, quos citat Valasc. in tract. de iur. emphyt. q. 32. nu. 27. Napod. in consuet. in bonis, in verbo censualia, nu. 8. Affl. in constit. sancimus nu. 22. & seq. Marsil. singul. 95. Garsia sing. 292. in isto verò transferatur tantum vtile dominium, & possessio naturalis, ciuilis verò penes dominum directum, Balb. decisi. 50. & Glos. in cit. cap. constitutus, vnde fit, quod con-
3 firmatio per commissarios cõtra formam rescripti obtenta, sit nullius roboris & momenti, ad consi. Abb. 41. num. 3. Gozad. consi. 73. num. 2. Alex. de Neuo consil. 18. num. 6. Bommin. consi. 16. numero 3. & sequ. Merenna consil. 50. numer. 10. & ita fuit sæpius in Rota Romana resolutum, & signanter in vna Papiensis Tenutæ,
† 17. Iunij 1596. † coram Illustrissimo Seraphino, & ex hac nullitate insurgit etiam manifestè periculum ecclesiæ, secundum Farinacium in sua collect. dec. 224. Nõ obstat, quod in rescripto Papæ adsit clausula, sub annuo canone, vel census, ita quod videatur etiam Papam intellexisse de concessione censuali, quia præcedunt alia verba, nempe in emphyteusim perpetuam, quæ cùm sint
4 clara, non sunt cauillanda, ex eo, quod addita fuerit illa clausula (seu censu) Non obstat etiam si dicetur, quod res ista esset solita locari, ad decis. Mohed. 249. quoniam neque ex hoc capite est valida argumentatio ad contractum censualem.

SVMMARIVM.

1 Constitutum est fictus modus acquirendi possessionem.

2 Constituens se nomine emptoris possidere, ante expeditionem assensus Apostolici incidit in censuras, & quare ibidem, secus verò, quando contractus esset alias nullus, nu. 4.

3 Constitutum pro vera traditione non solum in ciuilibus, sed etiam in pœnalibus habetur.

An qui ante assensus Apostolici expeditionem constituerit se nomine emptoris possidere, inciderit in censuras.

DECIS LIX.

DVbium faciebat, quia constitutum est fictus modus acquiren-
1 di possessionem Bart. in l. ab emptione circa finem versic. vltimo aduertas ff. de pactis. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de constitut. pecun. & in l. certè §. 1. vbi quoque Bar. ff. de precar. & in l. is qui pro emptore colum. pen. ff. de vsuc. Alex. cons. 22. numero 3. Alciat. cons. 23. num 6. Tiraq. in tract. de constit. possess. quæst. 22. Dec. cum aliis, quos allegat in l. contractus numero 16. ff. de reg. iur. contrarium tamen est tenendum quia per constitutum vera possessio acquiritur, licet modus acquirendi sit fictus l. quod meo, vbi Bart. & reliqui ff. de acquirenda possessione, & l. interdum, vbi Bald. ff. eodem. & propterea in praxi firmiter iudicandum est constitutionem incidisse in censuras quemadmodum possessionem transferens, antequam fuerit assensus impetratus, & hoc

Digitized by Google

& hoc per doctrinam Tiraquelli, qui loquitur in terminis, in tracta. de constituto parte 3. limit. 26. numero 5. & 6. vbi vult constitutum haberi pro vera traditione, etiam in instituendis, & constitutum haberi pro
3 vera traditione ad effectum, vt haberetur pro executione, & ex eo inferretur, executionem esse factam in contractu innominato, tenuerunt Aymon. consil. 192. nu. 22. Dec. cons. 289. Achill. de Grass. decisio. vnica de empt. & vendit. & Cacher. dec. 32. sicut etiam dicimus de feudo alienato cum reseruatione assensus, nam si ante assensus expeditionem facta esset traditio per constitutum amittitur feudum ac si verè, & realiter tradidisset, Paris. consi. 86. num. 14. & sequent. libro 1. Bero. cons. 120. lib. 1. num 3. Roland. cons. 51. num. 3. libro 2. Alciat. consi. 733. nu. 2. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum num. 5. de constit. post Bald. in l. voluntas C. de fideicomm. Curt. de feud. parte 4. §. quibus ex causis feudum amittatur vers. 21. quæro, & ita fuisse decisum testatur Gaspar. Thesau. dec. 53. quod ampliat Gamma. decis. Lusitan. 274. procedere etiam si statim res sit recuperata.

4 Nunc limita, & primo vbi contractus alienationis rei ecclesiæ esset alias nullus, quia tunc venditor se constituendo, antequam fuisset assensus impetratus censuras non contrahit Iaso. in l. si ex testamento C. de fideicomm. Cacher. decisio. 35. & Peguer. decisi. 91. & ad materiam vide Polid. Rip. decisi. 342.

SVMMARIVM.

1 *Bona ecclesiastica offerenti plus iusto pretio propter æmulationem non sunt liberanda, & quid in praxi, num. 8.*

2 *Ecclesia dicitur cultrix, & iustitiæ auctrix, nec non oppressorum vltimum & supremum refugium.*

3 *Ecclesia non habet rugam, neque maculam, ac illusio in contractibus ab ipsa prohibetur.*

4 *Pretium iustum quale dicatur.*

5 *Contrahentes ad inuicem possunt se decipere.*

6 *Deceptio ecclesiasticis personis est prohibita.*

7 *Pœna stellionatus est infligenda, qui plus iusto offert non animo emendi, sed ad inducendos alios ad magis emendum.*

Assensu Apostolico præcedente in alienatione rei ecclesiæ, an plus iusto offerenti pretio sit liberanda.

DECIS. LX.

SVpponatur, quod rei Ecclesiæ alienatio fieret, mediante causa, & interueniente iuris sollennitate, & sic legitimis subhastationibus præcedētibus, dubium est num illa plus offerenti liberari debet; casu, quò concurrent duo æmuli, & vnus iustum pretium obtulisset, & alter satis iusto, & licet recepta, & in ore omnium est conclusio; quod bona immobilia ecclesiæ alienari nō possint, nisi in eius euidentem vtilitatem vulgat: iuribus tamen in hoc casu illa minimè liberari debet plus offerenti, sed illo, qui iustum obtulerit pretium Gloss. est ad hoc singul. in cap. hoc ius porrectum versic. & plus 10. quæstio. 2. quam singularem ibi appellat Arch. & Abb. in cap. per tuas de donat. & in capitul. 1. de empt. & vendition. consilio 61. numero 4. & sequent. Monal. consil. 23. vol. 1. Rom. sing. 762. tu scis; quod

Digitized by Google

res ecclesiæ,& ibi Nicol. Pignal. cum aliis aggregatis per eum in addit. vbi planè explicat, hãc esse communem opinionem iuxta quam pluries reperio fuisse decisum, & signanter in casu Viu. decisi. 145 & apud Carroc. dec. 99.

2 Quibus adde, quod ecclesia dicitur cultrix, & iustitiæ autrix ca. per tuas, & cap. consultationibus de donat. nec pati debet, aliquid contra iustitiam fieri, tam pro se, quam alio, vt probatur in cap. 1. §. sed diuersum de alien. feud. vbi Bald. numero 5. not. 6. & sic ecclesia est vltimum, & supremum refugium oppressorum vt in cap. nouit. ext. de iudic. & cap. licet de for. compet. in 6. neque in a-

3 ctibus fraudem adhibet, quia non habet rugam, neque maculam capit. quamuis 21. distinc. imò prohibet illusionem in suis contractibus fieri Roman. cons. 298. colum. 2. numero 2. versi. vltimo videtur. Alexan. consil. 83. col. 2. vol. 7. Socc. reg. 185. & 155. limit. 8. Imol. in cap. cum illusio de renunt.

4 Et quamuis illud verè iustum sit pretium, quod per subhastationem discernitur l. fin. §. penult. C. de iur. dom. Impet. Authent. hoc ius porrectum C. de sacros. ecclesia l. officium Cod. comm. diuid. tamen vbicunque mediante æmulatione, vel aliquo alio respectu, causa, & occasione simili, oblatio facta esset per aliquem, quæ iustum satis excederet pretium, tunc si alia facta reperiretur, quæ iusti esset pretij, Ecclesia rem suam, iustum pretium offerenti liberare tenebitur non autem plus offerenti; cognita æmulatione inter emere cupientes.

5 Non obstat, quod contrahentes possunt se ad inuicem decipere l. Imperatores ff. de contrah. empt. l. in causæ, §. fin. ff. de minor. quia respondetur, hoc ecclesiæ non cõuenit, nec debet, nisi iustum recipere Carroc. cum aliis relatis per eum in tract. locati parte 1. de similit. locationis n. 2.

6 & in cit. dec. 99. in princ. & ecclesiasticis personis deceptio est prohibita Iaso. in l. si quis in conscribendo 1. col. C. de pact. Marsil. sing. 82. num. 3. in 2. limit. dicens valdè singulare; & in l. qui duobus col. 1. ff. de falsis Fel. in cap. præsentata colu. 2. de testib. & hanc dicit communem Gozad. cons. 14. n. 14. Ruin. cons. 76. col. 2. vol. 5.

7 Illud tamen non est prætermittẽdum, quod ille qui offert plus iusto, non vt emat sed vt alios inducat ad plus emendum tenetur procul dubio crimine stellionatus, i. pœna extraordinaria Iudicis arbitrio imponenda l. 3. §. item si quis imposturam ff. de crim. stellion. Damodu. in tract. de subhastationibus cap. 5. num. 10. & Viuius cit. dec. in fi.

Quid tamen iuris sit hodie seruatur, quod res ecclesiæ liberantur plus offerenti, quia opinione supposita hoc locum sortitur, vbicumque plus offerret subhastationis tempore; secùs verò si post rei ecclesiæ alienationem, seruata forma, & ex iusta causa emanata alius plus offerret; ita Berò. cons. 88. num. 41. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiastica pretiosæ mobiles absq; assensu Apostolico alienari non possunt, & quare.*

2 *Mobilia ecclesiastica pretiosa quæ dicantur.*

3 *Assensus Apostolicus in mobilibus rebus ecclesiasticis non pretiosis minimè requiritur.*

Assensus Apostolicus an in alienatione bonorum Ecclesiasticorum mobilium requiratur.

DE-

Digitized by Google

DECIS. LXI.

RESpondeo distinguendo, quod aut sunt mobilia pretiosa, aut non sunt pretiosa; primo casu absque
1 assensu Apostolico alienari nequeūt, cùm eadem prohibitionis ratio viget in alienandis bonis immobilibus, quam in mobilibus pretiosis, Menoch. cons. 529. volu. 2. Monald. cons. 79. lib. 1. Mobilia enim pretiosa immobilibus æquiparantur, vt patet in extrauag. Ambitiosæ ibi (& pretiosa mobilia, Gloss. sing. in cap. tua extr. de his quæ fiunt à præl. absque cons. cap. Abb. in ca nulli, de reb. eccl. non alien. Rodriq. lib. 2. quæst. regul, qu. 27. art. 12. in fine, Vgolin. de potestat. Episcop. cap. 14. §. 4. num. 5. Quaranta in Summ. Bull. in ver. alienatio numero 24. Farinac. dec. 225. Rodoan. quæst. 8. num. 16.

Intellige, quando præfata mobilia pretiosa essent talis conditionis, atque naturæ, vt seruando seruari
2 possunt. Rebuff. in suo Compen. numero 25. Soc. reg. 110. num. 2. Quapropter neque calices, non vasa aurea, & pretiosa, non vestes pretiosæ, quæ diutius seruari possunt alienari queunt, nec Thesaurus, & pecunia destinata ad stabilia emenda, vbi eorum proprietas ad ecclesiam spectat, quippe, quia sunt res istæ mobiles, tamen pretiosæ, vt patet, quo casu per dict. extrauag. Ambitiosæ non alienantur, nisi seruatis seruandis. Inter hæc pariter connumerantur gēmæ, & his similes, item Grex ouium, aut caprarum, de cuius fructibus emolumenta, ac redditus percipere consueuit Monasterium, aut Ecclesia, licet possit vēdere arietes, agnos, hircos, & hœdos, non tamen licet alienare totum gregem, nisi concurrentibus causis, & seruata forma, ita Molin. de contract. disputat. qu. 465. numero 4.

In mobilibus verò non pretiosis nulla cadit disputatio, quin assensus Apostolicus non requiratur, & proptereà esse extra terminos præfatæ extraua. citat. DD.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in tota diœcesi est Iudex ordinarius, habens tam super capitulo, quam super alijs ordinariam iurisdictionem.*

2 *Habens iurisdictionem in aliquo loco à suo subdito emere non potest.*

3 *Episcopus capituli personam repræsentare dicitur.*

4 *Assensus dicitur surreptitius, si omittuntur ea, quæ a iure sunt expressa, vt exprimantur.*

5 *Assensus Apostolicus non est surreptitius si Episcopus permutans bona ad suam mensam spectantia cum bonis mensæ capitularis, & in impetratione assensus non facit mentionem, capitulum bona diuisa habere.*

6 *Gratia non est surreptitia, quando qualitas à iure non considerata non exprimitur.*

7 *Episcopus rem alicuius Ecclesiæ sibi subiectæ alienare potest, & decretum interponere.*

Assensus Apostolicus an requiratur in præsenti casu.

DECIS. LXII.

SVpponatur, quod Episcopus vellet permutare bona ad suam mensam spectantia cum bonis mensæ capitularis, & in impetratione assēsus non fecisset mentionem huius circumstantiæ, nempe, quod capitulum habens bona diuisa permutauit cum Episcopo; quæstionis est,

Digitized by Google

an prædictus aſſenſus impetratus ſit ſurreptitius.

Et pro ratione dubitandi videbatur affirmandum; Primo, quia Epi-
1 ſcopus dicitur eſſe Iudex ordinarius in tota diœceſi, & tam ſuper capitulo quam ſuper aliis ordinariam dicitur habere iuriſdictionem cap. 2. de off. ordin. Et qui iuriſdictionem ha-
2 bet in aliquo loco, non poteſt à ſibi ſubdito emere l. vnica C. de cõtract. Iud. & DD. in l. principalibus ff. ſi cert. pet. Item Epiſcopus dicitur per-
3 ſonam capituli præſentare cap. quanto, & cap. nouit, de his quæ fiunt à prælat. & ſic videretur authorizare iure proprio.

Verum his non obſtantibus contrarium eſt in praxi tenendum ex
4 pluribus; tum primo, quia ea tantum omiſſa reddunt aſſenſum ſurreptitium, quæ à iure ſunt expreſſa, vt exprimantur, latè Felin. in capit. ſuper litteris, ext. de reſcript. Mohed. deciſ. 7. eod. titul. Rot. deciſ. 52. eod. titul. in nouis, etiamſi Papa conceſſiſſet ſine tali expreſſione, Verall. deciſion. 254. nu. 4. par. 2. Rot. deciſio. 1. de reſcript. iſi nou. Bellam. deciſi. 333. attamen cũ in iure non reperiatur hoc expreſſum, propterea aſſenſus non eſt iudi-
5 candus ſurreptitius, maximè quia gratia non dicitur ſurreptitia quando in ea non fit mentio de qualitate à iure non conſiderata. Verall. deciſi. 46. num. 2. part. 2. illa enim ſurreptio reddit gratiam nullam, in qua expreſſa non ſunt ea, quæ de iure exprimi debent, idem Verall. deciſi. 310. num. 3. par. 1. & in deciſi. 224. num. 1. par. 3.
7 tum etiam, quia poteſt Epiſcopus rem alicuius Eccleſiæ ſibi ſubiectæ alienare, & decretum interponere cap. ſi Epiſcopus 12. q. 2. & cap. paſtoralis de appellat. Inno. in cap. dudum in princ. de elect. & Monald. conſil. 90. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Corpora Sanctorum de loco ad locum de Epiſcopi licentia transferri poſſunt.*

2 *Epiſcopus abſque aſſenſu Apoſtolico Eccleſiæ prædia, ac eius mobilia pretioſa alienare non poteſt.*

3 *Reliquiæ Sanctorũ (quæ ſunt res pretioſiſſimæ, ac hominibus plura beneficia à Deo per ipſas præſtantur) abſque aſſenſu Apoſtolico concedi non poſſunt, & in igne pere ſunt decorada, nec extra capſam oſtendendæ nu. 5.*

4 *Sacrilegium committunt, qui Sanctorum reliquias furantur.*

6 *Stylus Curiæ Romanæ in reliquiarum conceſſione.*

7 *Reſponſio ad tex. in cap. corpora Sanctorum de conſec. diſt. 1.*

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in conceſſione reliquiarum.

DECIS. LXIII.

SVpponatur, quod Archiepiſcopus Neapolitanus, Proregi, vel alicui magno Principi certæ reliquiæ partem concedere vellet, huic conceſſioni an ſit neceſſarius aſſenſus Apoſtolicus. Dubitandi ratio pro parte affirmatiua, oriri videbatur ex tex. in cap. corpora de conſecr. diſtin. 1. vbi corpora Sanctorum poſſe de loco
1 ad locum transferri de Epiſcopi licentia, & Turrecrem. ibidem in ſpecie, ſequendo Vgonem, dicit per illum text. non prohiberi, quod reliquiæ quæ ſunt in Eccleſia non poſſunt alicui concedi abſque aſſenſu Apoſtolico, ſed tantum, quod corpora Sanctorum, quæ in Eccleſia tãquam perpetuæ ſepulturæ traditæ ſunt, ſine conſenſu Summi Pontificis,

cis, aut Episcopi transferantur ad alium locum, & sic concluditur, quod Episcopus potest alias reliquiarum particulas concedere; quando perpetuæ sepulturæ non sunt traditæ, alias secundum eum esset necessarius assensus; quam opinionem referunt ac sequuntur Grillenzon. cons. 28. Angel. Silu. & reliqui in summa in verb. reliquiæ, Armil. verb. religio, nu. 4. D. Thom. 2. 2. q. 96.

In contrarium facit, quod Episcopus absque assensu Apostolico non
2 potest prædia Ecclesiæ, & alia pretiosa ecclesiæ mobilia alienare, vt patet in extraua. Ambitiosæ, de reb. eccl. non alien. multo minus videtur
3 posse alienare, siue concedere Sanctorum reliquias, quæ sunt res pretiosissimæ, per quas, vt dicit Trident. Synod. de inuocat. Sanct. multa beneficia à Deo hominibus præstan-
4 tur, item sacrilegium committunt, qui Sanctorum reliquias furantur, secundum Archiep. & Turrecrem. in cita. cap. corpora. Item vasa in quibus reliquiæ portantur, dicuntur sacra quæ Diaconis saltem in processionibus deferri debent cap. non licet 23. distin. & in magna veneratio-
5 ne esse habendas, & alias extra capsam esse minimè ostendendas capit. 2. de reliq. & venerat. Sanct. Nauar. consi. 2. eod. titul. ex quibus omnibus concludo, obseruandam esse, posse ad libitum Episcopi alias reliquias concedere, & ita seruatur hodie de
6 stylo Curiæ Romanæ, hinc est, quod quando Summi Pontifices concedunt licentias extrahendi particulas reliquiarum diœcesibus Episcoporum ponit clausulam dummodo nō extrahantur particulæ de reliquiis in quibus nec in muro clausis.

7 Non obstat text. in cap. corpora Sanctorum, quia procedit de iure antiquo, ante extrauag. Pauli Secundi, in qua prohibetur alienatio mobilium pretiosorum inconsulto Romano Pontifice: nam ante illam poterant aliæ ecclesiæ res alienari Episcopi auctoritate, cap. sine exceptione, 12. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in concessione rei ecclesiæ precario requiritur, & quare.*
2 *Precarium est species alienationis.*
3 *Precarium ad concedentis hæredem, ac singularem successorem transit.*
4 *Assensus Apostolicus non requiritur in precario, quando vsus rei nullum dominium transferentis conceditur.*
5 *Alienatione prohibita, non censetur prohibita commoditatis translatio.*

Assensus Apostolicus an exigatur in concessione rei ecclesiæ precario.

DECIS. LXIV.

1 RESpondetur requiri assensum, nam precarium est species contractus, per quem transfertur vtilitas rei ad preces alicuius, l. 1. ff. de precar. cap. fin. & ibi Abb. & reliqui, eo. tit.
2 Item est species alienationis, Abb. notabiliter in rub. de precar. Rodoa. in rubric. 1. verbo precario, Menoch. consi. 220. n. 6. & seq. Monal. consi. 13. volu. 1. Bursat. consi. 70. num. 3. volu. 2.
3 Immo precarium transit ad hæredem concedentis, Couar. libr. 3. var. resol. c. 15. Affl. decisi. 335. nu. 5. & 10. & etiam ad singularem successorem, Lanar. consi. 83. num. 10. post Tiraqu. in tract. de iure constit. part. 2. ampl. 13. num. 3. Belluc. in specul. Princip. rub. 31. vers. quamuis, num. 10. & Capyc. decisi. 116.

4 Limita tamen singulariter, vt non procedat, quando concederetur vsus, siue commoditas rei, ita tamen, quod nullum dominium vtile transferetur, nam tunc precarij concessio non est species alienationis, Felin. in c. quæ in ecclesiarum, numero 88. de const. Hinc prouenit, quod in casibus, in quibus prohibetur alienatio, permittitur tamen eiusdem rei prohibitæ commoditatis translatio, Bal. in c. 2. de frat. de nouo benef. inuest. & in l. cũ oportet, in fine, C. de bon. quæ lib. I a. in l. cum filio, num. 157. ff. de leg. 1. Ang. in l. 1. §. adipiscimur, ff. de acq. poss. & in §. 1. per quas personas nob. acquir. instit. de Franch. dec. 10. numero 9. Loffred. consilio 10. & Ann. consil. 51. numero 8. volumine 1.

SUMMARIUM.

1 *Assensus Apostolicus in promissione rei ecclesiæ alienationis non requiritur, & quare, nu. 8.*

2 *Aliud est donare, aliud promissio de donando, & differt venditio a promissione de vendendo.*

3 *Iura loquentia de rei ecclesiasticæ alienatione, in promissione de alienando non habent locum.*

4 *Statutum dans arbitrium datiarijs in venditionibus promissiones de vendendo non comprehendit.*

5 *Emphyteuta cadit a iure suo per rei emphyteuticariæ alienationem, non autem per promissionem de alienando, sicuti promittens alienare feudum, a feudo non cadit, nu. 7.*

6 *Prohibitus alienare, potest se obligare ad alienandum.*

Assensus Apostolicus an requiratur in promissione de alienando rem ecclesiæ.

DECIS. LXV.

1 RESpondetur talem promissionẽ assensu non indigere, nam iura prohibent contractum per quem acquiritur ius in re ecclesiæ, & sic illius effectualem venditionem, donationem, & similes alienationes: at in casu, de quo agitur, nulla fuit facta alienatio; aliud enim est donare, aliud promissio de donando, sicut aliud est venditio, & aliud promissio de vendendo, vt habetur in l. in bonæ fidei, ff. de eo, quod cer. loc. & in c. penult. de elect. in 6. vbi bona Gl. in verbo exprimendum, quæ loquitur propriè de inuestitura, & mandato de inuestiendo, dispositio enim iurium loquentium in alienatione ecclesiæ, nõ habet locum in promissione de alienando, vt per plura concludit Imol. in l. in ædibus, §. ex reb. ff. de donat. Aret. in §. in persona, Gl. 1. de action. Alex. consi. 323. vol. 2. Rubeus cons. 106. num. 3. & seq. & hinc voluit Alber. de Ros. cit. l. in bonæ fidei, quod statutum dans arbitrium datiariis in venditionibus, non comprehendit promissiones de vendendo, & licet per alienationem rei emphyteuticariæ cadat emphyteuta à iure suo, l. fi. C. de iur. emphyteu. non tamen cadit per promissionem de vendendo. Ias. cit. l. fi. num. 34. Alex. consil. 173. vol. 2. nu. 2. Tiraq. de vtroque retract. fol. 981. nu. 44. Bommin. cons. 16. n. 6. Cachor. cons. 23. nu. 4. & prohibitus alienare, potest se obligare ad alienandũ, Bald. in l. vltim. §. emptor, in ff. C. comm. de leg. & promittens alienare feudum, non cadit à feudo, etsi alienando caderet. Bald. in c. 2. §. aut si libellariũ, quib. modis feu. amit. Card. Alex. in c. 1. in pri. col. 2. versi. pro hoc restat illatio, de prohib. feu. alien. per Fed. idem Tiraqu.

2 (beside "facta alienatio")
3 (beside "iurium loquentium")
4 (beside "dei, quod statutum")
5 (beside "phyteuticariæ")
7 (beside "mittens alienare feudum")

Digitized by Google

in præallegato tract. fol. 8. num. 45.

8 Ea quidem potissima ratione, quia per promissionem de vendendo non acquiritur ius in re, l. ff sterilis, §. si fundus ff. de actio. empt. l. si ita quis, §. si ea lege, ff. de verb. oblig. Angel. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. eod. tit. & Affl. in const. Diuæ memoriæ, nu. 6.

Amplia supra positam conclusionem procedere etiam in eo, qui consentit alienationi quia est aliud vendere, aliud vendenti consentire, l. aliud est vendere, ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Assensus bonam fidem inducit.*
2 *Melioramenta sunt restituenda ei, contra quem alienationis reuocatio fuit facta.*
3 *Retentio rei à iure conceditur, donec melioramenta possessori soluantur.*
4 *Melioramenta exequutionem decreti reuocationis alienationis impediunt.*
5 *Melioramenta facta rei ecclesiasticæ alienatæ absque assensu amittuntur, & quare.*
6 *Aedificans in re subiecta fideicommisso meliorationes perdit.*
6 *Melioramenta debentur, etsi fuissent facta rei venditæ absque assensu, dummodo sine ipsis res perijsset: ac etiam debentur, si ab initio fuit bona fides, dato quod postea mala superuenerit.*

Assensus Apostolicus an operetur recuperationem meliorамentorum, reuocata alienatione.

DECIS. LXVI.

SVpponatur, quod interueniente assensu Apostolico, quoddã pretium terræ alienaretur; & post multum temporis spatium reperiretur ecclesiam fuisse enormiter læsam, ob quod Rector alienans, vel eius successor alienationem reuocauit; quæstionis nunc est, an meliorationes sint restituendæ ei, contra quem reuocatio fuit facta.

In qua quæstione dicendum est
1 primo, quod cum assensus interuentio constituat, quem in bona fide, & sumptus facti per bonæ fidei possessorem recuperantur, exceptione doli mali, l. sumptus, ff. de rei vend. l. in
2 fundo ff. eod. tit. ideo melioramenta sunt restituenda. Immò pro præfatis
3 expensis possessori conceditur à iure retentio, donec melioramenta ipsa soluantur, l. si in area, ff. de condict. indeb. Doct. in l. si in fortem, §. si centum, & ibi Iaso. numero 10. ff. eod. tit. post Bald. cit. l. in fundo, num. 4. Negus. de pignor. par. 5. memb. 4. num. 8. Ruin. consi. 100. nu. 6. lib. 4. Cap. dec. 17. num. 7. Put. decis. 471. & dec. 474. lib. 2. Pereg. decis. 16. lib. 2. & fuit pluries in Rota resolutum, & signanter in vna Romana domus, 18. Iunij
* 1602. * coram Pamphilio & melioramenta impediunt etiam exequu-
4 tionem decreti reuocationis alienationis Benind. decisio. 77. Rota Marchiæ dec. 22. numero 12. & decisi. 56. numero 11. de Franch. deci. 112. & 456. Ioseph. Lud. dec. Perus. 34. & Abb. in cap. de multa, numero 14. de præb. quidquid scripserit Surd. consil. 333. lib. 2.

5 Quando verò meliorata fuerint prædia ecclesiæ, alienata absque assensu Apostolico, tunc cum eo casu emptor dicatur malæ fidei possessor, perdit meliorationes præfatas, nam censetur donare, Rodoan. q. 17. nu. 50. post Bald. consi. 22. vol. 1. & Alex. consil. 16. num. 3. & sequ. 1. part. sicuti ædificans in re subiecta fideicommisso, perdit etiam melioratio-

nes, ex allegatis per de Franch. decis. 110. & 191. nam cedunt solo, idem de Franch. dec. 312. Couarr. lib. 3. var. resol. c. 17. nu. 1. Magon. dec. Luc. 33. à n. 21. & seq. & dec. Florent. nu. 5. & seq. Caualcan. de tutor. nu. 165. Peregr. de fideicom. art. 49. nu. 43.

7 Limita hoc secundum caput conclusionis, nisi melioramenta fuissent adeò necessaria, quod sine ipsis res perijsset; nam tunc etiam si nullo interueniente assensu, res ecclesiæ alienata fuisset, & per consequens possessor esset malæ fidei, nihilominus poterit illas recuperare, vt innuit Rodoan. loc. cit. & voluit etiam Artaman. dec. 3. de reb. eccl. non alien.

Limita secundo, quando ab initio fuit possessor bonæ fidei, puta, quia contraxit præcedente assensu Apostolico, & postea superuenit mala fides, puta, quia euidenter cognouerit, ecclesiam fuisse enormiter læsam, nam hoc non obstante, poterit id quod meliorauit tollere, & auferre. l. Iulianus ff. de rei vendic. quod intellige procedere, quando non vellet ecclesia soluere pretium meliorationis, de Franch. citata decisione 110.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in rebus modicis non requiritur, nec in his, quæ religiosis prohibentur.*

2 *Mendicantes bona in communi possidere non possunt.*

3 *Mendicantes bona immobilia absque assensu alienare possunt, & quare.*

4 *Regulares plura priuilegia in rerum ecclesiasticarum alienatione habent.*

5 *Iesuitæ absque assensu Apostolico res ecclesiasticas alienare possunt.*

6 *Assensus Apostolicus in alienatione mobilium pretiosorum regularium & mendicantium requiritur, & quare.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum relictorum religiosis incapacibus.

DECIS. LXVII.

1 REspondetur negatiuæ ex doctrina Decij communiter recepta in cap. in præsentia. num. 69. de probat. Monal. consi. 165. vol. 2. Emanuel Sà in verbo alienatio num. 7. vbi dicit quod solennitas iuris non requiritur in rebus modicis, nec in his, quæ religiosi retinere non possunt,

2 itaque mendicantes, quibus non licet bona immobilia etiam in communi possidere, possunt vendere immobilia, vbi aliquo testamento relicta, vel aliàs donata, & ratio est, quia bona ista non sunt ecclesiæ incorporata iux. text. in clem. exiui de Paradiso de verb. sign. sed in rebus ecclesiæ nondum incorporatis non requiritur assensus in eorū alienationibus Franc. in c. 2. in fin. de reb. eccl. non alien. in 6. Rebuff. d. comp. num. 21. Roland. cons. 15. vol. 1. quinimo regulares possunt alienare bona ipsorum, ex pluribus priuilegiis ipsis cōcessis, quæ vi-

3 deri possunt apud confectum in sua recoll. priuileg. Mendican. & specialiter Gregorij Decimitertij constitutio, incipiens (Apostolicæ Sedis) anno 1576. die 18. Decembris indulsit patribus Societatis Iesu, vt bona lo-

4 corum eiusdem Societatis possint arbitrio ipsorum, & Præpositi Generalis nulla super hoc alia petita licentia à Sede Apostolica, vel à loci ordinario alienare, legitur hæc constitutio in collecta priuilegior. Emanuel. Roder. Tom. 2. quæst. regul. fol.

fol. 450. ſecundum quod refert Piaſegius in ſua praxi Archiepiſc. tit. de bon. mensæ Epiſcopi nu. 17. in fine.

5 Limita tamen præfatam concluſionem in rebus pretioſis mobilibus, prout ſunt veſtes, calices, & his ſimilia, Emanuel Sà verbo alienatio in finalibus verbis & ratio eſt, quia iſta bona ſunt eccleſiæ incorporata.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Apoſt. in conceſſione rei eccleſiæ ad beneplacitum requiritur.*
2 *Conceſſio ad beneplacitum facta abſque cauſa reuocari non poteſt.*
3 *Conceſſio vltra triennium eſt alienationis ſpecies.*
4 *Conceſſio ſiue gratia ad beneplacitum facta dicitur perpetua.*
5 *Officialis à Principe creatus ad eius beneplacitum perpetuo dicitur creatus. & hoc etiam in officiali creato, ab Epiſcopo.*
6 *Conceſſio ad beneplacitum facta morte concedentis non expirat.*
7 *Conceſſio ad beneplacitum facta, ſpecialiter, & non generaliter eſt reuocanda.*
8 *Ius in re acquiri videtur per conceſſionem factam ad beneplacitum.*
9 *Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in conceſſione vſus, ſiue rei eccleſiaſticæ commoditatis ad beneplacitum.*

Aſſenſus Apoſtolicus an in cōceſſione rei eccleſiæ ad beneplacitum facta requiratur.

DECIS. LXVIII.

1 IN hac deciſione eſt affirmatiuæ reſpondendum ex pluribus infra dicendis, tum primo, quia res conceſſa ad beneplacitum non poteſt reuocari abſque cauſa Capic. deciſ. 2 116. & dec. 121. num. 16. Ann. alleg. 119. maximè quando conceſſio emanata fuit ob ſeruitia idem loco citat. num. 12. Marſ. ſing. 363. Campag. in ca. Regni Neapol. cum his nu. 7. Scaglio. in ritu Neapol. 46. num. 2. vnde poterit contingi, quod cauſa non eueniret, & ſic conceſſio ſaperet vim alienationis; quia cōceſſio vltra triennium
3 eſt ſpecies alienationis Clem. fin. & ibi Not. de reb. eccleſ. non alien. Couar. lib. 2. variar. reſolu. c. 16. nu. 6. Rebuf. in Compend. alien. n. 27. Arnon. ſing. 72.

Tum ſecundo quia conceſſio, ſeu gratia facta ad beneplacitum dici-
4 tur perpetua Capic. deciſ. 123. num. 4. add. ad eundem deciſ. 116. hinc eſt quod officialis à Principe creatus ad eius beneplacitum, dicitur perpetuò
5 creatus l. iuriſperitus & ibi DD. ff. de excuſat. tut. D D. in l. principalibus ff. ſi cert. petat. & ibi Alexa. numero 6. Iaſon. in l. centeſimis §. ita ſtipulans num. 14. vbi etiam Alex. numer. 11. ff. de verbor. oblig. Maſcar. de probat. concluſ. 188. num. 8. libro 1. Ann. conſil. 56. numero 22. volumine 1. & hoc procedere etiam in officiali ab Epiſcopo deputato voluit Guttier. lib. 3. cano. quæſtion. quæſt. 11. num. 4. & Gonzal. in reg. 8. gloſſ. 5. §. 60. numer. 4. docens deputatum ad aliquod officium non poſſe remoueri ex ſola malitia, abſque tamen legitima cauſa; immò fuerint nonnulli te-
6 nentes conceſſionem ad beneplacitum factam, nec quidem expirare morte concedentis, maximè in magiſtratibus à Principe non recognoſcente ſuperiorem creatis ita Boer. deciſ. 149. numero 11. Thomin. dec. 29. Carroc. dec. 17. Immò dicit Molina de primogen. Hiſpan. libr. 1. fol. 181. numero 5. quod quando concedens vult reuocare conceſſionem ad
7 beneplacitum factam, debet ſpecia-

Digitized by Google

liter hoc facere, nec venit sub generali reuocatione, vt voluit etiam Lanar.conf.21.numer.10.Ann. alleg. 53. nu.26.Roman.conf.332.num.23.

8 Tum tertio quia per cõcessionem factam ad beneplacitum videtur acquiri ius in re, & propterea requiritur assensus Cardin.in Clem.1. §. verum num.2. vers. secundo quæro de reb.eccl.non alien.Rodoan. eod. tit. pag.15.nu.7. facit Alex.in l. si domus §.si fundus num.5.ff.de legat.1.Felin. in cap. quæ in ecclesiarum num. 87. de constit.

Limitatur tamen conclusio principalis, vt assensus non requiratur,
9 quando vsus, siue rei commoditas concederetur, ita tamen, quod nullum dominium vtile transferetur, ita Felin. in capit. quæ in ecclesiarum num.88.de constit.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica ex propria natura alienari non possunt, & quare.*
2 *Alienatio rerum ecclesiæ absque assẽsu, iuramento non confirmatur.*
3 *Emptores bonorum ecclesiæ cõtra formam extrauag. ambitiosæ sacrilegium committunt, & mortaliter peccant, idque non procedit in emptione rerum mobilium nu.4.*
5 *Episcopus iurans non alienare res mẽsales ecclesiæ, si postea alienat, valida est (vita sua durante) alienatio.*
6 *Episcopus licet sit periurus, tamen actus ab eo factus est validus.*

Assensus Apostolicus an suppletur ex iuramento.

DECIS. LXIX.

SVpponatur quod fuerat alienata res ecclesiæ absque assensu, aliisque iuris sollennitatibus, verumtamen in ipso contractu reperiatur interpositum iuramentum; quæstionis nũc est, an substineatur virtute præfati iuramenti, & concludendum est pro negatiua ex infra dicendis.

1 Primo, quia res ecclesiæ alienari non possunt ex propria natura, quia humanæ conuentioni nullatenus subiectæ sunt, vt cumulatissimè notat Affl.decis.75. & ibi Vrsill.num. 1. Viu.comm.opin.cap. 39. Ideo minimè huiuscemodi contractus seu alienatio confirmatur iuramento, & consequenter si iuramentum præstitum foret ab alienante; nequaquã iure alienationis posset in emptorẽ transferri cum iurantis potestati non subsit l.apud Iulianum §. fin. ff. de leg. 1.l.inter stipulantem . sacram ff.de verbor. oblig. Bart.in l. si quis pro eo col.fin. ff. de fideiuss. Abb. in cap.cum contingat col.4.num.22. & seq. de iureiuran. & est communis opinio secundum Cor. in Auth. Sacramenta puberum q.16.C.si aduersus vend. Alciat. in d. cap. cum contingat.num.179.

Imò emptores ipsi bonorum Ecclesiæ tam immobilium, quam mobilium pertinentium ad diuinum cultum in casu non licito, seu licito. sed non iuxta formam extrauagan. ambitiosæ, & aliorum Canonum su-
3 pẽt hoc promulgatorum sacrilegium committerent, & mortaliter peccarent, Viu.loc.cit.nu.3. & Balb.decisi. 99.

4 Limita, vt talis prohibitio non extendatur ad alienationem rerũ mobilium, Menoch. de arbitr. Iudic. libro 2.cent.2.casu 172. imò hoc eatenus procedit, & ampliatur, quod si Episcopus res mensales ecclesiæ iuraret non alienare, & postmodum illa alienaret, quod tunc alienatio facta ab Episcopo rerum prædicta-

rum

5 rum ad vitam suam teneat, non obstante iuramento suo de non alienando, Mohed. dec. 7. & 250.

Et quamuis Episcopus periurus remaneat in præsenti casu; nihilominus alienatio facta per eum de rebus memoratis valet, atque firma remanet secundum Crescent. dec. 15. Inno. in c. dilecto de præben. Castr. consil. 339. nu. 3. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus non requiritur in dimissione pecuniæ Ecclesiæ in banchis existentis, & quare.*
2 *Pecunia res mobilis, & non pretiosa dicitur, & num. 4.*
3 *Legata re mobili pecuniæ reperta in domo, & capsa testatoris legatario cedunt.*
5 *Assēsus Apostolicus requiritur in dismissione pecuniæ reseruatæ ad bona immobilia emenda, & quare.*
6 *Assēsus Apostolicus requiritur in dismissione pecuniæ destinatæ ad legitimam negotiationem.*

Assensus Apostolicus an requiratur in dimissione pecuniæ Ecclesiæ in Banchis existentis.

DECIS. LXX.

1 Respondeo, dicendo non requiri, per rationem desumptam ex verbis expressis in extrauag. Ambitiosæ (Immobilia) & pecuniam rem mobilem esse, nemo est, qui nesciat,
2 & illam mobilium appellatione cōtineri omnes scripserunt in l. mouētium ff. de verb. signif. Tiraqu. de retract. §. 1. gloss. 7. nu. 102. post Cinum, Bal. & Alber. in l. ea demum Cod. de colla. Angel. in §. quia parum per illum text. Authent. de nupt. Hinc est, quod in legato mobilium, pecuniæ,
3 quæ in domo, & capsa testatoris repertæ fuerint, continentur, & legatario cedunt, Dec. consil. 381. numero 4. & consil. 472. colu. 1. Parif. consil. 167. numero 11. volum. 2. Natt. consi. 117. num. 5. & idem Dec. consil. 472. cum aliis, quos congerit Mantica de coniect. vltim. volun. libro 9. tit. 3. Pinell. in l. 1. part. 2. numer. 44. Cod. de bon. mater. Straccha de mercat. part. 1. num. 70. & referunt decisum Thesaur. dec. 160. & Ioan. Gall. decisi. 1. & fuit in Rota Romana resolutum in vna ciuitatis bonorum Castellanæ 2. Iunij 1574. coram Cæsare de Grassis, vt patet in eius deci. 1. titul. de donation. vnde cum prohibitio alienationis rei Ecclesiæ locum habeat in
4 immobilibus pretiosis, inter quæ pecunia non connumeratur secundum Borgnin. consil. 60. propterea cessare quoque debet ratio prohibitionis.

5 Limita primo, quando illa pecunia reseruata in banchis esset deputata ad emenda bona immobilia, tunc enim est necessarius assensus Apostolicus, secundum Tiraqu. loco cit. glos. 7. nu. 105. & 112. Foll. in pract. crim. folio 62. à numero 1. & fol. 108. numero 113. & ratio est, quia tunc desinit esse res mobilis, & inter immobilia cōnumeratur, vt per DD. communiter in l. cætera §. 1. ff. de legat. 1. & latè per Boer. deci. 209. Gail. libro 1. pract. obseruat. capit. 11. Thesau. cit. dec. 160. num. 6.

6 Limita secundo, quando pecunia, quæ manet in Banchis fuisset ad aliquam legitimam negotiationem destinata argum. l. si Corus §. 1. ff. de leg. 3. l. si fundus, & l. si domus §. 1. & l. si ita legatum ff. eodem Mantica d. libr. 4. titulo 3. Gabriel consilio 98. numero 27.

Digitized by Google

Intellige hanc limitationem tunc veram esse, quando pecunia esset in magna quantitate, vt censuit Senat. Pedemont. refert Thesau.cit.decisi. post num.9.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in impositione census in re Ecclesiæ requiritur, & quare, idq; procedit tã in reductione census ex causa sterilitatis, quam ex causa diminutionis nu.3.& 1.*
2 *Census impositus super rebus alienari prohibitis est nullus.*
5 *Assensus Apostolicus non requiritur, quando persona obligatur ad soluendum de rei ecclesiæ fructibus, & quare.*
6 *Ecclesia tenetur restituere sortem principalem ob nullitatem contractus.*
7 *Ecclesia nemini præiudicare debet.*

Assensus Apostolicus an requiratur in impositione census super re ecclesiæ.

DECIS. LXXI.

RESpondeo requiri easdem sollemnitates, quæ requiruntur in alienatione, & ratio est duplex, quia est species alienationis, l.fin.vbi D D. C. de rebus alien. non alien.& propterea si non apparet præcessisse assensus impositionem, erit ipso iure nulla, vt pluries censuit Rota Rom. & signanter in vna Romana inualiditatis census, 24.Maij 1591.* coram Pamphilio, & in vna Godicen. census, 25. Ianuarij 1597.* coram Seraphino, & iterum in eadem 29.Ianuarij 1597.* coram Corduba, & ita etiam Seraph.1329.dec.

2 Secunda redditur ratio, quia census impositus super rebus alienari prohibitis est nullus, Farin. dec.304. & propterea potest emptor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad pretium restituendum, Dec.consi.102.numero 10. & tenuit Rota in Romana census de Coppis, 17. Martij 1577.* coram Seraphino, & iterum in vna Spoletana terrarum, 11. Nouembris 1599. *coram Mellino, & iterum in eadem.

3 Amplia principalem conclusionem procedere etiam in reductione census bonorum ecclesiæ ex causa sterilitatis, & refectionis melioramentorum facta, quia est nulla, etiam, quod fuerit obseruata per 30. annos, vt fuit resolutum in causa Mediolan. bonorum, 5. Maij 1597.* coram Seraphino.

4 Amplia secundo procedere etiam in diminutione census, vt accidit in ciuitate Neapolitana, quæ cum habuisset plures censuales contractus cum diuersis ecclesiis, ac locis piis, & pro quolibet centenario septem annuos aureos soluebat; verùm cum in anno 1613. dicta Ciuitas vniuersaliter omnes contractus, tam cum laicis, quàm cum ecclesiis ad sex pro centenario reduxit; in tali diminutione fuit petitus, & obtentus assensus Apostolicus.

5 Limita nunc non procedere, quando obligatur persona ad soluendum de fructibus rei Ecclesiæ iuxta doctrinam Bartolus in l. codicillis, §.institutio, ff. de leg.3. Crauet.consilio 217.numero quarto Gabriel. consilio 47. numero 12. libro 1. & ita constituuntur census in bonis ecclesiæ, & emphyteuticis, cum hoc modo non sit alienatio, & ita censuit Rota in vna vinearum de Maximis quarta die Februarij 1577. † coram Accorambono, & iterum

rum 16. Nouemb. 1551. coram eodem Rodoan. de rebus eccles. non alien. pa. 103. num. 26. & Cordub. de iure emph. ampliat. 40. Carrocc. dec. 103.

Bene tamen est verum, quod existente contractu censuali cum Ecclesia inito, nullo, atque inualido ob
6 defectum assensus, tenetur ipsa Ecclesiæ restituere sortem principalem, vt fuisse in Rota decisum refert Farinac. decis. 301. aliàs enim ecclesia locupletaretur cum alterius iactura, Glo. in l. iubemus, illa 2 §. sanè, verbo acquirere C. de sacrosan. eccl. & in c. ad audientiam, verbo effugiendum, de rebus eccles. non alien. cum enim
7 ecclesia sit cultrix iustitiæ, non debet cuiquam præiudicare, ca. per tuas, de donat. gl. fin. in c. 1. de restit. in integ. quod tunc in primis locum habet, quãdo locupletior facta est, Abbat. in cap. si quis presbyterorum, de rebus eccl. non alien.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio cum assensu Apostolico est nulla, si rescripti forma non obseruatur.*
2 *Alienatio est nulla, si in commissione adest clausula (vocato Abbate) & de eius citatione non constat.*
3 *Gratia facta de emphyteusi, nõ extenditur ad emphyteusim in perpetuum.*
4 *Supplicatio attenditur pro validitate, vel inualiditate, non instrumentum.*
5 *Alienatio est nulla, si in gratia dicitur, bona specificanda esse, & postea non fuit earum specificatio facta.*
6 *Vtile per inutile vitiatur in hoc casu.*
7 *Alienationem esse intra summam, tenetur probare, qui ea nititur.*
8 *Confirmatio est inualida, instrumento non exhibito.*

Assensus Apostolicus an suppleat defectum in obseruationis forma.

DECIS. LXXII.

SVpponatur, quòd alienata fuit res Ecclesiæ, non tamen seruata forma tradita in rescripto, si in euidenti, quæstionis nunc est, an sit nulla alienatio, non obstante, quod fuerit assensu Apostolico roborata, seu confirmata: & pro nullitate facit tex. in cap. cum dilecto, vbi DD. de rescr. Dec. in c. prudentiam 4. notab. de off. deleg. Abb. consil. 41. numer. 3. lib. 1. Par. consil. 3. numero 15. libro 4. Gozad. consil. 71. nu. 2. Tiraq. de retract. ligna. §. 1. glos. 21. num. 11. Rodoan. de reb. eccl. non alien. titul. de cau. vtil. numero 204. & ita pluries censuit Rota Rom. & signanter in vna Cortonen. rescissionis locationis, 26. Ianuarij 1590. * corã Orano, & iterum
* in vna Papien. Tenutæ, 17. Iunij 1596. coram Seraphino.

Vnde si in gratia si in euidenti, adest clausula (vocato Abbate) & de
2 eius citatione non constat, alienatio est nulla, Abb. in cap. exhibita, vlt. not. de iud. Dec. consilio 173. numer. 2. & 233. volum. 1. Aymon. consil. 182. numero 9. vers. quarto, vol. 1. Bellam. cons. 16. Rota decis. 30. de rescript. in nouis, & fuit dictum in vna Corton. bonorum, 28. Maij 1588. 9. Iunij 1589. & 26. Ianuarij 1590. * coram Platta,
* & iterum in vna Cremonen. aqua-
† rum 9. Maij 1594. † coram Illustrissimo Arrigonio, & iterum in vna Auximana bonorum, 28. Nouembr.
† 1554. † coram Orano.

Idem si præfatum si in euidenti, loquatur de concessione in emphyteusim, & concessio fiat in perpetuũ,
3 hoc casu non substinetur alienatio

Digitized by Google

Intellige hanc limitationem tunc veram esse, quando pecunia esset in magna quantitate, vt censuit Senat. Pedemont. refert Thesau. cit. decisi. post num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in impositione census in re Ecclesiæ requiritur, & quare, idq; procedit tã in reductione census ex causa sterilitatis, quam ex causa diminutionis nu. 3. & 1.*

2 *Census impositus super rebus alienari prohibitis est nullus.*

5 *Assensus Apostolicus non requiritur, quando persona obligatur ad soluendum de rei ecclesiæ fructibus, & quare.*

6 *Ecclesia tenetur restituere sortem principalem ob nullitatem contractus.*

7 *Ecclesia nemini præiudicare debet.*

Assensus Apostolicus an requiratur in impositione census super re ecclesiæ.

DECIS. LXXI.

RE spondeo requiri easdem sollemnitates, quæ requiruntur in alienatione, & ratio est duplex, quia est species alienationis, l. fin. vbi D D. C. de rebus alien. non alien. & propterea si non apparet præcessisse assensus impositionem, erit ipso iure nulla, vt pluries censuit Rota Rom. & signanter in vna Romana inualiditatis census, 24. Maij 1591. * coram
* Pamphilio, & in vna Godicen. census, 25. Ianuarij 1597. * coram Sera-
* phino, & iterum in eadem 29. Ianuarij 1597. * coram Corduba, & ita etiam Seraph. 1329. dec.

2 Secunda redditur ratio, quia census impositus super rebus alienari prohibitis, est nullus, Farin. dec. 304. & propterea potest emptor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad pretium restituendum, Dec. consi. 102. numero 10. & tenuit Rota in Romana census de
* Coppis, 17. Martij 1577. * coram Seraphino, & iterum in vna Spoletana terrarum, 11. Nouembris 1599.
* * coram Mellino, & iterum in eadem.

3 Amplia principalem conclusionem procedere etiam in reductione census bonorum ecclesiæ ex causa sterilitatis, & refectionis melioramentorum facta, quia est nulla, etiam, quod fuerit obseruata per 30. annos, vt fuit resolutum in causa
* Mediolan. bonorum, 5. Maij 1597. * coram Seraphino.

4 Amplia secundo procedere etiam in diminutione census, vt accidit in ciuitate Neapolitana, quæ cum habuisset plures censuales contractus cum diuersis ecclesiis, ac locis piis, & pro quolibet centenario septem annuos aureos soluebat; verùm cum in anno 1613. dicta Ciuitas vniuersaliter omnes contractus, tam cum laicis, quàm cum ecclesiis ad sex pro centenario reduxit; in tali diminutione fuit petitus, & obtentus assensus Apostolicus.

5 Limita nunc non procedere, quando obligatur persona ad soluendum de fructibus rei Ecclesiæ iuxta doctrinam Bartolus in l. codicillis, §. institutio, ff. de leg. 3. Crauet. consilio 217. numero quarto Gabriel. consilio 47. numero 12. libro 1. & ita constituuntur census in bonis ecclesiæ, & emphyteuticis, cum hoc modo non sit alienatio, & ita censuit Rota in vna vinearum de Maximis quarta die Februarij 1577.
† † coram Accorambono, & iterum

rum 15. Nouemb. 1551. coram eodem Rodoan. de rebus eccles. non alien. pa. 103. num. 26. & Cordub. de iure emph. ampliat. 40. Carrocc. dec. 103.

Bene tamen est verum, quod existente contractu censuali cum Ecclesia inito, nullo, atque inualido ob
6 defectum assensus, tenetur ipsa Ecclesiæ restituere sortem principalem, vt fuisse in Rota decisum refert Farinac. decis. 301. alias enim ecclesia locupletaretur cum alterius iactura, Glo. in l. iubemus, illa 2 §. sanè, verbo acquirere C. de sacrosan. eccl. & in c. ad audientiam, verbo effugiendum, de rebus eccles. non alien. cum enim
7 ecclesia sit cultrix iustitiæ, non debet cuiquam præiudicare, ca. per tuas, de donat. glo. fin. in c. 1. de restit. in integ. quod tunc in primis locum habet, quando locupletior facta est, Abbat. in cap. si quis presbyterorum, de rebus eccl. non alien.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio cum assensu Apostolico est nulla, si rescripti forma non obseruatur.*

2 *Alienatio est nulla, si in commissione adest clausula (vocato Abbate) & de eius citatione non constat.*

3 *Gratia facta de emphyteusi, nō extenditur ad emphyteusim in perpetuum.*

4 *Supplicatio attenditur pro validitate, vel inualiditate, non instrumentum.*

5 *Alienatio est nulla, si in gratia dicitur, bona specificanda esse, & postea non fuit earum specificatio facta.*

6 *Vtile per inutile vitiatur in hoc casu.*

7 *Alienationem esse intra summam, tenetur probare, qui ea nititur.*

8 *Confirmatio est inualida, instrumento non exhibito.*

Assensus Apostolicus an suppleat defectum in obseruationis forma.

DECIS. LXXII.

SVpponatur, quòd alienata fuit res Ecclesiæ, non tamen seruata forma tradita in rescripto, si in euidenti, quæstionis nunc est, an sit nulla alienatio, non obstante, quod fuerit assensu Apostolico roborata, seu confirmata: & pro nullitate facit tex. in cap. cum dilecto, vbi DD. de rescr. Dec. in c. prudentiam 4. notab de off. deleg. Abb. consil. 41. numer. 3. lib. 1. Par. cons. 3. numero 15. libro 4. Gozad. consil. 71. nu. 2. Tiraq. de retr. act. ligna. §. 1. glos. 11. num. 11. Rodoan. de reb. eccl. non alien. titul. de cau. vtil. numero 204. & ita pluries censuit Rota Rom. & signanter in vna Cortonen. resessionis locationis, 26. Ianuarij 1590.* corā Orano, & iterum
* in vna Papien. Tenutæ, 17. Iunij 1596. coram Seraphino.

Vnde si in gratia si in euidenti, adest clausula (vocato Abbate) & de
2 eius citatione non constat, alienatio est nulla, Abb. in cap. exhibita, vlt. not. de iud. Dec. consilio 173. numer. 2. & 233. vol. 1. Aymon. consil. 182. numero 9. vers. quarto, vol. 1. Bellam. cons. 16. Rota decis. 30. de rescript. in nouis, & fuit dictum in vna Corton. bonorum, 28. Maij 1583. 9 Iunij 1589. & 26. Ianuarij 1590.* coram Platta,
* & iterum in vna Cremonen. aquarum 9. Maij 1594. † coram Illustris-
† simo Arrigonio, & iterum in vna Auximana bonorum, 28. Nouembr.
† 1554. † coram Orano.

Idem si præfatum si in euidenti, loquatur de concessione in emphyteusim, & concessio fiat in perpetuū,
3 hoc casu non substinetur alienatio

Digitized by Google

in perpetuum, Abb.d.consil.41. nu.
3.& Cozad.cit.consſ.Rota in vna Pa-
pien.tenute della Maddalena, 17.
† Iunij 1596. & 26.Iunij 1597. † coram
Seraphino.

Item ſi in ſupplicatione ſi in eui-
denti, narratur factum alio modo,
quàm verè factum ſit, ad validita-
4 tem, vel inualiditatem, attenditur
ſupplicatio, non autem inſtrumen-
tum, Rota in vna Senen.prædij, 28.
† Aprilis 1589.† coram Seraphino, &
† in eadem 7. Maij 1590.† coram Gi-
pſio.

Et ſi in gratia ſi in euidenti, dica-
tur, quod fiat ſpecificatio bonorum,
5 ſi non ſit facta ſpecificatio, aliena-
tio erit nulla, neque confirmatione
ſuffragatur, Rota in vna Cortonen.
reſciſſionis locationis 26. Ianuarij
* 1590.* coram Orano, & in vna No-
uarien. decimarum, 14. Octobris
* 1582. * coram eodem, & 15. Maij
* 1593.* coram Blanchetto, & iterum
in dicta Cremon.aquarum, 9. Maij
* 1594. * coram Arrigonio, & idem
tradit Dec.consil.142.numero 7.ver
prætereà, & numero 8.

Item ſi in confirmatione dicatur,
conceſſionem fuiſſe factam ad ter-
6 tiam generationem, & verè ſit facta
in perpetuum, confirmatio erit nul-
la etiam reſpectu conceſſionis ad
tertiam generationem. Abb.cit.con-
ſil.41.& Rot.in d. Cortonen. reſciſ-
* ſionis locationis 26. Ianuarij 1590.
coram Orano.

Idem dicendum, quando datur li-
centia alienandi limitata pro certa
ſumma, quia debet is, qui alienatio-
ne nititur probare alienationem
fuiſſe intra ſummam, DD.in cap. 1.
de rebus eccleſ. non alien. in 6. Par.
conſil.17.numero 28.lib.1. Dec. con-
ſil. 60. numero 3. & fuit latè reſolu-
tum in Rota, in vna Romana deuo-
lutionis de Piccionibus, 28. Maij
† 1582.† coram Rubeo, & facit Rota
diuerſ.deciſ.:65.libro 2.

8 Neque confirmatio facta non ex-
hibito inſtrumento, erit valida, Ro-
ta in d. Cortonen. reſciſſionis loca-
* tionis, 26.Ianuarij 1590. * coram O-
rano.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus in alienatione rerum Eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non requiritur.*
2 *Bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, quæ dicantur.*
3 *Pecunia res mobilis dicitur.*

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in alienatione rerum eccleſiæ, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

DECIS. LXXIII.

IN hác deciſ.negatiuè reſpondetur
ſecundum gloſ.expreſſam in ſum-
ma, 12. quæſt. 2. Nauar. conſilio 4.
numero 3.de rebus eccleſ. non alien.
Rebuff.in compend. eiuſdem mate-
riæ, numero 25.Soc.in fallent.regulæ
110.num.2. Vgolin. de poteſt. Epiſc.
§.7. num.5. Quaranta in ſumm.Bull.
verbo alienatio, numero 32.Genuen.
in ſua praxi cap.59.num.60.qui om-
nes mouentur.

Primo, per text.in l.lex, quæ tuto-
res, §.vltimo C.de adminiſtr.tut. vbi
etſi res minorum ſine decreto alie-
nari nequeunt, quæ tamen ſeruan-
do ſeruari non poſſunt ſine decreto
licitè alienantur, vt veſtes, quæ vſu
ſunt debitæ.

1 Secũdo, per text.in l.fin.C.quan-
do decret.opus non eſt, vbi idem pa-
riter diſponitur pro quorũ omnium
confirmatione eſt gl.expreſſa in cap.
nulli, de rebus eccl.non alien.

Dicuntur

Dicuntur autem bona, quæ ser-
uando seruari non possunt, quæ non
2 solent durare triennio, gl. in l. 1. C. si
aduer. vsucap. Bart. in l. potest, col. 1.
in princ. ff. de auct. tut. Alex. Ang. &
reliqui communiter in l. 1. §. quæsi-
tum, ff. ad Trebell. vel non sunt du-
ratura triennio absque notabili de-
teriorațione, secundum Beroum cit.
cap. nulli, Mainard. decis. 16. lib. 3. &
Balb. decis. 24. vel etiam vltrà trien-
nium absque notabili deterioratio-
ne, Rodoa. cit. tract. q. 6. & tales sunt
vestes detritæ, quæ veterascunt, ani-
malia superuacua, & similia, Abb.
Card. & communiter in d. c. nulli, li-
cèt sint mobilia pretiosa, iuxta gl. in
c. tua, de his, quæ fiunt à Præl.

Pecunia etiam inter mobilia, quæ
3 seruando seruari non possunt, nu-
meratur, quia retenta nihil operatur,
cap. eiiciens, 88. dist.

Verùm limitatur primo, vt alie-
nari minimè possit absque assensu
Apostolico magna quantitas pecu-
niæ, quæ est in ecclesiæ proprietate,
non in fructu, vt fuit latè resolutum
in Roman. Rot. in vna Venetiarum
nullitatis contractus, 13. Nouembris
1602. † coram Pamphilio, vbi fuit
4 quoq. dictum istud procedere, licèt
præfata pecunia veniret conuerten-
da in vtilitatem dictæ ecclesiæ; ratio
verò huius limitationis, videtur esse
illa, quia potest ecclesia in contra-
ctu emptionis decipi in pretio, Be-
ro. cit. c. nulli, num. 13. Rodoan. citat.
tract. tit. de pecu. eccl. num. 5. Tiraq.
de retract. §. 1. glo. 7. num. 106. & fa-
cit tex. in l. 3. §. quid ergo ff. de act.
emph. Secunda est ratio, quia præfa-
ta pecunia non erat in redditu, vel
fructu, vt de ea Prælatus prout de a-
liis fructib. disponere posset, clem.
1. de reb. eccl. non alien. sed erat in
proprietate monasterij, & erat ma-
gna quantitas ducatorum 4000. propterea requirebantur assensus, prout fuit decisum.

Limita secundo in pecunia redacta ex venditione rei immobilis, quia inter immobilia numeratur, & assensus exigitur Tiraq. de vtroque retract. §. 1. Glo. 7. num. 113. Rodoan. vbi supra qu. 6. quidquid scripserit Foller. in sua prax. vers. & annotentur bona.

Pecunia verò destinata ad emptionem immobilium, an dicatur mobilis, vel immobilis fuit decisum in curia Archiep. Neapol. inter mobilia connumerari ex doctrina Iaſ. in l. cæterum §. si parauit ff. de leg. 1. Boer. decis. 209. Mantica de coniect. li. 9. cap. 3. numer. 2. Pinell. in l. 1. nu. 42. Cod. de bon. matern. & ex his fuit decisum non requiri assensum in alienatione dictæ pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio rei ecclesiæ cum secularibus non valet.*

2 *Cessante causa prohibitionis cessat prohibitio.*

3 *Permutatio inter rectores valida est, & quare nu. seq.*

5 *Spirituale cum spirituali permutari potest.*

Assensus Apostolicus an requiratur in permutatione, quæ fit inter rectores Ecclesiæ.

DECIS. LXXIV.

SÆpe quæritur, an authoritate ordinaria, possint rectores Ecclesiarum inter se bona Ecclesiastica permutare absque sedis Apostolicæ beneplacito, & consensu, & partem negatiuam probare videtur text. in cap. casellas 10. qu. 2. & cap. fine ex-

ceptione 12. q. 2.extrauag. Ambitio-
sæ de reb. eccl. non alien.& l. sanci-
mus C. de sacrosan.eccl.quæ proce-
1 dunt tantum in permutationibus
fiendis cum secularibus, ne bona ec-
clesiæ profanis vsibus applicentur,
& ita probat expressè tex.in d.extra-
uag.Ambitiosæ ibi (profanis vsibus
applicare aut cum maximo illorum,
aut diuini cultus detrimento ex qui-
sitis mediis vsurpare præsumunt in
præmio) quod causam finalem dis-
positionis indicat.l.fin. & ibi Bart.
numer.3.ff.de hæred.institut.Iaso.in
l.si pacto quo,numer.14. C.de pact.
& cum in permutationibus, quæ in-
ter rectores Ecclesiæ fiunt, non trã-
feratur dominium ad profanos v-
sus, cessat causa prohibitionis, &
cessante causa prohibitionis, cessat
4 & prohibitio,cap. cum cessante de
Appellat. latè Tiraq. in tractatu ces-
sante causa part. 1. limit. 23.numer.1.
quoniam cum laicis non licet per-
mutare, nec illis bona Ecclesiastica
in emphyteusim concedi possunt
absque iuris sollennitatib. Rodo.in.
q.36.numer.19.Couar.li. 2.var.resol.
cap.17.nu. 2. Rot. diuers. decis. 178.
numer.1. Par. 2. Praxis Cur. Archiep.
Neapol.cap.15. numer. 74. & pro-
pterea libenter concludendum est
in praxi inter rectores Ecclesiarum
3 de bonis Ecclesiasticis licitam esse
permutationem per tex. expressum
in cap. hoc ius porrectum §. sibi in-
uicem 10.quæst. 2. c. 1.de reb.eccles.
non alien. capit.ad quæstionem de
rer. permutat. §. illud Auth. de per-
mut.vbi Glo. verbo ad inuicem, &
ibi Bart.in princip. col. 5. & in Auth.
item sibi inuicem iuncta Glo. C. de
4 sacrosan. eccles.& ratio poterit esse,
quia cum res permutandæ ambo sint
spirituales, ideo licita est in iure per-
mutatio; spirituale enim cum spiri-
5 tuali potest permutari, vt per Glo.
in cit.c.ad quæstionem verbo (queat)

SVMMARIVM.

1 *Possessor fructus perceptos & bona fide consumptos ante litem motam restituere non tenetur, & quare, n. 2. 5. 6. & 7.*

3 *Possessor facit fructus suos, etiam quando habet titulum coloratum.*

4 *Possessor non facit fructus suos, quando assensus est surreptitius & quando in hoc casu facit suos.*

8 *Possessor fructus extantes reuocationis alienationis tempore, suos non facit, nec etiam error iuris excusat, num. seq.*

10 *Possessor fructus non facit suos, quando locupletior est factus.*

11 *Possessor fructus perceptos tempore publicationis causa suos non facit, & quare.*

12 *Possessor fructus extãtes tempore litis motæ spatio triennij vsucap. nõ potest.*

Assensus Apostolicus an operetur retentionem fructuum renouata alienatione.

DECIS. LXXV.

SVpponatur, quod fuerat res Ec-
clesiæ alienata, interueniente
assensu Apostolico, & aliis à iure re-
1 quisitis sollemnitatibus, & post ali-
quem temporis cursum, alienatio-
nem præfatam non cedere in eui-
dentem Ecclesiæ vtilitatem decla-
ratum fuit, & proinde fuit facta re-
uocatio: quæstionis nunc est, an pos-
sessor teneatur restituere rem vna
cum fructibus pe eum perceptis, &
respondetur fructus perceptos ante
litem motam super reuocatione a-
lienationis & consumptos bona fi-
de non teneri restituere, Boer. decis.
18.nu.3, Benint. decis.20. per totum,
& pro-

Digitized by Google

& probatur in c.ad nostram, de reb. eccles.n. n alien.cuius conclusionis qu... lex est ratio.

2 Prima, quia possidetur res cum
titulo, & bona fide, & propterea
fructus facit suos l. in bonæ fidei, ff.
de acq.rer.dom. Bart. in l.ex diuerso
ff.de rei vend. Abb.in cap.dilecto n.
21.de præben.Felin.in cap.de qu u ta
num.32.de præscript. Couar.libro 1.
var.resol. c.3. Nauar.consil.11.de of-
fic.ordin. & in consil.2.de præscript.
3 & consil.14.num.12. Et hoc procedit
etiam si adesset titulus coloratus,
Bart in l.sed & si lex §.scire.ff. de pe-
tit.hæred.Gomez. de trienn. qu. 42.
Maynar.decision.22. licet secus esset
dicendum, vbi titulus esset nullus,
seu iniustus,& essemus in casibus,in
quibus titulus haberetur pro non ti-
4 tulo, puta si assensus esset surrepti-
tius, quoniam tunc possessor tene-
retur ad fructuum restitutionem,
non solum perceptorum, sed etiam
percipiendorum,Ozas.decis.160.nu.
12.Roman.sing.343.& Bart.in l. 1.C.
de fid.instrum.& Hastefiscal. libr.10.
quidquid volunt,Borgnin.decisio.13.
de contract.part.2.Limita in eo, qui
possedit per triginta ann. bona fide,
quia à restitutione fructuum in om-
ni casu excusatur, Afflict. decisione
240.

5 Secunda est ratio, quia vnus ha-
bet rem, alter verò pretium, & hanc
opinionem in materia reuocationis
alienationis ex capite læsionis vltra
dimidiā sequutus fuit de Pont.cons.
28.numer.6.& sequ. Annā.consi.24.
eod.vol.Guttier.pract.qu.c.134.Ma-
gon.decisi. Floren.23. in fi.de Franc.
decisi.493.num. 3. & decis. 119.num.
10.par.1.Mynsing.obseruat. 73. cent.
4.Gomez.varia resolu.cap.2. nume-
ro 42.

6 Tertia est ratio,quia possessor non potest dici fuisse in mora.

7 Quarta est ratio, quia possessor per decretum superioris, & sic per assensum Apostolicum annullato contractu non tenetur ad restitutionem fructuum, nisi interueniente dolo, Papon.li.18.tit.4.arrest.fin.

8 Limita nunc principalem conclusionem,& primo in fructibus extantibus tempore reuocationis alienationis, quoniam tunc sunt restituendi, nec hoc casu bona fides aliquid suffragatur, Affl.decisi.178. & est tex. expressius in l.certum C.de rei vendicat.Couar. loco cit.& Ferret. consil. 225.

9 Limita secundo, vt nec etiam error iuris excusat possidentem rem Ecclesiæ minus debitè distractam, vt ad fructus perceptos non teneatur Gram.decis.79.num.9.

10 Limita tertio, vbi fructus essent consumpti,verum possessor esset effectus locupletior, ita de Franch. decis.31.Ann.alleg.113.& Couarr.loco citat.

11 Limita quarto in fructibus lite pendente à tempore publicationis causæ perceptis, nam tunc incipit mala fides d.l. certum C. de rei vendic. Afflict. decis.59. Rota Lucens. decis.47.

12 Limita quinto quoad fructus extantes,vt non procedat, si illos vsucepisset spatio triennij, Bellam.decis.412.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarij perpetui ordinum militarium cum prælatis æquiparantur, & num. 3. nec non cum beneficiariis.*

2 *Commenda, seu præceptoria Sancti Ioannis Ierosolymitani in generali reseruatione non veniunt.*

4 *Equites Ierosolymitani nullo modo eorum commenda bona alienare*

possunt, neque vltra triennium locare absque sollemnitatibus.

5 *Conseruatores Religionis, contractus nulliter factos per commendatarios reuocare possunt.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione commendæ Sancti Ioannis Ierosolymitani.

DECIS. LXXVI.

REspondeo, dicendo, quod commendatariis perpetuis militarium ordinum (excepta alienandi facultate) omnia competunt, quæ
1 veris prælatis iuxta sacros Canones; cap. is qui, de electio. in 6. & quæ resoluuntur de Beneficiariis, pariter & de his commendatariis accipienda sunt; Fulgos. consil. 23. Gemin. consil. 417. Natt. cons. 514. num. 5. li. 3. & fuit in Rota resolutum teste Mohedan. decision. 10. de cau. poss. & proprie.
2 quamuis præfatæ præceptoriæ Sancti Ioannis Ierosolymitani non veniunt in generali reseruatione, de qua in cap. 2. de præbend. in 6. secundum quod refert fuisse per Rotam decisum, Achill. de Grass. decis. 9. cit. titul. & ideò in specie dicit Calder. consi. 8. locat. quod isti Commendatarij possunt locare res suæ Commē-
3 dæ in plures annos ad instar prælatorum, dummodo locatio non excedat triennium, iuxta terminos Paulinæ, quia alias esset alienatio, & propterà non poterit valere, nisi, adhibeantur causæ, & sollemnitates, de quibus in iurib. de reb. ecclesi. non alien. agitur. Ias. cons. 94. volu. 1. Ruin. cons. 157. & seq. li. 6. Gomez. de reg. trienn. qu. 5. pag. 195. Capyc. dec. 3. num. 9. & ideo iure merito Medina resoluit in clem. 1. de reb. eccl. non alien. quod Equites Ierosolymitani nullo modo possunt bona eorum commēdæ alienare, seu vltra triennium locare absque
4 assensu Apostolico, quam opinionem sequitur Dec. cons. 204. num. 2. vol. 1. Couar. lib. 2. var. resolu. cap. 16. numer. 3. Rolan. de reb. eccles. non alien. pag. 347. num. 3. & tandem pro huius decisionis confirmatione accedat, quod in propriis terminis tenuit Rodriq. li. 1. q. reg. p. 26. art. 12. in fi. vbi resoluit, quod locationes ad longum tempus factas per præfatos Commendatarios, siue alienationes, sine sollemnitatibus, & causis in alienatione rerum Ecclesiasticarum
5 requisitis possunt conseruatores religionis virtute facultatis eis concessæ reducere, ac reuocare bona sic alienata ad dictam mensam.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus redditur surreptitius, si in rescripto litis pendentia expressa non fuerit, & quare.*

2 *Expressio generalis non sufficit vbi particularis est necessaria.*

3 *Obreptio non euitatur, si deliberata principis mens per verborum inuolucrum effugiatur.*

4 *Obreptio in parte rescripti totum vitiat.*

5 *Expressio in rescripto est necessaria, tam appellationis propria, quam partis, tam iudicialis quam extra, & cui sit appellatum, & per quem.*

6 *Expressio litis est necessaria dato quod citatio fuit exequuta, non tamen reproducta.*

7 *Expressio, litis exceptione elidibilis non est necessaria.*

8 *Limitatio ad tex. in cap. super eo ext. de cohabit. cleric.*

9 *Expressio attentatorum post appellationem per iudicem a quo non est necessaria, & quare.*

10 *Expressio appellationis deserta non est necessaria.*
11 *Expressio sententiæ nullæ, seu processus non requiritur.*
12 *Expressione non facta prouisionis alterius nullæ, confirmatio beneficij est valida.*

Assensus Apostolicus an dicatur surreptitius; si in eo taceatur litis pendentia.

DECIS. LXXVII.

SVpponatur in facto, quod quidã alienauerat bona cuiusdam Ecclesiæ, mediante assensu Apostolico, in cuius impetratione non fecerat mentionem, qualiter bona alienata erant litigiosa & sic super eis pendebat lis, quæstionis nunc est, an præfatus assensus dicatur surreptitius ob taciturnitatem dictæ litis, & respondendum est affirmatiuè propter iuris regulam expressam, quæ se habet, quod rescriptum redditur surreptitium, si non fiat mentio de litis pen-
1 dentia, secundum Feli. in c. super literis col. 9. vers. amplia tertio de rescrip. vbi dixit, quod rescriptum cõmittens causam auditori in curia est surreptitium, si nõ facit mentionem de litis pendentiâ in partibus, & voluit etiam Affl. dec. 220. n. 15. Bellam. dec. 102. Valas. decisi. 11. Abb. cons. 98. par. 1. & cons. 101. Lanar. cons. 8. Zabbarell. cons. 15. num. 7. & seq. Gabbal.
2 milleloqu. 83. nec mentio generalis sufficeret, vbi particularis exigitur secundum eundem Affl. cit. decisio. 220. num. 16. & Cornazzan. dec. 23. & obreptio non euitatur, si quis per inuolucrum verborum effugiat de-
3 liberatam mentem principis, Grammat. dec. 66. n. 180. & obreptio in par.
4 rescripti, vitiat totum rescriptũ, Ozasc. dec. 142. n. 29. Affl. dec. 116. nu. fi. Rebuff. de constit. Franciæ tit. de rescript. nu. 109.

5 Amplia, vt fieri debeat etiam mentio de appellatione interposita, tam propria, quam partis aduersæ, tam iudiciali, quam extraiudiciali, tam si appellatum sit ad Papam, quã ad inferiorem, tam per appellantem, quam per appellatum, Gabriel. de iudic. conclu. 4. Lancell. de attentat. tit. de inualid. rescript. lit. pendent. DD. in c. oblatæ, de appellat. Roma. cons. 250. in fine.

6 Amplia secundo etiam si præfata lis penderet virtute citationis executæ, non tamen reproductæ in actis, quæ licet dicatur circumducta c. 1. de dol. & contum. in 6. Vestr. in prax. li. 4. eod. tit. in princip. Gratian. decisi. 209. nihilominus debet de ea fieri mentio.

Limita nunc, vt non sit necesse fa-
7 cere mentionem alicuius litis elidibilis exceptione, vel replicatione, Glo. in cap. ex tenore, vbi DD. & in cap. 1. & in cap. in nostra de rescrip. & Gloss. notabilis in capit. cum nostris verbo de facto, & ibi Panorm. de concess. præben. & in capitul. suggestum verbo posterius de iur. patron. Gloss. in regula non præstat impedimentum de reg. iur. in 6. & ita limita text. in cap. super eo de cohabit. cle-
8 ric. qui dicit non valere literas facti seriem non continentes. Immò Panor. Anton. de But. & Imol. in capit. dilectæ de except. tenent, quod de attentatis post appellationem per
9 iudicem à quo, non est opus facere mentionem; cum veniant retractanda cap. non solum de Appellat. hinc est, quod de Appellatione deserta non est opus facere mentionem se-
10 cundum Imol. in cap. ex parte 2. notab. column. fin. de Appell. & alibi Panorm. post Hostien. in capite per

K

vestros 3.colum.de donat. inter vir. & vxor.dixit,quod de sententia nul-
11 la, seu processu nullo, mentio fieri non debet;ac Oldrad.consil. 299.dixit,quod de lite, quæ est nulla, non debet fieri mentio, & Rom. consil. 483. dixit, quod valet impetratio
12 confirmationis beneficij non facta mentione de prouisione alteri facta, quæ erat nulla.

SVMMARIVM.

1 *Locus ecclesiæ profanatæ & dirutæ absque sollenitatibus alienari non potest, & nu.4.*
2 *Coquina & stabulum in ecclesia profanata non sunt facienda.*
3 *Cementa ecclesiæ profanatæ ante cōcilium Trid.ad vsus priuatos conuerti non poterant.*
5 *Locus ecclesiæ dirutæ auctoritate Episcopi immunitate non gaudet.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione ecclesiæ profanatæ.

DECIS. LXXVIII.

Præsens quæstio accidit in Curia
1 Archiepisc.Neapolit. in qua fuit dictum quod locus ecclesiæ profanatæ tanquam res ecclesiæ non potest vendi inconsulto Romano Pōtifice, & absque aliis sollennitatibus requisitis in alienatione rerum ecclesiæ, vt in cap sine exceptione 12. q.2.& extrauag. Ambitiosæ de rebus eccl. quæ decisio; vt mihi persuadetur;fundabatur ex pluribus tum,primo quia, & si ecclesia profanatur; habetur etiam in veneratione, præsertim,quia in ea prohibetur fieri coquina& stabulum,vt dicit Glos.in c.
2 ligna de consecr.distin. 1.& in c.quæ semel vbi Archid.& reliqui 19.q.3.&
3 ante Concilium Trident. neque cementa ecclesiæ profanatæ poterant conuerti ad vsus priuatos, sed ad vsus alterius ecclesiæ non sordidos d. cap.ligna,& cap.quæ semel vbi Glo. & DD.

4 Amplia idem dicendum esse in Ecclesia diruta,quia non desinit esse sacra saltem respectu loci, in quo erat ædificata,& propterea ipsa quoq; gaudet immunitate ecclesiæ,text.est in l.æde sacra ff.de contrah. empt.& in l.in tantum §.sacræ ff.de rer.diuis. & docuit Glo.cit.cap.quæ semel; tamen si diruta fuisset authoritate Episcopi, & nō adesset spes redifican-
5 di nō gauderet immunitate Remig. de immun.eccl.Ampl.20. Clar. q.30. nu.6.Farin.de carcer.q.28.n. 70. Decian.lib.6.c.25.num.22.Villag. de exten.legum nu.38.Ambros. de immu. eccl.q.10.nu.5.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius absq; superioris authoritate monasterij bona alienare non potest.*
2 *Prohibitio legis, & hominis in commenda alienatione.*
3 *Ad probandam vtilitatem, non sufficit alienantium assertio.*
4 *Assensus Apostolicus in alienatione bonorum alicuius commendæ requiritur.*

An assensus Apostolicus in alienatione bonorum alicuius commendæ requiratur.

DECIS. LXXIX.

PRo resolutione huius decisionis affertur decisio Rotæ 597. quæ his continetur verbis: Domini resolluerunt pro informante, scilicet instru-

ſtrumentum emphyteuſis non ſubſtineri, tum propter duplicem prohibitionem alienationis, videlicet
1 legis, quia commendatarius non poteſt ſine auctoritate ſuperioris bona monaſterij alienare in præiudicium ſucceſſorum, c. in venditionibus, 17.
2 qu. 4. Fed. de Sen. conſi. 143. & Papæ commendantis; & penitus quamcunque alienationem interdicendo, quæ excludit omnem facultatem commendatarij alienantis, ſaltem auctoritate propria, Fed. de Sen. d. conſi. Cald. conſ. 1. de reb. eccleſ. non alien. & facit l. 2. de vſucap. pro empt. Bart. & DD. in l. filius familias, §. diui, de legat. 1. vbi Iaſ. nu. 29. & ſeq.

3 Tum etiam, quia neque conſtat de cauſa vtilitatis, in qua non ſtatur aſſertioni alienantium, Fed. de Sen. d. conſi. Rot. deciſ. 716. part. 1. neque
4 de ſollemnitate, quæ copulatiuæ requiruntur, c. 1. de reb. eccl. non alien. Couarr. qui alios citat, & atteſtatur de communi. var. reſol. lib. 2. cap. 17. numer. 2. & fuit dictum coram Iuſto 9. Iulij in vna. Mediolan. bonorum & ex lectura inſtrumenti viſi conſtat, ſollennitates non eſſe ſeruatas; ex quibus viſum fuit, dubium propoſitum eſſe ſine probabili difficultate.

SVMMARIVM.

1 *Aſſenſus Apoſtolicus requiritur in rei eccleſiæ infeudatione.*

2 *Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in renouatione infeudationis, nec etiam in feudo decimarum.*

3 *Laici regulariter decimas retinere non poſſunt.*

4 *Prælatus res ſibi reuerſas, non ſolum extraneis, ſed etiam conſanguineis infeudare poteſt.*

6 *Prælatus non ſolum feuda ſibi aperta infeudare poteſt, ſed etiam ſuo prædeceſſori.*

6 *Prælatus res ſolitas concedi, non poteſt infeudare, ſi ceſſat prima conceſſionis cauſa, nec etiam ſolitam conceſſionem alterare, nu. 7.*

8 *Sollemnitates requiruntur in renouatione infeudationis rei eccleſiæ incorporatæ,*

9 *Res quando dicatur eccleſiæ incorporata.*

10 *Correctio iurium antiquorum circa infeudationem per Conſt. Pij V.*

Aſſenſus Apoſtolicus an requiratur in infeudatione rei eccleſiæ.

DECIS. LXXX.

1 Reſpondeo dicendo requiri aſſenſum Apoſtolicum, vt latè per Clar. in §. feudũ q. 13. de Franch. in tit. de his, qui feud. dare poſſ. ca. 1. in princ.

2 Dubium tamen graue eſt, an idem dicendum ſit in renouatione infeudationis, ita vt interuenire debeant illæ ſollennitates, quæ in rei eccleſiaſticæ alienatione requiruntur, & in hoc communis eſt reſolutio non requiri, Bart. in auth. qui rem, nu. 4. C. de ſacroſanct. eccl Bald. in l. nulli. num. 12. & ſeq. C. de Epiſc. & cler. Abb. in c. vt ſuper, numer. 11. de reb. eccl. non alien. Crauet. conſ. 54. col. 1. volum. 1. Curt. iun. de feud. 1. par. 2. partis princip. qu. 1. Socc. conſil. 120. num. 23. li. 3. Leon. in praxi, capite 15. num. 28.

Amplia primo procedere etiam in feudo decimarum, quod ſolitum eſt laicis infeudare, nam ſi ad eccleſiam reuertatur, poterit Prælatus illud alteri laico in feudum concedere, gl. in cap. prohibemus, verbo laicus, de decim. Imol. in c. ex parte, poſt num.

10.de feud. subdens, quòd hæc opinio communiter seruari videtur, & post eum ita dicit communiter teneri, & obseruari in praxi Ias. cons. 155.in fine,li.2.& in cap.1.num.13. de iis,qui feud.dare poss. Curt. de feu. par.2.q.8. Dec. cons.131.in fin.vol.1.
3 licèt enim decimæ apud laicos regulariter esse non possunt, tamen ex quo erant solitæ infeudari, præsumitur eas licitè apud ipsos laicos fuisse, & consequenter etiam aliis laicis concedi posse.

4 Amplia secundo, vt possit Prælatus huiusmodi res postquam ad ecclesiam sunt reuersæ, illas infeudare non solum extraneis, sed etiam consanguineis, & affinibus suis, dummodo præfata infeudatio non sit multum onerosa Ecclesiæ, vel alias suspecta, Bald. in d. c.1.nu 9.& in l. 1.ff.de rer.diuis. Iacob. de Belu. li. 9. feu.qu. 17. Ripa de peste, in 2. cap. de remed.præseruat.2. conclus. & ita de consuetudine obseruari videtur, quia hodie potius agnatis, quàm aliis beneficia à Prælatis conceduntur, glo. in cap.1. in princip. verbo Italicorum, si de inuest.inter dom. & vass.

5 Amplia tertio, vt possit pariter Prælatus infeudare non solum feuda, quæ tempore suæ prælaturæ aperiuntur, sed etiam ea, quæ tempore prædecessoris sui aperta fuerunt, secundum Guid. Pap.decis. 154. num. 2. quidquid voluit Glos. quæ communiter reprobatur in cap. 1. verbo feudum dare, de his qui feud. dare poss.

6 Limitatur, & primo, vt Prælatus non possit infeudare res solitas concedi, quando cessat prima causa concessionis, puta si res inculta data in feudum, redacta ad culturam, rediret ad ecclesiam, non poterit de nouo concedi sine assensu Apostolico, Abb. singulariter in cap.vt super, de reb.eccl.Curt.vbi sup.q.1.

7 Limitatur secundo, vt non possit concedi alterando solitum, puta si solet concedi masculis, non potest concedi fœminis, Bart.in d.auth.qui rem, nu.7. Clar.cit.q.13.num.7. & est communis opinio, secundum Curt. iun.loco supra cit.qu.6.col.2.& seq. Alex.cons.9.num.2.li.3.

8 Limitatur tertio, quando res solita infeudari, esset incorporata mensæ ecclesiæ, quæ non potest amplius infeudari sine sollennitate, Abb.d.c. vt super, & est communis opinio, secundum Scribentes cit. cap. 1. de iis, qui feu. dare poss. & ita refert fuisse decisum Guido Papa in decis. 154. sed quando dicatur res incorporata mensæ, sunt plures opiniones, quas refert Curt.vbi supra q.5. Sed melior
9 est opinio, quod requiratur expressa Prælati declaratio, vt si expressè describi faciat rem reuersam inter bona mensæ, iuxta Bart. in l. si vacantia, C.de bonis vacant.li.10. vel tacita declaratio, hoc est, quod Prælatus collegerit fructus ipsius, prout solet facere in aliis rebus incorporatis, & hanc opinionem dicit esse magis communem Curt.in d.qu.5.& Clar. d.q.13.

Hodiè tamen omnia supra dicta correcta sunt quoad ciuitates, castra, terras, oppida, ac loca Sedi Apostolicæ, tam mediatè, quàm imme-
10 diatè subiecta, quæ deuoluta, & pro tempore deuoluenda, absque alia vlteriori declaratione, & illorũ possessionis apprehensione eo ipso, Sedi, & Cameræ Apostolicæ incorporata, ac ad ius, proprietatẽ, & dominiũ pristinum, ac possessionẽ rediisse censentur, perinde ac si quadraginta annos, & vltra, ciuitates, & loca prædicta, à Sede Apostolica immediatè possessa, & nunquam in feu-

dum,

dum, aut alium titulum concessa fuissent, vt patet in constit. Pij quinti, quam ad literam refert Leonius in praxi cap 15.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in affrancatione canonis requiritur, & quare num. 2.*

3 *Affrancatio absque alio assensu potest effici, quando in assensu adest tale pactum, & quare num. 4.*

Assensus Apostolicus an requiratur in affrancatione canonis.

DECIS. LXXXI.

1 IN huiusmodi difficultate (ne diutius lectorem morer) cõclude pro affirmatiua; sic præcisè tenuit Soccinus in l. 1. §. item acquirimus, numero 18. & seq. ff. de verb. oblig. Tiraq. de leg. connub. Glos. 5. numero 198. & sequent. Monal. consil. 60. numer. 7. volum. 1. Frasct. consilio 62. numero 11.

2 Cuius conclusionis ratio illa potissima videtur, quoniam affrancatio est species alienationis, cap. nulli liceat 12. q. 2. c. si quis presbyterorum, & ibi Abb. 4. not. de rebus eccl. non alien. Rot. decis. 13. & seq. parte 1. diuers. & tandem, quod requiratur assensus Apostolicus in affrancatione, fuit dictum in vna Romana prætensæ deuolutionis 10. Martij, & 10.
† Maij 1595. † coram Mellino.

3 Notandum tamen est, quod in casu, quo interfuisset assensus Apostolicus, posset censualis, vel res emphyteutica affrancari, existente pacto de affrancando in contractu apposito, non obstãte caducitate, Dec. in l. bonæ fidei, numero 11. de pact. Barb. cons. 51. col. 18. vers. capio nunc aliud articulum, volum. 1. Manent. de iure emphyt. q. 4. num. 4. & iuxta hanc opinionem decidit Rota Pe-
4 dem. teste Thesau. filio decis. 12. par. 1. Ratio est, quia emphyteuta, qui cadit à iure luendi, seu affrancandi, vt pluries fuisse decisum in Sac. Neap. Consil. refert Vrsill. decision. 250. de quo meminit de Franch. decis. 261. numer. 4. & decisio. 267. eodem nu.

SVMMARIVM.

1 *Bona Cappellaniæ fundatæ absque Episcopi licentia, possunt sine sollennitatibus alienari, & quare, nu. 2.*

3 *Episcopus fundans tanquam laicus cappellaniam de bonis propriis, illa bona possunt alienari absque sollennitatibus.*

4 *Pactum factum in tali cappellania non dicitur simoniacum.*

5 *Cappellania talis à laico, vel à fœmina obtineri potest.*

6 *Ætas requisita ad obtinendum beneficium ecclesiasticum in tali appellania non requiritur.*

7 *Laicus illam conferre potest, nec ad recitationem diuini officij tenetur, nec ad illius titulum poterit al quis promoueri, num. 8.*

9 *Episcopi nullum ius Ecclesiasticum in tali cappellania habent.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum Cappellaniæ.

DECIS LXXXII.

SVpponatur, quod fuerit fundata quædam Cappellania absque aliqua Episcopi, vel Superioris auctoritate, vt in illa succedant clerici de

1 parentela; quæstionis est, An territorium, cuius redditus debetur præfatæ Cappellaniæ, possit alienari absque assensu Apostolico; & resoluen-
2 dum est affirmatiuè, eiusque ratio est, quia non est beneficium ecclesiasticum, secundum Guid. Pap. dec. 187. Dec. cons. 135. num. 1. & 210. num. 4. Felin. numer. 2. & Dec. eodem numero in cap. ex parte, de rescrip. Spinus de testam. Gl. 4. principali, num. 42. Nauar. consil. 5. de præbend. & consil. 7. Valasc. decisi. 6. nume. 12. Parisius consil. 34. num. 9. volu. 4. Tholos. in instit. rei beneficiariæ, cap. 12. num. 10. Rodriq. in summ. c. 42. parte 2. Salzed. ad Diaz. cap. 18. numero 9. Salzar. de vsu, & consuet. c. 12 num. 46. Auendan. de exeq. mandat. 2. par. c. 14. num. 3.

3 Quod amplia procedere, etiam si fundator esset Episcopus, & in forma communi tanquam laicus de bonis propriis talē Cappellaniam fundaret, non verò Episcopali auctoritate, Nauar. cita. consi. 7. num. 1. & sequent. & Gonsalez Glos. 5. nu. 21. vnde cum huiusmodi Cappellania non dicatur beneficium Ecclesiasticum, proinde nec illius territorium erit Ecclesiasticum.

Immò nec pactum factum ratione talis Cappellaniæ sine Papæ au-
4 ctoritate erit simoniacum, ex quo non est quid spirituale; cum beneficium ecclesiasticum nō sit; nec quid spirituale auctoritate Episcopi erectum, Rota dec. 365. num. 2. par. 2. diuers. Verall. decisi. 356. part. 2. & talis
5 Cappellania posset obtineri à laico, vel fœmina, nisi voluntas testatoris, vel fundatoris contrarium declararet. Valasc. d. decisio. 60. Rot. dec. 264. 265. nu. 1. part. 2. & decisi. 182. num. 2. part. 2. sic etiam in ea non requiritur
6 ætas 14. annorum requisita ad obtinendum beneficium ecclesiasticum decisi. Rot. 482. in fine parte 1. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij; pariter quoque poterit laicus
7 patronus illam conferre, si testatoris voluntas ita voluerit, Guido Pap. cit. decisi. 187. & Tholos. cita. cap. 11. numer. 10. ad finem. item ratione talis Cappellaniæ non tenetur quis ad recitationem diuini officij; Tolet. 2. par capit. 92. Spinus de testam. gloss. 4. numero 42. prout neque ad titulum illius tanquam ad titulum bene-
8 ficij poterit quis ad sacros ordines promoueri, Saldez. capit. 18. numero 9. Spinus vbi sup. versic. neque ad titulum, neque Episcopi in tali Cappellania ius instituendi, seu destituendi nec visitandi, nec aliud ius
9 diœcesanum habent; vt latè per Paris. cons. 34. li. 4. Ex quibus omnibus cōcludo territoriū præfatæ Cappellaniæ cum non sit res ecclesiastica posse alienari vllo præcedente assensu Apostolico.

SVMMARIVM.

1 Assensus Apostolicus in renouatione emphyteusis agnatis facienda non requiritur, & quare, numero secundo.

3 Renovatio est faciēda non vni ex proximioribus, sed omnibus descendentibus, & transuersalibus, etiam fœminis nu. 4. & 5.

6 Renouatio ab Ecclesia est faciēda proximioribus fœminis, dato, quod in prima inuestitura masculi tantum fuerunt vocati.

7 Renouatio est facienda, etiam si primus contractus fuerit nullus declaratus, & hæc procedunt tam in emphyteusi laicali, quam ecclesiastica.

8 Renouatio non est facienda, si propter culpam recipientis est finita, prout etiam, quando iuri petendi eam renun-

renunciatum fuerit num.9.

10 *Renouatio solis hæredibus est facienda, quando hæreditaria est, & tunc quando hæres est capax, alioquin proximiori.*

11 *Renouatio non est facienda, si per annum non fuerit petita, & annus computatur à die scientiæ, & agnati possunt reuocare inuestituram (spatio 30. annorum) factam intra annum extraneo, num.13.*

14 *Scientia, quando agitur de amissione iuris plenè est probanda.*

15 *Reuocatio non est facienda quando ecclesia vellet pro se bona retinere.*

Assensus Apostolicus an requiratur in renouatione emphyteusis agnatis facienda.

DECIS. LXXXIII.

1 EGregia est disceptatio inter scribentes, an assensus Apostolicus sit necessarius in renouatione, quæ fit per Ecclesiam proximioribus agnatis, finita generatione, & communis resolutio est, quod non requiratur ex regula, quod in rebus solitis concedi non exigatur sollemnitas iuxta verba expressa extrauag. Ambitiosæ; est namque ratio, quia
2 Ecclesia cogitur facere renouationem Crotus consilio 86. libro 1. Gabriel consil.1. numero 32. & 13. versic. contrarium est verius, Anchar. consilio 17. & 174. Alexand. consilio 80. numero 10. volum.1. Ruin. consil. 12. num. 22. versic. postremo non obstat libro 1. & consil. 161. numero 36. eod. lib. quæ conclusio nonnullis modis ampliatur.

3 Et primo, vt locum habeat, tam si proximiores sint plures in eodem gradu, quia omnibus æquè renouatio fieri debet, & non vni eorum tantũ. Tiraq. de primogenit. q.17. appos. 4. Dec. consil. 71. vol.3. & fuit latè resolutum in vna ciuitatis Castelli 23. Iunij 1586.† coram Platto. †

4 Amplia secundo procedere non solum in agnatis descendentibus, sed etiam transuersalibus, Gabriel. consil. 86. numero 12. libro 1. Gozad. consil. 8. numero 51. & cons. 71. Dec. consil. 131. col. fin & consil. 328. Clar. in § emphyt. q.43. & secundum hanc opinionem pluries censuit Rota Romana, & signanter in vna Lucana emphyteusis 6. Iunij 1567. * coram Oradino, & iterum in vna Romana relocationis domus 3. Iulij 1595. coram Gipsio. * †

5 Amplia tertio, quãuis proximiores, qui petunt renouationem sint fœminæ, Roma. cons. 22. Ruin. consil. 151. numero 81. vol. 2. Bero. consil. 98. & 99. lib. 1. & istud procedit, quãuis ex tenore prioris inuestituræ masculi tantum vocentur, quia nihilominus ecclesia tenetur proximioribus fœminis renouare, vt latè per Bero cit. consil. 98 & 99. & fuit decisum in Rota Romana in vna Bononien. bonorum 13. Ianuarij 1583. coram Robusterio, & iterum in vna Ciuitatis Castelli emphyteusis 23. Iunij 1586.† coram Platto. (6) † †

7 Amplia quarto procedere etiam si locatio præcedens fuerit declarata nulla, & inualida ob defectum sollemnitatũ, vt fuit resolutum per Rotam in dicta Roma. relocationis domus 3. Iulij 1595. † coram Gipsio. †

Amplia quinto, siue emphyteusis sit laicalis, siue ecclesiastica, Ruin. cons. 12. num. 22 vers. postremo non obstat lib. 1. & consil. 161. numero 36. eo. lib. Crot. cons. 86. Ancharan. consil. 17. & 174. Alex. cons. 80. num. 10. & seq. volum. 1.

8 Limitatur hæc conclusio, vt non procedat, quando emphyteusis esset

finita propter culpam recipientis, vt puta, ob non solutum canonem, Paris. consil. 101. numero 132. volum. 1. Roman. consil. 312. in princip. Socc. consil. 161. num. 23. volum. 2. Fel. consil. 32. num. 9. Gozad. cons. 46. num. 16. & seq. & ad materiam de Ponte decis. 12. & de Franch. decis. 193.

9 Limita secundo, quando fuisset renuntiatum iuri petendi renouationem, Socc. iun. consil. 9. num. 14. lib. 7. & fuit decisum in Rota Rom. in vna Ceruiens. bonorum 23. Martij

† 1583. † coram Seraphino.

10 Limita tertio, vt non procedat, quando emphyteusis esset hæreditaria, quia solis hæredibus renouatio fienda est; licet alij proximiores in gradu reperiantur, Valas. decis. 128. & 101. Gabriel de iure emphyt. concl. 1. numero 10. iuxta quam opinionem Rota Romana pluries censuit, & signanter in d. Ceruien. bonorum, & iterum in vna Bononien. bonorum de Bologninis 10. Decembris

* 1564. * coram Seraphino, declaratur hæc limitatio, nempè si hæres proximior esset incapax, tunc debet fieri renouatio proximiori capaci, vt fuit resolutum in vna Cæsanaren. Palatij

† 7. Nouembris 1597. † coram Penia.

11 Limita quarto, vt non procedat, quando non fuit petita renouatio intra annum, quia tunc agnati amittunt omne ius, quod habent ad renouationem petendam, Gabriel. qui innumeros citat alleg. concl. numer. 10. iste tamen annus vtilis est, nec computatur, nisi à die scientiæ, vt fuit resolutum in d. Ceruien. bonorum, & cum agatur de amissione iuris, hæc scientia debetur plenè, & concludenter probari, ita vt non suf

12 ficiant coniecturæ, Rot. decisi. 7. de dolo, & contum. in antiq. Moheda. dec. 160. Caputaquen. decis. 116. parte 1. Put. dec. 114. lib. 1.

13 Notandum tamen est, quod quando intra annum alius extraneus fuit inuestitus, tunc agnati possunt reuocare huiusmodi inuestituram etiam spatio 30. annorum, vt fuit latè resolutum in Rota Romana in vna Bri-

* xien. feud. 29. Aprilis 1587. * coram Bubalo, & alleg. Ceruien. bonorum coram Seraphino.

14 Limita quinto, vt non habeat locum, quando ecclesia vellet pro se bona retinere, quia tunc magis communis, & verior est opinio, vt non cogatur illa reconcedere proximioribus defuncto, in cuius persona emphyteusis est finita etiam absq. eius culpa, Verall. dec. 303. & seq. parte 1. Beninten. decis. 19. de Franch. decis. 191. & hanc tanquam veriorem & æquiorem, Rota sæpius amplexa fuit, & præsertim in vna Rauenn. bono-

† rum 20. Nouembris 1587. † coram Mantica, & facit decis. Rot. diuers. 195. num. 7. & 9. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum sede vacante ipsius Ecclesiæ bona absque assensu Apostolico alienare potest.*

2 *Capitulum sede vacante potest ecclesiæ inferiori ex causa alienare volenti auctoritatem interponere.*

3 *Capitulum sede vacante bona ipsius ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, absque sollemnitatibus alienari potest.*

4 *Capitulum sede vacante pro instanti necessitate ipsius Ecclesiæ absque licentia superioris pecunias mutuò recipere potest, vbi etiam requisita pro tali mutuo faciendo.*

5 *Ecclesia, & Prælatus successor mutuò facto per capitulum sede vacante obligatur.*

Assen-

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione, quæ fit per capitulum sede vacante.

DECIS. LXXXIV.

1 Respondeo dicendo, quod capitulum non potest alienare bona ipsius Ecclesiæ vacantis absque
assensu Apostolico per text. expressum in cap. si qua de reb. eccles. non
alien. & in cap. precariæ 12. quæst. 2.
& facit cap. 15 qui, vbi Arch. & reli-
2 qui de electio. Poterit tamen consentire & interponere auctoritatem
ecclesiæ inferiori ex causa alienare
volenti, Panorm. in c. §. cum olim,
quæst. 3. Franch. in cap. vnic. numer.
3 3. de reb. eccles. non alien. Rebuff. in
praxi. in tit. de deuolut. numero 104.
Lir.itatur etiam in rebus, quæ seruando seruari non possent, quas li-
berè potest alienare, Pauin. parte 2.
quæst. 3. sub numero 3. etiam sine alterius auctoritate, Abb. in cap. 1. ne
sede vacant. & tandem limita, vt pro
4 instantibus necessitatibus ipsius ecclesiæ vacantis, etiam sine superioris
auctoritate possit pecunias mutuò
recipere, prout tenet Gloss. in capit.
cupientes §. ad hæc vers. aliunde, de
elect. in 6. quod intellige cum manifesta sit in hoc Ecclesiæ vtilitas, &
negotium dilationem non haberet,
nec caperet, & de facili superioris
auctoritas haberi non posset, alias
5 secus; adeò quod ex tali mutuo obligetur ecclesia. & prælatus successor
Pauin. d. q. 8. num. 20. Franch. d. cap.
ad hæc num. 4. Guttier. libro 1. canon
q. c. 1. numero 132. Balb. dec 52. nu. 6.
& seq. Monat. consilio 15. numero 3.
vol. 1. Rodoan. de reb. eccl. quæst. 30.

SVMMARIVM.

1 Reseruatio assensus facit conditionalem actum.

2 Conditio suspendit & nihil ponit in esse.

3 Alienatio facta cum reseruatione assensus nullum ius tribuit ante illius expeditionem.

An alienatio facta cum clausula accedente consensu Sedis Apostolicæ ante consensum huiusmodi habitum, aliquod ius quæsitum sit.

DECIS. LXXXV.

Responsio est negatiua & ratio
est quoniam præfatus contra-
ctus est conditionalis, vt in propriis
terminis videtur concludere Parif.
consil. 11. numero 13. vol. 4. Menoch.
consil. 170. volum. 1. Anna singulari
447. & in constitutione Regni diuæ
memoriæ num. 194. qui dicit reser-
1 uationem assensus facere actus con-
ditionales pro vt etiam extat. Goz.
expressa in l. item Labeo §. 1. in ver-
sic. pure ff. familiæ hercis. Brun. cons.
42. in fine Curt. iunior consilio 77.
nu. 3. Isern., in cap. Imperiale §. scri-
ba col. 2. versiculo secus si vendidit
de prohibita feudi alienatione per
Federicum, & ibi Capyc. colum. 218.
in paruis Paris de reintegratione
fol. 147. & Moderni in cap. 1. quis sit
2 inuestitura. conditio autem nihil
ponit in esse l. substituto ff. de acqui-
rendo rerum dominio ca. 1. de spon-
salibus in sexto latè Philippus Dec.
in l. cum ad præsens & ibi ante eum
Bart. Bal. & reliqui ff. si certum pet.
3 vnde nullum ius etiam ad rem ante
assensum præstitũ quæsitum esse as-
serere possumus argumento tex. in l.
si quis sub conditione ff. si quis o-
missa causa testamenti, & voluit A-
ret. consil. 14. colu. 1. & in simili con-
cludit Cassad. in decis. 24. super re-
gula Cancellariæ, & iuxta hanc sen-

Digitized by Google

tentiam tenuit Rota in vna Romana domus 9. Decembris 158?. coram Illustrissim. Seraphino, & mota fuit ex vi præfatæ clausulæ, quæ semper conditionem inducit & actum suspendit vt per Caputaquen. decisio. 82. num. 3. parte 3. Cassad. decision. 2. numero 7. de simonia Boer. decis. 243. numero 11. Guido Papa decis. 163. numer. 1. Marta decision. 195. nu. 3. & sequenti Mandos. de sign. gratiæ numer. 70. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium loco beneficij subrogatur.*
2 *Patrimonium ad titulum beneficij priuilegio bonorum ecclesiæ gaudet.*
3 *Patrimonium tale est liberum pro decima soluenda, quemadmodum sunt res ecclesiasticæ, non tamen à charitatiuo subsidio.*
4 *Patrimonium tale filio non est imputandum pro legitima.*
5 *Assensus, siue Episcopi beneplacitum in alienatione patrimonij, ad cuius titulum aliquis fuerit promotus, non autem Apostolicus requiritur.*
6 *Assensus ordinarij in alienatione huiusmodi patrimonij non requiritur, quando clericus tempore alienationis congruè vnde viuat, habet, & quare.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione patrimonij ad cuius titulum quis fuerit ordinatus.

DECIS. LXXXVI.

1 IN hac decisione dubitandi ratio oriri videbatur ex eo præsertim, quoniam huiusmodi patrimonium subrogatur loco beneficij, & rei ecclesiasticæ, & sic debet sapere eius naturam l. si tam angusti ff. de seruitut. l. parabolani C. de Episcop. & cler. Castren. consil. 73. & 265. Tiraq. de retract. .1. Gloss. 10. numer. 80. & ne in opprobrium clericatus cogantur mendicare, ita tenet Auendan. respons. 17. Mantica in l. . titul. 25. Gloss. 1. numer. 4. lib. 5. de recompil. spin. in specul. testament. Glos. 18. in princip. numer. 74. & 75. Mencata libro 3. de success. creat. §. 22. numero
2 43. & tale patrimonium gaudet priuilegio bonorum ecclesiæ, vt refert Padilla in l. si quis à liberis versic. solent numer. 36. vbi cumulat alios DD. ff. de liber. agnosc. Selua de benef. parte 1. quæst. 3. num. 30. Gomes. in §. fuerat. num. 6. de action. Couar. in cap. Rainal. d. §. 2. num. 7. de testament. & lib. 1. var. resolut. cap. 4. num. 4. Gratian. reg. 195. numero 7. nec de eo soluitur decima, quemadmodum non soluitur de aliis rebus ecclesiasticis Gloss. singul. in cap. suis de præbend. Azzued. lib. 1. tit. 4. nu-
3 mero 9. & ex eo soluitur charitatiuum subsidium Episcopo Bellen. in tract. de charitat. subsid. quæst. 31. Remig. eiusdem nominis tractatu quæstion. 52. Ceuag. quæst. 527. nec tale patrimonium imputatur filio in legitimam, vt latè per Crauet. consil.
4 136. per totum Faber in l. si emancipare numero 6. versic. credo Cod. de collat. & iuxta hanc opinionem refert. fuisse decisum Polidor. Ripa decisi. 232.

Quidquid tamen sit de iure communi, hodie vero ex noua lege Sac. Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 2. ordinati ad titulum patrimonij non possunt bona à se alienare, seu renuntiare sine Episcopi licentia, & ita quotidiè fit, & practicatur, nec requiritur assensus Apostolicus Nauar. in Manual. cap. 22. numer. 18. & in consil. 14. num. 2. de tempor. ordinat

dinat.Paris.libr.2.de resignation.benefic.qu.6.num.1. & 35. vbi etiam de iure communi, hanc dicit veriorem opinionem ex capit.sanctorum dist. 70. & quod ita practicatur, quæ tamen opinio temperanda, & intelligenda est; nisi clericus tempore alienationis habet congruam substentationem; quia tunc ex dispositione Concilij absque licentia ordinarij
6 poterit, bona ad quorum titulum est ordinatus alienare, quia in hoc casu cessat ratio finalis Concilij (ibi ne cogantur mendicare) & sic debet cessare illius dispositio l.adigere §. quãuis ff.de iur.patrona.quam interpretationem sequi videntur Paris. vbi sup.num.6.& 9.& Azzeued. vbi sup. num.6.

SVMMARIVM.

1 *Cõsensus expressus est necessarius in alienatione, in qua requiritur pro forma nu.2.*

3 *Consensus requiritur expressus, quia hoc habet ex sua natura.*

4 *Consensus quando dicitur expressus, & quando tacitus.*

Quid operetur clausula in assensu Apostolico adiecta, scilicet consentientibus dilectis filiis.

DECIS. LXXXVII.

SVpponatur, quod fuerat porrecta supplicatio summo Pontifici per vnum ex canonicis cuiusdam cathedralis pro assensu præstando super alienatione pretij territorij prebendæ eiusdem canonici, & Papa in assensu asserit consentientibus dilectis filiis canonicis talis ecclesiæ; quæstionis nunc est, an præfatus assensus sufficiat, quod sit tacitus, an verò requiratur, quod fuerit expressus. & re-
1 soluendum est; necessarium esse expressum consensum. Gloss. in verbo expressus in cap. statutum §. in nulla ext.de rescript.in 6.& ibidem Geminian.num.3.& Franch.num.5. Tiraq. de legib.connub.Glo.7.n.7.Rot.decis.15.nu.2.de offi. de leg. & maximè
2 hoc procedit, quando exigitur pro forma vt in casu nostro cap. cum ab vno iuncta Glo. verbo mãdantibus, & ibi Geminian.nu.2. de re iud.in 6. Abb.in cap. dilecti num. 10. de Arb. Gomez in regula de impetrante beneficia per obitum Famil.Cardin.q. 13.nu.2.in fine & sequent. & ibidem Mandos.quæst.26.nu.5. cum sequen. vbi propterea concludunt, requiri consensum expressum in casu dictæ regulæ, quia est formalis Dec. consil. 409.nu.3. & 4. Parisius de Resignat. benefic.lib.8.q.8.nu.25.cum sequentib.& lib.9.q.17.num. 67. 73. Verall. decis.82.num.6.part.3. Puteus decis. 282.numero 3.lib.3. Tiraq .de legib. cõnubial Glo.7.ex num.5. vsque ad num. 15. vbi in proposito plura notanda cumulat, & à num. 16. vsque ad num. 48. octo de modis limitat; & aliis multis declarat Paulus Cranutius Theoremat.25.num. 10. libr. 1.imò licet non requireretur pro for-
3 ma, est tamen de natura consensus, vt sit expressus, vt probatur in l.1. C. de filio fam. minora Dec. cons. 36. circa primum vers. præterea, & secundo, & cons.419.& iuxta hanc opinionem fuisse decisum in C.Imperiali testatur Minsing.cent. 4. decis. 87.& Gail.lib.2.obseruationum dec. 71.num.12.

4 Sed quæro quando dicatur consensus expressus, & quando tacitus dic.quod expressus dicitur, quod verbis exprimitur, tacitus verò, qui ex factis resultat Glos. in Clemen.

Digitized by Google

sæpe §. fin. verbo contradicentibus vers.2.nota de Verbor. signif. Castr. in l.si conuenerit post numer.6.ff.de Appellat. & consensus expressus dicitur multis modis, de quibus per Bart.in l.1.n.7.ff.de Vulgar. & Pupil. Mandos. vbi sup.n.2.& 3. Paris. cons. 33.nu.10.& sequ. vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Concessio rei ecclesiæ feudalis in Burgensaticum absque assensu est nulla, & quare.*

2 *Decisio Regiæ Cameræ sũmariæ Neapolis prolata in causa Archiepiscopi Tarent.columnæ.*

Assensus Apostolicus an requiratur in concessione rei feudalis in Burgensaticum.

DECIS. LXXXVIII.

SVpponatur in facto, quod Prælatus quidam concesserat rem feudalem ecclesiæ cuidam, non tamen in feudum, sed in Burgensaticum sine Breui Apostolico; quæstionis nũc est, num præfata concessio teneat de iure, & sic dictus Prælatus inciderit in censuras extrauag. Ambitiosæ in qua quæstione breuiter respondendo dicas; præfatam concessionem ab initio nullam fuisse, ratio est, quia Prælatus non potest præiudicare ecclesiæ in feudalibus, Issern.in c.1.§.& iterum si clericus de capit. Gorrad. Abb.in c.verum num.18.de for.compet.Felin.in c.quæ in ecclesiarum nu. 20.de const.Alex.cons.128.num.6.& 7.vol.1. & in Regia Camera summaria Neapol. fuit ventilata lis inter Illust. Archiep. Tarentinum Columnam cum Ioanne Thoma Galataut super concessione castri Monacisii concessi sine assensu Regio, & Apostolico; in qua causa subintrauit Regius fiscus, petendo feudum esse deuolutum, quia fuerat concessum in Burgensaticum, negãdo qualitatem feudi, & tandem fuit condemnatus conuentus ad relaxandum castrum ecclesiæ, oppositis per fiscum non obstantibus, ita Ann.singul.398.

SVMMARIVM.

1 *Impensa in actu facit præsumi mandatum, & ratihabitionem.*

2 *Assensus impetratus non probat rectoris mandatum.*

3 *Verba assertiua contra tertium non probant.*

Assensus Apostolici impetratio facta nomine Rectoris an probat mandatum eiusdem Rectoris.

DECIS. LXXXIX.

REspondetur, & dubium faciebat pro affirmatiua ratio illa, quæ communiter traditur per DD. scilicet quod impensa in actu facit præsumi mandatum, & ratihabitionem, vt latè per omnes in l. cum sedulus, ff.de verb.oblig.Fel.in c.sicut,n.35.de re iud.Crescen.dec.1.de præsum.& idem dec. 2. de cau. poss. & propriet. Mascar.de probat. concl. 106.nu. 39. Verùm hoc non obstante, in contrarium est communis praxis, nam etsi alienatio rei ecclesiæ fuerat facta simpliciter absq; assensu, vel reseruatione Summi Põtificis, & postea fuit impetratus assensus, & Rector alienans ostendit reuocationem alienationis, & pariter negat eius voluntatem fuisse impetratum assensum: nõ per hoc probatur eius mandatum, ex eo, quod in præfato assensu fuerat enun-

nuntiatum prò eius parte fuisse supplicatum Summo Pontifici; & ratio est, quoniam illa verba assertiua non
3 probant contra tertium, Bart. in l. ex hac scriptura, ff. de donat. Gemin. cons. 44. Oldrad. cons. 136. Verallus decis. 140. par. 2. & ita fuit iudicatum in Sac. Cons. Neap. in assensu super feudis refert Frecc. de subfeud. q. 24. & ita etiam fuit dictum in Rot. Rom. in vna Cortonen. bonorum, 26. Ianuarij 1590. coram Illustriss. Placta.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in constitutione iurispatronatus de ecclesia libera requiritur, & quare.*
2 *Episcopus ecclesiæ libertatem alienare non potest.*
3 *Donans ecclesiæ consecratæ, eius non efficitur dominus.*

Assensus Apostolicus an requiratur in iurispatronatus constitutione de ecclesia libera.

DECIS. XC.

SVpponatur in facto pro decisionis elucidatione, quod quædam cappella ad collationem Ordinarij foret: deinde laicus eiusdem cappellæ censum auctus fuerit, conditione adiecta, vt domus suæ patronatus efficeretur; dubium nunc est, an requiratur assensus Apostolicus, vel Ordinarij.

1 Respondetur affirmatiuè, nempe requiri assensum Apostolicum, cuius conclusionis est ratio, quia iurispatronatus impositio in ecclesia libera est quid onerosum ecclesiæ, cui videtur quædam seruitus imponi, quæ est alienationis species l. fin. C. de rebus alien. non alienan. cap. nulli, vbi Panorm. latissimè de rebus eccl. non alien. Rodoan. rub. 1. q. 23. Bal. in rub. C. de vsufr. vers. quid ergo, nu. 1. Fed. de Senis cons. 234. incipit super primo puncto, col. vlt. ante fin. Alexandrin. cons. 25. nu. 3. & seq. Lamber. lib. 1. de iurepatron. par. 1. artt. q. 10. num. 5. vers. limitat, Rocchus eiusdem nominis tractatus, verbo dotauit qu. 2. & est text. & ibi Panor. & reliqui in
2 cap. significauit, de testibus. Et propterea Episcopus ecclesiæ libertatem alienare non potest, Balb. deci. 135. & ex iis, ex communi sententia, Episcopus non potest iuspatronatus in ecclesia libera constituere, vt ante omnes tenuit Gl. in c. piæ mentis, 16. q. 7.
3 prope medium, cùm dicit, quod donans ecclesiæ iam consecratæ, non per hoc patronus efficitur, quæ, vt in casu dubitabili loquatur, intelligi debet cum Episcopi consensu, cum qua Gl. conueniunt Archid. ibi num. 4. verbo patronus, Inn. in rub. de iurepat. num. 2. Card. Alex. in c. hortamur, col. 1. vers. & facit textus, 39. dist. cap. Petrus, 70. dist. Panor. in c. 3. col. 2. nu. 9. de iurepatr. & cons. 28. num. 1. volu. 2. & fusius cons. 106. versic. præterea, eodem vol. Alex. cons. 74. ad fi. vol. 4. Rocch. citato tractatu, verbo pro eo, quod de diœcesano, in fi. Felin. in tract. quando liter. Apost. noc. nu. 10. & communem enunciat Menoch. cons. 90. nu. 11. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Dismembratio beneficium non extinguit, sed alterat, vel minuit.*
2 *Sollemnitates requirũtur in dismembratione fructuum beneficiorum, sicut in alienatione.*

Assensus Apostolicus an requiratur in dismembratione fructuum beneficiorum.

DECIS. XCI.

1 RESpondetur, quòd licèt per dismembrationem non extinguatur beneficium, seu ecclesia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis fructibus, seu redditibus; vnde in præfata dismembratione, seu dimi-
2 nutione, eadem causa, & sollemnitates requiruntur, quæ in rerum ecclesiæ alienatione, ca. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & cap. 1. ne Sede vac. & ibi DD. Glo. in Clem. vnica, de reb. eccl, non alien. verbo defensor, & ibi etiam DD. Rot. decis. vnica, eod. titu. & dec. vnica, de iis, quæ fiunt à Præl. in nouis, Mand. q. 13. nu. 12. Gambarus, de off. leg. lib. 5. rubr. de dismembr. n. 14. & seq. Practicabilia Rotæ nu. 15. & 16. vers. penult. Rota diuers. dec. 574. part. 1. & ita pluries fuit tentum per Rot. Rom. & signanter in vna Marsicana dismembrationis fructuum
* 14. Februarij, & 28. Martij 1584.* coram Pamphilio, & iterum in vna Toletana Parochialis de Madrit 27. Iunij, & 19. Nouembr. 1601. & 1. Februa-
* rij 1602.* coram Corduba.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio locationis dum expectatur assensus expeditio in alienatione, non est possessio, nec translatio possessionis.*

2 *Conducens rem pro aliquibus annis, si isis elapsis, continuat, censetur tacitè reconducere.*

3 *Mutatio voluntatis in iure non præsumitur.*

4 *Animus præsumitur talis in futuro, qualis fuit in præterito.*

5 *Volũtas vniuscuiusque dispositioni iuris consentanea esse præsumitur.*

6 *Voluntas à iure communi est regulanda.*

7 *Habens titulum validum, non censetur mutare velle cum inualido.*

8 *Voluntas absoluta consideratur, & præsumitur in possessione, potius quam conditionata.*

9 *Continuatio locationis pendente tempore expeditionis assensus in alienatione, facit, vt quis incidat in censuras, & quare.*

10 *Titulus nouus facit mutare causam possessionis.*

An continuatio locationis pendente tempore expeditionis assensus in alienatione facit, vt quis incidat in censuras.

DECIS. XCII.

SVpponatur in facto, quod quidam conduxit prædium per triennium à beneficiato, quo tempore elapso, ab eodem obtinuit concessionem in perpetuam emphyteusim, saluo, & reseruato assensu Apostolico: quæstionis nũc est, num si dictus conductor contineat in retinendo dictum prædium sequenti anno, ante expeditionem præfati assensus, incidat in censuras Paulinæ, quemadmodum si in eum esset translata vera possessio.

1 Rationes dubitandi sunt plures. Prima, quia ista non est nec possessio, nec possessionis translatio rei ecclesiæ, sed potius detentio titulo lo-
2 cationis, qui enim conduxit rem pro aliquibus annis, si postea continuat sequenti anno, cẽsetur tacita reconductio, l. qui ad certum, vbi Bart. ff. locat. l. item quæritur, §. qui impleto, ff. eod. Affl. dec. 365. Faber dec. 40. C. de iure emphyt.

Tum secundo, quia ab initio præfatus conductor retinuit dictũ prædium titulo locationis sibi factæ, &

per

per continuationem sequentis anni non præsumitur mutasse voluntatem, seu causam possessionis, quoniam voluntatis mutatio in iure non
3 præsumitur, Magon.decis. Lucens. 26.num.38.Cacher.decis.59. num.13. Verall.decis. fin. Caroccius dec. 21. nu. 27. latè Mascar. concl. 1323. & a-
4 nimus talis præsumitur in futurum, qualis fuit in præterito, Bertrandus cons.39.

Tum tertio,quia volūtas in actionibus hominū,quænam fuerit ex iuris communis dispositione optimè colligi,& probari potest,vniuscuiusque etenim voluntas iuris dispositioni
5 consentanea esse præsumitur, ita Bald. in l.1. col. 5. cod. de sacrosanct.eccl.& in l.2.in fin.C. de cond. insert.& in l.precibus,C. de impub. & aliis substit.&in l.si duo ff.de acq. hæred.sequitur Anchar.cons.6.num. 8.& cons.393.dicens, quòd quælibet
6 voluntas, & dispositio debet à iure communi regulari.

Tum quarto,quia titulus quo cœpit retinere dictum prædium ecclesiæ; scilicet conductionis est bonus, & validus,quando autem quis habet titulum bonum ab initio, si continuat,non censetur velle mutare cum titulo nullo; & inualido, secus si ab initio habuisset titulum inualidum, & nullum, Carroc.de decis. 21. tum etiam, quia præsumitur quis possi-
8 dere rem ex voluntate absoluta, potius quam ex conditionata.

Sed tamen vt liberè quid sentiam dicam, contrarium est in praxi te-
9 nendum; quia talis videtur possidere ecclesiæ rem absque Summi Pontificis assensu, & sic protestatio saluo assensu est contraria facto argumento eorum, quæ notantur in cap. cum M. Ferrariensis de constit. latè Bart.in l.si vxorem C.de nego. gest. Minad.dec.24.Accedat etiam, quo-
10 niam nouus superuenerit titulus, & ex illius superuenientia intelligitur mutata causa possessionis absque alia animi declaratione, Rota apud Achil.de Grass.decis.4.de caus. poss. & proprier. vbi in fine dicitur, hanc opinionem tanquam magis æquam & iuri consonam semper fuisse in Rota seruatam, ad idem Cardinal. Put.decis.452.Crescent decis.165. de restit.spolia. & Farin. decis. 405. per quæ patet responsio ad contraria, iuxta quam opinionem fuit pariter decisum per Curiam Archiep. Neapolit.anno 1615. coram Perillustri, ac doctissimo Viro Petro Antonio Ghiberto, tunc Generali Vicario.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in constitutione procuratoris ad alienandum bona Ecclesiæ requiritur, & quare.*

2 *Alienatione prohibita, omnia sunt interdicta, per quæ alienatio sequi potest.*

3 *Minore, vel muliere prohibitis per statutum donare; nec etiam confiteri permittitur.*

4 *Procurator Ecclesiæ habens mandatum generale ad alienandum, non potest alienare nisi habet speciale.*

Assensus Apostolicus an requiratur in constitutione procuratoris ad alienandum bona ecclesiæ.

DECIS. XCIII.

IN huiusmodi difficultate rem
1 paucis perstringendo, conclude pro affirmatiua; ad hoc autem asseuerandum moueor infra scriptis iuribus,& rationibus;primo quoniam quemadmodum alienatio rei eccle-

Digitized by Google

siæ censeatur ipso iure nulla, si fuerit celebrata sine causa, & sollemnitatibus, ita etiam dicta procuratio ad alienandum, eadem enim solennitas, quæ requiritur in alienatione; requiritur pariter in procuratione ad alienandum, ex qua procuratione sequi posset alienatio, ita punctualiter tenuit Socc.consi.87. incipiens præsentis consultationis difficultas, colu.2. vers.sed difficultas oritur vol.2. & idem Soc.consi.52.instrumento sindicatus volu.4. Bald. in l.præses C.de transactio.& in l.2.C.si aduers. transact.Frecc.de subfeud.22. limitat ad constitut. Diuæ Memoriæ fol. 117. Maur.alleg. 50. & ita tenuit Rota in vna Roman.Casalis Longhezze 27. Maij 1594.*coram Seraphino, vt patet in eius decisi.1080.

Cuius conclusionis duplex potest assignari ratio, prima, quoniam qui non potest alienare, nec etiam potest actum facere, per quem alienatio sequi possit, Gloss.in l. item quia ff.de pact. Bart.in l. codicillis §. mater ff.de leg.2.Dec.consi.282.num. 2. cum aliis allegatis volu. 1. latè Cou. lib.2.variar.resol.cap.16.num.6.vers. quarto eadem constitutione, hinc est, quod minor, vel mulier prohibiti per statutum donare, prohibentur etiam confiteri in quolibet alio cōtractu, quando per talem confessionem posset alias statuto fieri fraus; quia in fraudem talis confessio præsumitur, Puteus decisi.55.lib.3.Achil. de Grass.decis.1.de confess. Crescent. decis.2.eod.tit.latè Soccin. consi.66. colum.1.

Secunda est ratio, quia aliter dicendo fieret fraus legi, secundum Socc.vbi supra, Abb.in ca. cum tempore de arbit.Immò non sufficit mādatum generale prælati ad alienandum bona ecclesiæ, sed requiritur speciale ad vendendum talia bona, per ea quæ scripsit Bald. C. de contrahen.empt.quæ.3. in fin. qui dixit, quod generalis sindicatus ad vendēdum bona non sufficit, sed requiritur particulare mandatum, & in specie in bonis ecclesiæ tenuit Deci. consi.142.col.5. vers.& in simili alienatione num.8.vol.1.

Qua praxi vtendum in præstando assensu ab Episcopo super re ecclesiastica alienanda.

DECIS. XCIV.

RE spondetur primo, si est de rebus solitis alienari, ita practicatur primo datur memoriale, vel libellus, seu petitio Episcopo, quo petitur præstari ab ipso assensum: Secundo Episcopus decernit capi informationem, qua capta, & viso, quod tendit in euidentem ecclesiæ vtilitatem interponit decretum, & præstat assensum.

Secundo, si est de rebus non solitis, & impetratur à Sede Apostolica, breue, quod vocatur si in euidētem, solet committi ordinario, qui capta informatione, & viso, prout supra interponit decretum, & nominis Sedis Apostolicæ tanquam delegatus ab illa præstat assensum, ita praxis ex stylo curiarum sumitur.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagans Ambitiosæ in dubio præsumitur vsu recepta, & quare, num.2.*

3 *Extrauagans Ambitiosæ ius facit commune.*

4 *Non vsus statuti probatur, quando vsus non probatur.*

An

Assensus Apostolicus an requiratur in locis vbi Paulina non est vsu recepta.

DECIS. XCV.

1 RESpondetur, quod præfata extrauagans præsumitur in dubio vsu recepta, & neganti vsum incumbit onus probandi, Benint. decisi. 13. Magon. decisi. 19. Mohed. in decisi. 1. de constitutionibus, Rodoan. rubr. 33. & in rubr. fin. quæst. 16. §. item numero 15. & ratio est; quoniam quælibet lex, seu constitutio habet talem
2 præsumptionem, secundum Dec. consil. 649. Rebuff. in concordatis titulo de collatione, versiculo præsentium, Rolan. de lucro dotis quæstion. 99. & in consil. 99. libro 2. August. epitome decision. tit. de constitut. Paris. de resignat. libr. 4. quæst. 2. in fin. Mohedan. dec. 2. numero 4. de probation. Rot. dec. 56. numero 4. & decis. 97. num. 2. & decisi. 775. parte 1. diuers. eadem Rot. decis. 301. num. 2. parte 2. & fuit pluries resolutum, ac decisum per eandem Rot. Romanam, & signanter in vna hiporigen.
† Canonicatus 24. Maij 1584. † coram Orano, & iterum in vna Meliten.
† Abbatiæ 24. Ianuarij 1590. † coram eodem.

Et maximè hodie præfata conclusio procedit, quoniam dicta extra-
3 uagans ius commune facere dicatur, Rodriquez 2. tom. quæ. regularium art. 11. quæst. 6. Peregrin. dec. 25. libro 2. diuers. & ita in terminis fuit resolutum per eandem Rot. Roman. in vna Brixien. locationis 5. Decembris
* 1594. * coram Pegna. in quo fuit dictum, prout etiam in dicta Meliten. Rotam non seruare decis. Moheda. 8. de locato. dicentem probandum esse vsum dictæ extrauag. quæ tamen sequuta est aliàs Rota in vna Lau-
* den. bonorum 6. Iunij 1588. * coram Gipsio, vt fuit etiam dictum in vna
* Comen. 5. Iulij 1595. * coram Pegna, cum qua etiam malè tenet Mandos. de signatura gratiæ versicul. si in euidentem, quod dicta decisio Mohed. 6. non seruatur in Rot. ait. Paris. supra, & ita est tenendum, quamuis Caputaquen. dec. 203. parte 3. dicat
4 contrarium non vsum statuti probari eo ipso, quod non probatur vsus, & Granut. Assimoneta dicit de reseruatione quæ. 99. num. 14. quod probare quis tenetur extrauagantem esse vsu receptam, & Menoch. de præsumptionibus libro 2. præsumpt. 2. quod lex promulgata non præsumitur vsu recepta, quia est quid facti, cui rationi respondetur præsumi nihilominus vsu receptam, ex quo ligat, & ideo statutum nullum, seu inualidum non præsumitur vsu receptum, quia non extat, vt in decisi. 775.

De vsu verò, & obseruantia d. extrauag. ambitiosæ, vide Auctores supra citatos, maximè Ioan. Guttier. & Pet. Molin. d. disput. 466. & Nauar, in man. capitul. 27. numero 150. Salzed. pract. crimin. Bern. Diaz capitu. 71. & Grass. d. lib. 4. cap. 24. num. 18. & 20.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus in quærendis Ecclesiæ præiudicare potest, non autem in quæsitis.*

2 *Assensus Apostolicus in repudiatione legati Ecclesiæ, delati non requiritur.*

3 *Repudiatio non est alienatio.*

4 *Prælatus repudians acquirere videtur.*

5 *Acquisitio momentanea in considera-*

tione non est habenda.

6 *Pecunia ecclesiæ legata ad bona emenda absque assensu Apostolico alienari non potest.*

Assensus Apostolicus an requiratur in repudiatione legati ecclesiæ delati.

DECIS. XCVI.

1 DOctores communiter admittunt illam iuris conclusionem, quod Prælatus in quærēdis, ecclesiæ præiudicare potest, secus in quæsitis, prout testatur Valasc.decis.77. Lusitaniæ Rot.diuers.dec.233.numero 6. lib.3.& ead.Rot.dec.284 numero 9. eodem libr.& propterea cum hæreditas delata, nondum tamen eccle-
2 siæ incorporata, dicatur ius quærendum, ideo posse Prælatum absque
3 assensu Apostolico repudiare; huic etiam adiungitur, quod repudiatio, non est alienatio, l. alienationis ff.de verborum signific. quemadmodum non acquirendo, non dicitur quis alienare in fraudem creditorum, l.qui autem, ff.de iis, quæ in frau. cred. de cuius intellectu latè de Franch.decis. 102. ideo fuit pluries in Rota Rom. decisum potuisse Prælatum absque vllo censurarum incursu hæreditatem suæ ecclesiæ delatum repudiare, prout in vna Auersana S. Benedi-
* cti 5.Nouembris 1597.*coram Licta; & iterum in vna Bonon. de Papazo-
† nibus 13. Maij 1588. † coram Fabio, vt patet in decis.30. Rot.diuers.libro 2.parte 3. & iterum per eandem Rotam fuisse decisum testatur Cardin. Put.dec.516. libro 2. ex quibus decisionibus hodie euidenter apparet, hanc opinionem in praxi esse seruandam, iuxta quam nonnullis me interrogantibus consului in facti contingentia.

4 Non obstat, quòd Prælatus repudiando videtur acquirere, vt per Ripam cons.170.colu.2.volum.1.& per consequens non eramus in quærendo, sed in quæsitis, quoniam non potuisset repudiare, nisi saltem ordine intellectus intelligeretur adiisse,
5 quoniam respondetur hanc momētaneam acquisitionem non esse habendam in consideratione, vt fuisse decisum in Rota Catalon.scribit Peguer.dec.143.

6 Nec obstare poterit, quod pecunia legata ecclesiæ, vt inde bona emantur, non possit absque assensu Apostolico alienari, Arnon.comment.19. quia ibi apparebat de agnitione legati, &c. ex quibus omnibus hodie apparet non seruari opinionē, quam olim Rota amplexa fuit non posse Prælatum absque sollemnitatibus de iure in alienationib. rerum ecclesiasticarum requisitis legatum, seu quouis modo relictum repudiare, vt per Caputaq.in dec.359.par.3.

SVMMARIVM.

1 *Administratio rerum hospitali vni vltra triennium non potest committi, nisi aliter in fundatione cautum fuerit.*

2 *Administratio aliorum locorum piorum vltra triennium est permissa.*

An assensus Apostolicus requiratur in collatione hospitalis vltra triennium.

DECIS. XCVII.

COnc. Trid. sess.25. de refor.cap. 8.post alia de hospitalibus, statuit, quod administratio, seu gubernatio huiusmodi locorum vni, & eidem

dem

dem vltra triennium deinceps non committatur nisi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obstante quod omnia supradicta, quacunque vnione, exemptione, & consuetudine, in contrarium etiam immemorabili, seu priuilegiis aut indultis quibuscunque.

1 Ex quibus verbis apertè demonstratur responsio ad quæsitum: quod Amplia primo procedere, etiam in hospitale cuius à triginta annis, & citrà collatio, & institutio in perpetuum, titulo administrationis dari consueuit. Quia Concilium excipit vnum casum dumtaxat quando aliter, in fundatione cautum est, vt censuit sacra congregatio. Amplia secundo decretum hoc Concilij loqui in administrationibus hospitalium nó autem aliorum piorum locorum,
2 vt censuit eadem sacra congregatio, vt testatur Garzia libro 2. parte 1. c. 3.

Sed offert se difficultas, an hoc procedat etiam quando hospitale est vnitum alicui ecclesiæ seu beneficio, vt non obstante vnione eius administratio sit committenda alicui dumtaxat, & videtur dicendum non procedere. Non enim credendum videtur esse de mente Concilij tollere vnionem, & illa verba: NON OBSTANTE QVOAD OMNIA SVPRADICTA QVACVNQVE VNIONE: quæ habentur in derogatione in fine posita non videntur referenda ad dicta, versiculo nec administratio ad quæ commodè referri non possunt, sed ad superiora, est enim facienda distributio accommoda ad tradita per Felin. in cap. causam de rescr. numero 42. & 5. limitatione, & Ant. Gabr. de clausulis concl. 9.

Nihilominus contrarium videtur verius ex dictis verbis quæ videntur clara cum dicatur, QVO AD OMNIA SVPRADICTA, & dici potest Concilium non tollere in totum vnionem, sed quo ad ea non obstante Ecclesia, seu is cui facta est vnio non possit in perpetuum vltra triennium deinceps administrare, & gubernare hospitalia. Sed quod debeat aliis committere ad triennium.

SVMMARIVM.

Assensus Apostolicus in mandato ad locandum res Ecclesiæ vltra triennium non requiritur.

Assensus Apostolicus an requiratur in mandato facto ad locandum res Ecclesiæ vltra triennium.

DECIS. XCVIII.

INter cæteras ampliationes quas tradunt DD. ad extrauagantem ambitiosæ de rebus ecclesiæ non alien. circa prohibitionem locationis vltra triennium est, vt procedat etiam in mandato ad locandum res Ecclesiæ seu beneficij vt scilicet non possit concedi alicui vltra triénium, ita vt si detur mandâtum ad locandum erit intelligendum ad triennium tantum, quo finito procurator absque nouo mandato non poterit iterum locari, & idem si mandatum expressum detur ad locandum, bis, ter, aut pluries ad triennium: mandatum enim finitur elapso illo triennio vt expresse voluit Decius in suo singulari Consilio 282. Couar. libro 2. variar. resolut. consi. 16, n. 6. Rodoan. quæst. 6. §. vlt. n. 3. & 4. Grassius lib. 4. cap. 24. num. 20.

Sed hanc sententiam merito reprobat Molina de contract. disput. 466. in fin. dicens sibi non solum dubium, & scrupulosam nimis vi-

deri, sed etiam omnino falsam, & quod nullo solito fundamento nitatur quoniam esset irrationabile si absens in partes longinquas nō posset dare mandatum ad locandum
1 res sui beneficij seu Ecclesiæ toto tempore, quo absens fuerit, vnde contra prædictam sententiam Decij, est praxis vniuersalis,& consuet. recepta, secundum Garsiam de benefi. par.2.cap.1.num.72.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus non requiritur in remissione iuris quæsiti Ecclesiæ per alterius contrauentionem.*
2 *Legatario quæritur ius, ante legati acceptationem,*

Assensus Apostolicus an requiratur in remissione iuris quæsiti Ecclesiæ per contrauentionem alterius.

DECIS. XCIX.

SVpponatur in facto quod quidam testator prohibuerat bona sua alienari posse & in casu ælienationis, alienans ipse cadat à iure suo, & bona applicentur ecclesiæ: supponatur insuper, quod cecidit casus alienationis, & propterea fuit inducta caducitas sequuta alienatione, quæstionis nūc est an ecclesiæ possit huiusmodi ius sibi quæsitum remittere absque assensu Apostolico, & responde, nullum requiri assensum quia licet caducitas incurri-
1 ter sequuta alienatione etiam ante acceptationem ipsius ecclesiæ cui quæritur ius ad effectum vt remitti possit.nam licet stent ista simul quod contraueniens cadat ipso iure, & quod alteri non acquiratur, ius sine acceptatione Ripa in his terminis in l.1.numero 51.ff. de legatis primo Mainard. decision 13. libro 3. Cassadorus decis. 2. & decis. 3. de locato, Puteus dec.8.li.2.Bellamera dec.322.

Verum intellige supradicta procedere quo ad effectum reuocabilis acquisitionis,non autē ad effectū acquisitionis inreuocabilis, & inremissibilis ab ecclesia, cui quæritur ius sed reuocabiliter; ex quo illud remittere potest l.fin.C.de sacrosanctis ecclesiis Bald. consil. 190. vol.1. Alex. de Neuo consilio 16. num. 17 & sequenti, sicut videm us in legata-
2 rio, cui quæritur ius ante acceptionem,& illud transmittit ad hæredes Ripa in l.in fideicommis.numero 14. ff.ad Trebellianum facit textus in l. à Titio ff.de furtis l.cum pater §.fundo ff.de legatis 1.

Et in propriis terminis nostris quod ante acceptationem quæratur ius per ecclesiam remissibilem absque assensu Apostolico quando Texat.applicauit bona ecclesiæ in casu contrauentionis, fuit resolutum
* per Rot.Roman.in vna regien. bonorum 1.Aprilis 1585. * coram Felici recordatione Clemente Papa VIII. tunc Auditore.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quod pretium subrogetur in aliud prædium quid importat.*
2 *Assensus Apostolicus expeditus cum hac clausula, est sub modo, non autem sub conditione.*
3 *Emptor non tenetur, quod pretium rei maioratus supposita ad aliud prædium conuertatur.*
4 *Emptoris non est onus, quod pretium in ecclesiæ vtilitatem conuertatur.*

Assensus Apostolicus in alienatione rei ecclesiæ præstitus cum Clausula, quod pretium subrogetur in aliud prędiū emendum, quid operetur.

DE-

Digitized by Google

DECIS. C.

HVic quæstioni respondendo dico præfatam clausulam in assensu interpositam operari, vt non emptor debeat esse sollicitus, quod
1 pretium conuertatur in emptionem prædiorum; sed venditori huiusmodi onus incumbere; quoniam in beneficiis ipsius licentia suffragatur secundum gratian. lib. 1. discepṭationum Forensium cap. 41. nec quis debet esse sollicitus de persona contrahentis l. 1. §. non autem ff. de exercitoria actione & facit tex. in l. fi. ff. eodem, vbi vt Dominus obligetur sufficit, quod institor acceperit mutuam pecuniam ex causa, ex qua deputatus licet postea illam in eum vsum non conuerterit, ad idem expenditur tex. in l. 1. ff. eo. vbi idem dicitur de eo, qui magistro nauis mutuauit in nauis refectionem, is enim habet eum obligatum, qui magistrum naui præposuit, etiam si non probet nauem fuisse refectam ea pecunia, facit etiam quod Bartol. scripsit in l. alio nu. 24. ff. de alimen. leg. quod ementes ab executoribus, qui habebant licentiam vendendi pro soluendis legatis tuti sunt, si pretium eis actualiter soluerint, licet nõ probent, quod legatariis pecunia fuerit soluta: item facit, quod idem Bartol. dixit in l. doli mali numero 8. ff. de nouationibus, quod mutuans procuratori constituto pro faciendo aliquo ædificio obligat Dominum, quamuis non appareat, quod ex ea pecunia factum fuerit ædificium.

2 Rursus adducitur, quod in præsenti facto Assensus Apostolicus non sub conditione, sed sub modo fuit præstitus, ita tamen quod pretium vertatur in emptionem alterius rei, Bald. consi. 219. num 5. vol. 2. dicitur enim modus, quando implendum est onus post iam quæsitum emolumentum, l. cum tale §. 1. ff. de condit. & demonst. Bart. in l. quibus diebus §. termilius num. 1. ff. eod. Ruin. consil. 26. nu. 9. vol. 2. Bero. consi. 30. num. 6. consi. 66. num 5. vol. 2. consil. 153. num. 2. vol. 3. Alciat. consi. 210. n 2. consi. 236. nu. 1. Natt. consi. 273. nu 28. Crau. consi. 609. numer. 14. in fin. Menoch. consil. 60. num. 47. consil. 131. numero 2. & fuit decisum in Rota vt patet in decis. 31. num. 2. part. 1. diuers. Sed quando assensus est sub modo præstitus, tunc assentiens videtur fidem eius sequi, cui modum adiecit, & ideo si non impleatur non agitur contra tertium, sed contra implere debentem; vt declarat Bar. in l. sicut §. illud ff. quib. mod. pignus soluatur.

Vlterius accedat, quod in propriis terminis voluit Molina de primogenit. Hispan. li. 4. ca. 4. num. 20. vbi
3 concesso assensu alienari rem maioratui suppositam, quod pretium conuertatur in aliud prædium emendum, non tenetur emptor curare, quod ematur prædium ex ea pecunia, sed sat est, quod pretium soluat, vbi etiam subdit ita pluries fuisse iudicatum, prout etiam refert decisum in Senatu Mantuano Surdus decis. 156.

4 Tandem facit quod voluit Glos. in auth. hoc ius porrectum in vers. aliter in 1. solut. C. de sacrosanct. eccles. vbi dicitur, quod non spectat ad emptorem curare, quod pretium conuertatur in vtilitatem Ecclesiæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in alienatione rei quæsita monasterio per ingressum alicuius requiritur, & quare.*

2 *Prælatus in tali re nec tacitè, nec expresse ecclesiæ poterit præiudicare, & quare.*

3 *Prælatus in huiusmodi rebus sic quæsitis non potest præiudicare ecclesiæ etiam si egisset iure successionis, non autem ingressus.*

4 *Bona delata monasterio per ingressu religionis, ad hoc vt quæsita, non autem quærenda iudicantur, quid est necesse.*

An assensus Apostolicus requiratur in alienatione bonorũ monasterio per alicuius ingressum quæsitorum.

DECIS. CI.

RESponsio est affirmatiua, ratio est, quia bona ingredietis transeunt ipso iure in locum ingressus,
1 secundum Alex.consil. 128. vol. 1. & Menoch. consil. 300. vol. 2. & adeo verum est, quod non exigitur aliqua apprehensio, secundum Bartol. in l. cum hæres, ff. de acq. poss. & de illis habetur ratio, prout de quæsitis non de acquirendis, Bald.cons.17. vol. 1. & procedere hoc tam quoad proprietatem, quam quoad possessionem, Bald.in auth.si qua mulier. nu. 15. C. de sacros. eccl. quidquid dicat Tess. decis. 48. quod in casibus in quibus dominium transfertur ipso iure, non transfertur possessio, nisi actum fuerit expressè, quod illi non acquirantur, l.si adoptauero, ff.de adoptionibus, Bart. in auth. ingressi num.28.& ibidem Bald. in 3.appositione C. de sacrosanct. eccles. Alex. consi.88.num.4 vol.2.Rube con.28. num.3.

Et redeundo ad quæstionem propositam, dico, quod Prælatus in præ-
2 fatis bonis nec tacitè, nec expressè poterit præiudicare monasterio absque sollemnitatibus, quæ de iure requiruntur in alienandis bonis ecclesiæ, cum non simus in quærendis, sed in acquisitis, vt fuit per Rot. Rom. decisum in vna Perusin. bonorum de Bruticultel. 19. Nouembris 1584.
† coram Illustriss. Pamphilio, quam decisio. amplia. quamuis Monaste-
3 rium egisset ad dicta bona tanquam sibi delata ex successione, non autem ex ingressu.

Vlterius, quod huiusmodi bona
4 iudicentur tanquam quæsita, facit quod in eis requiritur bona fides, vt intret præscriptio c. fin. de præscriptionib. cum alias in quærendis non requireretur, Soc.consil.64.col.4.n. 7.vol.1.Monald.cons. 32. nu. 4. Barratholus cons.10.vol.1. Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertantur n. 39. C.de reuocand.donat.&Gratian.loco citato num.3.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes spirituales dicuntur.*

2 *Oblationes factæ imagini depictæ in alicuius priuati secularis pariete sibi non debentur.*

3 *Rector laicos, vt oblationes percipiant deputare potest, non autem de altari.*

4 *Episcopus in oblationibus ecclesiæ rectori factæ nullam habet potestatem.*

5 *Episcopus imaginem in Ecclesia rectoris existentem ipso contradicente in aliam transferre non debet.*

6 *Assensus Apostolicus in alienatione oblationum imagine deuotæ factarum non requiritur, & quare, cum declaratione.*

Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione oblationum, quæ fiunt alicui deuotæ imagini.

DE-

DECIS. CII.

1 RAtio dubitandi pro opinione affirmatiua inter cæteras videbatur, quod cum huiusmodi oblationes dicantur spirituales; iuxta tex. & quod ibi not. in capit. ex parte de verb. signif. cap. cum inter, vbi plenè Panor. num 5. & sequ. eod. tit. vnde si
2 oblationes fierent Imagini depictæ in pariete alicuius priuati; tunc non acquiruntur domino domus, si est laicus, Rauen. singul. 468. Socc. de oblat. c. 8. & Maluet. eiusdem nominis tractatu dubio 4. nu. 6. & fuit in Rot. Roman. resolutum in vna Calaguritana oblationum 21. Octobris
† 1588. † coram Pamphilio; licet bene
3 possit Rector parrochialis ecclesiæ deputare laicos, vt nomine suo oblationes, & dona percipiant, & custodiant, dummodo illa non percipiant de altari; quia inhonestum est, vt laici super altari ponant manus; Archid. & Gemin. in cap sanctorum, 10. qu. 1. & ita tenent omnes, præsertim Butric. & Abb. in c. decernimus col. 1. de iud. & ibi Dec. colu. 14. quæstio. 4.

4 Item facit, quod Episcopus de præfatis oblationibus vllam habet potestatem; Hinc est, quod translatio imaginis existentis in aliqua ecclesia, ad quam concursus habetur, & ei plura offeruntur dona fieri non debet per Episcopum ad aliam ec-
5 clesiam, vel cappellam, rectore contradicente; vt tenuit Rota in vna Hispalen. translationis imaginis 9. Mar-
† tij 1598. † coram Pamphilio.
6 Verum præfatis non obstantibus, contrarium iudicaui, ea motus ratione, quoniam de præfatis habetur ratio, vti de bonis, quæ seruando seruari non possunt, maximè vbi in eis non essent vota argentea, atque pretiosa, & ita iudicaui in Curia Nolana, cum ibi Iudex assumptus fui.

SVMMARIVM.

1 *Pretium offerendi necessitas non incumbit rem propriam vendicanti.*
2 *Prælatus emptori tenetur pretium restituere reuocans alienationem malè factam, & quare.*
3 *Ecclesia iure vtitur minoris.*
4 *Minor ad pretium restituendum tenetur vendicans rem non ritè alienatam.*
5 *Emptor non est fraudandus in fructibus, vel pretio, si ecclesiæ restitutio in integrum conceditur.*
6 *Ecclesia cum alterius iactura non est locupletanda.*
7 *Ecclesia est cultrix iustitiæ.*

An alienatione reuocata non ritè facta emptori per Prælatum pretium veniat restituendum.

DECIS. CIII.

1 REspondetur, & pro negatiua faciebat mihi dubium, tex. in l. si mancipium C. de rei vendic. vbi vendicantr rem propriam necessitas offerendi pretium non incumbit.

Verum contraria sententia iuri consona, & magis recepta probari ex infra dicendis.

3 Primo, quia Ecclesia vtitur minoris iure Glo. in c. auditis de in integ. restit. Bald. consil. 28. volu. 1. Alexan. consil. 100. num. 3 & sequ. eod. volu. Menoch. consi. 270. vol. 2. sed minor
4 rem non ritè alienatam vendicans tenetur ad pretij restitutionem l. prædiorum C. de prædiis minor. Igitur, & Ecclesia.

Tum secundo, quia pro hac sentē-

tia habetur text.in terminis in cap.1. de in integ. restit. vbi si in contractu venditionis, vel locationis Ecclesia fuit enormiter læsa, potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum, emptor tamen, siue conductor non debet fraudari in
5 suo pretio vel sumptibus per eum factis, ex quo euidenter apparet Ecclesiam teneri ad pretij restitutionem.

6 Tum tertio quia alias Ecclesia locupletaretur cum alterius iactura l.iure naturæ ff. de reg.iur. & cap.locupletari eod.titu.in 6.& cum sit iustitiæ cultrix c.1.§.2. de alienat.feud. & ne scandala possint laicorum mētibus generare, dicentium vbi est clericorum Deus cap.magnæ ext. de Vot. si velit rescindere contractum; emptor non est molestandus, quoad restitutionem pretij.

Tandem, qui pro hac eadem sentētia extat D D. numerus inter quos adstipulatur, Azzeued. in commun. leg.Hispan.titul.della libert.de las Iglesias libr.6.in fine. Vgolin. de potest.Episcop.cap.14.§.5. Graff.consi.2.nu.8.de reb.eccl.non alien.

Non obstat tex.in l.si mancipium: quoniam ibi arctatur tantummodo ad oblationem, non autem ad realem executionem secundum Carroc.lib.3.concl.20.

Notabilia quædam in materia alienationis rei ecclesiæ.

ALienans rem sub contractu censitico, vel emphyteutico, vni, & ille postea pluribus alienauerit, poterit petere censum, seu canonem à quolibet illorum; quia conditio creditoris non debet fieri deterior ex hæredum multiplicitate, l.2.§.ex iis, ff.de verbor.oblig.Nauar.cons.15.de reb.eccl.non alien.

In alienatione rei Ecclesiæ vtilitas attendenda est tempore postremi contractus, non autem primi, Bald. consi.57.numer.2.& Cæsar de Graff. dec.4.de reb.eccl.non alien.

Alienari non debent Ecclesiæ bona, quando adsunt fructus beneficij pro satisfactione, Glo.in c.1.verbo defensore, de reb.eccl. non alien. in 6.& ibi Io.Mona.Abb.in ca.nulli, nu.5.eod.tit. Siluest. verbo alienatio secunda, Tabbien. verbo alienatio, nu.4.Socc.consi.29.num.16. vol.1. & fuit dictum in Rot.Rom.in vna Auximana bonorum, 1. Februarij 1580. & in vna Placentin.bonorum 11. Nouembris 1580.& 7.Aprilis 1581. † coram Seraph.

In alienatione bonorum, in quib. Ecclesia non habet directum dominium illius, est habenda ratio, deducendo existimationē, vt fuit dictum in vna Rom. casalis de Pictis 15. Iunij, † coram Seraphino 1587.vt patet in eius dec.792.

Alienatio rei Ecclesiæ facta ex causa necessitatis valet quocunque modo finem habeat, dummodo sit vtiliter cœpta, sed in causa vtilitatis omnino & in principio, & in fine adesse debet vtilitas, Rot. diuers. dec. 65.nu.4.par.2.

Commissarij, quibus à Romano Pontifice committuntur rescripta si in euidenti, sunt excommunicati ipso facto, ex Bulla Pauli Quarti, si sunt inferiores, si Episcopi per annum suspensi ab executione officij, & obligati ad restitutionem damni illati Ecclesiæ, si suæ cōscientiæ prodigi, in grauamen, aut detrimentum Ecclesiæ per gratiam, timorem, vel sordes alienationi consenserint, aut decretum, vel auctoritatem interposuerint,

fuerint. Ij verò, qui dolo, vel fraude scienter in detrimentum Ecclesiarum procurauerint alienationem, siue damnum, sunt etiam ipso facto excommunicati, & non possunt, nisi à Papa absolui.

Res ecclesiæ solita alienari, si reuertatur, relocans non dicitur alienare, sed continuare alienationem factam, Rot. in causa Bonon. de Pipinis 20. Nouembris 1575. † coram Robusterio, vt in decisi. diuers. 554. in princ. par. 1.

Emptor supplicans pro confirmatione alienationis rei ecclesiæ, non videtur fateri narrata esse vera, sed potius videtur petere sibi dari iudicem, qui videat, an causæ narratæ sint veræ, vt fuit dictum in vna Placentina euictionis 8. Decembr. 1588. † coram Pamphilio. An autem idem sit in venditione, vide in d. causa.

Legans censum alicui Collegio, vel Capitulo, cum hoc, vt singulis annis celebretur anniuersarium pro anima illius, non potest Collegium, siue Capitulum illam pecuniam legatam diuidere inter Canonicos, vel Presbyteros præsentes, sed debet conuerti in annuum censum, prout in clem. exiui, §. cumque annui redditus, de verb. signif. quia debet seruari pro futuris Presbyteris per regulam, qui sentit commodum, de reg. iuris, & Matth. 5. in vinea domini, & per tex. in c. cum secundum Apostolum, de præb. Nauar. consil. 8. de reb. eccl. non alien.

Prælatus faciens incidere arbores fructiferas, & non fructiferas sine consensu Capituli, & Abbas sine consensu Conuentus, & absque causa necessitatis fit ipso iure suspensus ab officio, Nauar. cons. 15. & vij. de reb. eccl. non alien.

Consuetudo, quod res ecclesiæ debeant locari proximioribus finita locatione ab antiquis colonis est vtilis Ecclesiæ, & ratio est, quia conductores, & emphyteutæ inuitantur ad meliorandum bona Ecclesiæ data eis occasione, & spe relocationis, Caputaq. dec. 230. par. 1. Et Beneuenti adest statutum confirmatum à Sixto Quinto. Immò potest cogi finita emphyteusi, vt reconfirmet emphyteusim hæredibus descendentibus à primis emphyteuticariis, & appellare ad superiores, de iure can. per Gl. in cap. bonæ, de postul. Præl. Stafil. de lit. grat. fol. 143. nu. 3.

Fructus indebitè percepti ex bonis ecclesiæ malè alienatis, applicari debent Fabricæ Sācti Petri de Vrbe; ita Pius Quintus in Bullam 221. quæ incipit, Ex debito, & alia 113. quæ incipit, Exigit.

Episcopus potest impartire suam auctoritatem permutandi possessiones, seu prædia vnius ecclesiæ, cum possessione alterius ecclesiæ, ca. vnico, de rer. permut. in 6. & etiam permutandi vnam ecclesiam cum altera, duobus habentibus illam, c. quæsitum, de rer. permut. & Nauar. cons. 15. de reb. eccl. non alien.

Finis tituli Sollemnitatis.

Digitized by Google

SEQVITVR TITVLVS Commissariorum.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius,cui committitur si in euidenti, debet esse in dignitate constitutus.*

2 *Delegati Apostolici non possunt personis in dignitate non constitutis subdelegare.*

3 *Commissarij Apostolici tunc debent esse in dignitate,quando eis iurisdictio conceditur.*

4 *Commissarij, quibus committitur si in euidenti sunt iudices , & quare,nu. 5.& 7.*

6 *Clausula , quod extraiudicialiter se informent , non tollit partis citationem.*

An Commissarius,cui committitur si in euidentem , debet esse necessario constitutus in dignitate Ecclesiastica.

DECIS. CIV.

1 HVIC decisioni responsio est affirmatiua per text. expressum in cap. statutum, de rescript.in 6. vbi causæ à Sede Apostolica committi debent personis in dignitate Ecclesiastica existentibus , per quem text. plura ad hoc cumulat Iaso. in rub.ff. de offic.eius,& latè Bellon. consil.8. immo exequutores, siue delegati li-
2 terarum Apostolicarum, nō possunt subdelegare personis non constitutis in dignitate , vel non habentibus qualitatem dicti cap.statutum, Rota dec.58.de præb.in antiq.& latè per Aufrer.ad Cappell.dec.12.

Et pro confirmatione d. cap. statutum eiusq; cōclusionis facit,quod
3 tātummodo locum obtinet,quando conceditur iurisdictio, tunc enim erit necesse, delegatos esse in dignitate Ecclesiastica,cum dictum cap.statutum, loquitur de iudicibus, ac de mixtis exequutoribus , prout sunt Commissarij, quibus committitur si
4 in euidentem,Bisignet.decis.7. quod autem sint verè iudices,ac mixti exequutores, euidenter patet ex pluribus infra dicendis.

5 Tum primo , quia eis necesse est citare partes propter clausulam vocatis vocandis,Rot. decisi.32. de rescript.in nouis,Balb. dec.29. Rubin. decis.26. quod procedit etiam si Papa mandasset,quod extraiudicialiter
6 de euidenti vtilitate Ecclesiæ se informent , quia propter verba extra iudicialiter non tollitur partis citatio,Bellam. dec.68. & 672.Crescent. dec.12. de priuileg.Bald.in l.non dubium,nu.22.C. de legib. & in l.neq; natales,num.10.C.de probat.Marsil. in l.de vnoquoque,num.16. ff. de re iud.& Ferret.consi.82.

7 Tum secundo propter clausulam cōsuetam poni in rescripto si in euidentem, scilicet(si ita est,vel si ita tibi constiterit)Guid.Pap.dec.70.Bellam.dec. 302. nam virtute præfatarū clau-

clausularum delegati censentur verè iudices, & eius iurisdictio, non autē nudum ministeriū fuisse commissum & propterea subintrare terminos d. c. statutum.

SVMMARIVM.

1 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis propriè non dicuntur habere dignitatem.*
2 *Canonicatus in Ecclesia Cathedrali dicitur dignitas, secundum latam interpretationem, nu. 9.*
3 *Canonicis Ecclesiæ Cathedralis (si in euidenti) potest committi.*
4 *Canonici sunt in magno honore.*
5 *Canonici vnum corpus cum Episcopo faciunt.*
6 *Canonici dicuntur primi gradus Clerici.*
7 *Canonici præcedunt Abbates, habentes vsum Mitræ, & Baculi.*
8 *Canonicis est præstanda reuerentia à Clericis Diœcesis, ac Episcopi fratres dicuntur.*
10 *Canonici; Mendicantium conseruatores esse possunt.*
11 *Conseruator debet esse in dignitate constitutus.*

An Canonicis Ecclesiæ Cathedralis si in euidentem, committi possit.

DECIS. CV.

1 REspondetur, quòd quamuis Canonici Ecclesiæ Cathedralis ex propria significatione non dicuntur habere dignitatem, vt per omnes in c. statutum, præsertim Fel. num. 12. Sarnen. numer. 20. de rescriptis, in 6. nihilominus quoad delegationem, & sic quoad commissionem si in euidentem, suscipiendam æquiparantur dignitatibus, Rot. decis. 16. de præben. in nouis. Verall. decis. 257. part. 3. Mainard. decis. 18. lib. 3. & sic
2 secundum latam interpretationem, Canonicatus in Cathedrali dicitur dignitas, ita vt præfatis Canonicis
3 possit si in euidentem committi; dispositio enim extenditur ad casum comprehensum sub lata significatione vocabuli, Dec. in l. 1. col. 5. C. de transact. Verall. decis. 84. par. 1. Ca-
4 nonici enim sunt in magno honore, secundum Fel. in c. pastoralis, de
5 off. deleg. faciunt enim vnum corpus cum Episcopo, cap. cum clerici, de verb. sign. c. quanto, de his, quæ fiunt
6 à Prælato: dicuntur Clerici primi gradus, Præpos. in cap. Episcopos, 18. dist. in processionibus & sessionibus quomodolibet sunt collegialiter
7 congregati; præcedunt etiam Abbates, habentes vsum Mitræ, & Baculi, Dec. in c. 2. de iudic. Nauarr. in cap. 2. de maior. & obed. Sair. decis. 3. eo.
8 tit. Item alij Clerici Diœcesis tenentur præstare reuerentiam Episcopo, & Capitulo Cathedralis, d. cap. cum clerici. Item Canonici dicuntur fratres Episcopi, vnde ipsi solum recipiunt Episcopum ad osculum, cap. dilecto, de præb. Item dicuntur Coadiutores, consiliarij, Senatus, membra Episcopi, vt latè per Paleot. in Archiep. Bononien. par. 7. fol. 513.

Et quod Canonicatus dicatur di-
9 gnitas facit decis. Achill. de Grass. 1. de rescrip. vbi concludit, quod quando Breuia ab Vrbe solent committi Canonicis, si postea committantur constitutis in dignitate, poterunt expediri per Canonicos attenta verisimili mente committentis.

Secundo facit, quod Canonici
10 possunt esse Conseruatores Mendicantium, vt patet in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo
11 Conseruatores, quod officium non nisi personis existentibus in dignitate committi potest, cap. fin. de off. deleg.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij non possunt excedere commissionis fines, & quomodo hæc conclusio declaratur, nu. 6. & 7.*

2 *Commissarij non solum commissionem, sed ipsius qualitatem obseruare debent.*

3 *Actus factus contra substantiam formæ commissionis non valet, nec etiam contra qualitatem.*

4 *Habens commissionem ad beneficium acceptandum vigore vnius gratiæ, non poterit ex alia acceptare.*

5 *Commissarius Apostolicus censum, seu canonem augere potest.*

8 *Commissarij tenentur commissionem in effectu seruare, non autem in forma superficiali.*

An Commissarius Apostolicus possit augere censum, seu canonem.

DECIS. CVI.

PVlchra admodum, & frequēs est dubitatio illa, an Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidenti, possit augere canonem, seu censum. Ratio dubitandi erat, quòd
1 isti Commissarij non possunt excedere fines commissionis, c. cum dilecta, extra de rescript. & tex. est ad literam in c. per tuas, de arbitr. & in c. porrò, & ibi Gl. de priuil. Immo non solum est seruanda commissio, sed
2 qualitas commissionis, c. cùm venissent, & ibi Notabiliter Bald. de eo, qui mit. in poss. Cur. ad Alexan. in l. trāsactionis, C. de transact. Hinc est, quod sicut non valet actus factus
3 contra substantiam formæ commissionis, ita nec contra qualitatem, c. Pisanis, & ibi Abb. 4. notab. de rest. spol. qui tex. est singularis, secundum Bald. in c. 2. circa principium, de sent. & re iud. & Iason in l. curator, num. C. de procurat. Item omne, quod fit præter formam commissionis, est ipso iure nullum. l. item eos, §. sed si ita, ff. quod quisque vniuer. Viu. dec. 335. & seq. Hinc est, quod habens cō-
4 missionem ad acceptandum beneficium vigore vnius gratiæ, non potest acceptare ex alia secundum Roman. cons. 256. vnde cum in rescripto si in euidentem, Papa mandauit Commissariis interponi decretum super alienatione rei ecclesiæ pro canone ibidem expresso, videbatur propterea præfatos Commissarios non potuisse censum augere, excedendo fines eorum commissionis.

5 Verùm præfatis non obstantibus, mihi videtur contrarium in praxi posse teneri, prout ita fuit decisum in Rota Romana in vna Auximana prædij † coram Orano.

& facit decis. Seraph. 1308. per hæc verba (Commissarij excesserūt fines commissionis, cum auxerint canonem, quem Papa mandabat confirmari, quatenus in euidentem, quia processerunt legitimè confirmando simpliciter locationē eo modo, quo facta fuerat, deinde augentes canonem de partis consensu ad maiorem vtilitatem, quod facere potuerint, adidem facit decis. Rot. collect. à Farin. 191. vbi euidēter apparet posse Commissarios consensu partium augere canonem, seu censum.

6 Non obstant contraria, nam respondetur, & primo, quia quando commissio pinguius adimpletur, prout fecerunt Commissarij, non dicitur egredi commissionis formam, tex. notabilis in l. si quis mihi bona, §. penult. vers. quod si ex parte, ff. de acq. hæred. Alex. in l. puberem, C. de iure deliber. Ias. cit. l. si procurator, nu. 6. C. de procurat.

Secun-

Secundo respondetur, quod qui facit illud, quod est vicinum commissioni prout fuit factum in casu, in quo disputamus, non dicitur excessisse commissionem, tex. est notabilis in l. iam tamen, §. antepenult. ff. de iud. solu. verb. quasi iuxta mandatum, etsi non mandatum fuerit, per quem text. ita notat Glos. in capit. nullus 2. Glo. 61. dist. Abb. in cap. causas, 2. col. de re iud. & in cons. 169. col. 4. & facit Glos. in cap. innocens, verbo clementior, 22. q. 4. quæ dicit, quod non differt multum à commissione, non dicitur excessisse fines cõmissionis, vt tenuit alia Gloss. in capit. licet ego 8. q. 1. & facit tex. in cap. in causis, & ibi gl. ext. de elect. & in capit. post translationem, de renunciat.

Tertio respondetur, quod sufficit seruare commissionem in effectu, licet non in forma superficiali, tex. est in l. fin. ff. mandat. & Bald. in l. si quis mihi bona §. penult. ff. de acquir. hæredit.

SVMMARIVM.

1 *Commissio est stricti iuris, nec commissario excedenti fines, est parendum.*
2 *Commissarius super vna causa, de alia non potest cognoscere.*
3 *Rescriptum, siue priuilegium in dubio pro impetrante præsumitur.*
4 *Commissarius Apostolicus de surreptione assensus cognoscere potest.*
5 *Commissarius impetrantem ad expensas condemnare potest.*
6 *Commissarius abutentem Apostolico rescripto punire potest.*

An commissarius Apostolicus, committitur si in euidente possit cognoscere de validitate seu surreptione assensus.

DECIS. CVII.

HVic decisioni respondetur, & pro ratione dubitandi; primo facit, quod commissio est stricti iuris, & commissario excedenti fines,
1 impunè non paretur Gail. lib. 1. obseruat. 35. & commissarius super vna causa non potest cognoscere de a-
2 lia non comprehensa in rescripto Bart. in l. 2. C. si à non comp. Iud. & propterea rescripta commissionalia sunt strictè intelligenda 2. Magon. decis. 87. Rot. Flor. & Balb. decis. 131. vnde cum facultas cognoscendi de surreptione non videtur ei expresè concessa, propterea dicendum est non posse de illa cognoscere.
3 Secundo facit, quod in dubio præsumitur pro impetrante rescriptum siue priuilegium, & onus probandi contrarium incumbit ei contra quem rescriptum, seu priuilegiũ venit, Ripa in capit. cum M. Ferrariensis numero 7. de constit. de Franch. decis. 113. num. 4. Viuius dec. 60. per totum Corbu. de iur. emphyt. in titul. de caus. priuat. ob non solutionem canonis limit. 20. numero 10.

Verum præfatis nihil facientibus, contrarium est in praxi tenendum, quod scilicet possit commissarius cognoscere de surreptione assensus A-
4 postolici per text. expressum in clemen. 1 de rescrip. & in cap. cæterum eodem tit. & per tex. in cap. de cæterum vbi scribentes de sent. & re iudic. & est communis opinio 2. Panorm. in c. super literis numer. 31. de rescr. hinc est quod si assensus fuerit impetratus per mendacium, cognoscet commissarius 2. Gloss. in l. 2. C. si cont. ius vel vtilit publ.

Amplia nunc, & primo vt Præla-
5 tus commissarius possit etiam condemnare ad expensas dictum impetrantem cit. clem. 1. de rescr. Alex.

consilio 16.numero 4. volum. 1.Menoch.cons.304.volu.2. Monal. cons. 60.numero 3.& seq.vol.1.

6 Amplia secundo etiam, quoad abutentem rescripto Apostolico 2. Glos.in c. fin. verbo expensis de rescript. Bombin consilio 22. Henriq. consil.16.

SVMMARIVM.

1 *Euidens ecclesiæ vtilitas per testes, & legitimas probationes est probanda nec commissario asserenti credendum.*
2 *Stilus hodiernus in breui Apostolico.*
3 *Dictio siue aduerbium legitimè quid denotat.*
4 *Citatio partis requiritur, etiam si in commissione fuerit dictum, quod extraiudicialiter cognoscat, quæ opinio hodie non est vsu recepta.*
5 *Citatio, quando non requiritur, & quando testes non sunt examinandi.*
7 *Clausula vocatis vocandis quid importat.*

An Commissarius cui commissum est si in euidentem teneatur super euidenti vtilitate examinare testes & cit. partes.

DECIS. CVIII.

ABbas in consil. 41. libr. 1. tenet, quod non sequitur Felin. in c. ad nostram numero 3. & seq. de iureiur. Rodoan. in rub de caus.cogn. numero 17.& sequuta fuit Rota in vna lauden. bonorum 8. Iunij 1588.* coram Gipsio, nihilominus contraria opinio est verior, & iuri consona,
1 quod debeat euidenter constare de vtilitate ecclesiæ per testes, & alias legitimas probationes, & non credatur assertioni commissarij, alias alienatio iudicabitur nulla, ita voluit Rota bono. dec. 2. Petri de Benint. Rubi.dec.22. Crescēt.dec. 12. de priuileg. mouentur per text. in c.1.de re. eccl.non alien.in 6.in quo aderat instrumentum alienationis, & in ipso enūtiabatur vtilitas Ecclesiæ, & quia non probabatur fuit declarata nulla alienatio, sequitur Franch. & Bellamer. in clem. si vna de reb. eccles.
2 non alien. & hæc opinio suadetur, attento stilo hodierno quo in breui Apostolico ponitur clausula, si tibi
3 legitimè constiterit; quæ causæ cognitionem denotet, & partis citationem, iuxta veriorem opinionem Gl. in clem. præsenti de censibus & in clemen. multarum de pœnis Abb. in cap. sacro de sent. excomm. & in cap. conquerente de restit. spoliat. Felin. in cap. constiterit de accusat. & ita decidisse Rot. testatur in antiquis decis.32. de rescrip. Guid. Pap. decis.
4 70. quod amplia etiam si esset dictum quod extraiudicialiter se informet, quia non per hoc censetur sublata partis citatio Bellam. decis. 672.& decision.68. Ferret. consil. 82. Crescent.d.decis. 12. de priuileg. & fuit dictum in vna conchen. bonorum 13. Iunij 1591. coram Mantica. Contrariam opinionem tenuit Abb. consil. 41.volum. 4. Rota diuers. dec. 160. numero 8. parte 1. & ita fuit dictum in vna Lodiens. census 15. Ianuarij 1597. * coram Corduba. quæ opinio hodie practicatur.

5 Limita nunc conclusionem principalem, & 1. quando Papa derogat Paulinæ, & simpliciter committit vt se informet Rota diuers. decis 479. num. 2. & 716.num. 1. parte 1. & decis.160. numero 8. parte 2. & fuit dictum in causa Leodien. census 29. Ianuarij 1596. coram Orano, & 15. Ianuarij 1596. coram Corduba.

Limita 2. vt dixi alias, quando Pa-

pa

pa committeret vt extra iudicialiter se informet Abb.d.consilio 41.lib.4. Felin.cons.19.nu.13.& seq. Dec.cons. 99.Rota diuer.dec.160. num.8. part. 2. & idem Dec.in l.certum nu. 15. C. vnde cognat.

6 Sublimita præfatam limitationem, quando adesset clausula vocatis vocandis: quia tunc requiritur citatio c.exhibita vbi Abb.nu.6.ext.de iudic.Rot.dec.300. de rescr.in nouis Dec.consi.173.num.2.& Rot.in dicta Leodien. census 29. Ianuarij 1596. * coram Orano.

SVMMARIVM.

1 *Commissarius in breui si in euidentem non potest sententiam ferre mortuo Pontifice.*

2 *Intellectus cap. si super gratia de off. deleg.in 6.*

An Commissarius si in euidenti possit mortuo Papa ferre decretum.

DECIS. CIX.

PRo parte affirmatiua videtur dicendum, nempè potuisse Commissarios Pontifice mortuo ferre decretum, per tex.in c.si super gratia de off.deleg.in 6.vbi gratia non expirat per mortem Papæ; decis.Bellam.301. & Sayr.1.de priuileg.

1 Contrariam tamen, ac iuri consonam esse, testatur Balb. dec.29. ac secundum eam iudicasse Senatũ Chatalog.dicit Peguer.dec.128. pro qua etiam facit elegans text.in c. si cui §. secus de præben.in 6. vbi si de prouisione facienda certæ personæ fuerit collata potestas alicui executori, illa expirat omnino, si concedens re integra moriatur, & ita voluit pariter Rota dec.12.de off.deleg.Roman.in l.2.§.sed si quis ff.de don.Ias.in l.mere vers.circa rex.ff.de iurisd.omn.iud. Card.in c.petiisti.7. q.1. Fel.in c.relatum, vers.limita istam de off.deleg.

2 Non obstat tex.in c. si super gratia, quia procedit, quãdo gratia Summi Pontificis est iam perfecta, & datus merus executor, Bella. citat.dec. secus si adhibenda est causæ cognitio, quoniam si antequam adhibeatur, moriatur Pôtifex: expirat, ita tenet Bald.in l.fin.ff.de constitut.prin. col.1 vers. sed pone, quod princeps, Dec.in rub.de constit.nu.41.Præpos. in d.c.petiisti, Gemin. & Anch. in d. c.si super gratia, & in terminis decreti, si in euidentem, vt non possit expediri à commissarius ex dec.Peguer. cit.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij Apostolici quibus commissiones si in euidenti diriguntur, alteri vices suas demandare non possunt, & quare num.5.6.& 7.*

2 *Regula; delegatum Papæ, vel Principis, causas sibi commissas subdelegare posse, limitatur.*

3 *Commissio si in euidenti in primariis dignitatibus constitutis dirigitur, & quare.*

4 *Commissiones si in euidenti grauissimum continent negotium.*

5 *Clausula, quæ apponuntur in literis commissionis, ad hoc vt commissarius subdelegare non possit.*

An Commissarij Apostolici, quibus literæ si in euidenti diriguntur, vices suas alteri demandare possint.

DECIS. CX.

1 QVamuis enim regula sit, quod delegatus Papæ, vel Principis possit causas sibi commissas alteri

Digitized by Google

subdelegare, vt cōmuniter per DD. in cap. quoniam Apostolica de offic. deleg. & in l. à Iudice C. de iud. cum similibus, tamen in hac quæstione negatiuè est respondendum, vbi in delegatione apponuntur verba personalitatem exigētia delegati, & negotium, quod demandatur vtilitatem publicam præ se ferat aut causa grauissima censeatur, prout semper contingit in præfatis literis Apostolicis si in euidenti dirigi solitis ordinario, vel eius Vicario ac simul aliis in ecclesiasticis dignitatibus primariis constitutis, cum clausulis bene
3 iudicantibus, electam fuisse eius industriam personæ, & maximè propter vim præelectionis factæ à Sede Apostolic. de illis, prout animaduertit ex se circa prælectionem personæ factam à Summ. Pont. in literis Apostol. quibusdam directis, Guid. Pap. in d. capit. quoniam Apostolica sub num. 5.

Quod autem hæ litteræ grauissi-
4 mum negotium contineant, ac publicam vtilitatem, præ se ferant incolumnitati ecclesiæ consulendo, ne ipsius bona damnosè perdantur, omnibus notum est, & patet ex tot bullis, & extrauagant. super hoc editis, & ex tot constitutionibus grauissimas indicentibus pœnas malè alienantibus, adeò, vt ratione negotij grauissimi publicam vtilitatem respicientis commissarij præfati non valeant alteri vices suas demandare per
5 tex. in d. cap. quoniam §. 15. autem cui vbi latè Guid. Pap. de actu commisso publicam vtilitatem respiciente, qui subdelegari nequeat sub numero 7. Abb. sub numero 2. Buttic. numero 12. vers. 2. regula est, & numer. 15. & ex magnitudine ministerij com-
6 missi censeri electæ personæ industriam voluit Bald. ibi. sub numer. 5. & 7. Vant. de Nullit. iurisd. deleg. nu. 21. Ias. in l. more num. 65. ff. de iurisd. omn. iud. cum aliis, quos cumulat Menoch. de arbit. libr. 1. quæst. 54. & 68. & in tract. de præsump. qu. 21. nu. 4. Gratian. dec. 157. num. 11.

7 Multo minus subdelegare possunt, attenta forma mandati diligenter custodienda l. diligenter ff. mand. maximè, quod in dictis literis, plures adiiciuntur clausulæ, quibus electa censetur industria persona eius modi sunt (discretioni vel circumspectioni tuæ committimus) conscientiam vestram oneramus (per vos vel coram vobis) cum similibus, quibus clarè apparet istis delegatis negotium personaliter commissum, & sic eis fuisse inhibitam subdelegandi facultatem, communiter DD. notant in d. cap. quoniam Apostolica d. §. is autem & in l. inter artifices de solut. Crescent. decisi. 1. de off. deleg. Grat. d. decisi. 157. Ias. qui alios cumulat, ac dicit notandum in l. à iudice 12. limit. C. de iud.

Notabilia in materia Commissariorum Apostolicorum.

PRimo, si per Commissarios fuerit pronuntiatum pro euidenti vtilitate alienatio præsumitur vtilis ecclesiæ, donec contrarium probetur, Seraphin. in decis. 1125. & ratio est, quia in dubio præsumitur pro exequutoribus, vt inquit Abb. consi. 41. Dec. cons. 341. numer. 12. Capyc. dec. 16. numer. 4. & sæpissimè fuit in Rota resolutum, & signanter in vna Senogalliensi siluæ 13. Februarij 1580. coram Cotta.

Secūdo. Processus formatus à Cōmissario in alienatione rei Ecclesiæ non citata ipsa Ecclesia, est nullus ipso iure, Rot. in vna Aret. bonorū 19. Martij 1599. corā Illustr. Seraphino, vt patet in eius dec. 137. Egi. dec. 187.

Digitized by Google

Tertio. Siggatura iustitiæ non potest concedere licentiam alienandi bona Ecclesiæ, bene tamen potest Iudices Commissarios subrogare, vt fuit in Rota resolutum in vna Auximana prædij 13. Nouembris 1585. coram Orano, vt refert idem Seraphinus citata decis.

Quarto. Confirmatio Commissariorum alienationis rei Ecclesiæ contra formam rescripti Apostolici est nullius roboris, & momenti, Rot. in vna Papien. tenutæ de Magdalena, 17. Iunij 1596. coram Illustriss. Seraphino, vt patet in eius decision. 1195.

Quinto confirmatio commissariorum præsumitur ex lapsu temporis, verum per exhibitionem tituli inualidi cessat præfata præsumptio, Seraph. in dec. 1235.

Sexto. Defectus causæ alienationis reddit nullum ipso iure decretum Commissariorum, Ruin. in consil. 68. nu. 5. lib. Gemin. in cons. 48. nu. 9. & Seraph. in decis. 518.

Finis Tituli Commissariorum.

SEQVITVR TITVLVS LOCATIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Euidens vtilitas non solum requiritur in alienatione, verum etiam in locatione, & quare nu. 3.*

2 *Læsio in locatione quomodo probetur.*

Locatio bonorum ecclesiæ an valeat, si non constet de euidenti ecclesiæ vtilitate.

DECIS. CXI.

1 AD validitatem locationis rei ecclesiæ non sufficit, vt ecclesia non fuerit dãnificata, sed requiritur præterea, quod lucrum sentiat, cap. sine exceptione 12. qu. 2. Bellam. nu. 1. Gemin. num. 2. versic. in hac quæstione, Imol. in cap. ad aures numero 1. de reb. ecclesi. non alien. Anto. de Butr. in cap. ad nostram nu. 5. & sequen. de empt. & vendit. & ad probandam læsionem sufficit arti-
2 culare, quod ex locationibus præteritis ecclesia plus percipiebat, Iason. consi. 4. num. 7. & 16. vol. 1. Dec. cons. 142. num. 6. & fuit resolutum in vna Anchonitana locationis, & iterum
* in Romana Casalis Turricellæ 10. Martij 1578. * coram Cantuccio, & quod euidens vtilitas ita sit necessaria in locatione, sicut in alienatione tenuit Rota in vna Anchonita-
* na de Faundinis prim. Maij 1584. coram Bubalo, & Farinacc. decision. 25.

Cuius ratio est, quia locatio æqui-

Digitized by Google

pollet emptioni, seu alienationi l. 2. ff. locat. secundum quam rationem arguit pariter Balb. consil. 21. volu. 1. Menoch. cons. 21. vol. 7.

SVMMARIVM.

1 *Nouus Prælatus locationi prædecessoris stare tenetur quatuor concurrentibus manifestè, num. 3.*

2 *Successor non tenetur stare locationi, quando locatio est facta nomine proprio a prædecessore, & quare.*

4 *Successor locationi stare tenetur, quãdo prædecessor a Sum. Pont. locandi potestatem habuit, per quam plures annos, & in illo tempore conductorem a nemine, nec à successoribus esse molestandum.*

5 *Successor locationi stare tenetur per prædecessorẽ factæ, quando annus esset inchoatus, & res integra non esset.*

6 *Conductor locationi factæ per prædecessorem stare tenetur cum successore, quando annus etiam est cœptus.*

7 *Conductor perseuerare cum eisdem pactis initis cum prædecessore non tenetur cum successore.*

8 *Consuetudo vim habet, vt successor teneatur locationi facta per prædecessorem stare.*

An nouus Prælatus teneatur stare locationi factę per prędecessorem infra triennium.

DECIS. CXII.

1 Regulariter prælatus successor non tenetur stare locationi, vel conductioni prædecessoris, vt tenuit Cardin. Put. decision. 18. lib. 1. & 421. eodem libro Fran. March. decisi. 102. per tex. expressum in l. emptorem, C. locat. vbi nouus dominus non tenetur stare Colono.

Verum contraria opinio in praxi est magis recepta, & iuri consona, quam firmauit Summ. Siluestr. in verbo locatio num. 11. Franc. March. decisi. 196. num. 4. in fin. Abb. quæst. 3. num. 6. & seq. & in c. fin. ne prælat. vices suas, Rodoan. quæst. 57. numer. 53. versic. quia successor in beneficio, & latissimè eam defendit Caualcan. decisio. 44. parte 1. vbi à numero 23. vsque 41. quamplurimos D D. pro hac opinione allegat, ostenditque esse veram, & magis communem, & secundum eam pluries fuisse iudicatum in diuersis tribunalibus, atq; respondit omnibus contrariis; & secundum eandem refert decisum Martha decision. 110. & Guido Papa dec. 480.

Qui omnes intelligunt hanc vltimam sententiam tantummodo procedere, quatuor concurrentibus, scilicet, quod locatio fuerit facta nomine Ecclesiæ. Secundo, quod sit facta pro vtilitate Ecclesiæ. Tertio, quod pecunia sit conuersa in ecclesiæ vtilitatę. Quarto, quod interueniat authoritas superioris, vt de cõmuni, & magis communi testantur addent. ad Alban. consil. 108. post Bald. in d. l. emptorem numer. 9. versic. nunquid successor, C. locat. Mynsing. centur. 3. obser. 41. & Balb. decis. 29. & propterea quando locatio est
2 facta à Prælato nomine proprio successor non tenetur stare locationi, Bal. consi. 255. volumin. 1. Soc. consil. 34. numero 4. lib. 3. Rot. decisio. 1. de locat. in nouis, Mohed. dec. 271. in fine, & mouentur, quod in tali casu non potuerit prædecessor successorem obligare, ex quo actio personalis in eum non transit, vt intelligit Cardin. Put. dec. 181. lib. 1. Paris. decis. 192.

Animaduertendum tamen, quod de quatuor requisitis supradictis, debet

debet manifestè constare, alias non tenetur successor in beneficio stare colono, Rodoan. d. quæst. 57. nu. 81. vide [illegible] decisio, Menoch. cons. 4[illegible] vol. [illegible] Bursat. cons. 32. num 6. vol. 1. & cons. [illegible] num. 6. vol. 1. & Polidor. R[illegible] 115.

N[illegible] limita principalem conclusionem, & primo quando Summus Pontifex concederet licentiam locandi ad tot annos, & vt dicto tem-
4 pore durante, conductor à nemine, nec à successoribus in beneficio molestari possit, Mandos. de signatu. gratiæ titu. de indulto locandi, vers. supponentes, Carroce. de locat. par. 3. [illegible] n. & ad materiam vide Gr[illegible] 9[illegible] num. 2[illegible] Duen. reg. 24. num. 9. Valas. decis. 4[illegible] Guttier. libr. Canon. q. cap. [illegible] nu. 66.

5 Limita secundo, quando inchoatus esset annus, vel laboretium, & res non esset integra, puta si terræ fuissent satæ, vt fructus pendentes de proximo colligendi, Corn. con. 199. vol. [illegible] Menoch. consi. 181. vol. 2. quia tunc pro illo anno incepto successor in beneficio tenetur stare Colono, ita Franc. Marc. decisio. 196. par. 2. Caualcan. d. decis. 44. nu. 34. Cacheran. decis. [illegible] Balb. decis. 29.

Ampli[illegible] limitationem hanc, vt huiusmodi obligatio extendatur etiam
6 ad ipsum conductorem, scilicet, vt pro anno cepto non posset recedere a locatione, vt quia forte videret parum vtilitatis consequuturus. Francis. March. decis. 102. Caualcan. decisio 24.

7 Sublimita quoad hoc, vt conductor non possit perseuerare cum eisdem pactis initis cum prædecessore; verum vt tanquam colonus partiarius fructus anni cepti diuidat cum successore, Borgnin. decis. 44. nume. 2[illegible] vers. & pro illo anno, Ozas. decis. 8[illegible] Polid. Rip. d. obseru. 115.

Limita tertio existente consuetudine loci in contrarium, Franc. Marc. dec. 144. pa. 1. Carro. loco ci. concl. 14.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ absque requisitis, vltra triennium locari non potest, & idem est in prælato regulari. num. [illegible]*
3 *Re[illegible] alteri beneficiato in eadem ecclesia vita durante portionem obuentionum, vel fructuum suorum locare non potest, & quare.*
4 *Locatio vltra triennium valida, si adsit de consuetudine.*
5 *Locatio vltra triennium exigui valoris est valida, & quare.*

An res Ecclesiæ vltra triennium locari possit absque assensu Apostolico.

DECIS. CXIII.

Respondetur id omninò fieri posse, non adhibitis sollemnitatibus extrauag. Ambitiosæ de rebus eccl. non alien. & ita fuit resolutum in Rot. Rom. in vna Senen. prædij 8. 1
Octobris 1584. * coram Pamphilio, *
Berou. consi. 8. nu. 9. vol. 3. Balb. cons. 16. nu. 7. & seq. Plot. consi. 19. numer. 62. Dec. cons. 143. nu. 3. Vgolin. in tracta. de potestat. Episcopi cap. 14. §. 7. post num. 5. ex quibus videtur hodie correctam esse decisionem, gloss. in clem. 1. huius tit. vbi permittebatur locatio infra decennium, non vltra, quia tunc dicebatur ad longum tempus, secundum Boer. decisione 23.

Quam conclusionem amplia procedere, etiam in Prælato regulari, 2
Bursat. consil. 398. num. 16. vol. 1. Menoch. consi. 99. num. 7. & sequ. vol. 4. & Monald. cons. 16. volu. 1. & fuit re-

Digitized by Google

solutum in d. Sanen. Prædij 8. Octo-
* bris 1584. *coram Pamphilio.

3 Amplia, vt non possent duo beneficiati in eadem Ecclesia alter alteri locare (vita durante) portionem obuentionum, & fructuum suorum, quia esset species alienationis secundum Nauar. consi. 10. in nouis, de reb. eccl. non alien.

Nunc limita. & primo non procedere, quando adesset consuetudo in contrarium locandi, scilicet vltra
4 triennium, quia esset seruanda, pulchrè Paris. consi. 98. libr. 4. Macerat. lib. 2. var. resolut. c. 17. nu. 16. & sequ. Gamma dec. Lusitan. 388. in fine.

Limita secundo in locatione vltra
5 triennium exigui valoris, quia tex. in cap. terrulas 12. q. 2. procedit non solùm in alienatione, sed etiam in locatione, secundum Thoming. decisi. 23. & ita decisum refero Ego ipse in decision. Curiæ Archiepiscop. Neapol. dec. 22. Crot. consi. 96. nu. 14. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus, siue Rector antiquo tempore fructus siue beneficij commoditates pro toto vitæ suæ tempore locare poterat, non autem post extrauagantem Ambitiosæ, nu. seq. & 4.*

3 *Fructus beneficij sunt bona ecclesiastica.*

An beneficiatus possit ita disponere de fructibus, vt possit eos locare etiam ad longum tempus,

DECIS. CXIV.

ET quidem Abb. in capitu. fin. ne Præl. vices suas, num. 4. notat ex glos. 2. ibi, quod Rector Ecclesiæ potest locare fructus pro toto tempore vitæ suæ. Quæ tamen glos. reuera id non dicit, vt rectè animaduertit Anan. ibi nu. 7. subdens, quod illud fieri non possit, ex tex. & gl. in versi. eius in clem. 1. de reb. eccl. non alien. & sequitur Lopez in l. 9. titul. 17. par. glo. 1.

Vnde de iure antiquo vera videbatur dicta sententia Abbatis, quòd
1 Rector Ecclesiæ, seu beneficiatus posset locare fructus, seu commoditates sui beneficij pro toto tempore vitæ suæ, Siluest. in summa, versic. simonia, 14. & Tolet. lib. 5. capitu. 91. quamuis prædia, seu possessiones nō possent locari ad longum tempus, seu vltra nouem annos, quia esset alienatio, Lapus alleg. 30. in fine, & ibi Mandos. & alleg. 80. addit. 1. Couar. lib. 2. var. resol. c. 16. n. 1. Rodoan. rubr. 1. cap. 4. & rubr. 33. & fin. quæ. 6. Valasc. de iure emphyt. q. 29. Mol. de primog. lib. 1. c. 21. numero 15. Garf. de expens. cap. 14. nu. 1. Et est receptissima sententia, vt per Consal. libro 2. var. resol. qu. 29. licet ipse contra teneat. Difficultas est quid hodie dicendum sit, stante extrauagante ambitiosæ, quæ omnium rerum ecclesiasticarum vltra triennium prohibet locatio.

2 In quamulti tenent, dictam extrauagantem habere locum in locationibus bonorum, non autem in locationibus fructuum, & reddituum, ita quidem, vt ipsa res, seu prædia prohibeat locare, non verò fructus, & redditus ecclesiasticos ad aliquod beneficium pertinentes, ita Couarr. lib. 2. var. resol. c. 16. num. 6. Rodoan. d. q. 6. §. vlt. num. 4. Carroc. part. 3. tit. de reb. eccl. loc. num. 51. Graff. decisi. 9. casuum conscientiæ, lib. 4. cap. 24. num. 20.

Et Auendanus de exequ. mand. 1. p. cap. num. 42. ait dictam extrauag. loqui

Digitize

loqui de bonis ecclesiarum, non tamen de bonis ad clericos pertinentibus, & beneficia non esse bona ecclesiastica, & Mol. de lib. 1. Hisp. p.1.negen.top.21. nu.27. tenet posse beneficiatum locare vltra triennium non tamen ad longum tempus res beneficij, & etiam ad vitam fructus, seu commoditates beneficij, sed non meminit de dicta extrauag.& sequitur Mol. de contract. 2. tom. disp. 46. qui postea agit de dicta extrauagan. non tamen tangit hanc difficultatem de locatione fructuum.

Verius tamen est, quòd dicta extrauag. non solum habeat locum in locationibus rerum, & bonorum, seu prædiorum beneficij, vel ecclesiæ, sed etiam in locationibus fructuum, quod probatur ex illis verbis, OMNIVM RERVM ET BONORVM ECCLESIASTICORVM, nam & fructus beneficij, seu ecclesiæ, sunt res, & bona ecclesia-
3 stica, cum ab ecclesia prouenjant, suntque eius ministris assignata propter diuinū ministerium, quidquid Auend.sup.malè, & perperam dicat non esse bona ecclesiastica.

Et hanc sententiam tenet Rebuf. in c.extirpandæ, §.qui verò 7.dist.de præb.Boer. dec. 224. Gamma decis. 156.Mendos.de signat.gratiæ,titu.de indulto locandi redditus beneficij, Alex.Stiag.in dicta extrauag. Ambitiosæ, nu.6.& 61.in fine, Nauarr. in manuali c. 25. nu. 137. & in consil.11. de rebus eccl. Gutiarez lib. 1. canonicarum quæstionum, c. 8. num.15. quem sequitur Zenedo in coll. 76. ad decret.nu.3.& col. 32. ad sextum, nu.30 Ricard. in rub. instit. de locatione,nu.5.Philirc.de off. Sacer. 2.p. lib.4.c.22. Graff. sibi contrarius lib. 3.cap.4.nu. 7. Arm.verb.locatio, nu. 5.Rodriq.in sum.1.tom. cap. 18. nu.5. Vegha in summa 1.parte cap.36.casu 40.Tol. in summa lib.5.c.91. Solis de cens.lib.2.cap.3.num. 1. Cordua in summa q. 10. Lopez in Instructorio conscientiæ, 1.tomo, c.1.&c in Instructorio negotiantium, cap. 2. lib.3. Quintanaduen. lib.2.num. vbi ait, quod multi ad fructus extēdant dictam extrauag. licet num. dicat, placere nonnullis rerum ecclesiæ, non fructuum locationem in bene esse prohibitam.

Et Flores in addit.ad Gam. decis. 156. ait, istam sententiam de rigore veram esse, licet in praxi dicat, non seruari, sed magis practicari, ait Zauallus q.199.dicens, quamlibet opinionem esse probabilem, & ita passim seruari in praxi.

Et iuxta hanc opinionem Rota Rom.in vna commēdæ locationum * 5.Martij * 1600. iudicauit, quod si-
4 cuti bona ecclesiæ non possunt locari vltra triennium, ita nec fructus, & locationem pro longiori tempore factam, vt sub beneplacito Apostolicæ Sedis, ante illud obtentum, potest Prælatus, vel locator reuocare; vnde sequitur fructus pensionis ecclesiasticæ non posse vendi, aut locari vltra tres annos, ex d. extrauag. Ambitiosæ, vt in terminis consuluit Nauar.d.cons. 11. de rebus eccl. non alien.& ego consultus respondi.

SVMMARIVM.

1 *Prædia vltra trienniū locari possunt, quæ fructus quolibet triennio reddant.*
2 *Extrauagans Ambitiosæ, de quibus loquitur rebus.*
3 *Locatio rei ecclesiæ per sex annos, vel nouennium aliquando fieri potest.*
4 *Emphyteuta non soluens canonem rei ecclesiæ per quinquēnium, quæ quolibet triennio fructus reddit, non cadit à iure suo.*

Digitized by Google

5 *Silua cedua ecclesiæ vltra triennium locari potest.*

An si ex prædiis ecclesię quolibet triennio fructus colliguntur, possunt vltra triennium locari.

DECIS. CXV.

1 RE spondetur affirmatiuè ex doctrina Barbatij in rub. de rebus eccl. non alien. nu. 9. & seq. Nauar. in comment. de rebus eccl. nu. 21. Couarr. qui comprobat lib. 2. variar. resol. cap. 16. Guttier. lib. 1. canonic. quæst. cap. 7. nu. 12. & seq. Alex. Rauden. dec. 22. Arismin. Tepat. lib. iuris sentent. verbo locatio, Vgolin. de potest. Episcopi. c. 14. §. 7. post nu 12. Lessius de iust. & iure. lib. 2 cap. 24. dub. 2. qui referunt extrauag. Ambitiosæ loqui de rebus, quæ quotannis
2 dant fructum, vnde si aliqua res solum alternatim fructus redderet, poterit locari ad sexennium, si ter-
3 tio quoque anno duntaxat poterit ad nouennium, quia primum triennium æquiualet vnico anno, & ita secundum, & tertium.

Quam Conclusionem amplia in emphyteuta rei, quæ non fructificat nisi tertio quoque anno, vt non
4 deuoluatur ecclesiæ, si non soluerit per quinquennium, neque per octo annos, si non soluerit laico, iuxta terminos cap. potuit, de locat & l. 2. C. de iure emph. & voluit Bald. cons. 991. num. 16. vol. 3. & cons. 17. numer. 4. vol. 1. Iason. in Auth. qui rem, vbi post eum Alex. num. 10. C. de sacrosanct. eccl. Hippol. sing. 409.

Quare silua cedua ecclesiæ hac ratione locari poterit, non tamen anticipatis solutionibus fieri poterit, iuxta dispositionem Conc. Trident. sess. 25. cap. 2. de reformat. quoniam fieret præiudicium successori secundum Vgolin. loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus in locatione vltra triennium rei ecclesiæ solitæ locari non requiritur, & quando requiratur in hoc casu num. 2.*

3 *Res ecclesiæ solita locari, si est incorporata, non potest absque sollemnitatibus vltra triennium locari.*

4 *Res ecclesiæ solita locari vltra triennium duobus de modis cognoscitur.*

An in locatione vltra trienniū res Ecclesiæ solitæ locari assensus requiratur Apostolicus.

DECIS. CXVI.

RE spondetur in præfata locatio-
1 ne assensum minimè requiri ex consilio Ploti 22. & 19. num. 62. & Dec. cons. 142. num. 3. & fuit resolutum in Rota in causa Senens prædij 8. Octobris 1574. * coram Pamphi-
* lio, quam conclusionem limita.

Primo, vt non procedat, quando
2 non adest eadem causa concessionis, siquidem res ecclesiæ solita locari, tunc demum sine sollemnitatibus locari potest, quando adest eadem causa concessionis, alias secus, Abb. in cap. vt super, num. 11. vers. ego crederem, de reb. eccl non alien. Curt. iun. de feud. par. 2. q. 1. nu. 10. Rebuff. de alien. rei eccl. num. 35. Menoch. consil. 25. numero 6. volu. 1. Bursat. cons. 16. nu. 3. & seq. volum. 1. & fuit latè dictum, at resolutum in Rota Rom. in vna Mediolan. bonorum
* 23. Ianuarij 1593. * coram Orano.
3 Limita secundo, quando res ecclesiæ solita locari, esset incorporata ecclesiæ, quia tunc non poterit absque sollemnitatibus locari, Card. in

c. 2.

Digitized by Google

c.2.qu.1.de feud.Guido Pap.decisio. 114.Garz.decisi.99.Mantic. conf. 26. num.11.& seq.Berret.cons.11.numer. 12.Curtium.de feud.par.2.q.1.nu.10. Ro.Ioan.de reb.eccl. non alien. q.13. & vide in eadem Mediolan. bonorum 23. Ianuarij 1593. quando autem dicatur facta incorporatio.vide Anchanan.consi.156.Menoch.consi.79.n. & seq.Clar.in §.feudum,qu.13.num. 3.& seq.& Berret.cit.consil.11. num. 12.& seq.

Sed quæstionis est quando dicatur res solita locari,vltra Dec.consil. 141.nu.4.& in Auth. qui rem. num. 20.C.de sacrosanct.eccles.Mol.disp. 468.num.20.Crescent.dec.1.de consuetud.vide decisio.Rotæ Seraphini 434.quam placuit hic ad verbum referre.

Domini resoluerũt, quod ad hoc vt concessio castri,de qua agitur, facta sine sollemnitatibus teneat, tanquam de re solita locari, vnum ex duobus requiritur, vel quod præce-
4 dat vna locatio sollemnis, & valida, & illicò dicitur res locari solita nec cursus temporis requiritur, vel hac deficiente, adsint duæ locationes cũ cursu 40.annorum, Præpos. in cap.1. num.21.cum sequ. qui feudum dare possunt,Alex.consil.9.nu.3.volum.4. Iacob. de Sancto Georgio de feud. vers.feudorum, nu.39. Iaso.consi.155. qui de communi vers. quarto facit, lib.1. eandem communem dicit Seisel.in specul.feud.fol.171. cum sequ. & fol.185. nec obstat, quod ex cursu temporis præsumuntur sollemnitates, quia hoc non potest procedere in terminis huius decisionis , alias redderetur falsa communis opinio. An verò probentur tales duæ concessiones cum cursu 40.annorum in casu, de quo agitur, erit videndum. hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei ecclesiæ facta vltra triennium per triennium valet.*

2 *Emphyteusis concessa vltra tempus à iure permissum, quoad tempus non prohibitum tenet.*

3 *Donatio facta vltra quingentos aureos non est valida sed firma remanet pro summa à iure permissa.*

4 *Vtile in separabilibus non vitiatur per inutile.*

5 *Indulgentiæ concessio per Episcopum vltra tempus sibi permissum, non tenet sed est valida pro statuto tempore.*

6 *Locatio vltra triennium non est valida etiam pro triennio, & ita in praxi.*

An locatio rei ecclesiæ in plures annos,valeat saltem quoad tres annos.

DECIS. CXVII.

IN hac decisione vt ordinatè procedam , duas reperio principales
1 opiniones.

Prima fuit illorũ,qui asseruerunt, præfatam locationem validam esse quoad triẽnium , & isti fuerunt Carroc.de locat.par.3.conclu.9.num.97. post Lap.alleg. 80. Mol. de primog. Hisp.lib.1.cap.21.Aquil.in l.1.§.sed si mihi num.34.cum multis sequent.ff. de verbor.oblig. Calcan. consil.124. col.penult.& Monal.cons.112. vol.2. & secundum hanc opinionem refert Senatum Lusitanum iudicasse Gam. dec.87.

2 Mouetur primo,quia emphyteusis concessa vltra tempus à iure permissum,quamuis non valeat, quoad totum illud tempus à concedente permissum , valet quoad tempus à iure statutũ , secundum Bal. in auth. qui rem,C.de sacrosanct.eccl. Castr.

in auth. si quas ruinas, C. eod. Alex. consf.38. vol.2. Bald. consf.327. volu. 3. Clarus in §. emphyteusis, q. 6. versic. sciat tamen. & in §. feudum, q.13. ver. sed quid si alter, & est communis opinio; secundum Iaf. & Dec. in auth. qui rem, C. de sacrosanct. eccl. quam sequuntur omnes relati à Tiraquello lib. de retract. par. vlt. num.144.

3 Secundo, quia donatio facta absque insinuatione vltra quingentos aureos, in excessu solum vitiatur, & firma remanet in summa à iure permissa l. sancimus, & l. penult. Cod. de donat. Bald. consf.339. vol.3. Iaf. cit. h.t. §. sed si mihi, nu.7. & seq. ff. de verb. oblig.

4 Tertio, quia in separabilibus vtile non vitiatur per inutile, d. l.1. §. sed si mihi, ff. de verb. oblig. & in cap. vtile, de reg. iur.

5 Quarto, quia concessio indulgentiarum facta per Episcopum vltra tempus sibi permissum, licet fuerit nulla in tempore illo, erit tamen valida infra illud, cap. indulgentiæ, de pœnit. lib.6.

6 Altera fuit opinio contraria primæ, locationem scilicet esse nullam, etiam pro triennio, ac extrauagans Ambitiosæ, annullare contractum locationis in totum, & hanc opinionem tenuerunt Couar. lib.2. var. resolut. c.16. Anna sing.327. Rodoan. q. 58. Moli. de contract. q. 66. & 77. Alban. dec.107. Tiraq. de retract. ligna. §.23. glo. nu.12. & hæc opinio est magis recepta, & iuri consona, & propterea in praxi sequenda, & secundū eam fuit decisum in Curia Romana in vna locationis Brixiens. 5. Decembris 1594. * coram Pegna, & iterum in vna Pamphilon. 20. Martij 1600. in vna Comensis locationis 20. Martij 1600. * coram Pamphilio, & sæpius in aliis causis, & secundum eandem opinionem iudicauit Consil. Neapol. refert Affl. dec.107. in causa Domini Motiæ.

SVMMARIVM.

1 *Locatio de biennio in biennium facta, quoad usque vixerit est nulla, & contrahentes pœna extrauag. sunt affecti, & quare nu.5.*

2 *Vita hominis tempus non habet determinatum.*

3 *Aetas, complexio, & quod peius, peccata mortem accelerant.*

4 *Sexagenarius dicitur decrepitus.*

An locationis instrumentum de biennio in biennium vsque conductor vixerit, sit nullum in vim extrauagan. Pauli II.

DECIS. CXVIII.

1 IN præsenti dubitatione respondeo cū decisione Thomæ Triuif. Rot. Venet.21. par.1. vbi refert per illam Rotam tentum fuisse præfatum locationis instrumentum fuisse nullum, & proinde subintrare pœnas extrauag. Ambitiosæ de reb. eccl. non alien. quæ extrauag. annullat quoscunque contractus, nempe emphyteusim, locationes ad longum tempus, id est vltra triennium duraturas.

Nec obstat, quæ pro contraria adducebantur parte, scilicet, quod huiusmodi locatio non dicatur ad longum tempus facta ob id præcipuè, quia est duratura, quousque conductor vixerit, & quia vita ipsius conductoris non habet tempus determinatum, nam mors non habet dié, 2 & horam limitatam, nisi quoad Deum, nam aut ob ætatem, vel complexionem, seu ob peccata nostra mors

Digitized by Google

mors citius præſumitur Gloſ. in cap.
3 qua fronte verſic. decedat de Appellat. capit. qualiter 2. de Accuſat. nec poterat maximè dici ad lógum tempus in caſu à Triuiſ. adducto ob id, quòd conductor tempore prædictæ locationis erat ſexagenarius, & vltra; & ſic in ætate decrepita, prout conſuluit Crauet. conſilio 188. numer. 2. volum. 1. Riminal. conſil. 229. volum. 2. Ruin. conſil. 92. numer. 10. volum. 4. & conſilio 141. num. 18. vol. 5. & alij quos cumulat Borgnin. in add. ad deciſ. 145. Verum præfatis non obſtantibus contrarium fuit ibi deciſum, quam ego pariter in praxi ſequutus ſum, & quod locatio tali modo facta ſit nulla, & dicatur ad longum tempus, voluerunt Lauden. in Rubr. ff. de Rei vendic. Soc. iun. con-
4 ſil. 63. numero 11. volum. 2. Dec. conſilio 204. numero 5. Pinell. in l. 1. part. 3. numero 63. Cod. de bon. mat.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiæ ſolita locari ad modicum, ſi vltra tempus à iure permiſſum locetur in totum eſt inualida.*

2 *Rei eccleſiæ vltra tẽpus a iure permiſſum locatio, in totum vitiatur, ſi vnica erit penſionis ſolutio.*

3 *Clauſula (nõ alias aliter, nec alio modo) ſi adeſt inſtrumento rei Eccleſiæ alienatæ nihil operat, ſed contractus in totum erit nullus ſi beneplacitum non fuerit obtentum.*

4 *Res eccleſiæ ſolita cõcedi in emphyteuſim vſque ad tertiam generationem ſi vltra concedatur, conceſſio eſt valida vſque ad tertiam, ſecus autem quoad reliquas.*

An res eccleſiæ ſolita locari ad modicum tempus, ſi locetur ad longum tempus, vel vltra à iure permiſſum vitiatur in totum.

DECIS. CXIX.

RESpondeo ex Bartol. in auth. qui rem numer. 7. vbi Iaſon num. 2. & 22. qui aſſerunt præfatam locationem in totum vitiari, idem Bartol. conſil. 159. numer. 4. ver. 4. eſt videndum volum. 1. Bald. conſil. 339. num. 6. volumin. 2. Lapus alleg. 80. vbi addent. lit. N. Alex. conſil. 17. numer. 10. volum. 4. Calcan. conſi. 125. numero 22. verſic. in contrarium eſt veritas. Curt. Iunior de feud. part. 2. quæſt. 6. num. 13. Probus ad Monach. num. 2. vt ſup. Molina de Primog. Hiſpan. lib. 1. capit. 2. num. 28. Couar. libro 2. variar. reſol. cap. 16. ſub num. 5. & Alciat. conſilio 25. num. 6. & ſeq. & fuit reſolutum in vna Brixienſ. locationis 5. Decembris 1594. * coram Pegna, & in eadem 17. Maij 1595. & in vna ſpolij Montis Felicij 18. Martij 1596. *
* coram Orano.

Præſertim ſi conſtet contrahen-
1 tes pro minori tempore non fuiſſe contracturos Bar. conſ. 159. numer. 8. volum. 1. Lapus d. alleg. 80. ſub num. 3. poſt med. verſ. nam conductor, Aretin. in l. quod dicitur la 2. num. 9. vbi alij ff. de verb. oblig. Socc. in l. 1. §. ſed ſi mihi numero 9. ver. nona concluſio ff. eod. Bald. conſilio 22. vol. 1. Burſat. conſil. 16. numer. 3. volum. 1. Alexand. in d. §. ſed ſi mihi numero 5. & conſil. 17. numer. 10. verſic. 3. vol. 1. Modern. in Conſuetud. Pariſ. tit. 1. quæſt. 41. numero 46. Couar. libro 2. variar. reſol. cap. 16. num. 5. verſic. ſed primæua, & latè fuit dictum in vna locationis 21. Maij 1595. * coram
* Blanchetto.

Intellige ſecundo ſi pro toto
2 tempore fieret ſub vna penſione, quia in totum vitiatur, nec valet pro

tempore permisso Bald. consil. 475. num.58.volum.1. post tex.in l. si plura ff.de ædilit. edict. Tiraqu. de retract.lignag.§.23.Glos.1.num.5.versi. ex iis etiam, & fuit dictum in causa Melfiens. & Rapolen. fructuum 19. Ianuarij,& 9.Februarij 1582.† coram Cantuccio,vt habetur in dec.diuers. 709.nu.6.parte 1.

3 Et idem procedere dicunt in alienatione, vbi fuit reseruatus assensus Apostolicus cum clausula, non alias aliter, nec alio modo, quia non obtento beneplacito in totum vitiatur ad Glos. in l. si quidem vbi Bald. & Salic. Cod. de except. & idem Bald. consil.21.numero 6.& seq.volu.1.& fuit dictum in Rota in vna locationis Romana 2. Maij 1593. * coram Blanchetto.

Hæc autem, quæ de locatione diximus,minimè in concessione inemphyteusim procedunt,si quidem res
4 ecclesiæ solita concedi in emphyteusim in tertiam generationem, si concedatur vltra tres, valet concessio,vsque ad tertiam, licet quoad reliquas sit nulla Castrens. in Authen. qui Rem.in fin.vbi Det.numero 22. qui testatur communem,& Cagnol. numero 60.qui dicit communiorem C.de sacrosanct.Eccles.Curt.Iun. de feud.parte 2. q.6. numero 11.Moder. Paris.§.42.par.10.num.43.vbi pariter de communi testatur,& fuit in Rota resolutum in causa Vlisbonens.2.Iunij 167. † coram Sarmiento. Tiraqu. de retract.lignag.§.29.gl.1.num.12.& de retract.conuent. in fine num. 145. & seq. Idcirco non obstat contraria opinio, quam tradunt Angel. in §. emphyteusim num.17.in Authen.de non alien.Ias.in Auth. qui rem num. 21.ver.ego teneo C.de sacr. sanct.eccles.Couar.libr.2.var.resol.cap.16.n. 5.circa medium versic. ego profecto per tex. in §. si vero etiam, & per §. emphyteusim in Auth. de non alien. Tiraq.de retract.lignag.§.23.Gloss.1. num.13.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad longum tempus appellatione alienationis rerum Ecclesiæ continetur,& quare.nu.seq.*

3 *Locatio ad longum tempus effectum inualidationis, non autem incursionis pœnæ producit.*

An alienatio ad longum tempus appellatione alienationis rerum Ecclesiæ contineatur.

DECIS. CXX.

1 Breuiter est pro affirmatiua concludendum, sic eleganter notatur in l. codicillis §. institutio ff. de leg.2.& in clem.1.de reb. eccles. non alien. Affl.decisi.107.nu.2.& 4.Boer. decis.224.Borgnin.decisio.1. de contract. Triuis.dec.22.par.1.Gabal.milleloq. 160. Ratio duplex assignatur,
2 prima quia per locationem ad longum tempus constituerit, ius in re, quemadmodum per alienationem, Bellam.decis.747.& latè Couar. lib. 2.variar.resolu. cap.16.numero 1.Secunda est ratio, quia in locatione ad longum tempus, vel ad vitam eædem sollemnitates requiruntur in bonis ecclesiasticis,quæ requiruntur in alienatione Papon.lib.1.tit.13. Arrest.4.

3 Suprapositam conclusionem singulariter limita, & sic illam intelligi procedere ad effectum invalidationis locationis, scilicet,vt contractus sit ab initio nullus, secus tamen quoad effectum incursus pœnarum, quoniam taliter affectantes, seu locato-

ciatores excusantur, nec incidunt in censuras. Calder. in cap. cum contingat de iureiuran. Couar. vbi sup. nume. 3. & seq. & fuit latè discussum in Rota Romana in vna Rauennaten. domus 2. Aprilis 1546. coram Cantuccio. & in propriis terminis facit decisio Rot. 26. par. 2. diuers.

SVMMARIVM.

1 *Vtile per inutile quoad separabilia nō vitiatur, & sic locatio facta vltra triennium secundum hanc opinionem per tres annos est valida.*

2 *Tempus permissum à prohibito separatur.*

3 *Donatio excedens quingentos solidos in excessu tantum vitiatur.*

An locatio facta vltra triennium, rerum ecclesiæ, sit in totum nulla, an vero sustineatur per triennium.

DECIS. CXXI.

IN hac decisione variæ sunt sententiæ: prima est valere pro tempore permisso tantummodo, & hanc tenet Bald. in Authen. si quas ruinas n. 2. capit. de sacros. eccles. Castrens. in Auth. qui rem numero 7. & Dec. numero 23. qui dicit esse communem, & ab ea non recedendum. Tiraq. de retractu conuentio. in fine numer. 144. Iul. Clar. §. emphyteosis quæst. 6. nume. 2. & §. feudum quæst. 13. in fin. Dicens veriorem, & magis commun. Gamma decis. vlt. num. 3. Molin. de Hispan. primogenitis lib. 1. capit. 21. nu. 28. Carroc. d. p. tit. 3. de reb. eccles. locand. num. 444. Ioann. Gutierez can. 4. lib. 2. c. 13. Zauallus q. 199. num. 15. Marcus Antonius Genuen. in prax. Archiepiscopali curiæ Neap. ca. 73. nu. 10. & Paulus Molina sup. disp. 467. & alij per eos relat.

Et hanc sententiam frequentiori calculo receptam dicit Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 16. num. 7. & magis communem, & in praxi seruandam Thores in addit. ad Gamma decis. 156. licet secundum rigorem d. extrauagantis, & in puncto iuris verius credat in totum vitiari.

1 Quæ fundantur primo ex eo quod in separabilibus vtile per inutile non vitiatur reg. vtile libro 6. & l. 1. §. sed mihi ff. de verb. oblig. & in proposito tempus permissum separari potest à proposito. Secundo ex l. sancimus, & l. penult. C. de donat. vbi donatio excedens quingentos solidos non vitiatur, nisi in excessu. Tertio ex Auth. de non alien. §. quod autem in fine. intelligitur tamen ista sententia vt non procedatur in locatione ad vitam; vel ad longum tempus. Couarr. vers. eadem ratione vterque Molina, & Guttier. nu. 5. sup.

2

3

Secunda principalis sententia est, prædictam locationem in totum nullam esse, & omnino vitiari, & hanc tenet Bart. in d. auth. qui rem num. 7. & in consil. 159. num. 8. libr. 1. Lapus alleg. 80. vbi Mandos. in vlt. apostilla. Ias. in l. 1. §. si quis ita ff. de verb. oblig. & in auth. qui rem num. 21. & in l. 2. numero 169. cap. de iure emphyteu. Ripa in d. §. si quis ita nume. 32. Proband. Monachum in c. vlt. nume. 2. de pœnit. in 6. Affl. decis. 107. Couar. d. num. 5. Rodoan. d. q. 6. §. item ex permissis addicto numer. 22. Quintanaduen. d. lib. 2. nume. 61. & Graff. lib. 4. c. 24. num. 20.

Et tenuit Rota in vna Romana deuolutionis quarto Februar. 1583. † coram de Rubeis, & iterum in vna Placentina decimar. 2. Iunij 1586. † coram Bubalo, & iterum in vna Brixien. locationis 5. Decembris 1594. †

Digitized by Google

coram Pegna in qua fuit resolutum locationem bonorũ cuiusdam præpositurae factæ vltra triennium, in tum vitiari & cum Rota teneat istam sententiam potest dici iam magis communis, cum Rota per se faciat communem opinionem Sarnensis procem. reg.cancell. quæst. 2 vers.4.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non alienare bona ecclesiæ auditur postea contraueniens.*
2 *Nemo debet ex proprio delicto commodum, & pœnam reportare.*
3 *Extrauagans ambitiosæ inducit priuationem beneficiorum ipso facto.*
4 *Extrauagans ambitiosæ est prohibitiua, & obligat etiam ad mortale.*
5 *Extrauagans ambitiosæ non est vsu recepta, quoad pœnas extrinsecas.*

An locatio benefitij facta vltra triennium cum iuramento ab ipso beneficiato præstito de non contraueniendo firmetur iuramento in præiudicium ipsius, ita quod non possit contrauenire.

DECIS. CXXII.

ET videtur quod sic ex decisione Mohedani 9. de locat. & Mandos.ad Roman.cons.369.cit. 11. & ex doctrina Alexand. Stratici in repetitione extrauagant.ambitiosæ num. 69.& 70. Motteus de contractibus titul.9.num.3.dicunt, quod licet ille, qui malè alienauit bona ecclesiæ cum iuramento de non contraueniendo audiatur volens ea recuperare nomine Ecclesiæ, & ad ipsius ecclesiæ commodum, vt per Glos. quam DD. sequuntur in cap. si quis presbyterorum de rebus Ecclesiæ non alienandis,& tenuit Rota, teste Crescentio in decis. 1.de iur.iurand. ad commodum tamen ipsius alienantis non sit admittendus,ita quod esset priuandus commodo alias ad ipsum peruentuto ex talibus bonis, stante regula iuris, quod quis ex suo
2 delicto non debet pœnam; & commodum reportare l. Relegatorum, ff.de interdictis,& releg. l.siue hæreditaria in fi.ff.de neg.gest.
3 Sed quod magis vrget, est,quod per d. extrauagantem beneficiati ipso facto priuantur beneficiis, quorum res, & bona alienata, & sic etiam si non iurassent, non videntur posse sibi repetere res vltra triennium locatas.

Nihilominus tamen verius videtur præfatam locationem non firmari iuramento, & in præiudicium beneficiati,& eo non obstante posse contraueniri,ratio est quòd d. extra-
4 uagans est prohibitiua, & obligat ad peccatum etiam mortale, vt patet ex ipsis verbis prohibitiuis,vt ex pœna commissionis, & aliis ipso facto impositis, & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, capit. quinta vallis, vbi plenè per Scribentes de iur. iurando cap. 1.eodem tit. in 6. nec est obligatorium contra bonos mores præstitum, cap.non est obligatorium de regul. iur.in sexto, latè Bart.in l.si quis pro eo, ff.de fideiussorib.Panor.& reliqui in c.cum contingat citato tit. de iur. iurando.

Et in propriis terminis,quod præfatus beneficiatus non ligetur iuramento, quo minus valeat contrauenire executioni vltra triennium factæ,voluerunt Bero.cons.92.num.1. 2. & 10.volum.1.Alexand.consil. 29. Monald.consilio 150.volum. 2 Cordub. Theologicarum quæstionum quæst.103. Garzias in tractat. de beneficiis

Digitized by

neficiis 2. par. num. 84. & seq. facit quod voluit Rota decis. 26. num. 2. par. 2. diuersorum, vbi Prælatus iurans non locare res ecclesiæ, si illas locat ad longum tempus non incurrit in pœnam periurij, vt voluit etiam additio ad Mohed. cit. decis. 9.

Non obstant contraria, nam respondetur, quod supradicta extrauagans sit in nonnullis locis recepta quoad dispositionem principalem, & nullitatem alienationis, & locationis. Tamen quoad pœnam extrinsecam maximè priuationis beneficiorum non videtur recepta, vt per Nauar. in Manua. cap. 25. numer. 150. Salzed. ad Diaz. c. 71. Guttier. li. 1. Canonicarum quæstionum capit. 8. nu. 9. Molina de contractib. disput. 466. Tolet. li. 5. c. 3. vnde cum pœna priuationis non sit recepta, & ex alia parte talis prohibitio locationis sit inducta in fauorem Ecclesiarum, & earum ministrorum, vt patet ex prooemio dictæ extrauagantis, propterea rectè poterit beneficiatus cōtrauenire ex doctrina Pauli de Castro in l. filius fa. nu. 2. & 4. ff. de legat. primo, Molin. de Hisp. primogenit. li. 4. c. 1. num. 20. & seq. Gutt. lib. 3. practicarum quæstionũm. c. 41. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Locationes facta de bonis Ecclesiasticis solutionib. anticipatis successori non praiudicant.*

2 *Locatio iurisdictionis Ecclesiastica, vel facultatum Vicarios nominandi est inualida, & simoniaca.*

3 *Locatio Ecclesia omnium bonorum, cum facultate beneficia conferendi est valida, & non simoniaca pro pretio aureorum bis mille: probato, quod si absque facultate conferendi bona pro eodem pretio arrendata sint.*

4 *Locationes facta ad longum tempus à triginta annis citra sunt annullata.*

Quæ sint innouata in materia locationis per Sacrum Concilium Tridentinum.

DECIS. CXXIII.

Nonnulla, vt patet in sess. 25. cap. magnam de reformatio. cap. 11. & primo locationes factæ de bonis Ecclesiasticis, anticipatis solutionibus, nam nullatenus sunt validæ 1 in præiudicium successorum. Bene tamen allicit locatori, vt fuisse in Rota decisum testatur Moheda decis. 8. de confirmat. vtil. vel inutil. Rodoan. qu. 6. prope finem num. 53. Carrocc. par. 3. de locat. conclus. 20. num. 75. quod ampliatur procedere etiam si percepisset pensiones, Bald. in cap. si quis nu. 3. qui success. feud. tenean. Rebuff. in compen. alienat. nu. 18. & iuxta hanc opinionem refert fuisse iudicatum, Cornaz. Rot. Lucens. decis. 140.

Item fuit innouatum, nemini licere locare iurisdictionem, vel fa-2 cultates nominandi vicarios in spiritualibus, nec conductoribus per se, aut alios ea exercere. quod adeò est verum, vt si quis locat aliquid, quod sapit spiritualitatem, esset locatio simoniaca, vnde si efficiatur locatio Ecclesiæ cum omnibus bonis, & facultate conferendi beneficia pro scutis duobus mille, & probaretur, quod etiam sine facultate 3 conferendi bona arrendata fuissent pro scutis duobus mille, quod talis locatio non esset simoniaca, alias secus, vt tenuit Rota, refert Put. decis. 80. li. 1.

Tandem innouatur, & annullan-

tur locationes omnes factæ ad longum tempus à triginta annis citra vel ad vigintinouem, aut bis viginti
4 nouem annos, & ita consuluit etiam Anchar.consil.952.par.2.

Notabilia in materia locationis rei Ecclesiæ.

Locatio rei Ecclesiæ vltra triennium, non valet etiam tempore permisso, Affl.decis.107.num.2.& 4.

Beneficium accensari non debet vltra triennium, olim tamen poterat vsq; ad septenniũ, Boer.dec.224.

Locatio ad non modicum tempus constituit ius in re, etiam in bonis Ecclesiasticis, tamen successor non tenetur seruare pactum antecessoris, Ægid.Bellam.concl.747.

Locatio ad longum tempus, vel ad vitam easdem sollemnitates requirit, sicuti & alienatio, Papon.li.1.tit.14.arrest.4.

Locatione finita ad longum tempus facta per Ecclesiam, ipsa primi conductoris hæredibus relocare tenetur. Vinc.de Franch.decis.123.

Locatio facta ad longum tempus est valida, si in locationis instrumento dicatur, quod nullum vtile dominium transferatur in conductorem, Ioan.de Arnon.sing.72. hæc cautela est dubia nostris temporibus.

Constitutio annullans locationes factas in personas clericorum, & similium personarum vendicat sibi locum, etiam si locationes reperiantur factæ in euidentem ecclesiæ vtilitatem, Iacob.Put.dec.2.li.2.

Successor Prælatus non tenetur stare locationi, vel conductioni prædecessoris, Put.decis.181. li. 1. & 421. Franch.March. q.102.vbi distinguit; fallit pro illo anno, quo mortuus est Prælatus, & conductor terras laborauit, Borgn.decis.15.de contract.

Consuetudo, quod rès ecclesiæ debeat locari proximioribus; finita locatione, est ecclesiæ vtilis, sed quare.vide Verall.decis.230.par.1.

In locatione rerum ecclesiasticarum debet præferri idem conductor alteri conductori de nouo venienti, Papon.li.1.ti.13.arrest.6.Contrarium tamen tenet Ioan. de Arnon. sing. *66*.

Conductor bonorum ecclesiasticorum non habet spolium, Papon. li.13.tit.9.arrest.*66*.

Locatio fundi facta puta ad quinquennium, cùm sterilis, ac inutilis esset, industria ac coloni diligentia cõductoris factus fructuosus, ac fertilis, ex hoc locatio perpetua redditur. vt ad hæredes quoque cõductoris transeat etiam extraneos, nec tertia generatione finitur, Hippol. sing. 550.

Fructus ecclesiæ possunt locari, & vendi laicis, & in eos cadunt, hoc non procedit in oblationibus altaris, Rom.sing.*664*.

Conductor rei ecclesiæ ne soluat pensionem, an possit opponere consensum superioris non interuenisse, Crescent.decis. 1. alias 122.tit.de locat.& conduct.

Prælatus fructus beneficij locare potest, Franc.March.q.102.

Conductor arrendens beneficium nummis, quia percipit fructus, tenetur soluere collectas, & alia onera realia, March.quæst. 471. num.10.

Finis Tituli Locationis.

Digitized by Google

SEQVITVR TITVLVS de Emphyteusi.

SVMMARIVM.

1 *Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidenti, non habet potestatem transferendi emphyteusim in extraneos.*
2 *Rescriptum non extenditur ad non expressa.*
3 *Rescripti obseruatio dat rescripto formam, & natura rescripti est, vt petitioni adaptetur.*
4 *Quod non petitur, non committitur.*
5 *Delegatus fines mandati excedere non debet.*
6 *Delegatus non habens specialem formam in mandato, iuris formam seruare tenetur.*
7 *Voluntas Papæ in dubio præsumitur, qualis de iure esse debet.*
8 *Verbum concedo in perpetuum, quid denotat.*

An Commissarij Apostolici, quibus committitur si in euidenti, circa concessionem in emphyteusim rei ecclesiæ habeant potestatem faciendi, vt in extraneos transeat.

DECIS. CXXIV.

SVPPONATVR, quod emphyteusis Ecclesiastica fuerat concessa pro se, & descẽdentibus in perpetuum, quam Papa requisitus de beneplacito, mandauit quibusdam Iudicibus, quod si in euidenti esset Ecclesiæ vtilitati, auctoritate Apostolica eam confirmarent, qui facto processu, nedum confirmarunt, verum etiam decretauerunt ad extraneos habere transitum; quæstio nunc est, an potuerint talem facere confirmationem. Et ex pluribus est concludendũ pro parte negatiua, tũ primo, quia oportebat, quòd delegati potestatem concedendi habuis-
1 sent emphyteusim in extraneos, cùm alias sit de iure communi prohibitum, gl. communiter recepta in l. etiam, ff. sol. mat. Castren. consi. 189. vol. 2. Alex. cons. 120. n. 7. vol. 1. Grillenso. cons. 91. Afflict. decis. 100. & in commissione hoc non reperitur, propter ea huiusmodi rescriptum est strictè
2 interpretandum, vt scilicet non extendatur ad non expressa, c. p. & C. de off. deleg. Rota decis. 13. de procurat. in nouis. Rot. diuers. decis. 8. part. 1. Viu. decis. 336. Et obseruatio ad vn-
3 guem rescripti, dat formam eidem rescripto, Bald. in c. 1. col. 7. titu. an agnat. natura enim rescripti est, vt petitioni adaptetur, Bald. in l. eam, quã, col. 1. vers. item, vbi sequentes, C. de fideicomm. Dec. cons. 142. num. 4. ad
4 finem, & quod non est in petitione, nõ est in commissione, & sic delegatio semper præsumitur facta, prout de iure, Grass. decis. 349. num. 6. nam mandatum Papæ est semper reducendum ad ius commune, Gemin. consi. 48. nu. 5. Verall. dec. 145. part. 2.

Digitized by Google

& iurisdictio delegati non est exten
5 denda vltra fines mandati, quia est odiosa cap.1.de off.deleg.in 6. Rota diuers.decis.30. par.1. & in his, quæ in commissione non exprimuntur, non se extendit, Gasp. Thesaur. decis.3. Viu.qui dicit, semper præsumẽdum est pro rescripto, decis. 91. & propterea si aliter agatur, est nullum, cap.cum dilecta, de off.deleg. Nam qui agit vigore specialis commissionis, debet formam seruare, c. is qui, de præben. in 6.& si quis agat vltra formam ei datam, potest contra illum agi interdicto vnde vi, secundum Inn.in cap.si quando, extra de offic. deleg. & si non detur spe-
6 cialis forma, tenetur seruare formã iuris, c.si quid clericis, de foro cõp. Quare concludo, non potuisse illos delegatos excedere commissionis fines, & sic ad extraneos emphyteusim extendere.

7 Non obstat, quod in dubio præsumitur talem fuisse voluntatem Papæ, quia respondetur, quod in dubio talis præsumitur voluntas, qualis de iure esse debet, Alex.cons. 54.num.22.vol.4.Dec.consi.123.nu. 6.volum.1.Monal.cons.13. volum.2. Rubeus Alex.65. numero tertio, & talis esse, & fuisse, dicendum est, qualis ex verbis dignoscitur, l. de quib. ff.de legibus, l.Paulus, ff.rem rat.haberi.

Nec obstat secundo, quod in impetratione assensus Apostolici fuerit dictum, quod concedebatur in
8 perpetuum, quod verbum, secundũ aliquos, videtur importare transitũ ad extraneos, iuxta Socc. consi.266. col.13.vers.secundo præmissa: vol.2. Anchar.consil. 443.numero 8. Abb. consil.74.num.3.1.vol. quia respondetur crebriorem, ac magis communem opinionem esse, huiusmodi verbum importare solum perpetuitatem in descendentes, non autem quoad extraneos, secundum Alex. cons.9.num.12.& 13. vol. 2. & Dec. consi.141.num.5.

SVMMARIVM.

1 Res ecclesiæ solita concedi in emphyteusi cum bene placito Apostolico semel impetrato, absque alio assensu alteri concedi potest, & idem procedit in casu nu.seq.
3 Clausula (saluo beneplacito Sedis Apostolicæ) est conditionalis.
4 Consuetudo quot tempus requirat ad hoc vt assensus præsumatur.
5 Solitum, quomodo a consueto differat.

An emphyteusis semel concessa cum Assensu Apostolico poterit semper sine eo concedi.

DECIS. CXXV.

1 Regula enim est iuris, quod res Ecclesiæ solita concedi cum beneplacito Apostolico semel impetrato, potest absque alio assensu alteri concedi, quotiesque casus euenerit, c.2.de fundo, per quẽ text. ita consuluit Rom.consil. 70.1. dub. & per extrauag. Ambitiosæ, in vers. præterquam, & hanc dicit communem esse opinionem Rolan. consil. 1.num.85.vol.1, Alex.consil. 9.vol.3. & cons.16.nu.5. & seq.eod.vol. Dec. consil.329.num.3.in fin.Rodoan.de reb.eccl.non alien. rub.3. & hæc opinio pluries fuit recepta in Tribunalibus, testatur Guid. Pap. decis. 100.& secundum eam hodie practicari refert.Bald. decis.92. Affl. decis. 305.nu.9.& seq.Rot.decis.360.nu.13. & seq.par.1.Iser.in c.1.n. 4.de iis, qui feud.dare poss.

Quo

Digitized by Google

Quo casu sufficit, rem semel fuisse concessam in emphyteusim ad hoc, vt in perpetuum remaneat conuertibilis absque alio beneplacito, & ita fuisse in Rota resolutum testatur Sarnen. in regul. de triennalis, quæst. 14. vers. nec obstat, Vrsill. qui probat hanc esse communem opinionem in decis. 305. sub num. 10. &
2 decis. 21. numer. 6. & quod procedit etiam si in altera concessione di-
3 ctum fuerit, saluo beneplacito Sedis Apostolicæ, quatenus opus sit, quia est clausula conditionalis, secundum Bald. in c. Cumana, de elect. & non requiritur: & in hoc casu non
4 innitimur consuetudini concedendi, quæ triginta annos videtur requirere, siue alterum parum tempus, secundum Rodoan. d. tract. qu. 10. sed innitimur super beneplacito alias concesso, quo casu sufficit semel sic fuisse concessum, secundum Martha decis. Rot Pisan. 81. qui allegat Sarader. de feu. par. 4. capite 2. numero 25. vers. ego tamen, Rodoa. d. quæst. 1. numer. 10. & sequ. Menoch. consil. 16. num. 3. & seq. vol. 3. & Monald. consil 16. num. 6. & seq. vol. 3.

5 Quomodo autem distet solitum à consueto, vide tex. in l. Mela, ff. de aliment. legat. & Crescent. in pulchra decis. 1. de consuet. Menoch. consi. 79. vol. 1. Papon. lib. 13. arrest. 1. 7. & 9.

SVMMARIVM.

1 *Primus acquirens non connumeratur in generatione, & quare nu. 3*

2 *Primus acquirens non connumeratur in generatione, etiam si in concessione fuerit dictum, vsque ad tertiam ipsius generationem.*

4 *Verbum finitum) in concessione emphyteusis est substantiale.*

An in emphyteusis ecclesiasticæ concessione vsque ad tertiam generationem, primus acquirens connumeretur.

DECIS. CXXVI

1 ET negatiuè respondendum est, scilicet primum acquirentem minimè connumerari in generatione, sed primam generationem oriri ab eius filiis, & hanc tenuerũt Spec. tit. locat. §. num aliqua, nu. 15. Bald. in l. 2. col. 1. & 2. versicul. quæro, C. de iur. emph. & in auth. defuncto col. 1. C. ad Tertull. Ang. in §. adeo, col. 1. instit. de locat. Castrens. cons. 338. col. 1. & 2. vol. 2. Soccin. consil. 25. col. penult. versic. septimo ex alia, Corn. consil. 223. col. 3. versic. in terminis, vol. 4. & consi. 31. nu. 4. qui ampliant præfatam conclusionem ipsam ve-
2 rificari etiam si in instrumento locationis esset dictum in ipsius tertiam generationem, vt voluit etiam Card. Alex. in c. 1. §. & quia, col. penult. quid autem dictum, qui feu. dare poss. Galb. li. 3. commun. opinion. tit. de emphyt. col. 4. & Villagut. decis. 1. in 2. dubio, Bal. cons. 448. vol. 3. & 375. vol. 4. Cald. cons. 9. col. 1. tit. de locat. Alex. cons. 110. circa fin. vol. 3. & cons. 125. vol. 5. Soccin cons. 15. nu. 4. vol. 1. Corrad. cons. 25. n. 27. Ruin. cons. 166. num. 6. vol. 1. Dec. consi. 62. in princ. Clar. §. emphyteusis, qu. 34. vers. sed certè, vbi attestatur de magis communi opinione, & hanc tenuit Rota in vna Rom. domus, 21.
† Ianuarij 1591. † coram Oradino, & iterum in vna Farz villæ Capreolæ
† 20. Maij 1592. † coram Pegna, & vna Assisiensis emphyteusis 13. No-
† uembris 1598. † coram Gipsio, & voluit etiam coll. à Farin. decis.

Digitized by Google

218.& 219.

3 Ratio verò decisionis Rotæ fuit, quia cum acquirens sit causa, & origo generationis, non potest ipse in prima generatione connumerari, vt per multa exempla declarat Bald. cit.consi.448.vol.3.

Non obstat decis. Veralli 18. par.
4 2. quia ibi non aderat verbum finitum, quod verbum, secundum Rot. videtur substantiale, vt procedat conclusio supra posita, Farin.dec.218.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ in concessione, emphyteusis ecclesiæ pro se, & filiis, & nepotibus non comprehenduntur, quod non procedit in emphyteusi priuata, nu. seq.*

3 *Fœminæ semel vocatæ semper dicuntur vocatæ si fœmina stipulat.*

4 *Fœminæ sunt vocatæ si concessio est pro filiis & hæredibus, vsque ad tertium genus, & quare.*

5 *Generis appellatione fœminæ continentur.*

6 *Fœminæ censentur vocatæ, si ex verbis inuestituræ constet, contrahentiũ voluntatem esse illas vocare.*

An in emphyteusi ecclesiæ receptæ pro se, & filiis, & nepotibus fœminæ comprehendantur.

DECIS. CXXVII.

1 RESpondetur negatiuè, quia in ea stricta interpretatio fieri debet, tum propter naturam stipulationis, tum etiam vt minus præiudicium ecclesiæ inferatur, Rot. diuers.decis.125.par. 2. & tenuit Rota in vna Ceruien.bonorum 7.Februa-
† rij 1587. † coram Seraphino, cuius decisionis secunda est ratio, quia in contractibus præsertim stricti iuris, qualis est emphyteuticus, verborum proprietas attenditur, Rolan. consil.93.num.3.lib.2.Ideo masculinum non cõcipit fœmininum, Thesaur.decis.249.Gabriel de verbor. si-
2 gnific.concl.6.nu.39. In emphyteusi verò priuata aliud est dicendum, ex decis.de Franch.30.

Limita primo conclusionem prin-
3 cipalem, quando semel vocatæ fuerint fœminæ, quia tunc emphyteusis semper transit ad fœminas, puta si concessio sit facta pro filiis, & filiabus, & nepotibus, nam censentur appellatione nepotum comprehensæ etiam neptes, Menoch.consil. 111. quam limitationem intellexit Rota in d.Ceruien.bonorum, quando fœmina stipulatur pro se, & filiis ex eius coniecturata mente, vt latè per Roland.consil.76. numero 3. vol.4. secùs quando masculus est stipulator, qui quando voluit fœminas exprimere, id fecit, Corn.cons.49. nu. 2.& consil.27.vol.4. Alex.consil.45. lib.7.

4 Limita secundo, quando emphyteusis esset concessa pro filiis, & hæredibus vsque ad tertium genus, nam stipulatio censetur concepta etiam pro fœminis, cum generis ap-
5 pellatione ex proprietate sermonis, fœminæ etiam contineantur, vt censuit Rota in vna Sutrina bono-
† rum 9. Decembris 1587. coram Blanchetto; Anchar.cons. 44. Tiraq.de retract. lign.§. 1.glo.9. num. 219.

6 Limita tertio, si ex aliis verbis inuestituræ constet, contrahentes voluisse vocare fœminas, quia tunc facile receditur ab ipsa opinione, quæ fœminas excludit, Rota in vna deuolutionis bonorum, 14. Ianuarij 1602. coram Iusto.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Filij legitimati per rescriptum in emphyteusi ecclesiæ comprehenduntur.*

2 *Ecclesia est mater pudicitiæ.*

3 *Legitimatio ab habente potestatem facta omnem maculam tollit.*

4 *Incestuosi, vel sacrilegi legitimati ab habente potestatem in emphyteusi ecclesiæ comprehenduntur, & qui tales dicuntur.*

An in concessione emphyteusis ecclesiæ appellatione legitimorum, & naturalium legitimati per rescriptum comprehendantur.

DECIS. CXXVIII.

VEra, & receptissima est DD. sententia quod in emphyteusi Ecclesiastica appellatione filiorum
1 legitimorum, & naturalium continentur legitimati ab habente potestatem, vt latè tradunt scribentes in c. in præsentia ext. de collat. reiecta opinione Bald. contrarium sentientis in c. quæ in Ecclesiarum nu.
2 34. de constitut. nam licet repugnet menti Ecclesiæ, quæ est mater pudicitiæ, quod naturales succedant, tamen hoc cesset, vbi ab eo, qui habet
3 potestatem fuit deleta hæc macula, vt tenuit Rota in vna Bononiens. de
† Bolognin. 21. Martij 1568. † coram Seraphino.

4 Hæc tamen conclusio ampliatur procedere, etiam si solum legitimi essent vocati, adhuc veniunt incestuosi, vel sacrilegi, vt puta nati ex Sacerdote vel moniali professa, vel etiam ex vtroque simul, dummodo sint legitimati ab habente potestatem Caputaquensis decis. 146. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Diminutionis ratio sextæ partis in perpetua rei ecclesiæ emphyteusi solet haberi, & quare nu. 2. & 4.*

3 *Sterilitas est causa diminutionis sextæ partis in emphyteusi.*

5 *Res ecclesiæ in perpetuum concessa pro eadem pensione, quo singulis locabatur annis; concessio pro ecclesia vtilis est dicenda; nec sextæ partis diminutionem in hoc casu esse faciendam.*

Sextæ partis diminutio, quando fit in concessione rei ecclesiæ in perpetuum.

DECIS. CXXIX.

1 TEx. in auth. perpetua C. de sacr. sanct. eccles. disponit, quod in emphyteusi perpetua rei Ecclesiæ solet haberi ratio diminutionis sextæ partis, vt voluerunt Ias. cons. 54. num. 5. vers. corroboratur vol. 1. Alban. cons. 22. vol. 1. Paris. consi. 331. vol. 2. & consil. 90. num. 6. & seq. vol. 1. & fuit resolutum in Rota Romana in vna Casalis Torricellæ 28. Iu-
† nij 1578. coram Cantuccio, vt patet in decis. diuers. 78. num. 5. par. 2. & iterum in vna Romana domus
† 30. Martij 1590. † coram Mantica, & in vna Mediolan. 10. Ianuar. 1597.
† † coram Pamphilio; Bononien. bo-
† norum 21. Maij 1589. coram Pamphilio.

2 Ratio cur fiat hæc diminutio est propter computationem futuri periculi secundum Bald. in d. auth. perpetua; Specul. lit. de emphyt. nu. 10. Salson in lucerna laudemiorum num. 22. Amod. à Pont. in tit. de iis qui feud. dare possunt. numero 81. & sequ. facit tex. in §. dudum auth. de

non alien. Archid. in c. perpetua 10. q.2.& ibi Bellam. qui dicunt, quod quando res Ecclesiæ cladem passa non est, non debet fieri diminutio sextæ partis, sed tunc demum, cùm sterilitas suadet, vel causa, puta pro-
3 pter futura pericula, Anchar. consil. 122. Mantic. consil. 93. numero 8.& seq. Borgn. consi. 23. numero 5. Alex. consi. 112. vol. 1. Butric. cit. auth. perpetua asserens, ideò concedi diminutionem sextæ partis, quia Ecclesia habet certitudinem percipiendi singulis annis, quid certum pensionis
4 nomine, & liberatur à futuris periculis vt fuit resolutum in Rot. Romana in vna Bononien. Sancti A-
† pollinaris vlt. Aprilis 1582. † coram Cantuccio.

Vnde si res Ecclesiæ in perpetuum concedatur pro eadem pensione, pro qua singulis annis locabatur, Ecclesia dicitur vtilis, Anchar. cons. 122. num. 1. & qu. 51. numero 7. Ias. d. consi. 54. num. 5. d. vers. Alciat. consi. 93. num. 3. Menoch. cons. 494. num. 6. volum. 4. & fuit latè resolutum in Rota Romana in vna domus in Bur-
† go 30. Martij 1590. † coram Mantica, vbi quoque fuit dictum, eo casu minimè esse faciendam sextæ partis diminutionem, quemadmodum fit quando inuenitur alius, qui vel it plus dare, cui prælatus debet concedere, Abb. in c. ad aures, nu. 4. de reb. eccl. non alien. Rauden. de Analog. c. 91. num. 13. Mascard. de probatio. conclus. 198. num. 6. & ita fuit in Rota resolutum in vna Anchonitana
† bonorum 2. Martij 1584. † coram Bubalo.

SVMMARIVM.

1 *Res ecclesiæ concessa in emphyteusim sine sollemnitatibus, quamuis contractus sit nullus, tamen pro eis census est soluendus ecclesiæ.*

2 *Emphyteuta non tenetur ad census existente contractu nullo, si adest bona fides.*

3 *Prælatus siue rector, quando de damno in re ecclesiæ euemto teneatur.*

An emphyteuta ecclesiæ teneatur ad census existente con tractu nullo.

DECIS. CXXX.

1 IN hac decisione respondeo cum decisione Sacri Consilij Neapol. de qua per Vincen. de Franch. 297. cuius verba mollia placuit inserere, fuit conclusum in Sacro Cõsil. quod si res ecclesiæ fuerint concessæ in emphyteusim non adhibitis sollennitatibus à iure requisitis, quòd quamuis contractus sit nullus, nihilominus emphyteuta tenetur ad cẽsus, ac si contractus validus fuisset in beneficium ecclesiæ; per tex. in §. si verò, auth. de non alien. reb. eccl. vbi Angel. in principio, quem refert, & sequitur Ias. in l. 2. col. 3. vers. vnum tamen C. de iur. emphyt. Bart. qui meminit de Angel. consi. 59. Caual. decis. 46. num. 3. vers. 4. respondetur; Capyc. in inuestitu. verbo prælati ecclesiarum 24. cõclus. fol. 148 quod tamen non admisimus in contractu emphyteutico inito inter Reuerendum Rectorem Sacri Collegij Sanctissimi Nominis Iesu de Vrbe cum Ioan. Maria de Farro, & eius hæredibus, ex quo in instrumento concessionis, licet optima fide fuerat facta assertio, quod Reuerendissimus Generalis habebat potestatem alienandi ex bulla Apostolica, quæ potestas postea fuit reperta qualificata, & sic nõ erat in aliqua culpa emphyteuta, qui optimo viro credidit, secun-

Digitized by Google

secundum Gloss. in l. Titio fundum, verbo obiit ff. de condit. & demonstrat. quam sequitur Alexand. consil. 173. col. 3. ver. eo. maximè vol. 2. Ias. in l. 3. colum. ver. 2. limita ff. de eo per quē fact. erit, Curt. in tract. de feud. par. 1. q. 1. cum concordantibus per Aymon. consil. 39. vol. 3. licet diceretur, quod hoc non poterat opponi contra Collegium, sed tantum contra dictum Rectorem, vel Prælatum; diximus hæc procedere, quando prælatus esset soluendo, vt dicunt Glos.
3 Cyn. & DD. in auth. qui res C. de sacrosan. eccl. & idem de mense Iunij 1581. iudicauimus; Sacro Collegio deberi fructus territorij concessi, qui prætendebantur satis minores, quam census promissi Caro Actuario. Hæc ille.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia pro emphyteusis renouatione (si pro se vult retinere) non est cogenda.*
2 *Ecclesia si non vult inuestire proximiores agnatos emphyteusi, finita generatione, iniuriam eis facit, & quomodo hæc maxima declaratur.*
3 *Prima charitas a seipso incipit.*
4 *Nemo de proprio alicui beneficium facere tenetur.*
5 *Consultatio cum alterius damno non est facienda.*
6 *Renouatio emphyteusis descendentibus est facienda, etiam si Ecclesia vult pro se retinere, dummodo adsit consuetudo immemorabilis.*

An Ecclesia possit cogi ad renouandum finita emphyteusi per generationem, si velit pro se retinere.

DECIS. CXXXI.

1 Ecclesiam posse prædia in emphyteusim concessa pro se retinere, non est dubium, ita Abb. in cap. bonæ, 2. numero 28. vers. hoc dictum limitarem, de postulan. præl. Curt. senior consil. 47. numero 10. Calcan. consilio 8. numero 4. Iason consilio 24. volu. 1. latè Ruin. consil. 152. nu. 3. vsque ad fin. vol. 2. Gozad. consil. 9. numero 22. & 24. & ita voluit Ripa in l. 1. & seq. de priuil. credit. Stafil. de lit. grat. & iust. fol. 79. versic. sed istum dictum; & in hanc sententiam procliuior est Clar. in §. emphyteusim, quæst. 44. in fi. quam opinionem amplexa pluries fuit Rota, vt testatur Verall. decisio. 303. parte 1. & iterum in vna Rauen. bono-
1 rum 20. Nouembris 1589. † coram Mantica, vbi fuit conclusum, Archiepiscopum Rauennat. non potuisse cogi ad renouandam emphyteusim proximioribus agnatis, sine filiis defuncti, si velit pro Ecclesia retinere, & hanc eandem opinionem tenuit Rot. Bononien. refert Petrus Beninten. decis. 29.
2 Non obstat, quòd si Ecclesia post finitam generationem recusat proximiores agnatos inuestire, iniuriam eis facere videtur, Bart. in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æsti. Rom. consil. 22. numero 1. Alexand. consil. 80. numero 19. & seq. volu. 1. Dec. consil. 13. Paris. consilio 29. numero 1. quia respondetur Bartol. sententiam niti æquitate, & ideo intelligendam, quando ecclesia vellet extraneos inuestire, & agnatis defuncti præferre, sed si velit pro se retinere, æquitas ei magis suffragatur, quia prima charitas incipit à seipso, capit. non satis, 86. distin. l. præses, C. de seruit. & aqua. Hinc est,
4 quod nemo de proprio tenetur alicui facere beneficium, cap. precariæ primo in ordine, in fin. 10. quæstion. 2. & nulli cum alterius damno est consulendum, c. 1. §. non est, 12. q. 2.
Supra positam principalem con-

clusionem, limita non procedere,
6 stante consuetudine immemorabili renouandi emphyteusim descendētibus per tertiam generationem, & ita fuit pluries resolutum in Rota, ex Bald. in auth. si quas ruinas, C. de sacrosanct. eccl. & ex aliis latissimè deductis in vna Nonantulan. bonorum 19. Martij 1598. * coram Mantica, in qua fuit conclusum, Illustrissimum Cardinalem Commendatarium non posse pro ecclesia retinere bona finita emphyteusi per tertiam generationem, sed teneri ad renouandum ipsis descendentibus, sicuti ab immemorabili tempore fieri consueuit.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis concessa pro se, & hæredibus, non transit ad hæredes extraneos.*

2 *Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus quibuscunque transit ad extraneos heredes.*

3 *Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus quibuscunque transit ad Collegium, & aliam ecclesiam.*

An emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus transit ad hæredes extraneos.

DECIS. CXXXII.

1 Respondeo, dicendo, emphyteusim ecclesiasticam quamuis ad filios transeat, nihilominus ad extraneos minimè transit, sed dumtaxat ad filios, vel descendentes ipsius recipientis, iuxta tex. in §. emphyteusim, & quod ibi notatur in authent. de non alien. Gloss. & DD. in l. etiam. ff. solut. matrim. Calder. consil. 6. tit. de locat. Ruin. consilio 117. volum. 1. & consil. 109. volum. 3. Gozad. consil. 39. volum. 6. Curt. iunior consi. 130 num. 5. Socc. iun. consil. 71. numer. 3. volum. 1. & hanc esse communem opinionem testatur Viuius lib. 1. comm. opinion. opin. 248. & vltra prædictos sequitur quoque eandem opinionem, & ait, quod consuetudo ferè vbique eam approbat Cornel. consil. 100. col. 11. volum. 4. & Afflict. decision. 100. qui testatur de communi, & refert ita fuisse iudicatum in Sacro Regio Cons. Neap.

2 Limitatur tamen hæc conclusio quotiescunque in inuestitura feudi concessa adesset verbum pro se, & hæredibus quibuscunque, quoniam tunc per hanc dictionem porrigitur effectus ad omnes hæredes etiā extraneos, secundum doctrinam Bal. in l. 1. quæst. 24. ff. de rer. diuis. per tex. in c. 1. de feud. non haben. propriam natur. & cum Bald. concurrit Rom. in l. etiam in principio. ff. solut. mat. iuxta quam limitationem refert fuisse decisum in Sac. Cons. Neap. Vrsill. decis. 335. & 338. & in decis. 100. dicit, eo casu quando est facta concessio pro se, & hæredibus quibuscunque, quod transit etiam ad Collegium laicorum, & ad aliam Ecclesiam, & hoc refert fuisse decisum in quadam causa Sancti Ioannis in Corte, cum Nicolao Iacobo de Rogerio, & Commissarius fuit Scipio de Arerio, Actuar. verò Ludouicus Romanus anno 1552.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta. Ecclesiæ canonem non soluens per biennium, incidit in commissum.*

2 *Declaratio domini exigitur, vt cadat.*

3 De-

Digitized by Google

3 *Dominus directus non potest emphyt. expellere propria auctoritate.*

4 *Emphyt. est citandus antequam expellatur, & de ratione.*

5 *In Curia Archiepiscopali non conceditur deuolutio.*

Deuolutio ob canonem non solutum an detur in Curia Archiep. Neap.

DECIS. CXXXIII.

1 AVthentica qui rem, C. de sacrosſ. eccleſ. vult, quod emphyteuta Eccleſiæ nō ſoluens canonem per biēnium, incidat in commiſſum, licèt non ipſo iure, ſecundum quod iudicauit Rota Bononien. teſte de Benint. in deciſ. 37. Mynſing. cent. 3. deciſ. 63. latè Tiraq. in l. ſi vnquam,
2 C. de reuocan. donat. cùm ſit neceſſaria domini declaratio, ſecundum Caſſad. in deciſ. 2. & 3. de locatione, Verall. in deciſ. 301. & ante declarationem nunquam cadit, ſecundum Mynſing. cent. 6. obſer. 86. Curt. iun. conſil. 109. numero 11. Socc. in conſilio 203. volum. 3. Roland. conſil 57. volum. 1. Magon. in dec. Rot. Floréт. 70. & in dec. 6. & Borgn. in deciſ. 43.
3 ſub num. 47. nec dominus directus poterit propria auctoritate illum expellere, Cynus in l. 2. C. de iure emph. Affl. in dec. 97. & ibidem Vrſill. in fine, Guid. Pap. in deciſio. 107. Ioſeph. Lud. in dec. Peruſ. 17. numer. 4. Cornaz. in dec. 192. in fin. Maſtrill. in dec. 192 del Caſtill. in dec. 91. Caroc. in dec. 9. Milan. in dec. Siciliæ 17. par. 2. cuius ratio eſt, quoniam requiritur,
4 vt citetur emphyteuta, vt pluries vidiſſe obſeruatum teſtatur. Burſat. in conſil. 233. numero 14. & melius in conſ. 235. numero 50. & Magon. cit. deciſ. 61. & hoc ad effectum videndi ſibi competat iuſta cauſa excuſandi à caducitate, Balb. in dec. 191. poſt Rubeum in conſilio 292. de quibus videndi ſunt Guido Pap. in dec. 101. del Caſtillo in deciſ. 74. Rot. Siciliæ, Rot. Lucenſ. diuerſ. 134. Gamma in deci. 91. & in deciſ. 292. Caputaqu. in
5 dec. 298. & in dec. 299. par. 1. Hartam. in deciſ. 3. de locatione.

Verùm præfatis non obſtantibus, Curia Archiepiſ. iudicauit non dari deuolutionem ob canonem non ſolutum, & hoc fuit inter D. Antonium Caracciolum, & Parochum cuiuſdam caſalis, de qua deciſ. mirandum quippe non eſt, quoniam ſecundum diſpoſitionem iuris canonici, quod maximè innititur æquitati, poteſt illum celeri ſatisfactione purgare c. potuit, de locat. quæ celeris ſatisfactio quando dicatur, remittitur arbitrio iudicis, Ripa in l. in inſulam, numero 35. ff. de verb. oblig. Clar. in §. emphyt. q. 8. numer. 15. & eſt communis opinio, ſecūdum Dec. in conſil. 139. poſt numero 7. verſ. ex quibus omnibus. & maximè verſabitur religio iudicare debentis, & in dubio antequā dominus declarauerit velle eſſe locum caducitati, iudex ſemper debet inclinare in ſententiam, per quam caducitas ipſa euitetur, tanto magis procedēndo ſecundum æquitatem canonicā, vt refert. Affl. in deciſ. 174. His omnibus addo Sacr. Conſil. Neap. ſolere audire emphyteutam, quando dominus directus propria auctoritate cepit poſſeſſionem, & cauſa cognita, reſtitutionem fieri facere, vt teſtatur multoties ſe in practica obtinuiſſe Vrſill. in dec 392. numero 21. & ſeq. & ita etiam quotidie ſeruari per Senatum Mediolanen. teſtatur Clarus loco cit. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio domino directo tantummodo competit.*

2 *Et procedit etiam si consensisset alienationi.*
3 *Ius prælationis cedi non potest.*
4 *Domino directo vendente non præfertur vtilis.*
5 *Laudemium debetur domino directo.*
6 *Dominus directus præfertur creditori in meliorationibus.*
7 *Ius prælationis quibus in casibus cesset.*

Prælatio in alienatione rei emphyteuticæ cui competat.

DECIS. CXXXIV.

MOnasterium Sancti Gaudiosi huius ciuitatis Neapoli concessit quondam territorium Petro Sancta Cruce in emphyteu. perpetuam, qui subconcessit Francisco de Monte, & Natali de Sanctis, saluo, & reseruato assensu prædicti Monasterij, directi domini, quod territorium fuit iterum concessum in emphyteu. à prædictis de Monte, & de Sanctis Clerico Petro Paulo Ferraiolo. Ad præsens comparet in Curia Archiepiscop. de Sancta Cruce habens causam à Monasterio, & petit ius prælationis contra præfatum Clericum de Ferraiolo, dubitabatur quid iuris, & Domini de Congregatione absque vlla difficultate deciderunt ius prælationis competere
1 Monasterio, vt directo domino, ad tex. in l. fin. C. de iure emphyteu. & non pro emphyteuticario, prælatio enim tãtummodo domino directo, & non aliis competit, d. l. fin. Ozasc. in decisio. 156. Thesaur. in decis. 170. Guid. Pap. in deci. 364. Paris. de reintegr. vers. & circa prædicta, numero 5. fol. 134. & antè omnes istud idem voluit Iser. in cap. ne dominus, num.
2 46. de prohibita feudi alien. per Fede r. quod procedit etiam si consenserit alienationi, Ripa in l. 1. numero 19. ff. de priuileg. cred. Guid. Pap. in dec. 47. Salicet. cit. l. fin. in fin. Franc. de Amic. in repet. cap. 1. fol. 89 de iis qui feud. dare pos. & Viu. in dec. 191.

Quæ conclusio adeo procedit, & vera est, vt tale ius minimè cedi possit per dominum directum, Fran. March. in dec. 2. part. 2. Rota in dec.
3 2. de locato in antiquis, Guido Papa in decis. 401. est enim tale ius, secundum Bald. in cons. 191. inseparabile à domino directo, & propterea semper cogitur emphyteuta ius & meliorationes vendere domino potius, quàm alio, l. fin. vbi Ias. C. de iure emphyt. Ruin. consil. 161. numero 28. in consil. 31. volum. 1. Laderch. cons. 16. numero 6. & Magon. decis. Florent. 100.

Corroboratur pariter præfata decisio ex pluribus, tum primo, quia si dominus directus vẽdiderit eius dominium, vtilis dominus non præfertur. Isern. in c. Imperialem. vers. nec
4 dominus, col. 2. in fine, de prohibita feu. alienat. per Fed. Barbat. in c. potuit, num. 9. de locato, Spec. in tit. de emphyteusi, §. nunc aliqua, num. 94. vsque ad num. 111. Boer. in decis. 107. & fuisse decisum in S.C. testatur de Franch. in dec. 17. numero 8. & 9. & ita suo etiam tempore scribit decisum Anna sing. 150. ratio est, quia infirmior non potest trahere validiorẽ, & independentem, de Franc. cit. loco, num. 10. Pisanell. in consuet. si quis emit, vers. sumpta occasione, de iure congr.

Tum secundo, quoniam adeo verũ est iura dominicalia remanere penes primum cõcedentem, quod concurrentibus in recognitione rei emphyteuticæ dominus directus, & dominus subalternus, laudemium debetur ipso directo, vt pluries fuisse de

decisum per S. C. Neap. testatur de Franch.in decis.447.

6 Tum tertio,quia in melioramentis per emph.factis, præfertur dominus directus eius creditorib. vt fuit decisum per eundem S.C.testatur idem de Franch.in dec.226.

7 Est tamen notandum, ius prælationis cessare primo in donatione, Guid.Pap.in decis.472.ex causa permutationis, idem in decision. 923. quando ecclesia domina directa vellet aliis concedere, idem in decisi. 402.& 508.

SVMMARIVM.

Remissio est species alienationis.
2 *Prælatus non potest renuntiare appellationi.*
3 *Pater est legitimus administrator filij.*
4 *Pater nõ potest remittere caducitatẽ.*
5 *Caducitas est ius quærendum.*
6 *Caducitas dependet a voluntate beneficiati.*

An Prælatus possit remittere caducitatem emphyt.ecclesiæ absq; censurarũ incursu.

DECIS. CXXXV.

ACcidit præsens casus in Curia Auersana, dum ibidem Auditoris officium gerebam apud Illustrissim. Dominum meum Cardinalem Spinellum, nam cum quidam Parochus d. diœcesis concessisset pretium terræ redditituum suæ præbendæ in emphyteos. qui emphyt. non soluit canonem per biennium, iuxta terminos auth.qui rem, C. de sacrosanct. eccles. cui remissa fuerat caducitas à præfato Parocho, propterea fuit dubitatum si inciderat in censuras; dubium mihi faciebat pro incursu censurarum, quoniam re-
1 missio est species alienationis secundum Bart.in l.si fraudator, ff.quæ in frau.cred.Rom.consil.114.post Alex.
2 in consil.115.volum.5.Hinc est,quòd Prælatus non potest renuntiare appellationi,atque liti.Bald.in l.fin. C. de temp.appell.& in l. 1. in fin. C. de bonis mat.& Castr.in consil.233.

3 Dubitabam vlterius,quod pater, qui legitimus est administrator bonorum sui filij,ad tex.in l.2.C.de bonis matern. circa quod æquipollet Prælato, qui pariter dicitur habere legitimam administrationem,
4 cap.fraternitatis, de donat. non potest remittere caducitatem ab emphyt.filij contracta,vt fuisse decisum testatur Gamma in decis.574.

Verùm præfatis minimè obstantibus, iudicaui contrarium, præfatum Parochum minimè incidisse in censuras paulinæ, ex pluribus, tum
5 primo,quia ius caducitatis sapit magis iuris quærendi, quam quæsiti, vt per Hartaman. in dec. 2. de locatione,Laderch.consil.239.patet in consil. 2,.&Prælatus potest in iure quærendo ecclesiæ præiudicare, vt est communis opinio, secundum Ias. in l.si seruus,C. de pact.

Tum secundo, quoniam pro hac eadem sententia extat communis opinio, vt per Clar.in §.emphyt.q.9. & sequent.Curt.de feudo,par.2.q.2. princ.num.7.Ias.cit.l.si seruus, num. 2.C.de pactis, & in cons.253.volumine 1. Berous consil. 67. volumine 1.& idem Iason. in l. legatum, numero 18. ff. de legat. 1. & ita fuit in Rota Romana resolutum in vna Hipponicen. * emphyteus.
* 17.Ianuarij 1580. * coram Licta.

Tum tertio,quoniam hoc dependet à voluntate beneficiati, vt latè
6 per Affl.in dec.97. Mastrill. in dec. 193.& Valasc.in decis. 31. & quibus

R

modis intelligatur remissa caducitas, vide latissime per Menoch. de præsumption. libro 3.præsump. 212. Afflict.in decis. 129. Capyc.in decisi. 18.num. 10. & an canonem recipiendo, latè Surd.in decis.300.

SVMMARIVM.

1 *Incisio arborum frugiferarum de iure est prohibita.*
2 *Emphyteuta non potest extirpare siluam caeduam pro vinea inibi plantanda.*
3 *Beneficiatus extirpans oliuetum, pro vinea plantanda, non incurrit in censuras.*

An beneficiatus, qui extirpauit oliuetum, & ibidem vineam plantauit, cōtraxit censuras.

DECIS. CXXXVI.

ALias occurrit casus, quem ego solus iudicaui, & placuit hic subnectere: an præfatus beneficiatus
1 inciderit in censuras, & contra ipsum vrgebat primo de iure prohiberi incisionem arborum frugiferarum, vt de emphyt.est doctrina Bar. communiter recepta in l.diuortio, §. si feudum, nu.3.ff.sol.matr. Gamma in decis.199.Ioseph.Lud.in decisi.94. Valas.in dec.50.Rot.Lucen.diuer.in decis.150.& de beneficiato, quod incidat in pœnas Paulinæ testatur Nauarr.consil. 5. de rebus ecclesiæ non alienandis.

Secundo faciebat dictum Bald. num.2.&ibi Ias.numero 99.in l.1.C. de iure emph.vbi concludunt, quod
2 emphyteuta non potest extirpare siluam cæduam, & ibi vineam plantare inuito domino, quia destructa vinea, non manet silua, vt antea erat, ex l.quæsitum, §.illud fortassis, ff.de legat.3.quæ ratio, & Doctorum traditio militat in præsenti specie, quādo oliuetum extirpatur, & in locum eius plantatur vinea.

Cæterum iis non obstantibus, mihi videtur concludendum contrarium ex pluribus, tum primo, quia probatum fuit coram me oliuetum prædictum fuisse iam antiquum, & modicum fructum solere dare, & aliquos ex illis arboribus ferè inutiles esse:ex quibus desumitur legiti-
3 ma causa ne in censuras incidat, Bal. consil.191.vol.1.& in authent.si quas ruinas, in princip.C.de sacrosanct. eccles.

Tum secundo, quia dum constabat ex illis arboribus aliquos inutiles fuisse, consequens est, vt subintrat iuris regula, quod res inutiles, & onerosæ Ecclesiæ possunt alienari absque assensu Apostolico, ca.item domus, 12.q.2.c.fugitiui, & c.cum non liceat eadem causa, & quæst.& Gl. in summa eadem causa, & quæst. idem tenet Inn.Host.Boic. in c.nulli de reb. Ecclesiæ non alien. Host. in summa eod.tit.§.ex quibus vers. quinta causa, & facit glo.in c. 1. de iis quæ fiunt à Præl.Et iuxta hanc opinionē fuisse decisum testatur Guid.Pap. in decis. 156.& pro hac etiam sententia facit, quod voluit Fed. de Senis in consil. 403. vbi si Prælatus iurauerit non alienare inconsulto Papa, potest alienare, dando in emphyt. rem inutilem, atque exigui valoris.

Notabilia in Materia emphyteusis rei Ecclesiæ.

Emphyteusis ecclesiæ, quando legitimè est facta concessio, ad extraneos hæredes transit. Affl.decisi.100. Dec.consil.171.& Roland. consi. 36. volum.

volumin. 1. quo procedit si tempore commissionis constaret de vtilitate Ecclesiæ,& de sollemnitatibus adhibitis,alias secus Ieron.Magon.decis. 12.Bero.q.17.

Emphyteuta Ecclesiæ non soluens canonem per triennium cadit à iure suo,& tenetur nihilominus ad solutionem ipsius canonis præteriti temporis Ioseph.Ludou. dec. Perus. 54.vide Anton.Corset. in suis singular.lit. E. singularis emphyteusis 2. sed minores excusantur,Ioseph.Ludouic.d.decis.14.nu.6.& omnes possunt moram purgare infra modicum tempus Gusb. Cabal. milleloq. 221 & vide capit.fin.ext. de locat.& conduct.

In hac caducitate propter canonem non solutum vide plenè per Borgn.decisio.30.de contract.par. 2. quid si fuerit appositum pactum in contrarium, vide Anton. Corset. in suis singul lit.E.d.singul.emphyteusis 2.& quando non fit locus caducitati vide Hyppol.sing. 409.

Emphyteuta Ecclesiæ non soluens Canonem singulis annis, licet non possit expelli, nisi elapso biennio, tamen si iurasset singulis annis soluere,& non soluerit, poterit elapso biennio expelli Corf.d.singul.Hyppol.singul.226.

An rescriptum Papæ, quo emphyteutæ conceditur, quod propter canonem non solutum non cadat à iure suo, valet, vide Franc. Cremon. singul.107.

Emphyteuta ecclesiæ si per annum cum dimidio cessauerit à solutione Canonis, & citatus à Prælato fuerit contumax, cadit ab emphyteusi, non expectato toto biennio, Corset.d. singul. & Hyppol.de sing. 226. Ecclesia si non soluerit censum cadit à feudo, vel emphyteusi Bart.in l.placet C.de sacros.e ccl.

Emphyteuta ecclesiæ cessans à solutione canonis, ita demum cadit à iure suo,si dominus declarauerit Bartol. in authent. qui rem sup. cit.tit.

Emphyteusis etiam ecclesiastica deuoluitur ad dominum directum cum omnibus meliorationibus, & augmentis, quando deuoluitur ex culpa emphyteutæ, secus si absque culpa de Franch.decis.191.

Melioramenta emphyteusis ecclesiæ finitæ ob lineam finitam debentur non ecclesiæ, sed liberis, & descendetibus emphyteutæ, vel hæredibus etiam extraneis August. Berou.quæst.181.numer.4.Crauet.cons. 251.Menoch.consil.111.2.volum.Roland.consil.93.volum.2.& cons. 76. vol.3.

Emphyteusis ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus suis, natura,vt transeat ad fœminas descendentes, sicut ad masculos,Bero.q.8.

Ecclesia tenetur renouare rem emphyteuticam proximioribus, alias daretur appellatio, propter lineam finitam, secus si propter censum non solutum Ioseph.Ludou.decis.Lucens.6.,numero 20.Veral.dec. 230. & quod teneatur etiam renouare hæredibus emphyteutæ scribit Marc.q.105.par.2.

Emphyteusis ecclesiastica concessa vsque ad mortem, an possit vendi,& an teneatur ecclesiam illam renouare emptori in tertiam generationem prout fieri solitum est, vide Pet.Beninten.decis.87.

Emphyteuta ecclesiasticus donat in requisito dominio, quando alienat saluo iure directi dominij Fran. March.q.549.

Emphyteusis Ecclesiastica transit ad nepotem virtute contractus, licet neque natus, neque conceptus

Digitized by Google

sit, non obstante patris repudiatione March.q.104.par.2.

Emphyteusis concessa sine sollẽnitatibus, & necessitate, vel sine euidenti vtilitate ecclesiæ non valet ipso iure; redit ad ecclesiam vna cũ fructibus à die occupationis nõ obstante præscriptione, & multa de materia vide per Borgn. Caualcan. decis.6.de contract.

Ecclesia si est læsa cum contractu emphyteutico habet beneficium restitutionis in integrum, & quadriennium non currit, nisi post mortem illius rectoris, qui fecit contractum, & à die scientiæ ibidem d.decis.6.

Ecclesiastica bona, ad hoc, vt possint dari in emphyteusim plura requiruntur tradita per eundem Borg. d.dec.6.num.27.

Emphyteuta ecclesiæ soluens fictum, vti emphyteuta perpetuus per annos quadraginta, & vltra, præsumitur ritè inuestitus & præcessisse quæ præcedere debeant ibidem Borgnin.decis.29.de contract. nu.4. par. 2. limita vt in eodem loco per eum num.15.

Inuestitura bonorum ecclesiasticorum, quando dicatur valida, & quando non, vide consil.impressum inter decisiones Borg. post.dec. 30. de contract.par.2.

Emphyteuta an possit cadere; si ecclesiæ non ostendit inuestituram, & originem, ac dominium bonorũ; sed solum confessionem, & recognitionem vide eundem Borgn. decisi. 32.nu.84.ibid.

Emphyteusis antiquissima non requirit causam, & sollemnitates, sicuti alienatio, vide tractat. de Analog.cap.38.

Ecclesia, quando agit contra emphyteutam ad census solutionem, & probat solutionem decennalem, habet intentionem suam fundatam, licet non ostendat titulum, sufficit enim, quod alleget, & probat solutionem, Verall.decis. 292. par.1.& decisione 271. par. 2. dictum limitans, quando agitur de præiudicio tertij, & contra ecclesiam, tunc enim non sufficit dicta probatio d. decisi. 292.

Legitimatus in specie ad bona ecclesiastica emphyteutica potestatẽ habente ita legitimandi, admitti ad ipsam emphyteusim, alias secus Magon. dec.lucens.10.

De mensa ecclesiæ, quando censeantur affecta bona in emphyteusim concessa, & ad ipsam reuersa, vide per Menoch.de arbitrar.lib.2.cas. 433.& cons.79.

Emphyteuta ecclesiæ tenetur ad censum, data etiam nullitate contractus, fallit tamen, quando fuit dictum in concessione, quod concedens habeat potestatem concedendi sine assensu Apostolico de Franc. decis.296.par.2.

Fauore ecclesiæ res, pro qua soluitur aliquid annuum, potius præsumitur emphyteutica, quam censualis, sed quando hoc procedit vide August.Bero.q.14.

Emphyteusis ecclesiæ monasterio acquiritur per ingressum illius, qui ad emphyteusim vocatus erat, etiam si esset concessa cum pacto, quod non possit in certam ecclesiam alienari Bero.q.70.

Emphyteusis concessa pro filiabus, quæ virum legitimum habuerint seu acceperint per ingressum filiæ in monasterium transit. Bero q.70. iam dicta.

Successio emphyteusis ecclesiasticæ traditæ ad vsum successionis, quæ à laico transiuit in ecclesiam, quomodo reguletur vide D.Sen.Sola in cons.antiq. Sabaudiæ tit.de iur. emphyt.glo.7.num.13.super decreto rempublicam par.2.fol.24.

Eccle-

Ecclesia concedens rem in emphyteusim perpetuò, solum videtur concedere vsque ad tertiam generationem Franch. Crement. singular. 116.

Emphyteusis concessa alicui à monasterio cum pacto, quod etiam in fœminam transeat, quæ nubat subdito, iurisdictione monasterij potest retineri, licet extraneo nupserit, si is velit iurisdictioni ipsius monasterij se submittere Corset.in singul. lit.E. sing.Emphyteusis 1.

Emphyteuta ecclesiæ non potest expellere colonum bene elaborantem terras de fundo; in quo per maximum tempus steterit, alius priuatur emphyteusi ibidem singul. emphyteusis 3.sed quando dictum procedat Hippol.singul.548.

Ecclesia, & si in perpetuum non alienat, dat tamen in emphyteusim, vide de materia per Barto.in authen. perpetua C. de Sacrosanct. Eccl. & in auth.de non alien. vel permutat. reb.eccl.

Emphyteuta ecclesiæ meliorationes suas non vendit, nisi seruatis iis, de quibus in cap.fin.ext.de locat. & cond.

De rebus ecclesiæ concessis in emphyteusim iuxta solitum,& lege prohibente nempe in perpetuum, vide Affl dec.107.

Bona ecclesiastica alias in emphyteusim data, reuersa ad ecclesiam, poterunt in emphyteusim rursum tradi, non seruata sollennitate alias requisita Guid.Pap.q. 100. vide consil.impressum inter dec. Borgn. post decis.30.de contract.part. 2. numero 56.& seq.& n.198.Papon.libr.1. titul. 13.Arrest.1.7.& 9.Menoch. consi. 79. vol.1.

Terræ ecclesiæ incultæ possunt per prælatum cum sollemnitate dari in emphyteusim perpetua, vel in feudum Guid.Pap.q.158.

Concessio in emphyteusim rei ecclesiæ an sit alienatio, & fieri possit, & qualiter, vide Pet.de Benint. decis.13.

Emphyteusis ecclesiæ si concedatur pro se, & suo hærede tantum, de primo hærede est intelligendum. Marescot.q.103.par.2.

Emphyteusis ecclesiæ super qua non interuenit decretum Apostolicum,nulla est Affl.dec.85.n.5.

Emphyteutica res venit in generali hypotheca, & potest obligari Afflict.dec.191.

Emphyteusis ecclesiæ cõcessa pro se,& filiis, an fœminæ comprehendantur: variæ sunt Doctorum opiniones, sed pro concordia vide Ioseph Ludou. decisi. Lucen. 19. & de Franc.dec.30.Magon.dec.7.

Finis Tituli Emphyteusis.

SEQVITVR TITVLVS DE POENIS ALIENANTIVM bona ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1 *Alienans absque requisitis, in foro interiori, & exteriori tenetur, & quando accipiens teneatur, remissiuè.*

2 *Excusatus à peccato, intelligitur etiā excusatus à restitutione, & quando dignoscatur excusatus à peccato.*

Malè alienans rem ecclesiæ ad quid teneatur.

DECIS. CXXXVII.

Respondeo dicendo, quod Nauar. proponit hanc decisi. in trac. de reb. eccl. non alien. nu. 24. & 25. & pro eius
1 resolutione dicit, quod est tractanda in foro exteriori. & interiori. Quoad forum interius dicit, quod interdum accidit, quod alienans peccat, & in hoc casu solum ipse tenetur ad restituendum: & interdum accidit solum accipientem peccare, & tunc ipse solus debet damnum restituere: & interdum vtrunque peccare, & omnes tenentur restituere. Ecclesia autem non peccat, & delictum personæ non debet nocere illi nec etiam te-
2 neri; vnde quando excusantur à peccato alienans, & accipiens, excusantur similiter à restitutione: & ad sciendum quando à peccato excusantur, est necessariò consideranda qualitas personarum, negotiorum, & erroris, aut ignorantiæ, an sit iuris, aut facti, & qualis iuris, aut diuini, vel humani, aut clari, an dubij, vt videre est apud Felin. in cap. 4. nu. 24. de præsumpt.

Quoad forum autem exterius, idē respondendum, si idem probatur in eo, quod in interiori, sed frequenter in interiori, iudicandum est secundum præsumptiones aliquas allegatas, & probatas, quæ frequenter sunt contrariæ veritati, & consequēter contrarium tunc est iudicandum in illo foro.

SVMMARIVM.

1 *Pœna alienantium bona ecclesiastica absque requisitis sex reperiuntur.*

2 *Alienans bona ecclesiastica in nonnullis casibus absque sollennitate à pœnis excusatur.*

3 *Verbum præsumpserit, quid denotat.*

Pœnæ alienantium bona ecclesiastica, quot, & quænam sit.

DECIS. CXXXVIII.

1 Poenæ demum, quas patitur malè alienans prædicta bona, hæ sunt, nam primò in excommunicationem ipso facto incidit, vt habetur in extrauag. ambitiosæ de reb. eccl. non alien.

Secun-

Secundo ipſo facto priuati ſunt beneficio eccleſiaſtico, cuius bona alienauit, & ſine alia declaratione vacare cenſetur, & idcirco conferri liberè poteſt ab ordinario, ad quem eius collatio pertinet, vt dicitur in eadem extrauag.

Tertio eidem amplius illud conferri non poteſt, vt ibi dicitur.

Quarto Epiſcopus, vel Abbas ingreſſum eccleſiæ interdictum habet, & ſi per ſex menſes immediatè ſequentes ſub interdicto huiuſmodi animo indurato perſeuerauerint, ipſis menſibus elapſis ſunt ſuſpenſi ab adminiſtratione ſuæ eccleſiæ, ſeu monaſterij in ſpiritualibus, & temporalibus, vt habetur in d. extrauag.

Quinto per ſententiam deponi poſſunt glo. in cap. monemus 2. q. 2. & Abb. in capitul. ſi quis preſbyterorum nu. 10. de Reb. eccl. non alien.

Poſtremò mortiferè peccant, id quod probatur, quia ipſo iure ſunt excommunicati præter prædictas pœnas; nam excommunicatio maior non infertur niſi pro letali peccato cap. nemo, & cap. nullus 11. quæ. 3. & facit cit. cap. ſi quis preſbyterorum, & Vgolin. de Poteſt. Epiſcop. cap. 14. §. 6.

2 A prædictis tamen pœnis excuſa-
tur alienans in nonnullis caſibus; pri-
mo ex bona fide; quia dicitur in text.
præſumpſerit, quod verbum deno-
tat dolum atque temeritatem Bald.
conſ. 486. num. 5. vol. 4. Arch. in cap. ſi
3 quis ſuadente 17. quæ. 4. & Nauar. in
propriis loquens terminis conſil. 19.
de Reb. eccl. non alien.. Secundo re-
uocatio alienationis, & pœnitentia
ante realem, & pacificam traditio-
nem etiam excuſat d. cap. ſi quis preſ-
byterorum, & ibi gloſ. verbo celeri-
ter Couar. libr. 2. var. reſol. cap. 16. nu.
7. reuocatio enim poſt traditionem
non excuſat à cenſura, Nauar. conſil.
3. numer. 4. de Reb. eccleſ. non alien. Tertio excuſat ignorantia facti probabilis, ac ignorantia iuris in perſonis non ita peritis. Nauar. in Manual. Confeſſ. cap. 23. numero 44. & faciunt in argumentum tex. in cap. ſi celeriter, & capitu. ſi Apoſtolicæ ext. de cler. excommunicat. miniſtran. iuncto capitul. eos de tempor. ordin. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis beneficij ipſo iure alienanti datur abſque ſollennitate.*

2 *Sententia declaratoria requiritur ad amittendum beneficium alienantis bona eccleſiaſtica abſque requiſitis.*

3 *Pœna inflicta ipſo iure ſemper iudicis declarationem requirit tam in foro fori quam conſcientia num. 4.*

An pœna priuationis beneficij ipſo iure inflicta contra alienantes bona eccleſiaſtica ſine ſollennitate, intelligatur ipſo iure abſque declaratoria.

DECIS. CXXXIX.

INter pœnas inflictas ab extrauag.
ambitioſæ, contra alienantes bo-
na eccleſiaſtica abſque ſolennitate,
1 quoad beneficiatos, eſt priuatio ip-
ſo facto illius beneficij, cuius bona
alienauerint, Quæſtionis nunc eſt, an
requiratur ſententia declaratoria il-
liuſque executio per iudicem, cui
communis reſolutio ſcribentium eſt
pro affirmatiua, pront extare vide-
tur in propriis terminis, Paulinæ
Henriquez lib. 13. de excommun. cap.
56. Quaran. Summ. Bullar. ver. alie-

natio in fine, cuius conclusionis vera est ratio, quoniam pœna inflicta ipso iure, requirit semper iudicis declarationem, in quam pœnam neminem incidere antea testatur Achill. de Grass. dec. 1. de pœnis, Gram. decisi. 5. Surdus dec. 147. Gasbar. Thesau. dec. 40. Anton. Faber. dec. 3 de pœnis. & ita totum mundum seruare testatur, Magon. dec. 16. Gram. cit. decis. quod adeo verum est; vt procedat pariter in foro conscientiæ, quoniam pœna ipso iure inducta nō habet locum in foro conscienscię ante condemnationem gl. in c. fraternitas 12. q. 2. Fel. in c. 1. nu. 41. de constit. Nauar. in manual. confess. cap. 23. numer. 66. Molin. de iust. & iur. disputatione 86.

Finis praxis alienationis rei ecclesiæ.

PRAXIS IVRISPATRONATVS.

Svmmarivm.

1 *Iuspatronatus quibus modis acquiratur.*
2 *In fundatione iurispatronatus exigitur consensus Episcopi, & an sufficit ex post facto interuenire.*
3 *Regula fundationis, & donationis ampliatur variis modis.*

Reiectis omnibus probandi modis, quibus olim probatur ius patronatus, nunc per sanctissimam dispositionem Concilij Tridentini ad tres tantummodo probationis species reducitur, scilicet duas quoad patro-
1 natus priuatorum, & altera quoad personas potentes, vniuersitates, cæterosque, in quibus vsurpatio præsumitur. Prima igitur est per Authenticum instrumentum fundationis, vel dotationis, quoniam præfatis modis, & non aliter tam inter laicos, quàm clericos iuspatronatus acquiritur, glos. communiter recepta in cap. piæ mentis, 16. q. 7. c. 3. de iurepat. Nauar. cons. 7. eod. tit.

2 Intellige primo, dummodo in tali fūdatione, seu dotatione interfluit auctoritas, siue consensus Episcopi, & nō alias, c. nobis, & ibi DD. de iurepatronatus, Rota diuers. in decisi. 222. & 223. num. 3. part. 1. & in decisi. 85. part. 2. & fuit pluries per eandem Rotam resolutum, & signanter in vna Imolen. iurispatronatus 18. No-
* uembris 1578. * coram Cantuccio, & iterum in vna Toletana iurispa-
* tronatus 18. Martij 1602. * coram Corduba, & facit decis. 99. part. 2. diuers.

3 Qui consensus sufficit, quod interueniat ex post facto, Rota in vna Aquen. iurispatronatus 7. Nouembris
* 1601. * coram Illustrissimo Seraphino, & præsumitur interuenisse ex diutur-

diuturnitate temporis; vt fuit resolutum per Rot. in vna Romana iurispatronatus 10. Martij 1595. * coram Illustrissimo Millino, Caputaquen. in decis. 185. parte 2. & fuit pariter decisum in vna Lucana cappellæ 20. Iunij 1567. * coram Seraphino, non tamen præfatus consensus poterit præstari per Vicarium Episcopi absque speciali mandato, Cald. consil. 5. de offic. vic. Ferret. cons. 527. & cõs. 343. & 344. Rot. dec. 2. de confirmat. vtili, vel inutili, Rota in vna Placentina de Mirabel. * coram Licta, & an, & quando præsumatur facultas vicarij, qui iurispatronatus consensit, vide Rot. in dec. 96. part. 1. diuers. Capitulum tamen Sede vacante potest dare licentiam volenti ædificare Ecclesiam, vt fiat patronus, Calder. consilio 2. de iure patr. & an Regulares possunt ædificare sine licentia Ordinarij vide latissimè per Rodriquez 2. tom. quæst. regular. quæst. 49. num. 3.

3 Intellige, & amplia secundo, vt fundans, construens, vel dotans Ecclesiam, seu beneficium, acquirit ius patronatus; etiam si illud non reseruauerit, dummodo expresse non remiserit, c. nobis, de iurepatron. Rot. in dec. 5. eodem tit. in antiquis, & in decisi. 167. fundans tamen ecclesiam, seu cappellam potest in totum, vel pro parte remittere iuspatronatus, & limitare illud inducere in præiudicium hæredum, vel descendentium, vt sibi placuerit, c. significasti, de testibus, cap. 1. de iurepatron. in 6. Rota diuers. in dec. 385. part. 1. diuers. & iterum fuit tantum in vna Cremon. iurispatronatus 18. Maij 1578. † coram Robusterio, & iterum in vna probationis iurispatronatus, 9. Iunij 1578. † coram Illustrissimo Seraphino.

Declaratur tertio ita demum acquiri iurispatronatus ex dotatione, si sit congrua, & sufficiens, nam dotans insufficienter, non efficitur patronus, c. quicunque, 16. q. 7. Abbas in c. ad audientiam, de eccles. ædific. numero 4. Rota in decis. 528. sub num. 2. par. 1. diuers. & censuit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba: *Dotans insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirit iuspatronatus sed dicitur benefactor.*

Declaratur quarto, vt acquiratur ex dotatione Ecclesiæ etiam iam constructæ, & etiam iam consecratæ, quando esset absque dote, & cum consensu Episcopi id fieret; Inn. in rubr. de iurepatron. Rot. in decisio. 528. parte 1. diuers. & in decis. 99. parte 2. Balb. in decisio. 69. Mainard. in dec. 63.

Declaratur quinto, quòd licèt ex dotatione acquiratur iuspatronatus, non tamen ex simplici donatione, legato, vel largitate bonorum, nisi hæc fiant pro dote tacitè, vel expressè, quia simpliciter donans, vel legans videtur potius benefactor, quã dotator; & acquisitor iurispatronatus, & iura indulgent iuspatronatus, non benefactori, sed dotanti, c. filiis, 16. q. 7. Rota diuers. in decis. 167. numero 3. part. 2. & iterum fuit per eandem Rot. decisum in vna Imolen. iurispatronatus, 7. Iunij 1577. * coram Cantuccio, & in vna Aretina Cappellaniæ iurispatronatus 16. Decembris 1594. * coram Seraphino.

Declaratur sexto, quòd sub vers. concilij dotationis, vel fundationis comprehenditur etiam illud, quod acquiritur per reædificationẽ, Mainard. in decisi. 69. part. 3. illud tamen intellige, quando ecclesia esset penitus diruta, seu destructa, ita vt noua consecratione indigeat, nam in tali casu acquiritur iuspatronatus

Digitized by Google

perinde ac si ab initio construeretur, quamuis reficiens Ecclesiam non penitus destructam non efficiatur patronus, ita Glos. in c.3. de iurepatronatus, Rota diuers. in decisio. 598. numer. 1. & 2. parte 1. & in decisi. 306. par. 1. & in decisio. 269. part. 2. diuers. & iterum fuit per eandem Rotam decisum in vna regimen. Archipresbyteratus, 13. Ianuarij 1553. † coram Augustino.

Declaratur septimo, quod sub verbo pariter dotationis, vel fundationis comprehenditur illud, quod prouenit ex constructione, quamuis nulla de eo fit mentio, vt apparet ex dicto decreto eiusdem Concilij sess. 14. de reformat. capit. 12. Seraphin. in decisio. 518. Menoch. in tract. de præsumption. libro 3. præsumpt. 9. à numero 6.

Declaratur octauo, quod fundare Ecclesiam propriè dicitur, qui fundum dat, seu assignat, in quo ecclesia construatur, seu ædificetur, capit. Abbas 18. quæst. 2. & latè ego ipse in decisi. 22.

SVMMARIVM.

4 *Pro forma est, vt patronatus probetur authenticis scripturis.*

Dixi authenticis documentis.

4 QVoniam non sufficit probare fundationem patronatus per testes, cum pro forma, & substantia requiritur probatio per authenticas scripturas, Gonsalez glo. 18. num. 79. Piaseg. in praxi par. 2. cap. 5. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba, *Congregatio Concilij censuit requiri pro forma, vt probatio fiat per authenticas scripturas, & regulam esse constituendam, quod probatio per testes non sufficiat.*

SVMMARIVM.

5 *Authentica documenta, quæ dicantur.*
6 *An liber visitationis sit authenticus.*
7 *Arma, & insignia an probent iuspatronatus.*
8 *Instrumentum faciens mentionem alterius instrumenti an probet.*
9 *Bulla Episcopi an probet.*
10 *Iuspatronatus an probetur confessione Episcopi.*

Quæ authentica documenta dicantur.

5 SCriptura authentica dicitur propriè, quæ conficitur per Actuarium publicum cum duorum, vel trium testium subscriptione, Glos. in c. 1. in verbo scriptura, de fide instru. & tunc dicetur probatio probata, Verall. in decisi. 421. par. 2. & in decis. 256. par. 3. Tominc. in dec. 22. Coler. in decis. 129. ex quo infero ad varia praxi digna.

6 Primo infertur, quòd libri visitationum licèt probent, quoad visitationem personarum, & sacramentorum, Veral. in decis. 158. part. 2. Valasc. in dec. 10. Iafred. in decision. 179. & passim seruat Rota Romana vt refert Seraphin. in dec. 99. par. 1. non tamen sufficerent ad probandum iuspatronatus, & cum fiant absque causæ cognitione, ita Piaseg. in prax. par. 2. c. 5. num. 7.

7 Infertur secundo, quòd arma insignia literæ, siue epitaphia inscripta in lapidibus marmoribus licèt, si fuerint de recenti, nullo modo probãt, arg. l. fin. C. de relig. & sumptibus in antiquis verò iunctis aliis adminiculis coadiuuant ad probãdum patrona-

tronatus,ita Polid.Ripa decisio. seu obseru.68. Guido Papa in decisione 341.Caputaq.in decis.190.par.3. Anna sing.decis. 283.pulchrè Seraph.in decis.1141.par.2.& fuit optimè resolutum in Rota Romana in vna Hispal.de las cueuas 13.Ianuarij 1590. † coram Illustriss.Pamphilio. Et iuxta hanc etiam opinionem quotidie practicari in curia Archiepisc. Neap.& pluries fuisse decisum refero ego ipse in decis. eiusdem Curiæ 293. vbi multa ad hoc.

8 Tertio infertur, quod neque pariter dicetur authenticum quo ad probationem iurispatronatus instrumentum, in quo enunciatur aliud instrumentum, vbi fit mentio de fundatione, Affl.in dec. 173. Achill. de Grass.in dec.1.de off.deleg. Ant. Faber in dec.15.C.de edendo, quemadmodum etiam ad probandam fundationem iurispatronatus non sufficit præsentatio instrumenti constitutionis procuratoris ad præsentationem instituendi, quia id vel vsurpatione, vel præscriptione cõtingere poterit, vt fuisse in Rota resolutum testatur Mohed. in decisio.2.de iurepatronatus.

9 Quoad hunc tamen effectum dicitur authenticum documentũ Bulla Episcopi, seu consensus in scriptis datus ad fundãdum, construendum, siue dotandum, argum.tex.in c. post cessionem, iuncta gloss.de probationibus, quidquid dicat Gramm. in decis.81.

10 Infertur tertio, quod neque probatur confessione Episcopi asserentis, tale beneficium esse de iurepatronatus, Bal.consil.5.volum.1 Ripa consil. 28. & fuisse in Rota decisum scribit Caputaq.in dec. 138. par.1. Animadvertendum tamen est, plurimum esse tribuendum sententiis Ordinariorum ad fauorem iurispatronatus, & præsentatorum, si latè reperiantur, Seraphin.cit.decisi. 1141. & fuit pluries per Rot. resolutum in vna Tauri.beneficij, 5.Martij 1564. † coram Orano, & iterum in vna Comens. Ceppellaniæ 17. Iunij 1591. † coram Penna, & ratio est, quoniam Ordinarij non solent multum fauere istis præsentationibus, Rot.in decis. 1. de iure patronatus, in nouis, Card.Paleott.in dec.23.Card. Put.in dec.172.lib.1.& in dec.242.li.2. de enunciatiuis veris, quid coadiuuent vide Rot.in dec.11.de iurepat. in nouis.

SVMMARIVM.

11 *Authentica documenta quid continere debent, cum multis alijs.*

Authentica documenta quid continere debent.

11 Respondeo quod, vt scriptura dicatur authentica debet continere omnia requisita à iure necessaria tam in confectione quàm in extractione quorum enumerat vltrà Abb. in capit. fin. de fide instrumentorum fit etiam per Afflict. in dec.6.inter requisita etiam adhiberi debet citatio partis ad dicendum contra iura, tempora productionis, quia alias non probarent nec dicerentur de actis, Rota in dec.1.de fide instrumentorum in nouis, Verall.in dec.99.part. 2. & in decisi. 117.par.3. Cæsar de Grassis in decision.16.num. 4.de probat. Cassad.in decis.8.de rescriptis, & in dec.12.super regulis Farinacc.in decis.800.

Limita primo conclusionem de citatione partis; vt non procedat primo quando instrumenta fuerint extracta partim ab eisdem Notariis partim à successoribus in officio, de

habentibus facultatem Regiam illa extrahendi, quia censetur esse in forma probanti iuxta dec. Putei 14. de fide instrumentorum, Caputaqu. in dec.351. part. 2. nec in his terminis loquitur dec. Rotæ prima de fide instrumentorum, pro vt ita censuit Rota Romana in vna Mediolanen. iurispatronatus 29. Ianuarij 1589. * coram Comitulo.

Limita secundo, quando pars est in causa ne formiter extrahantur cũ in odium impedientis quoquo modo legitimam extractionem stetur scripturis informibus cum earum simplici copia, Bald. in l. publicati numero 8. & sequenti Cod. de testamentis Det. in consil. 36. Rota diuer. in dec. 159. libr. 2. & ita pluries censuit Rota, & signanter in vna Carthaginens. portionis 14. Nouembris 1594. † coram Seraphino, & iterum in vna Astoriens. prioratus 13. Maij 1598. coram Illustriss. Millino.

Et vltra citationem necesse erit etiam recognoscere instrumenta Caputaq. in decis. 99. numer. 2. part. 2. licet instrumentis antiquis vltra 70. annos talis recognitio non sit necessaria Caputaquens. in dec. 5. par. 3. Puteus in dec. 151. li. 1. neq; in aliis casibus, de quibus per eundem Puteum in dec. 359. libro 2. Boet. in deci. 154.

SVMMARIVM.

12 *Per multiplicatas præsentationes præsumitur titulus fundationis.*

13 *Ampl. etiam si præfata præsentationes essent interpellatæ.*

14 *Multitudo verificetur in duobus.*

De secunda specie probationis iuris patronat.

SEcunda species probationis quo ad personas etiam priuatas est

12 per multiplicatas præsentationes à tempore immemorabili, aliasve secundum iuris dispositionem, & aliter facta probatio præsumitur titulus fundationis, Bisignet. in dec. 4. de probat. Card. Puteus in dec. 205. lib. 1. Rota diuers. in dec. 707. numero 2. par. 1. Achil. de Grassis in decisi. 2. de iurepatronatus, Mohed. decis. 2. eadem Rota decision. 1599. & fuit resolutum in vna Mediolan. iuris patronatus.

Quod ampliatur procedere licet neque per instrumenta præsentationum, neque per testes de immemorabili deponentes nulla fiat enunciatio nec mentio de fundatione vel dotatione, Achil. de Grassis decis. 4. num. 7. de iure patronatus, Rota diuersorum in dec. 792. nume. 11. par. 1. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij in hæc verba, *Iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis, vltra hominum memoriam probatur, licet in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, & dotatione.*

Ampliatur secundo vt præsentationes multiplicatæ adeo probant iuspatronatus, dato, quod essent interpellatæ, & non successiuæ, Cassad decision. 2. numero 7. de probat. Tanis. decisio. 84. Maximè si præfatæ præsentationes probantur effectuatas fuisse ob successiuam vacationem per obitum præsentatorum iuxta consil. Oldrad. 219. numero 2. cum aliis deductis per Rotam in vna Reatina beneficij 17. Iunij 1577. * coram Serafino, & ratio est quia probatis extremis media præsumuntur, Cassad. in decision. 4. de iure patronatus, Cotta decision. 92. Serafinus decision. 1241. & fuit pluries per Rotam decisum & præsertim in vna Cæsaraustana Cappellaniæ 4. Maij 1594. * coram Illustrissim. Blanchetto, & iterum in vna

† vna Bononien parochialis 1578. † coram Brauo, & tandem in vna † Cappellaniæ † coram Illustrissimo Lancellotto.

Et adeo multiplicatio præsentationum est necessaria, quod licet
14 multitudo verificetur in duobus tãtum l.1. §. illud ff. de separationibus, nihilominus Caualc. in decis. 17. requirit tres præsentationes vt censeatur satisfactum menti Concilij, quod videtur etiam de mente Achil. de Gras. in decis. 16. de iure patronatus: tamen in Curia Archiepisc. Neapol. quotidie practicatur vt duæ sufficiant quia alias difficilis esset prolatio vt refero ego ipse in decis. 122.

SVMMARIVM.

15 *Immemorabilis quomodo probetur.*
16 *Testes deponentes de immemorabili, quid deponere debent.*
17 *Immemorabilis an probetur per scripturas.*

Dixi à tempore immemorabili.

15 SEd quomodo immemorabilis probetur grauis est inter Doctores controuersia per testes non dubitatur dummodo concurrant posita per gloss. in c.1. de præscriptionibus in 6. vt sunt, primo quod testes sint ad minus 54. annorum, & de 40. testificentur de visu. Secundo quod testes necessario dicant communem opinionem esse, quod de contrario visu non extat memoria. Tertio quod testes ita semper viderint, & audierint. Quarto quod nunquam fuerit
16 obseruatum contrarium, quæ requisita vltra gloss. in cit. c.1. ponuntur à Mynsing. cent. 1. decis. 30. Mohed. in decis. 12. de iure patronatus Viu. in decis. 77. qui dicit in causis matrimonialibus deberi nominari duos ex maioribus, Caputaq. in decis. 290. part. 3. & in decis. 291. eod. lib. Guid. Pap. in decis. 357. Capyc. in dec. 194.

An autem præfati testes debent deponere in vniuersum de omnibus quatuor requisitis vel sufficiat, vt duo de duobus, & alij de residuis, & respondeas, quod licet in Regia Camera Summariæ referunt quidam fuisse iudicatum vnumquemque testium debere deponere de omnibus requisitis, verumtamen postea hoc non fuit admissum, in Sacro Concilio, vt apparet ex decis. de Franch. 56. est enim difficilis probationis merito debent coniungi ad faciendum vnum totum, Franch. in decis. 80. & in factis antiquis mille probationes coniunguntur, Card. Puteus in decis. 101. lib. 2. quomodo autẽ fiat probatio in antiquis, Vide Guid. Pap. in decis. 357. Bellam. in decis. 70. Card. Puteus in decis. 76. & in dec. 78. lib. 1.

Sed controuersia principalis videtur an immemorabilis possit probari per scripturas, & respondendum est cum distinctione, cum qua alias transiuit Rota vt patet in decis. 583. collecta à Farinaccio vbi fuit dictũ
17 quod licet non possit probari directè negatiua hæc non esse memoriam in contrarium, tamen bene per indirectum, vt in simili dicunt, DD. possessionem directè instrumẽtis non probari, vt per Abb. in c. nobis. nume. 5. de præscriptionib. Socc. consi. 105. in fi. exempli gratia si per instrumentum probetur per centũ, & amplius annos continuatos fuisse aliquos præsentatos ad aliquod beneficium successiuè vnum per alterius obitum substitutum in beneficium præmortui vtique prolatum quoque erit quod alio modo prouisum non fuerit de d. beneficio, & nõ

constare contrarij memoriam; factum enim affirmatiuum continuum habet implicitam negatiuam sui contradictorij.

SVMMARIVM.

18 *Immemorabilis nõ suffragatur, quãdo constat de iniusto, & invalido titulo, ac mala fide nu. seq.*

Vis præfatæ immemorabilis quibus casibus cesset.

DECIS. CXLIV.

QVamuis plures sub se contineat affectus, de quibus 30. enumerat Gaspar Tess. in decis. 27. aliquid per Osaz. in dec. 101. de Franc. in decis. 166. Ioseph. Lud. in decis. Perus. 106 tamen nonnulli reperiuntur casus, quibus non suffragatur, etiam quoad probandum patronatus inter quos sunt. Prima quando
18 constaret de iniusto, & inualido titulo, atque in facto; quia tunc nihil operatur, quamuis legitimè esset probata, vt censuit Sacra Congregatio Concilij. Paris de confidentiis, qu. 28. Gonsalez 7. glos. 18. nume. 48. Triuis. in decis. 55. num. 69. ratio est quoniam cum constet de veritate infecti tituli principij, & sic simus in claris, cessat præsumptio, quæ ex præscriptione immemorabili resultat, ita Verall. in decis. 314. & in decis. 314. part. 3. Crescent. in decis. 21. nu. 4. de probationib. Card. Puteus in decis. 189. num. 5. lib. 1. & in decis. 222. li. 3. decis. 436. lib. 2. Rota diuers. in decis. 731. numer. 18. part. 1. Triuis. cit. decis. 55. par. 2. exemplificari poterit præfata ratio, puta si appareat, quod fuerit vsurpatum ius patronatus ex priuilegio, & non ex fundatione Gonsalez loco cit. numer. 48. Piaseg. vbi supra num. 7. vbi refert ita declarasse Sacram Congregationem.

Secundus casus est, quando constaret de mala fide cap. 1. de præscriptionibus c. fin. eodem, & ita decisum refert. Mynsing. cēt. 1. obser. 30. Iafred. in decis. 69. Bald. de præscript. part. 3. titul. de bona fide q. 6.

Tertio non requiritur ordo præscriptus à Conc. in probatione iuris patronatus, non contra ecclesiam, sed inter ipsos priuatos, vt fuit per Rotam resolutum in vna Ianzin. 5.
† Aprilis 1590. † coram Mantica, vt testatur etiam Farinac. in decision. 527.

SVMMARIVM.

19 *Verba (aliasve secundum iuris dispositionem) quid denotant.*

20 *Titulus constructionis sufficit ad probandum iuspatronatus, & quare.*

21 *Immemorabilis probat legitimum titulum.*

22 *Iuspatronatus probatur per famam concurrente longissima quasi possessione.*

23 *Iuspatronatus in antiquis probatur per solam famam.*

An reperiatur alius modus probandi iuspatronatus quàm fundationis.

DECIS. CXLV.

EX verbis Concilij Tridentini in vers. aliasve secundum iuris dispositionem, colligitur reperiri alius modus, nam ista verba significant
19 idem, quod alio modo l. Caputaqu. in decis. 210. numer. 5. part. 1. Card. Puteus in dec. 170. lib. 3. vnde si probatur titulus constructionis, quamuis

20 uis non exprimatur expressè à Concilio nihilominus sufficeret, & satisfactum esset illius dispositioni, Caputaquensis in decis.153. part.2. Rota diuers. in decisi.583.numer.1.par. 1. Cassad. in decisi.6. numer. 7. de iure patronatus ratio est, quia licet Concilium præseruet iuspatronatus competens ex fundatione, vel dotatione, non refutat illud; quod aliàs potest probari secũdum regulas iuris communis, vt patet ex illis verbis (aliàs ve) quod sæpe Rota censuit, vt patet ex Gabrieli in consil. 692. & in consil. 198. libro 2. Menoch. consil. 241.nu.2.lib.3.& in consi.336.libr. 4. Rota diuers. in decisi.551.part.2.& in decisi. 798.par.1.sub nu. 4. vbi habetur quod in his in quibus non præsumitur vsurpatio, non immutantur per Concilium, sed relinquitur in dispositione iuris communis, vt dicit Gonzalez gloss. 18 à numero 54.

Vnde non solum iuspatronatus probatur ex immemorabili Valasc.
21 decisi.163. quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Abb. in cap. quærebam. num.9. de electione Felin. in cap. causam num. 6. de præscriptionibus, Mohed. in decisi.3. de iurepatronat. Rot. diuers. in decisi.214.& in decisi.220.libro 2. eadem Rot. in decisi.243.& in decis. 254.libro 3. part. 3. & iterum eadem Rotã in vna Pamphilonen. Bene-
† ficij 13. die Ianuarij 1557. coram Litta.

Sed etiam probatur per famam,
22 concurrente longissima quasi possessione præsentandi secundum iuris dispositionem, Achill. de Grass. in decis.4. numero 10. de iurepatronatus Card. Puteus in dec.60. & in decis.140. in fin. lib.1. Rota diuers. in decisi.481. lib.3. part.3. diuers. & fuit dictum in vna Imolen. iurispatronatus 28. Maij 1584. † coram Pamphilio, quæ est 1. part. diuers. decis. 792. & iterum in vna Aretina Cappellæ
† † coram Litta, quamuis in antiquis
23 solum famam probare iuspatronatus absque possessione, ita vt non censeatur reuocatum per Concilium, vt fuit resolutum in vna Tirasonen. iuris præsentandi 5. Maij 1593.
† † coram Penna, & iterum in eadem
† 24. Ianuarij 1594. † coram Litta.

SVMMARIVM.

24 *Vsurpatio iurispatronatus in quibus præsumatur personis.*
25 *Iuspatronatus spectans ad familiam DD. de Caracciolis, siue ad alias eiusdem qualitatis præsumitur ex vsurpatione.*
26 *Vltimus status manutentionis in beneficiis declaratur.*
27 *Prouisiones Apostolicæ beneficij statum non mutant.*
28 *Testes de familia, vel interesse prætendentes iuspatronatus non probant.*
29 *Sententia, quæ non verificatur ex actis non probat.*
30 *Sententia quando dicitur antiqua.*
31 *Episcopatus qui possidentur per Cardinales præsumuntur ex vsurpatione, & quare.*

De tertia specie probationis.

IN personis verò potentibus, seu vniuersitatib. plenior, & exactior probatio exigitur, quoniam vltra supradicta requiritur, vt præsentationes sint continuatæ, non minori spacio, quã 50. annorum, & authenticis scripturis probentur.

Cuius probationis ratio est, quia in præfatis personis præsumitur vsurpatio, vt secundum Butric. in cap.

cum dilectus vers. 2. de officio delegati Prolom. in decision. 705. Crux in decisi. 70. Pereg. in deci. 22. Cardin. Puteus in decisi. 59. numer. 1. lib. 1. eóque magis procedit in Italia, nam dicit Card. Put. in decis. 205. libro 1. quod propter recessum Curiæ, omnes Domini, & populi ceperunt esse tyranni, & iura Ecclesiæ occupare.

Vsurpatio in quibus præsumatur.

DECIS. CXLVI.

24 Respondeo, quod inter præfatas personas connumerantur Domini Castri, vt sunt Domicelli, Comites, Marchiones, Duces, ac Principes, vt de familia Columnæ, Vrsinorum, Sabelliorum tradit Cardin. Put. in decisi. 58. alias 51. libr. 1. Pelleg. in decisi. 5. lib. 1. Prolom. in decisi. 86. Caputaq. in decisi. 128. part. 2. qui dicit, ita decisum, & iterum Rota resoluit in vna Sabien. beneficiorum

† 15. Nouembris 1582. † coram Aldobrandino, & alias pluries fuit resolutum in Rota.

Et sic ampliatur, nedum in recognoscentibus superiorem, verum in recognoscentibus, Cardin. Puteus in decisio. 65. libr. 1. nam Barones huius Regni Neap. habentur loco personarum potentium, ita vt in eis quoque præsumatur vsurpatio, & per consequens subintret forma tradita à Concilio ad probandum illorum patronatus, vt censuit Sacra congregatio Concilij per hæc verba, *Cõgregatio censuit Barones, & alios Dominos perpetuam iurisdictionẽ obtinẽtes comprehendi in hoc decreto: in versic. in his personis*: hinc etiam fuit alias in Rota dubitatum si familia Caracciolorum dicatur de potentioribus, & tandem fuit decisum, quod sic, vt in vna beneficij S. Andreæ 24. Ianuarij 1571.

† † coram Illustrissimo Lancelloto, cuius verba sunt hæc.

Fuit cõclusum D. Decium præsentatum a patronis, existẽtibus in quasi possessione præsentandi non debere institui, quia nec de fundatione, nec de dotatione eorum iurispatronatus, nec de antiquissimis præsẽtationibus constat, iuxta requisita a Cõcilio Trid. in sess. 25. c. 9. sed tãtũ dicitur de præsentationibus factis intra spatium trigintanouem annorum, accedit etiam, quia cum hoc iusp. ... spectet ad nobilem, & Ill. familiam DD. de Caracciolis, siue etiam ad alias eiusdem qualitatis, videtur ex vsurpatione potius ac quasi, non ex fundatione, iuxta decis. Cre. cent. 13. quo casu, præter

25 *immemorabilem temporis cursum, de quo dictum est, non constat, requiruntur etiam præsentationes continuatæ spacio quinquaginta annorum, quod tempus, nec minus adest, propterea ab eodem Cõcilio in iis casibus nedũ titulus iurispatronatus si quis adesset, sed ipsa quasi possessio in totum abrogatur, & irritatur, ita vt beneficium tanquam liberum possit a suis collatoribus conferri, & prædicta facilius procedunt, quia stante lite orta ante institutionem, de qua agitur etiam de iure communi requiritur discussio plena proprietatis iurispatronatus, cons. Dec. 177. nu. 1.*

Verum quia pro parte eiusdem Decij allegatur confessio facta per D. Octauianum in literis suæ prouisionis, quia Cappella hæc, de qua agitur, est de iurepatronatus, licèt sit hoc extra dubium, DD. reseruauerunt hoc pariter iudicandum, si pro eo Decius audiri voluerit.

Et quia hoc nec sit, neque fuerit, dicitur, quod verbum in Bullis appositũ, est generale, & inquit (asseritur) quod verbum tãquam generale, & impersonale, non censetur prolatum per impetrantem, Rota in antiqu. 74. & 727. Cassa. dec.

decis.4.de probat.

Et iterum in ead.19. Octobris 1608.
† †coram Octembore, quæ sic se habet,

Proposito dubio an cōstet de quasi possessione præsentandi ad eccl. siamSancti Andreæ de Rabattaria extra, & propè ciuitatē Neapolitanam apud littus maris, quæ sit manutenensta vt Reuer ēdiss. D. Decius Caracciolus Archiepiscopus Baren. præsentatus veniat instituendus, negatiuè resolutum fuit, na etsi ad effe-
26 *ctum manutentionis sufficiat vnicus actus, & vltimus status possessionis, c. consultationis & ibi Abb.nu.2.& 9.de iure patron.c.querelam, de elect. Dec.cos. 334.n.1.& Crescent.dec.2.in fin., de iure patr. id procedit quando iurispatronatus existentia non controuertitur, sed tantum agitur inter plures patronos de illius pertinentia, Achil.dec.5.n.3.de iurepat, Alioquin ex dispositioneConcilij, & declaratione Cardinalium interpretum reperiuntur eadem probationes in possessorio, quæ in petitorio, vt fuit dictū in Volaterrana iurispatronatus 28.Maij*
† *1595. coram Illustriss. Mellino, & in Romana parochialis 31 Ianuarij 1600.*
† *†coram Reuerendissimo Pacen.*

In proposito autem nullus titulus exhibetur, nec instrumenta præsentationū continuatarum per spacium centum annorum, prout requiritur; fuit resolutum in Firmana iurispatronatus 8. Martij
† *1591. cora bon.mem.Orano, & in Bar-*
† *chinonen.vnionis, Decembris 1597. coram bon.mem. Gipsio. sed vt decisum*
† *fuit † coram bo.me.Cardinali Lancelloto in hac eadem causa die 29. Ianuarij 1571.omnes præsentationes intra spaciū 50.annorum continentur, videlicet ab anno 1528.die 23.Ianuarij, quo fuit institutus Fabius Caracciolus præsentatus 6.Nouembris præcedentis vsque ad annum 1567. quo obiit Marius Caracciolus, post cuius obitum inter Octauium Brancatium prouisum Apostolicum, & Decium, Caracciolum seniorem præsentatum a patronis fuit introducta lis, & causa commissa in Rota, quamobrem nec subsistit probatio per famam, quæ non admittitur nisi in antiquis, & concurrentibus aliis ut fuit dictum in Terrasonem Capellaniæ 14. Decembris 1608.*
† *† coram Reuer. Cauallerio, & in præmis longissima quasi possessione ut fuit dictum in Insulana iuris patronatus 18. Maij 1584. quæ est dinerz.702.par.1.& Ludouisi dec. quadragenaria, Cassad.dec.2.nu.3.& 4.de probat. Put.dec.1j.604. lib.1. & fuit re-*
† *solutū in supradicta Barchinonen.† coram bo.mem.Gipsio, & quod hoc non possunt deseruire prouisiones Apostolicæ,*
27 *quæ non mutant statum beneficij, Achil.decis.vltima, de iure patronatu. & fuit dictum in Bononien. iurispatrona-*
† *tus 16.Ianuarij 1608.† coram Reuer.Sacrato, sed earum tempora de medio deducuntur, Guidobon.decis.125.fuit decisum in Bracharen.de Iuncais 19. Decem-*
† *bris 1597.† coram Reuer.Decano*

Nec vero probatur publica vox, & fama, quia ex testibus examinatis de hoc anno, vnus tantū, videlicet primus iuxta primum deposuit, quod audierit publice dici, quæ quidem verba important famam, Cass. dec.3.n.4.& 7.de probation. Caputaquen. dec.7.par.2.& decis. 289.par.3.verum ipsum restringit, quod audierit a diuersis personis, & sic dictum suum restringit, & alius testis examinatus de anno 1559. deponit a 30. annis citra, quod verificatur etiam in tenuiori ætate, Bero.in l.Celsus, num.25.ff.de vsucap. & testis, qui asseritur examinatus in curia de anno 1570.non est habendus in consideratione, propterea quod non appareat quomodo fuerit examinatus: alij vero testes examinati de anno 1531. sunt de familia Caracciola, & aliorum prætendentium iurispatronatus, & ha-
28 *bent interesse in causa, quare non merētur fidem, l.omnibus & ibi Bald.n.3. C. de testib. Roland.cons.3.n.55.vol.1. Arm.*

Digitized by Google

conſ.249.n.14.Neque poteſt fieri funda-
mentum in ſententia Ordinarij de anno
1528. in qua enunciat ſe vidiſſe inſtru-
menta præſentationum, & præſertim
Bullam bo. me. Alexandri Caraſæ in-
ſtitutionis quond. Fabij Aioſæ in dicta
29 *Eccleſia, quia hac ſententia nō probat,*
cum non iuſtificetur ex actis, neque iu-
dici creditur de aſſertionib. niſi factæ
ſint præuia cauſæ cognitione, & de illis
appareat in proceſſu, Soccin.conſ.47.n.
13. vol. 4. fuit dictum in dicta Romana
parochialis, & in Lauden. deuolutionis
† *23.Martij 1544. † coram Reuerendiſſ.*
Pacen. & in Sabinen.aquæ 29. Martij
† *1604.† coram me. Nec poteſt probari v-*
ti antiqua, Caſſad.dec.3.n.3. de probat.
quia ſententia dicitur antiqua, quando
30 *excedit 40.annos, cum ſit lata ann.1528*
& bis fuerit mota anno 1567, vltra quod
in hoc caſu Domini cenſebant requiri
probationem temporis immemorabilis,
cum præſentationibus continuatis per
ſpacium 50.annorum, quæ omnes probē-
tur effectum ſortitæ ex authenticis ſcri-
pturis, poſito etiam, quod nos verſemur
in iurepatronatus potentium, propterea
quod concurrant plures familiæ, quas
non eſt veriſimile facile in vnum conſ-
piraſſe ad fundandam, vel dotandam
Eccleſiam, Creſcent.deciſ.1.de iurepat.
proceſſiſſe ab vno ſtipite Caracciola, ſed
mediantibus fœminis fuiſſe diuiſum in
plures familias, hoc non probatur
quin potius partes, & teſtes videntur a-
lias aſſeruiſſe contrarium.

31 Ampliatur ſecundo, procedere e-
tiam in Epiſcopalibus, qui tenentur,
& poſſidentur per S. R. E. Cardina-
les, vt fuit reſolutum in Rota in vna
Sabien.beneficiorum 15. Nouembr.
† 1582. † coram Illuſtriſſimo Aldo-
brandino; nam viget eadem ratio
ob abſentiam Summorum Pontifi-
cum, & Cardinalium dum Auenioni
morabantur.

Amplia tertio procedere, vt præſu-
matur quoque vſurpatio in perſonis
congeſtis per Card.Puteum in deciſ.
59.60.61.& deciſ.62.li.1.

SVMMARIVM.

32 *Præſentationes continuatæ ſunt de forma ſacroſan. Triden. Conc. & quæ dicantur continuatæ.*

Præſentationes debere eſſe continuatas an ſit de forma.

32 DECIS. CXLVII.

RESpōdeo affirmatiuè, quoniam Conc. dat pro forma, præter immemorabilem. & reliqua neceſſaria, præſentationes debeant eſſe continuatæ, & ſortitæ effectum.

Amplia primo, vt per huiuſmo-
di decretum cenſeantur ſublati mo-
di, quibus de iure communi acqui-
rebatur iuſpatronatus, vt reſoluit
† Rota in vna Reatina iuriſpatrona-
tus, 20. Octobris 1587.† coram Robu-
† ſterio, & in d Sabien. beneficiorum
15.Nouembris 1582. † coram Aldo-
brandino.

Amplia ſecundo, vt nec ſufficiunt præſentationes centum annorum, vel ducentorum, ſi non ſint continuatæ, vt ſcilicet vna ſubſequatur aliam, quoniam ita oſtendit illud verbum (continuare) vt latè per Ant. Bart. de tempore vtili.capit.2.nu.1.& latiſſimè in cap.8.Iacobat.de Concilio lib.7.artic.1.n.130.Feder.de interpret.iuris, par.1.n.126.

Amplia tertio, vt neque ſuffragentur præſentationes continuatæ per tantum tempus, vel maius ſi omnes non fuerint effectum ſortitæ, & dicuntur effectum ſortitæ quoties habuerunt effectum cum vacaret beneficium inſtituit, quem præſentauit patronus, iuxta deciſ.Rotæ, teſte Achil. de Graſſ.in deciſ. fin. de iure patron. latè Maſcard. de pro-

bat.

Digitized by Google

bat.conclus.121.col.3.Insuper,vt dicantur præsentationes effectuatæ, necesse erit,vt præsentatus acceptauit, vt fuit decisum in Rota 4. De-
† cembris 1551.† coram Ant. Augustin. & facit decis.Caputaq. in decis. 131. par.1.

SVMMARIVM.

33 *Præsentationes,vt per scripturas authenticas probentur,est de forma.*

34 *Scriptura authentica iurispatronatus deperdita,illa per testes probari non potest,& quare.*

Presentationes continuatas esse probandas per scripturas authenticas an sit pro forma.

DECIS. CXLVIII.

REsponsio est affirmatiua, quia
33 quando agitur de iurepatronatus harum personarum, Concilium non sibi satisfit, quod probentur præsentationes per testes, vt in propriis terminis fuit in Rota resolutum in d.Sabien.15. Nouembr. 1585. hinc etiam facit, quod voluit Rota in vna Archipresbyteratus, 2. Maij,
† 1588.†coram Pamphilio, quod deficientibus scripturis authenticis,
34 non sufficit illas probare per testes, cum huiusmodi probatio requiratur pro forma.

Amplia primo præfatam probationem esse necessariam nedum in probandis præsentationibus continuatis, verumetiam in probatione effectuationis illarum, quoniam in vtroque casu exigitur probatio per authenticas scripturas,vt voluit Gōsalez glo.18.nu.84.& tenuit Rota in d.Sabbien.sæpius adducta.

Amplia secundo, vt neque adimpleri possit per æquipollens, nec vllo casu probari posse per testes, Rot. in dec. 199. num. 3.& sequent.par.2. & ratio est, quia debet adimpleri specificè, Fel.in capit. cum dilecta, numero 10. ampliat 11. de rescript. Dec.in consil.112.num.3. Boer.in decis. 1. num.44. Segura in l.vnum ex familia,§.sed si fundum, num.12. ff. de leg.1.

SVMMARIVM.

35 *Vniuersitas parua tenetur probare iuspatronatus iuxta formam traditam in Conc.& quare.*

36 *Iuspatron.vniuersitatis paruæ præsumitur ex vsurpatione,cum declarationibus.*

An in probatione iurispatronatus paruæ vniuersitatis desideretur forma probandi tradita à Concilio.

DECIS. CXLIX.

35 REspondeo,locum habere etiam si communitas, seu vniuersitas sit parua, quia non propterea cessat hæc præsumptio considerata per Concilium, tum etiam, quia cum generaliter de vniuersitatib. loquatur,nec distinguit inter vniuersitates magnas, & paruas, nec nos distinguere debemus,vulgata l. de pretio, ff. de publiciana in rem actio. tum etiam, quia rationes, propter quas ecclesia præsumitur libera, & non de iurepatronatus,ad not.in c querelam, de elect. militant.pariter in quacunque vniuersitate;nam potest esse,quod ex oblationibus fidelium, & hominum communitatis, ecclesia fuerit constructa,non tamen animo acquirēdi iuspatronatus, Achil. de Grass.in decis. 4. de iurepatron.

Digitized by Google

Card.Put.in decis.57. & in dec. 205. lib.3.Crescent.in decis.13. Verall. in decis.316.par.2.& quod etiam in par-
36 ua vniuersitate. præsumatur iuspatronatus ex vsurpatione, tenuit Rot. in vna Bonon. Iurispatronatus 20.
† Martij 1589.† coram Gipsio, & ad idem expenditur decis. eiusdem Rotæ, teste Farinac.in decis. 543. & fuit etiam resolutum in vna Forosempronien. parochialis 4. Februarij
† 1594. † coram Illustrissimo Mantica, & iterum in vna Illirden. benefi-
† cij 11. Martij 1596.† coram Penna.

Quam conclusionem dupliciter intellige, primo procedere, maximè in Italia, in qua propter recessum Curiæ, omnes populi ius præsentandi vsurparunt, Spec.de iurepatron. col.3.vers.& nota, & Card. Put. vbi supra.

Intellige secundo in locis, in quibus Ordinarij collatores sunt inferiores Episcopo, & minoris auctoritatis, quorum qualitate attenta, facilè præsumi potest vsurpatio, & quod non fuerint ausi vniuersitatib. contradicere, vt per Put.in decis.57. li, 1. Achill.in decis.4.de iurepatronat. & fuit in Rota resolutum in vna nullius Archipresbyteratus, 2. Maij
† 1588.† coram Pamphilio, secus si in collatoribus fuerit æqualis, vel maior auctoritas, quàm in vniuersitate, quoniam tunc cessat dispositio Cõcilij, quia quod dicitur in magnatibus, seu vniuersitatibus præsumi iura Ecclesiæ vsurpata, procedit vbi non datur æqualis concursus potentiæ, & auctoritatis in collatoribus, secus si conferentium sit æqualis, vel maior auctoritas. quàm in vniuersitate, vt fuit per Rot. resolutum in vna Toletana iuris nominandi, 10.
† Martij 1582. † coram illustrissimo Blanchetto.

Intellige tertio, si tota vniuersitas hoc ageret, secus autem si certa pars illius prætenderet Iuspatronatus, Gonsalez gloss.18.num. 69. Garz. de beneficiis, par.5.c.9.102. referens ita declarasse Sacram Illustriss. Congregationem.

SVMMARIVM.

37 *Amissio scripturæ authẽticæ iurispatronatus secundum vnam sententiam per testes probari potest.*

Amissio scripturarum, in quibus probabatur iuspatronatus, an possit testibus probari.

DECIS. CL.

Ratio dubitandi pro opinione affirmatiua oriri videbatur, ex tex.expresso in c.cum olim, de priuileg. vbi amissio instrumentorum probatur testibus deponentibus de illorum tenore, ad quod etiam expenditur tex.in l.sicut, C. de fide instrum. & iuxta quorum sententiam fuisse decisum in Sacro Cons.scribet Affl.in decis.274. Viu. in decis.166. & facit etiam decisio prax. Curiæ Archiepisc.c.36.nu.12.volentis quod
37 si per testes probaretur esse deperditas scripturas, & deponerent de tenore illarum, in quib.continebantur continuatæ præsentationes, tunc satisfieret menti Concilij, per text. in tit cap.cum olim.

Cæterum supradictis minimè obstantibus mihi magis suadetur opinio contraria, quam tenet Gonsalez gl.18.nu.82.tenentis, quod eo ipso, quod Concilium non confidit de testib.consequenter remanet exclusa ista probatio, nam aliter de facili excluderetur dispositio d. Concilij, & iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Sabien. Iurispatronatus, 15.No-

Digitized by Google

* 15. Nouembris 1582. * coram Clemente VIII. vnde si non probaretur ex iisdem scripturis authenticis, quod omnes præfatæ præsentationes continuatæ sortitæ fuerint effectum, prout Consilium disponit, non releuaret talis probatio, Rota in dec. 199 par. 2.

SVMMARIVM.

38 *Præsentatio, non autem nominatio coram superiori est facienda.*
39 *Acceptatio in iurepatronatus est præsentationis pars.*
40 *Præsentatio in iurepatronatus de absente fieri potest.*

Præsentatio quando dicatur sortita effectum.

DECIS. CLI.

RESpondetur, tunc propriè dicuntur præsentationes sortiri effectum, quando Ordinarius illarum vigore instituit præsentatum à patrono, & præsentatus, & institutus acceptauit, possessione subsequuta.

38 Dixi præsentatum, ad differentiam nominati, quoniam præsentati, non verò nominari debet superiori, Achill. de Grass. in decis. fin. de iure patronatus.

39 Dixi acceptauit, quoniam acceptatio est pars præsentationis, & ante illum non dicitur perfecta, Card. in c. fin. de iurepatr. Lambert. lib. 2.
40 part. 2. q. 5. art. 2. sub numero 2. hinc prouenit, quod licet præsentatio fieri possit de absente, ad tex. & ibi not. in capit. accedens, de præbend. Mastrill. in dec. 2. par. 1. tamen non acceptata, nullam vim sustinet, vt fuisse in Rota decisum testatur Farinacc. in decis. 576.

Et quod huiusmodi requisita sint substantialia, voluit Caputaq. in decis. 131. & in decisio 418 par. 2. Crescent. in decision. 5. de iurepatron. Rot. in dec. 147. numero 1. & in dec. 167. par. 1. diuers.

SVMMARIVM.

41 *Linea quid est.*
42 *Iuspatronatus fundatum pro sua linea, intelligitur de linea directa.*
43 *Linea a patre debet sumere initium.*

DECIS. CLII.

Iuspatronatus fundatum pro se, & descendentibus à sua linea, quomodo intelligatur.

SVpponatur in facto; quod in creatione patronatus in instrumento fundationis vsus fuerit his verbis (pro me, & descendentibus ex linea mea) fuit dubitatum coram me, de qua linea huiusmodi verba intelligenda erant, & pro huius quæstionis dilucidatione, est in
41 primis supponendum, quod linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens, Io. And. in arbore consanguinitatis, Capyc. dec. 159. num. 5. Tiraqu. de retractu lignag. §. fin. Glos. 9. num. 2. fol. 127. allegans plures alios. Vnde
42 in præsenti casu linea debet intelligi de directa, non de inflexa, & per transuersum, secundum Bald. consil. 171. testamento cauetur, volum. 3. & idem Bal. consilio 121. vol. fin. Castr. consil. 199. volum. 2. Ann. consil. 132. in princ. volu. 2. Micres. de maioratu, parte 2. quæst. 6, numero 18. Quapropter ad præfatum patronatus voca-

ti censentur omnes descendentes à linea ipsius testatoris. Ratio est, quia linea alicuius dicitur propriè, quæ habet originem, & descendit ab illo per directum, non autem per trāsuersum, Ruin. consil. 23. nume. 6. volum. 3. Corneus consilio 198. col. fin. volum. 3. Signoroll. consilio 93. col. 2. Barbat. in repit. l. cum acutissimi, C.
43 de fideicommiss. Et à patre debere semper sumere initium testatur Bal. cons. 394. vol. 3. lib. 3. Bero. consil. 77. num. 15. libro 2. Nec sufficeret, quod sint de eodem cognomine seu familia ipsius fundatoris, secūdum Ruin. cons. 153. nu. 10. li. 2. Cuman. consil. 2. Salicet. inter consilia Anchatani cons. 97. colum. penult. vers. alios ergo sensus, sed oportet, quòd descendant à linea prædicta fundatoris, nec sufficit, vt dixi, quod sint de eodem cognomine, Roland à Valle consil. 23. num. 39. & 40. lib. 4.

SVMMARIVM.

44 *Paria sunt, esse quem patronū, vel in quasi possessione iuris præsentandi.*
45 *Præsentatio facta ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, præsentationi factæ a proprietario præfertur.*
46 *Vltimus status in beneficialibus attenditur.*
47 *Quasi possessio post Concilium est abrogata in iure pat.*
48 *Patronus semel de iure patr. docens, in alia vacatione amplius non tenetur.*

Quasi possessio præsentandi an suffragetur post consilium.

DECIS. CLIII.

INfacti contingentia dicebā, quòd quamuis olim maximæ considerationis erat quasi possessio præsentandi ad effectum manutentionis patronorum, ca. quærelam, de elect. c. consultationibus, de iurepatron. & cap. cum olim, de cau. poss. & propr. Rot. decisio. 7. de iurepatr. in nou. &
44 in decis. 13. eo. tit. Et paria sunt quem esse patronum, vel in quasi possessione iuris præsentandi, vt per Cardin. consil. 69. in 2. dubio, & Abb. in d. capit. consultationibus, vbi dicunt,
45 quòd præsentatio facta ab eo, qui est in quasi possessione iuris præsentandi, præfertur præsentationi factæ à proprietario iurispatronatus, vt in propriis terminis voluit Rot. in decis. 14. de iurepatr. in antiquis, & eadem Rot. in decisi. 7. eod. tit. in nou. Triuis. in decis. 54. par. 2. Rot. diuers. decis. 67. par. 2. & Franc. March. de-
46 cision. 119. Et solet dici, quòd in beneficialibus, & maximè in iurepatronatus attenditur vltimus status, & immediatè quasi possessio. Rot. in decis. 2. num. 2. de præbend. in nou. & in decis. 49. de rescrip. in antiq. Put. decis. 2. libro 3. Cæsar de Grass. dec. 4. de probat. & in hac quasi possessione suffragatur sola bona fides absque titulo, Verall. decision. 69. par. 1.
47 Cæterum supradictis minimè obstantibus, hodie post Conc. Trid. in dict. c. 9 non sufficit docere de quasi possessione, nisi plena ostensio de legitimo titulo fiat. Ratio est, quia per dictum Conc. derogatur non solum titulo, sed etiam quasi possessioni cuiuscumque patronatus aliter acquisiti, quam ex fundatione, constructione, vel dotatione, & ideo vt quasi possessio possit suffragari, est docendum de legitimo titulo, vt pluries tenuit Rota Rom. præsertim in vna Comsana iurispatronatus, 23. † Iunij 1604. † coram Licta, & in vna † Rom. parochialis, 21. Ianuarij 160 . †

coram Pacen. & iterum in vna Auximana iurispatronatus, 25. Maij
* 1595.* coram Illustrissim. Mellino, & tandem in vna Reatin. iurispatronatus 1587. Ex quibus enim percipitur, hodie cessare manutentionem ex vi quasi possessionis, donec possessor iurispatronatus non doceat de titulo. & ita censuit Sac. Cōgreg. Concilii per hæc verba, *Hoc decretum concilij habet locum in petitorio, & possessorio, vnde non est admittenda præsentatio, aut præsentati institutio, nisi prius verificatur iurispatronatus ex decreto Concilij.* Et iuxta hanc opinionem in quamplurimis causis fuit obseruatum in Curia Archiepiscop. Neapol.

48 Est bene verum, quod si semel vacatio contigerit, & patronus coram Ordinario docuit de suo iure patronatus, iuxta dispositionem Concilii, & præuia causæ cognitione fuit approbatum dictum iuspatronatus; tunc licèt postea idem beneficium vacare contingat, non tenetur amplius patronus de titulo docere, sed sufficiat sibi quasi possessio, quam habuit, vt censuit Sac. Congreg. per hæc verba, *Item censuit Sac. Congreg. non posse repelli a sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causa cognitione super iurepatronatus post Concilium, Ordinarius a patrono præsentatum admisisset, etiam si post obitum eiusdem præsentati de validitate iurispatronatus contigerit dubitari; secus autem si simpliciter patroni præsentatio absque causæ cognitione admissa fuerit.*

SVMMARIVM.

49 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur etiam in spiritualibus, & quomodo, declaratur numero 53.*

50 *Specificatio iurispatronatus in venditione vniuersitatis est simoniaca.*

51 *Emens aliquid vniuersale animo emendi iuspatronatus, simoniam committit.*

52 *Id, quod principaliter agitur, est inspiciendum.*

Specificatio iurispatronatus in venditione vniuersitatis an sit simonia.

DECIS. CLIV.

IN Curia Archiep. Neap. tale fuit dubium (litigantes prætermittendo) quidam vendiderat domum alicui, in qua erat etiam cappella cōtinens iuspatronatus; in cuius venditione adiecit verbum, & signanter iuspatronatus: fuit dubitatum si præfata venditio esset simoniaca, iuxta tradita in cap. quanto, de iudic. pro
49 negatiua vrgebat, quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur etiam in spiritualibus, iuxta doctrinam glos. in c. significasti, de elect. & in c. ad audientiam, 2. de rescript. in c. olim, in primo, de restitut. spoliat. in cap. relatum, de præbend.

Cæterum hoc non obstante, contrarium iudicauimus, & moti fuimus auctoritate Io. And. in c. 1. de iure patron. in 6. qui vult, quod si in
50 venditione villæ, vel vniuersitatis bonorum, fiat expressa mentio iurispatronatus per huiusmodi expressionem videtur æquè principaliter vendi iuspatronatus: & per consequens erit nulla venditio, & est cōmunis opinio, secundum Lambert. de iure patr. 2. par. 1. libri, art. 2. 2. par. principalis, num. 7. Menoch. in cons. 451. vol. 3. de Rub. in cons. 190. vol. 2. reprobata opinione Anan. in c. querelam, de elect. immò diximus, quod

51 si quis dum emerit villam, vel alia bona, in quibus erat insitum iuspatronatus, principaliter habuit intentionem ad eius iuspatronatus, propter quod emit illa bona; tali casu dubium non est quin committat simoniam, & haberet locum pœna
52 vendentis iuspatronatus, cum id, quod principaliter agitur, sit inspiciendum, & sit in consideratione. l. si quis nec causam, ff. si certum pet. & ita tenet Palud. in 4. distinct. 25. quæst. 5. artic. 3. in fine, Sot. de iust. & iure, libro 9. quæst. 7. art. 1. Pet. de Cened. in collect. 140. parte 1. Rosell. in summa, in verb. simonia, numero 6. Spin. in spec. testament. Gloss. 4. numero 116. in princ. Ceuall. de commun. contra communem. quæst. 349. libro 1.

53 Non obstat, quod expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, quia respondetur, quod quando actus de per se simpliciter est prohibitus, tunc etsi tacitè insit, si exprimatur, operatur vitiū, propter quod ille si in eo exprimatur illud, quod de per se est prohibitum, inualidatur, & annullatur, argu. tex. vbi DD. in l. nonnunquam, ff. de cond. & demonstr. & ita tenendum, reiecta distinctione, quam in hoc casu constitui, Rocchus de iurepatronatus, verbo ipse, vel is, à quo, quæst. 25. numero 49.

SVMMARIVM.

54 *Descendentia ad obtinendum iuspatronatus est probanda, & quod sit ex linea legitima.*
55 *Descendentia per gradus distinctos quando est probanda, & quomodo in antiquis probatur, numero 57.*
56 *Indicia, & præsumptiones sufficiunt ad probandum quem esse de patela, vel genere.*

Descendentia in iure patronatus an sit probanda.

DECIS. CLV.

54 ABsque difficultate fuit in Curia Archiepiscop. decisum, descendentiam esse probādam, vt quis possit iuspatronatus obtinere; dubitatum tamen fuit, quomodo huiusmodi probatio fiat, ego dicebam, quod debet per gradus distinctos probari, per tex. expressum in cap. licet ex quadam, ibi singulos gradus, de testibus. tenuit Bal. in l. 1. sub numero 14. C. de testamentis, & idem Bald. post Inn. in cap. series, numero 3. de testibus. immò nedum debet probari per gradus distinctos, immo etiam debet probari, quod veniat à linea legitima, Roland. consil. 3. numero 47. volu. 1. post Dec. in consil. 47. vol. 2. Alciat. in consil. 191. Alban. in cons. 181. & ita tenuit Rota in vna
* Sutrina 18. Decembris 1588. *coram Illustrissimo Pamphilio. Verum intelleximus istud procedere, vbi lex vocans aliquem de descendentia, vel parentela simul desiderat illum
55 esse in certo gradu, quia tunc bene requiritur descendentiæ probatio per gradus distinctos, secus in aliis casibus, quia ad probandum quem
56 esse de genere, vel parentela, sufficiunt indicia; & præsumptiones, Aret. consil. 37. numero 2. post Bald. in consilio 69. numero 13. Soccin. consilio 89. col. 2. volu. 1. Dec. consil. 595. Bursat. consil. 98. num. 2. vol. 1. Mandel. consil. 83. num. 8. lib. 1. & alij innumeri, quos recenset Mascar. concl. 409. & 511. numero 10. Simon de Petris de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 4. num. 223. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota Romana in vna Placentina Cappellaniæ

niæ 10. Ianuarij 1598. *coram Penia.
In antiquis verò admittuntur le-
* uiores probationes, & sufficit fama
57 publica, vel testes de auditu, cap. licet
ex quadam, de testib. Alexand. con-
sil. 90. in libro 6. & quandoquidem
sufficiunt duæ enunciatiuæ emanatæ
à diuersis personis non suspectis, se-
cùndum Soc. in consi. 194. sub num.
9. lib. 2. Achill. de Grass. in decisi. 5. de
iure patron. Card. Put. in dec. 207. li-
bro 2. & fuit pluries per Rot. resolu-
tum, & signanter in vna Romana
Cappellaniæ de Capizuchis de anno
* 1570. *coram Cotta, & iterum in vna
Vrbetana fideicommissi 31. Ianuarij
* 1565. *coram Lancellotto, & tandem
in vna Nouar. beneficij 5. Nouembr.
1586. *coram Illustrissim. Pamphilio.
Notandum summopere in praxi,
quod probatio descendentiæ patro-
norum ad effectum præsentandi
non requiritur, stante quasi posses-
sione præsentandi, Crescent. in dec.
9. de iurepatronatus, & Seraphin. in
dec. 1334.

SVMMARIVM.

58 *Præsentatio in iurepatronatus præ-
sentialiter est facienda, & aliter fa-
cta non tenet, & patrono currit tem-
pus, num. 61.*
59 *Differentia inter præsentationem, &
nominationem.*
60 *Præsentatio de clerico absente non
valet.*
61 *Præsentatus ante institutionem est
examinandus, si est idoneus.*

Præsentatio quomodo sit facienda.

DECIS. CLVI.

IN quamplurimis causis contin-
git mihi hæc dubitatio, & semper
58 dixi, præsentationem fieri debere
præsentialiter, id est sensibus corpo-
ris illius, cui fit præsentatio; adeò
quod præsentatus debet esse perso-
naliter coram Ordinario, nec suffi-
cit, patronum præsentantem ali-
quem solum mittere instrumentum
præsentationis Ordinario, vt per Sil-
uest. 3. par. quæst. 1. numero 6. & q. 2.
numero 45. Rot. in propriis termi-
nis decis. 3. de iurepatronat. in nou.
vnde Achill. decis. 12. eod. titul. tenet,
quod præsentatio intelligitur tan-
tummodo, quando fit personaliter
59 superiori, alioquin dicitur magis no-
minatio, vt tenuit eadem Rot. in de-
cision. 211. in nou. Franchus in cap.
fin. §. verum, in 1. notab. de iurepa-
tronatus, in 6. Rocchus de Curt. in
tract. iur. patronat. quæst. 41. circa
med. Milis in repert. verb. patronus,
& iuxta hanc opinionem fuit in Rot.
resolutum in vna Asculana paroch.
* 13. Ianuarij 1548. * coram Anton.
60 Augustin. Et ob hanc rationem præ-
sentatio facta de clerico absente,
non valet, gloss. in clem. dudum, in
verb. præsentare, de sepult. notat
Abbas in c. ea noscitur, sub numero
3. de his, quæ fiunt à prælat. & Rot. in
61 cit. decisio. 3. de iure patrona. in nou.
Hinc prouenit, quod aliter facta præ-
sentatio, quàm vt supra, vltra quod
erit nulla, patrono currit tempus,
Innoc. in c. in Lateranensi, in vlt. no-
tab. de præb. Monal. consi. 149. nume.
3. & sequen. vol. fin. Rubeus Alexan-
drin. consilio 93. quæ opinio, scilicet,
quod præsentatio fieri debet perso-
naliter, corroboratur etiam ex de-
creto Concilij Trid. sess. 24. cap. 18. de
refor. & sess. 25. cap. 9. Et in hoc anti-
maduertant Ordinarij, nam quidam
Auctor testatur, in quodam Archie-
piscopatu fuisse fictè quendam præ-
sentatum, & deinde institutum non
existentem in rei natura, & patronus

sibi vsurpat fructus beneficij singulis annis, contra decretum Sac. Consil.Trid.sess.22.cap.11. de reformat.& sess.24.cap.3. vers. patroni, & sess.25.c.9.Abb. in c. cùm parati, col.
62 fin.de appellat. Et hoc patet etiam ratione, quia præsẽtatus debet prius examinari ab Ordinario, ad finem videndi si est idoneus, secundum Panormit.in c.pastoralis, numero 7. de iurepatron. Ancharan.in c.ius cœpti, numer.2.de præb.in 6.Rebuff.q. 20. num.15.

SVMMARIVM.

63 *Laicus ad beneficium præsentari non potest, nec etiam ad iuspatronatus, & quando potest, num.66.*
64 *Pensio laico reseruari non potest.*
65 *Laicus ad iuspatr. nominari potest, cum declaratione.*

An laicus possit præsentari ad beneficium.

DECIS. CLVII.

63 RESponsio est negatiua, quoniam laicus est incapax rerum spiritualium, c.causam, de præscr. &.cap. decernimus, de iudic. nec ei poterũt beneficia ecclesiastica conferri, cap. cum adeo, de rescript.& c.ex insinuatione, de procurat. Ex quibus patet iterum responsio, quòd laicus non potest præsentari ad beneficium iurispatronatus, vt resoluit Lambertin.in vlt parte 2.libri, quæst.2.art. 3. Parisius de resignat.benefic. q.4. numero 5.libr. 4.Gonsalez, gloss. 5. §.5. num.13. Rebuff. consil.150. numero 6.Anchar.cons. 60. numero 4. Mandos consil.6.& in consilio 15.numero 8.& hanc nuncupat communem opinionem, idem Paris. loco citat. & Lucius allegat. 50. iuxta quam iudicauit Rot. Rom.in vna Imolen. iurispatronatus 19. Nouembris 1584.* coram Orano.

64 Amplia præfatam conclusionem procedere etiam in pensione, quia laico reseruari non potest, Peregr.decisi.50.lib.fin.

65 Limitatur tamen dupliciter, primo non procedere per viam nominationis, nam laicus nominari potest ad beneficium, secundum Crescent. decisi.3.de iurepatro. intellige dummodo nominatus antequam præsentetur Ordinario, sit effectus clericus, Abb.in cap.fin.numer.4. de iure patron. & in his terminis, quod nominatio facta per patronos laicos, etiam de non clerico ad beneficium sit valida, fuit tentum per Rot.in vna Burgen. Abbatiæ 19. Nouembris 1588.* coram Penia, vbi ad iura dicentia præsentationem de laico factam esse nullam, fuit responsum, quod sunt intelligenda de præsentatione propriè dicta, quæ tunc fit cum præsentatus coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem accepturus.

66 Limita secundo non procedere quoties fuit præsentatus ad beneficium laicus de proximo clericãdus, nam hoc casu præsentatus non est penitus indignus, cũ ante institutionem sit tonsuratus, arg.dec.Rot.13.de probat.in antiq.& Paris.loco cit.n.6.

SVMMARIVM.

67 *Præsentatio clerici absentis non est valida, & quando est valida, nu. 68. & 69.*

An præsentatio de clerico absente sustineatur.

DECIS. CLVIII.

VEra, & recepta est iuris conclusio, præsentationem de clerico absen-

absente factam non valere, Glos. in clem. dudum, in verb. præsentare de sepult. Abb. in capit. ea noscitur, sub nu. 7. de his, quæ fiunt à præl. & in c. pastoralis, sub 8. de iurepatron. Ancharan. in ca. ius cœpri, numer. 2. de præbend. & tenuit Rot. in decis. 3. de iurepatron. in nou.

68 Limitatur tamen dupliciter præsens conclusio, & primo, vt non procedat, vbi alias præsentatus est alias notus habenti illum instituere, vt examinatione non egeat, Lamber. q. 13. artic. 3. Cicadi. eiusdem nominis tractatu par. 6. art. 9. q. 32. post Abb. in c. pastoralis, eodem tit. & iuxta hãc opinionem pluriës censuit Rot. Rom. & signanter in vna Valentin. † beneficij 16. Maij 1583 coram Illustrissim. Lancellotto, & iterum in vna Regien. beneficij 14. Decembris * 1578. coram Illustrissim. Pamphilio.

Limitatur secundo, vt non proce-
69 dat, quando præsentatio fuit intra tempus datum ad præsentandum ratificata, Abb. cons. 76. num. 3. de iurepatro. Lambertin. quæst. 11. artic. 4. Rocchus in verb. honorificum, q. 6. num. 27. Card. in cap. fin. vers. quare. de iure patron. & Rot. decis. 3. eod. in nou.

SVMMARIVM.

70 *Præsentatus (Ordinario non instituente) potest appellare, & quare, nu. seq.*

72 *Beneficium per obitum præsentati non vocat.*

73 *Præsentatus (Prælato non instituente cum causa) appellare non potest.*

74 *Causa non instituendi præsentatum, quæ dicatur.*

Præsentato, quod remedium competat, casu quo Ordinarius instituere renitet.

DECIS. CLIX.

70 Respond. posse præsentatum ab eo appellare, qui potestatem habet instituendi, recusatque sine legitima recusationis causa, facit ad hoc tex. in cap. pastoralis, & ibi glos. verbo appellauerint, & in c. fin. de iurepatron. & in cap. concertationi, & in cap. à collatione, de appell. in 6. & Episcopus tenetur huic appellationi deferre, secundum Glos. in cit. c. pastoralis, Laderch. in consil. 141. post Roland. in consil. 22. numero 6. & seq. volu. 1. Ratio huius opinionis
71 est, quia patrono perseuerante, nec variante, acquiritur ius præsentato, Rota in decis. 17. de iurepatronatus in antiquis, Cassad. in dec. 18. de præbend. Bellam. in decision. 121. Lapus allegat. 8. num. 4. Abb. in c. cum Bertoldus, num. 9. & ibi Fel. numero 1. & in c. causam, quæ, numer. 26. de præscription. Vnde per obitum præsen-
72 tati non dicitur vacare beneficium, Tanis. in decision. 92. Rot. in decisi. 269. & propterea virtute præfati grauaminis poterit appellare, arg. tex. in l. illud, ff. de appell. & maximè, quia præsentato fit iniuria, si non admittitur, secundum Menoch. in cons. 59. vol. 3. Bursat. cons. 32. num. 5. & in tali casu poterit appellare, secundum quod voluit Perez. in l. 1. tit. 6. nu. 42.

Intellexi tamen supradicta pro-
73 cedere quando Ordinarius absque iusta, & legitima causa recusaret admittere præsentatum, tunc enim à præfata non admissione conceditur appellatio, secus enim si legitima adesset causa, glos. in c. nullus, de iurepatronat. Archid. in ca. 1. 85. dist. Gemin. & Franch. in c. 1. numer. 16. & sequent. de iurepatr. in 6. & hoc casu superior nec instituere, nec poterit ad id inferiorem cogere, a. g. tex. in

Digitized by Google

c.in literis, 63. distinct.

74 Inter causas verò legitimas connumeratur maximè, si præsentatus esset persona indigna, quia vltra quod priuantur patroni illa vice iure præsentandi, Rot. in decision. 5. de iurepatron. in nouis. Bellam. in decis. 171. & 571. Crescent. in decis. 11. de iurepatron. Ioan. de Lignan. in clemen. 1. eod. tit. Boic. in c. auditis, de electione, excusatur Ordinarius illum reiicere, & iuxta hanc opinionē iudicaui in quadam causa mihi delegata.

SVMMARIVM.

75 *Edicta in institutione iurispatr. sunt necessaria, alias collatio erit nulla, non autem præsentatio.*

76 *Edicta in iurispatr. institutione non sunt necessaria, vbi consuetudo in contrarium viget.*

Affixio edictorum an sit necessario in institutione iurispatronatus.

DECIS. CLX.

SVpponatur in facto, quod quidam Episcopus ad præsentationem quorundam prætensorum patronorum instituit aliquem ad beneficium absque affixione edictorum; propterea fuit coram me dubitatum de viribus præfatæ institutionis & ego solus iudicaui pro nullitate, istæ enim literæ edictales in

75 materia iurispatronatus sunt magni momenti, quandoquidem non appositis edictis, collatio, seu institutio annullatur, non ipsa præsentatio, Bellam. decis. 611. nec minus quasi possessio præsentandi, c. fin. de elect. qui licet loquatur in electione, attamen obtinet quoque locum in præsentatione compatronorum, Gl. in verb. electione, Gemin. Franc. Anchar. & reliqui in d. c. fin. Lambert. de iurepatron. libro 2. par. 2. q. 6. prin. art. 17. & 18. Lapus alleg. 8. col. fin. asserens vbique obseruari, atque practicari, Abb. in c. postquam, in 3. not. de electione. Imol. in clem. 2. in verb. præsentare, de iurepatron. & aliter institutus dicitur potius occupator illius beneficij, c. ex insinuatione, vbi Panorm. in 2. not. eod tit. & idem Abb. Fel. & reliqui in c. cùm Bertoldus, de re iudic. Crauet consil. 177. & iuxta hanc opinionem, scilicet præfata edicta esse adeo substantialia, vt institutio ipsa annulletur ipso iure, pluries fuisse per Rot. Romanam resolutum testatur Caputaquen. in dec. 95. par. 1. & in decis. 128. par. 2. idem suo tempore fuisse decisum scribit Card. Put. in decis. 306. libro 1. & iterum resoluit Rot. teste Crescentio in decisio. fin. de iurepatron. Seraph. in decis. 399. & tandem fuit dictum in vna Parmē. beneficij, 28. Nouembris 1586. * coram Gipsio. vbi fuit annullata institutio facta ab Ordinario eodem die resignationis, ex quo edicta apposita non fuerunt, verumtamen hoc non procederet, si a-

76 liud reperiretur de consuetudine illius ecclesiæ, ad quam quis est præsentatus, qui ea omnino deberet attendi, vt fuisse in Rota resolutum refert Bellam. in decis. 620. Viuius in decis. 309. Polid. Ripa in decis. 273. Costa de remediis subsidiariis, remed. 12. Ant. var. resolut. cap. 108. numero 44.

SVMMARIVM.

77 *Institutio facta intra edicti terminum est nulla, & quare.*

78 *Institutio hac, vt annulletur, duo requiruntur.*

An

An institutio facta intra terminum edicti sit nulla.

DECIS. CLXI.

77 IVdicaui pro inualiditate præfatæ institutionis, ex pluribus, tum primo, quia necesse esset, vt literæ edictales expeditæ remaneant affixæ per totum terminum in eis contentum, clem. 1. & ibi glos. de iudic. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 6. prin art. 24. nu. 3. Caputaq. in dec. 95. pa. 2.

Tum secundo, propter opinionem illorum, tenuerunt præfatam institutionem posse annullari per viam attentatorum, vt in specie voluit Calder. in cons. 1. de elect. Fed. de Senis consil. 193. num. 5. & seq. Scot. consil. 10. num. 45. Lambert. d. libr. 2. part. 1. quæst. 6. princ. art. 12. Borgn. Caualc. in decis. 17. num. 89. par. 2. & omnes intelligunt istud procedere, si in termino literarum edictalium fuisset facta institutio, secus vbi literæ edictales essent iam resolutæ.

Tum tertio, quia alias censeretur præclusa via opponendi, ad cuius finem fuit adinuenta præfixio termini, secundum Balb. in consil. 199.

Tandem animaduertendum est,
78 duo requiri, vt institutio hæc nulla censeatur, primo, quod constet literas edictales affixas fuisse, & intra terminum competentem iudicis arbitrio amotas, Menoch. de arb. iud. cent. 5. casu 463. num. 3. Surd. cons. 181. numer. 36. Lambert. loco cit. art. 24. Scot. d. cons. numer. 45. Veral. in decis. 95. par. 2. Ant. resol. 20. num. 10. & seq. Secundo requiritur, quod si patroni sint certi, debent nominatim, & in specie citari, non per edictum, Viu. in decis. 309. & de Rubeis cons. 153.

SVMMARIVM.

79 Non comparens tempore edicti iurispatron. non est audiendus.

An qui non contradixit in termino edicti, sit postea audiendus.

DECIS. CLXII.

RESponsio est negatiua, tum primò, quia pro hac opinione extat tex. expressus in propriis terminis loquens in l. si eo tempore, C. de
79 remiss. pign. vbi non comparens in termino (re non integra) post terminum non auditur, ad idem Bald. cons. 191. num. 3. & seq. volu. 1. Surd. cons. 50. num. 4. Mandell. consi. 122. Medic. in dec. 9. post Affl. in dec. 28.

Tum secundo, quia ita voluerunt Oldr. consil. 3. Lambert. cit. tract. lib. 2. par. 2. q. 6. princip. art. 29. Ant. var. resolut. q. 21. nume. 15. & Costa de remed. sub sid. c. 12.

SVMMARIVM.

80 Forma fundationis iurispatronatus est attendenda.

81 Patronus quamlibet legem cum Episcopi consensu apponere potest in iurispat. fundatione.

Conditiones adiectæ in fundatione iurispatronatus an sint necessario seruandæ,

DECIS. CLXIII.

IN vna Nolana ab eiusdem Ciuitatis Episcopo mihi delegata, circa legos adiectas à quodam funda-
80 tore, ego dicebam, formam fundationis attendendam esse, c. verum,

de condit.appositis,Lambert.libro 1. par.1.q.9.princ.art.1.nume.1. & ab ea non esse recedendum, scribit Ant. de Butric.in cons. 4. Laderch.in cõs. 116.Alban.in consil.159.Menoch. in consil.22.volu. 1. & posse patronum
81 quamlibet legem cum Episcopi assensu apponere, Franch.March in decis.473.& 493. præsertim fundari poterit cum reseruatione alicuius rei temporalis. Abb.in c.1.num. 2.in c.grauis,num.1. & in c. quamquam, de censibus. Item poterit disponere, quod post mortem vnius Rectoris, alter sit Rector, vt refert iudicatum de Amat.in decis. Rot. Marchiæ 4. Item quod præsentandus sit actu Sacerdos, Farinaccius in decis. 570. Tandem ad dubium mihi transmissum respondeo,non posse patronum addicere pactum, seu conditionem in fundatione,per quam ius Episcopale minuitur, & propterea concludo, cum ipsius Episcopi assensu potest apponi conditio, quod institutio spectet inferiori, secundum Panor.in cap.cum dilectus,not.4.de consuetudine,Rocch.de iurepa.ver. pro eo quod de diœcesani consen.n. 25.Lamber.eiusdem nominis tract.li. 1.par.1.qu.9.princ.art.1.nu.55.& 96.

SVMMARIVM.

82 *Iuspatronatus in donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium,iurium, & actionum comprehenditur.*

83 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.*

An in donatione omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum comprehendatur etiam iuspatronatus.

DECIS. CLIV.

IN hoc articulo,placuit mihi inserere decis.Rot. quæ sequentibus verbis complectitur,& pro opinione negatiua, quod non comprehendatur iuspatronatus, adducitur Inn. in c.ex literis,num.2.& ibi Card.qu. 11.de iurepatr.Dec.in c.sedes,numer. 3. de rescript. Couar. var.resol.lib.3. cap.13.num.4.Lambertin.de iurepatron.lib.fin.par.2.q.5. art. 14. per to-
82 tum. Sed contrarium censuerunt Domini,ex quo opinio Inn. nõn est recepta, vt animaduertit Abb.in d. c.ex literis,num.12.&Dec.in c.sedes, loquitur in iuribus ad certum locum restrictis,& eodem modo DD. relati à Couarruuia,vbi supra. Neque opinio Lambertini est vera, fundat enim se in restrictione, quæ inducitur ex particula illa (mea) quæ nihil facit, vt animaduertit Rebuff. in l.bonorum,de verb.signif.& contrarium tenuit Abb.vbi supra, Dec. in cons.127.num.2.prope finem, vbi de communi, Put.in decis.351.lib.2. Ferret.cons.176.num. 2.Non obstat, quòd dictio (bonorum) sit restricta ad mobilia,& immobilia,quia vlterius processum fuit ad iura, & actiones vniuersas, & ideo cessat obiectum, quod sit appellatione bonorum in contractibus non venire vniuersitatem, vt per Bal.in cons.fin. nu.4.lib.3. Tiraquell.de retract.lign. §.fi.glos.7.num. 5. venit enim iuspatronatus appellatione iurium vniuersorum,Bald.in cons.32. num.3.li. 1.transit enim cum vniuersitate, d.c. ex literis,& c. cum seculum,de iurepatr.Bero.cons. 66.num. 29.& cons. 78.num.2.li.3.quæ deducuntur contra validitatem donationis,& præsentationis reseruata sunt suo loco discutienda.

SVM-

SVMMARIVM.

84 *Patronus, etiam laicus religiosus, Ecclesiæ bona temporalia ministrare non potest, cum nu. seq.*
86 *Patronus habet in bonis Ecclesiæ solicitudinis administrationem.*

An patronus possit bona temporalia ipsius ecclesiæ ministrare.

DECISIO CLXV.

RESponsum dedi in hac quæstione in facti contingentia per expressa verba Concil. Trid. sess. 25. c. 9. de reform. cuius sunt, videlicet, *Patroni autem beneficiorum cuiuscunq; ordinis, & dignitatis, etiam si communitates, vniuersitates, collegia quæcumq; clericorum existant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionu, quorumcunque beneficiorum, etiam si verè de iurepatr. ipsorum ex fundatione, & dotatione essent nullatenus, nullâve causa, vel occasione se ingerant, sed illos*
84 *libere Rectori, seu beneficiato, non obstante etiam quacunq; consuetudine distribuendos dimittant.* Et ita etiam expressè probatur in c. præterea, de iurepat. vbi patroni non possunt bona temporalia ministrare, & in illis se ingerere, quoniam hoc tantummodo spectat ad Cappellanum, & ita pariter fuit sancitum in Concilio Tolet. cap. 4. Lambertin. 1. par. quæst. 2. princ. art. 15. Abb. & reliqui in c. præterea, num. 3. de iurepatron. Fel. in c. venerabilis, num. 9. & seq. de except.
85 His addo, quòd laici etiam Religiosi nullam habent de iure facultatem disponendi, seu se ingerendi de rebus ecclesiasticis, siue in temporalibus, siue in spiritualibus, cap. bene, & ibi glos. latissimè, 96. dist. c. non placuit, & tex. in c. laicis, 16. q. 6. facit ad idem tex. in c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constit. & c. cum laicis, de reb. eccles. non alienand. latè Philipp. Dec. in cap. decernimus, de iud. Vnde Archid. in c. bene, 16. q. 6. tenet triplicem esse administrationem rerum ecclesiasticarum, verum
86 tamen laicis nullam ipsarum competere, nisi solicitudinis. Et hoc dicebam contra Magistrum Andream Barberium ciuitatis Nolæ, compatronum cuiusdam beneficij, ad quod fui catenus institutus, qui per 20. annos, & plus dicebat sibi conductum fuisse quoddam territorium illius beneficij, & resistebat recedere ab illius conductione, dicendo se habere quandam prælationem in huiusmodi conductione, eo quia beneficium illud fundatum fuit à suis ascendentibus, & de ipsorum bonis.

SVMMARIVM.

87 *Meretrix est infamis.*
88 *Meretrix iuspatr. acquirere potest, & quare.*
89 *Spurius est infamis, & Deo non est amabilis, neque honorabilis hominibus, & iuspatronatus potest acquirere.*
90 *Quilibet rei suæ est moderator, & arbiter.*
91 *Meretrix turpiter agit, non turpiter accipit, neque ad restitutionem tenetur.*
92 *Iuspatronatus quare sit honorificum.*

An meretrix possit acquirere iuspatronatus.

DECIS. CLXVI.

DVbitandi ratio pro conclusione negatiua videbatur, quod
87 ob suam inhonestatem dicitur in-

Digitized by Google

famis, taliter, quod ob hoc à dignitatibus, & honoribus remouetur, l. 2. C. de dignitatibus, lib. 12. reg. infamis, de regul. iur. in 6. & patronatus esse ius honorificum non dubitatur, iuxta doctrinam glo. communiter receptam in c. nobis, de iure patronatus.

Cæterum hoc non obstante con-
88 trarium iudicaui, motus ex pluribus, tum primo, quia spurius licet sit in-
89 famis c. si gens, 56. dist. vbi Bonifacius inquit, tales filios neque Deo amabiles, neque hominibus honorabiles esse; quod etiam voluit Calistus Pontifex in c. coniunctiones, 35. q. 2. dicens, infamia eos esse notandos, & infames esse censendos, ad idem l. si fratres, C. de inoff. testam. Tes. in decis. 126. Viu. in decis. 134. & tamen à facultate acquirendi ius patronatus successione, constructione, vel dotatione non reputantur inhabiles, vt per DD. in cap. cum seculum, de iurepatronat. Gemin. Præpos. & Card. in c. lege Imperatorum, 10. dist. Rocch. in verb. competens alicui, qu. 2. post Bald. in consil. 323. col fin. Monald. in cons. 199. numero 6. & seq. volum. 2. Merend. consil. 61. Card. Paleot. in tract. de spuriis, q. 61. per tot.

Tum secundo, quia quilibet est moderator, & arbiter rei suæ, vulgata l. in re mandata, C. mandati; & iustum est vnicuique sua committere, l. nemo exterus, C. de Iudæis, & iniquum est liberis hominibus facultatem disponendi de rebus propriis adimere, l. diuus, ff. de iurepatron.

91 Tum tertio, quia licet meretrix turpiter faciat, non tamen turpiter accipit, vnde ad restitutionem non tenetur, l. idem quotiens, ff. de cond. ob turp. causam, Bald. in cons. 122. Alex. consil. 190. volum. 2. Rocch. loquens in propriis terminis loco citato, q. 1. col. 2 vnde si meretrix ipsa de meretricio questu facit eleemosynam, seu construit ecclesiam, acquirit tunc absque dubio iuspatronatus, vt per glos. in verbo ex illicitis, & Arch. in cap. non est putanda, 1. qu. 1.

Tum denique, quia quilibet Christianus est re ipsa capax iurispatronatus, per tex. in c. piæ mentis, & c. Fulgentius, 16. qu. 7. & cum mulier quantumcũque meretrix, Christiana nempe sit, meritò igitur ipsius iurispatronatus capax remanet. His addo, quod dicit Ioan. And. Ant. de Butric. & Panor. pro substinenda hac opinione facit regulam, quod qui potest matrimonium contrahere, & in ecclesia orare, potest & iuspatronatus acquirere.

Non obstat, quod iuspatronatus sit ius honorificum, vt in rubrica eiusdem tituli dicitur per omnes in eius diffinitione, & infamibus personis non cõpetere, quia (teste Roccho de Curte in d. tractatu) illud in-
92 ductum quippe est, & conceditur gratiosè principaliter in beneficium ecclesiarum, ne laici ab illarum ædificatione retrahantur, vt not Abb. in c. quoniam, eod. titul. glos. singularis & communiter recepta in cap. cum dilectus, eod. & tenuit Rota Roma. in vna Bononien. iurispatronatus, 13.
† Ianuarij 1589. † coram Illustrissimo Pamphilio.

SVMMARIVM.

93 Iuspatronatus per dotis augmentum non acquiritur, & quando in hoc casu acquiritur, num. seq.

An iuspatronatus acquiratur ex augmento dotis.

DE-

DECIS. CLXVII.

93 MVltoties vidi dubitare circa præsentem articulum, verumtamen semper dixi, veriorem opinionem esse, quod non acquiratur, tunc enim dicitur ditari potius, quā dotari ecclesia, quæ tanquam libera, non est redigenda in seruitutem ex solo augmento dotis, secundum glo. expressam, & communiter receptā in c. piæ mentis, 16. q. 5. in verb. piè, ad med. vers. si quis autem post consecrationem. Dixi tamen ad effectum prædictum, necesse esse ecclesiam totam suam dotem amisisse, & eidē nouam dotem dari, Rocchus de iurepatr. in verb. & dotauit, q. 3. num. 3. in fine fol. 24. vbi dicit, quod ita est tenendum, quidquid Abb. & Host. contrarium sequantur, Bero. consil. 21. num. 26. li. 1. Lambert. li. 1. par. 1. qu. 6. art. 4. & 6. Rot. diuers. decisi. 457. numer. 18. & in decisi. 528. nu. 2. part. 1. & eadem Rota in vna Placentina † parochialis, 14. Iunij 1580. † coram Mantica, & iterum in vna Sarzonēs. † beneficij, 14. Ianuarij 1599. † coram Illustriss. Mellino, & tandem in vna Campsan. iurispatronatus, 5. Iulij † 1589. † coram Licta; ex quibus omnibus desumitur conclusio, quod qui ex noua dotatione prætendit acquirere iuspatronatus, debet docere do-
94 tem primam fuisse redactam de esse ad non esse, vt voluit etiam eadem Rota in vna Lucana Decanatus, 22. † Martij 1577. † coram Illustrissimo Blanchetto, & in vna Perusina de † confinio, 3. Decembris 1576. † coram Illustrissimo Aldobrandino, ita vt ecclesia egeat noua consecratione, vel noua dote, Rocchus de iurepatronatus, in verbo construxerit, nu. 12. qu. 8. & Rota in d. Campsanen. iurispatronatus.

Est tamen notandum, quod iuspatronatus ex augmento dotis, etiam concessum à Papa à quadraginta annis citra, subiicitur examini, & reuisioni Ordinarij, vt probatur in Conc. Trid. c. 9. sess. 25. concessum verò ante annos quadraginta à confirmatione Concilij, non subiacet dictæ reuisioni, sed firmum remanet, Gabr. cons. 195. libr. 1. & ita censuit sacra Congregatio, & tenuit pluries Rota, & signanter in vna Lucana Ca† nonicatus 24. Maij, † coram Bubalo, & iterum in vna Rapolien. iurispa† tronatus, 19. Ianuarij 1594. coram Mantica, & tandem in vna Valenti† na de Carletis, 4. Maij 1601. † coram Lancellotto.

SVMMARIVM.

95 *Iuspatronatus ex priuilegio sublatū censetur, & quando etiam ex priuilegio non censetur sublatum, numero 99.*

96 *Iuspatronatus cōcessum ad instar iurispatron. fundationis, & dotationis dicitur ex priuilegio, & per consequens sublatum.*

97 *Immemorabilis iurispat. ex priuilegio non suffragatur.*

98 *Iurispatr. ex concessione, & Episcopi priuilegio competere potest.*

An iuspatronatus ex priuilegio reuocatum censeatur.

DECIS. CLXVIII.

REsponsio est affirmatiua, vt probatur per expressa verba Concilij Trid. sess. 25. de reform. c. 9. vers. reliqui, super quo extat declaratio Sacræ Congregationis, quæ sic ait, *Ex hoc versiculo dubitatum fuit, an patronatus ex priuilegio censeri debeant*

sublati, & Congregatio die 14. Decembris 1581. & 1586. censuit esse ablatos pa-
95 *tronatus ex priuilegio, non autē ex fundatione, vel dotatione.* Iuxta quā opinionem pluries tenuit Rota Romana, & signanter in vna Comen. iurispatronatus, 8. Iunij 1601. † coram Seraphino, & iterum in vna Cassanen. beneficij, 4. Iunij 1578. † coram Bubalo, & in vna Valentina Cappecuriæ coram Blanchetto, & in vna Auximana iurispatronatus 2. Maij 1595. † coram Corduba, & tandem in vna Alban. iurispatronatus, 26. Nouemb. 1598. † coram Orano.

Amplia procedere etiam si in priuilegio habeatur, iuspatronatus cōpetere ex priuilegio, sed ex vera & regali fundatione, & dotatione, nam non ideo desinit esse ex priuilegio, cum illa qualitas insit in priuilegio, ita resoluit Rota in vna Placentina parochialis de Mirabel. 19. Ianuarij 1594. † coram Orano, Card. Puteus dec. 322. li. 1. & in dec. 308. li. 3. Mohedanus dec. 11. de iurepatronatus.

Amplia secundo etiam si in priuilegio dicatur, quod esset eiusdem prorsus naturæ, & roboris, ac si ex dotatione, & fundatione competeret, cum sit ad instar, & non propriè ex fundatione, & dotatione, Gonsalez gloss. 18. numer. 202. Rota in vna Corduben. 20. Nouembris 1599. † coram Ioanne Aldobrandino, iuxta quam opinionē censuit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba, *Patronatus, qui fuerint concessi, vt essent eiusdem prorsus naturæ, roboris, & c. cu-*
96 *ius iuspatronatus laicorum, & nobiliū, Regum, ac si ex fundatione, & dotatione forent, Congregatio censuit censere sublatos, quia cum sint ad instar, & propriè Regum, nec ex fundatione, ideo*
97 *non comprehendi sub exceptuatis.*

Amplia tertio, vt in præsenti casu non prosit immemorabili, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij dict. capitul. 9.

98 Amplia quarto, vt possit pariter competere ex concessione, & priuilegio Episcopi, c. 2. de reb. eccles. non alien. in 6. Rocchus in verb. pro eo quod de diœcesani consensu, nu. 34. Stafileus de literis gratiæ, tit. de modo impetrandi §. 1. Lambert. 1. part. lib. 1. q. 10. art. 4. Paris. de confidentia, q. 28. & tenuit Rota in vna Nolana cappellæ 19. Ianuarij 1594. † coram Arigonio.

Suprapositam principalem con-
99 clusionem limita non procedere in priuilegiis concessis ex causa onerosa, vt fuit resolutum in vna Valentina parochialis 30. Ianuarij 1581. Rota diuers. 687. par. 1. & in decisi. 269. par. 2. & iterum eadem Rot. in vna Patauina patronatus, 23. Ianuarij 1590. coram eod.

SVMMARIVM.

100 *Priuilegium concessum hospitali Diuæ Mariæ Annunciatæ.*
101 *Iuspatr. tunc dicitur ecclesiasticum, quando de bonis ecclesiasticis est erectum, & laicale de proprÿs bonis.*
202 *Iuspat. relictum Cōfraternitatibus, laicale etiam dicitur.*

Iuspatronatus quando dicatur ecclesiasticum, & quando seculare.

DECISIO CLXIX.

Magistri Hospitalis D. Mariæ Annunciatæ de Neapol. obti-
100 nuerunt à Summo Pontifice, vt de relictis eidem Ecclesiæ pro Missis celebrandis constituantur quatuor Cappellani, qui præfato oneri Missarum

Digitized by Google

sarum incumberent, & constituantur ad præsentationem ipsorum Magistrorum, fuit dubitatum in Curia Archiepisc. an præfatum iuspatronatus censeatur ecclesiasticum, an verò laicale, ego dicebam fuisse ecclesiasticum, quia vt tale dicatur, necesse est, quod competat personæ ecclesiasticæ ratione suæ ecclesiæ, Paris. consi. 128. volum. 9. Roland. consi. 191. num. 10. vol. 1. Tuscus pract. conclus. concl. 619. Vgolin. de potest. te Episcopi, c. 51. Zerol. in prax. in verb. iuspatronatus, nu. 2. Vnde licet præfati Magistri essent laici, nihilominus de rebus ecclesiæ fundauerunt patronatus, propterea censendum
101 est ecclesiasticum, & sic attenduntur bona ex quibus fundatur, non autem persona fũdatoris, vt in simili dicitur de iurepatronatus erecto à clerico de proprio patrimonio, quod dicitur laicale, Achil. de Grass. in decis. 1. de iurepatronat. Crescent. in decis. 9. eod. tit. & dicit Mohed. in decis. 9. de iurepatr. quod iuspatronatus dicitur laicale, si fuerit à clerico erectum de bonis propriis, & laici reperirentur in possessione, vt voluit etiam Cresc. in decis. 3. eod. titu. Put. in deci. 228. li. 2.

102 Supradictis accedat, quod iuspatronatus Confraternitatibus relictum, dicitur laicale, etiam quod sit sub nomine alicuius Sancti, nisi sit fundatum de bonis ecclesiasticis, prout in casu nostro Rot. diuers. in decis. 574. num. 7. par. 1. vbi sub num. 8. ampliat procedere etiam si in tali Confraternitate sint aliquæ personæ ecclesiasticæ, dummodo non sit contemplata persona ipsorum.

SVMMARIVM.

103 *Alimenta debẽtur patrono iurispatron. vergente ad inopiam, cum ampliat. & limit.*

Patrono inopi an debeantur alimenta.

DECIS. CLXX.

INter vtilitates prouenientes ex fundatione iurispatronatus prin-
103 cipalior videtur, vt patrono ad inopiam redacto debeantur alimenta, in casu de quo agitur, in Curia Boiani iudicaui ex DD. Abb. in cap. nobis, vbi cæteri de iurepatr. c. quicumque, 16. q. 7. hæc enim obligatio est naturalis, vt benefacienti cum eguerit benefaciamus, l. sed si lege, §. consuluit, ff. de petit. hæred. & ita decisum refert Seraphin. in decisi. 668.

Amplia, vt debeantur præfata alimenta, etiam si dos donata perempta fuerit, Pau. de Cittadin. in tract. de iurepatr. art. 4. qu. 9. num. 17. post Bald. in l. fi. nu. 9. C. de iure emphyt. Lambert. li. 3. q. 3. princip.

Amplia secundo, vt debeantur alimenta etiam pro tempore præterito, Bart. in l. diuortio, num. 3. ff. sol. mat. Bald. in l. fin. §. sed quia nostra, nu. 5. C. de commun. de leg. Dec. in l. de alimentis, C. de transact. Soccin. consil. 37. numer. 37. vol. 4. Marta decis. 41.

Amplia tertio procedere etiam si patronus donauerat iuspatronatus, nam poterit hæc alimenta ab eo consequi, quem ante donationem præsentauerat, quia ius alimentandi nunquam censetur donatum, cum cohæreat personæ patroni præsentantis inseparabiliter, secundum Panorm. in cap. præterea, de sepultur. Lambert. in 3. quæst. princ. art. 13. lib. 3.

Limita nunc dupliciter, primo, quando non esset probata summa patronorum egestas, cum sit necessaria ad finem obtinendi alimenta,

c.quæcunque, vbi glo. in verbis ad inopiam, vers. istud autem, 16. q. 7. & l. nobis, de iurepatr. Bald. in l. fi. in fi C. de reuoc. donat. Cor. in l. si quis à liberis, §. solent, nu. 20. & 25. ff. de lib. agnosc.

Limita secundo, vt non debeantur præfata alimenta iuxta qualitatem patroni, vt fuisse in Rota decisum testatur Farinacc. in decis. 594.

SVMMARIVM.

104 *Iuspatronatus inaudito patrono nõ est conferendum, quod non procedit in Summo Pontifice, numero 107.*

105 *Permutatio facta ab Ordinario iurispatr. laicalis annullari potest.*

106 *Collatio, & institutio facta absque præsentatione domini, est nulla, non autem quando non contradixit.*

Patrono contempto, nihil esse faciendum per Ordinarium in beneficio iurispatronatus.

DECIS. CLXXI.

IN quampluribus causis fuit discussum, atque controuersum circa
104 præsentem articulum, & semper dixi, nihil attentandum esse, inaudito patrono, quapropter permutatio
105 facta per Ordinarium de beneficio spectante ad præsentationem laici patroni (ipso contempto, & non vocato) poterit annullari, quamuis nõ sit nulla ipso iure, vt per Guid. Pap. in decis. 374. Franc. March. in decis. 240. Bellam. in decis. 177. 179. & 181. intelligendo, vt debeat annullari per sententiam, si patronus eius cõtemptum prosequatur intra tempus, in quo præsentare poterat, idem Bellã. in decis. 181. & 751. Papon. lib. 3. tit. 9. arrest. 3. Crauet. consil. 153. & Capp. Tholos. in dec. 107. Et de modo impugnandi prouisiones factas in præiudicium patronorum, vt reparentur vide per eundem lib. 3. titul. 9. arrest. 1.

Item dicebam, collationem atque institutionem factam per mortem, vel resignationem absque consensu patroni esse ipso iure nullam, idem Guid. in decis. 374. Mohed. in decis. 268. & 326. Bellam. in decis. 128. Franc. March. in decis. 474. 482. 493. & 1140. licèt consensus patroni superueniens conualidet ipsam collationem, secundum Boer. in consil. 34. Dec. in cons. 117. & 678.

Idem dicendum est in resignatione, quamuis infra quatuor menses à patrono non fuerit contradictum, Put. in decis. 412. lib. 2. & in decis. 181. lib. 1. tamen in possessorio prouisus, absque consensu patroni, & eo contempto, debet obtinere cõtra ipsum patronum, vel ipsum præsentatum, Papon. li. 3. tit. 9. arrest. 2.

106 Et quod collatio facta sine patroni præsentatione sit nulla, vide Roland. cons. 47. volu. 1. Guid. Pap. sing. 828. Corser. sing. 1. Abb. q. 5. nume. 7. Limita quando Patronus non contradixit, quia tunc esset valida collatio, secundum Cassàd. in decis. 2.
107 de locat. Limita secundo in Papa, nam eius prouisio de beneficio iurispatronatus clerici, & laici simul, valet etiam patrono laico non vocato, Rot. decis. 49. de concessione præbendæ, in antiquis.

SVMMARIVM.

108 *Tempus præsentandi, à die scientiæ currit, ita in praxi, & quare.*

Tempus præsentandi a quo die currit.

DE-

DECIS. CLXXII.

IN Curia Auersana corã Illustrissimo Domino meo fuit dubitatum, quænam opinio esset seruanda circa præsentem articulum, stante varietate dec. Rotæ, dicebam, quod quamuis olim in Rota seruabatur, vt patronis lamberet tempus ad præsentandum à die vacationis, & non à die notitiæ, vt per Rot. in decision. 1. de iurepatronatus. Cæterum ho-
108 die contraria est tenenda opinio, & in praxi sequenda, quæ ex pluribus fundari poterit.

Tum primo, quia in omni materia quantumcunque leui, tempus non currit ignoranti, text. est in propriis terminis in l. 2. C. qui admitti. Bal. consil. 199. num. 3. & seq. volum. 1. Alex. in consil. 13. volum. 1. Dec. in consil. 479. numero 5. volum. 2. Abb. & communiter omnes in c. quia diuersitatem, de concessione præben. & in c. fin. vbi Ant. de Butric. & Anan. de electione, Afflict. in dec. 128. Medic. in dec 9.

Tum secundo, quia etiam tempus quatuor mensium, quod Ordinariis conceditur ad conferendum beneficia, Rot. in decis. 263. in nouis lafred. in decis. 13. Rota diuersorum in decis. 481. part. 1. non currit nisi à die scientiæ, vt fuit in Rota resolutum in vna Toletana beneficij, 48.
* Nouembris 1578. * coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius decis. 380. Rot. in dec. 7. de præbend. in antiquis. Intellige quando ignorantia esset verisimilis; alias curreret, vt per Achill. de Graff. in decision. vnica, de supplenda negligentia prælatorum.

Tum denique, quoniam hodie hæc opinio seruatur in Rota, vt patet ex allegatis per Caputaq. in decis. 248. part. 2. Card. Puteus in decision. 6. de præbendis, Seraph. in decision. 380. parte 1. Rot. in decis. 13. de jure patron. in antiquis, & in vna Signina jurispatronatus, 22. Iunij 1596.
† coram Orano fuit in Rota resolutum, quod si impetretur beneficium de iurepatronatus laicorum per deuolutionem ad Sedem Apostolicam, ob non factam præsentationem intra tempus à jure statutum; non valet impetratio, nisi probetur scientia certa, & indubitata patroni vacationis beneficij.

Cuius decis. ratio vlla alia reddi poterit, quia tempus non currit ignoranti, vt supra diximus, & maximè procedere in tempore præsentationis testatur Gabalin. milleloq. 152. vbi alios allegat.

SVMMARIVM.

109 *Patronus iurispatr. laicus ante institutionem variare potest alium cumulatiuè præsentando, secus ecclesiasticus.*

110 *Patronus secularis potest variare, sed à prima præsentatione absque causa non potest.*

111 *Patronus secularis non potest variare, lite pendente, nec secundo.*

Patronus an possit variare.

DECISIO CLXXIII.

IN Curia Calatiæ fuit coram me dubitatum, si potuissent quidam patroni variare; dicebam, quòd si erant laici poterant ante institutio-
109 nem Episcopi, & alium successiuè præsentare accumulando, quod non possunt facere patroni Ecclesiastici, c. quod autem c. cum autem, & c. pastoralis, vbi DD. de iurepatron. latè Guttierez de iurament. confirmat.

Digitized by Google

par.3.cap.13. Spinus de testam. gloss. 4.numero 73. Zauallus com. contra commun.q.265. & 693. Rot. in decisio.16.de renunciat.in antiq.Caualc. in decis.17.num.87. de contractibus par.2.Crauet.cons.63.

Et Rota in vna Bononien. parochialis,14 Nouembr.1593. † coram
110 Licta iudicauit, quod patroni laici possunt in præsentatione variare, & alium præsentare cumulatiuè, sed non possunt recedere à prima præsentatione sine causa.

111 Limita primo, vt non possit variare, neque per viam accumulationis, lite pendente, Calder.in consilio 1.vt lite pend. Rocch. in verb.honorificum,q.23.post Lambert.1.par.2.li. q.6.art.12.Crescent.in dec. 10. de iurepatron.

Limita secundo, vt semel tantum & pro prima vice censeatur permissa, Calder.in consilio 16. de iurepatronat. Prob. ad Monachum in capit. cum in illis, numero 18.de præbend.Nauar.in capit.placuit,numero 66.de pœnit.dist.6.Gomez. in ca. cum in multis,num. 35. de rescriptis, in 6.

SVMMARIVM.

112 *Præsentatio, & institutio contra fundationis formam est nulla, num.* 117.

113 *Forma priuilegij, & contractus, legem eisdem tribuit.*

114 *Præsentatio est vnus iurispatro. effectus.*

115 *Beneficiatus non beneficiato præferri debet.*

116 *Formæ omissio in iurispatron. fundatione præscripta, præsentationem annullat.*

118 *Cappellanus prout est in fundatione, ita satisfacere debet.*

119 *Præsentatio, & institutio contra formam fundatoris cum consensu patroni est valida pro vna vice.*

An præsentatio, & institutio contra formam fundationis sit nulla.

DECIS. CLXXIV.

112 Responsio est affirmatiua, ratio verò est à priori, quoniam lex posita in fundatione inducit formã, cuius omissio vitiat actum, c.quæritur,§.Episcopum,22.q.2. Fel.in c.cũ dilecta,de rescript. Gramm.in decis. 79.Viu.in decis.335. & forma priuilegij, & contractus dat legem priui-
113 legio,& contractui, c.porrò. &c. accepimus, de priuil. Abb.& alij in c. per venerabilem, qui fil.sint.legit. Cur.sen.in con.48.Cephal.con.480. &598.co.2 vo.4.Brun.con.52.& Viu. in dec.336.& maximè attendi debet,
114 cum præsentatio sit vnus ex effectibus iurispatronatus, Seraph.in dec. 456.& in prouisione iurispatronatus forma contenta in fundatione seruari debet, & conditiones in ea appositæ, sunt custodiendæ diligenter, vt resoluit Rota in vna Cæsaragustana Cappellaniæ,16.Martij 1587.* coram Illustrissimo Seraphino, hinc est, quod concessio iurispatronatus facta sub conditione augmenti redditŭum,inducit formam,Rota in vna Paduana iurispatronatus, 31.Maij 1591 † coram eodem, & in beneficiis iurispatronatus,in quibus certa forma in fundatione apposita est seruanda,nõ habet locum regula,quod
115 non beneficiatus,beneficiato præferri debeat,idem Seraphin.in dec.774. & Rot.in vna Vlixbonen.prioratus, tenuit,conditiones appositæ in trãslatione iurispatronatus esse ad vnguem seruandæ, vt patet in decis.
116 eiusdem 1414. & quod omissio formæ in fundatione iurispatronatus

præ-

præscripta, ipsam præsentationem annullet, tenuit Rot. teste eodem Seraph.in decis.1270. Franch.Marc. in dec.493. & 1133. Crauet. in consil. 153.Cacher.in consil.191. numer.13. & seq.& idem Aymon:in cons. 65. numero 5.hinc est, quod si in fundatione fuerit apposita conditio, quod præsentetur ad ecclesiam persona de genere fundatoris, omninò adimpleri debet, idem Franch.March. in decis.1152.& 1154. & adeo hoc verum est, quod Farinac. in decisi. 582. scribit Rot. decisio. præsentationem fa-
117 ctam de extraneo contra voluntatem fundatoris, qui beneficium consanguineo, & descendenti à se conferri voluit, non admisisse, per text. in c.decernimus,16.quæst.6. c. illud, vbi Abb. & alij de iurepatr. Mohed. in dec.268. Card.Puteus in decisi. 11. de iurepatronatus, & ita consuluit Socc.in consilio 30.numero 4. libr.3.
118 Quibus omnibus addo, quod Cappellanus non potest satisfacere oneri iniuncto alibi, quam in limine fundationis fuit dictum, vt per Graff.in consilio 4. de præbendis, libro 2.

Cæterum supradictis minimè obstantibus, in causa Nolana mihi delegata iudicaui contrarium, scilicet
119 posse Episcopum pro vna vice tantum de consensu patroni instituere non habentem requisita per fundatorem, latè Fel.in c.cum accessissent, col.8.de constit. Mohed. in decision. 1.de iurepatron. Bellam. in decis.179. Crescent.in decisi.7.cit. tit. His addo, quandoquidem permitti, à lege fundationis recedi, prout in casu decision. Caputaquen.364.parte 2. vbi præsentatio facta per duos ex tribus patronis, valet, licèt in fundatione caueatur, quod non valeat, nisi facta fuerit ab ipsis tribus.

SVMMARIVM.

120 *Iuspatr.concessum sibi, fratribus, & hæredibus etiam sorori competit, & quare.*

121 *Iuspat.non solum masculis, sed etiam fœminis competit.*

122 *Iuspat.hæreditarium mulieribus etiam transit tam ex testamento, quam ab intestato.*

123 *Iuspat. relictum consanguineis, seu de parentela, familia, & genere, nuptis fœminis ex illis descendentibus competit.*

124 *Vxor de familia dicitur viri.*

An iuspatronatus acquisitum sibi, fratribus, & eorum hæredibus, competat etiam sorori.

DECIS. CLXXV.

120 IN præsenti puncto iudicaui pro opinione affirmatiua, quia soror venit appellatione fratrum, l.fratres, C.de inof. testam. l. tres fratres, vbi gloss.ff.de pactis, Bar. Bald.Castr.& Ias.in l.Lucius,§.quæsitum,ff. de legatis 3.Castren.in cons.427.volum.1. Abb.cons.36. par.1.quod procedit etiam si ab homine nomẽ fratris proferatur, Dec.in l.fœminæ,n.122.ff. de reg.iur.& Alex.d.cons.85.vol.4.
121 Et iuspatronatus competere tam masculis, quàm fœminis testantur omnes communiter in clemen. 2. de iurepat. Viuius comm. opin. 608. & fuisse in Rota decisũ scribit Cassad. in decisi. .de iurepat. & fœmina potest fundare ecclesiam, construere, & dotare, Abb.in cap.fin. & ibi Addentes de concess.præb.& in c. ex literis, & c. cum seculum, de iurepatr. Rota in decisi.10.de iurepatronatus,
122 in nouis, quinimò iuspatronatus

hæreditarium etiam in fœminas hæredes transit, secundum Dec. in consilio 127. numero 5. in fine, Roland. consil. 47. numero 7. vol. 1. Paris. consil. 48. numero 5. volu. 1. & hoc tam si essent hæredes ex testamento, quam ab intestato Gloss. in clemen. fin. & ibi Card. quæst. 6. de iurepatron. im-
123 mo iuspatronatus relictum consanguineis, seu qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia competit etiam fœminis nuptis descendentibus ex illis, Gabriel in consilio 195. libro 3. Molina de Hisp. primogen. lib. 5. capit. 4. Velasq. in l. Tauri 40. Glos. 9. numero 14. reiecta opinione, Gutierez contrarium sentit in consilio 3. numero 6. nec hoc casu habetur
124 ratio ad decisio. Tessau. 123. vxorem dici de loco, & familia viri, & ipsam esse principium, & finem familiæ, ad textum in l. pronunciatum, §. familiæ, ff. de verborum significat.

Svmmarivm.

125 *Patronus, mortuo vno ex præsentatis (lite pendente, vel cedente) alium præsentare non potest.*

126 *Præsentatio facta post rem indicatam, lite pendente super restitutione in integrum non tenet.*

127 *Dispositio tex. in cap. 1. vt lite pend. procedit tam in vacatione naturali, quam ciuili, & quando non procedit, num. 129.*

128 *Patronus, lite pendente, variare non potest.*

130 *Patronus potest alium præsentare, lite pendente, vno defuncto, quando lis est inter alios.*

Præsentare an possit patronus mortuo vno ex præsentatis lite pendente vel cedente.

DECIS. CLXXVI.

Contingit multoties dubitari an dispositio text. in c. 1. vt lite pendente, quæ vult, quod lite pendente, vno ex electis mortuo, vel cedente, non potest alter eligi, locum sibi vendicet in præsentatione, & licèt magna sit scribentium controuersia,
125 communior tamen opinio est pro affirmatiua, vt per Ioan. And. Franc. & alios in d. cap. 1. Calder. consil. 1. cit. tit. Lapus allegat. 22. & Mandos. ad eundem, qui nuncupat pariter hanc esse communem in alleg. 122. lit. H. Gomez. in reg. de subrogatione litigantium, q. 6. & 13. Rot. diuers. in dec. 442. numer. 6. par. 1. & fuit per eandem Rotam resolutum in vna Zamoren. beneficij de Morales, 30.
* Maij 1586. * coram Orano, vbi fuit dictum, quod lite inter præsentatos pendente, alteroque ex litigantibus, defuncto patrono, non permittitur sine vitio attentatorum, alium præsentare, & iterum fuit decisum in vna Cappellaniæ Salaman 20. Nouē-
* bris 1592. * coram Illustrissimo Pamphilio, vnde eadē Rota in vna Pamphilon. parochialis 13. Ianuarij 1591.
* * coram eodem resoluit, quod præ-
126 sentatio facta post rem iudicatam, pendente lite, super restitutione in integrum non substinetur.
127 Cuius text. dispositionem procedere, ac locum habere tam in vacatione naturali, scilicet per obitum, quàm in ciuili, puta per resignationem, vel assequutionem alterius beneficij, Gonzalez Gloss. 51. numero 112. Garz. de beneficiis, part. 5. cap. 9. & iuxta præfatam opinionem iudicauit Rota Romana in vna Vallisoletana Scholastriæ, 17. Iunij 1601. † coram Illustrissimo Lancellotto.

Am-

Digitized by Google

128 Ampliatur secundo, vt neque patronus laicus, lite pendente, variare possit, Milis in suo aureo repert. in verb. patronus, Aymon. cons. 63. numero 3. Couar. pract. quæst. capit. 36. num. 7. versic. 3. Lancellot. de attent. cap. 4. num. 560. & fuisse decisum testatur Crescent. in decis. 10. de iure patronatus.

Cæterum supradicta dispositio c. 1. & 2. vt lite pendente, limitatur
129 primo, quãdo superstes collitigans præsentaretur, seu prouideretur ab Ordinario, quia tunc cessat ratio per d. cap. assignata. scilicet, ne propter nouos aduersarios litigia prorogari contingat, secundum Paris. consil. 30. num. 4. li. 4. Gabriel. de iudic conc. 4. num. 42. Franch. in d. c. numer. 6. in gl. penult. & sequuta est Rota in vna Mediolanen iurispatronatus, 23. Ianuarij 1596. * coram Mantica.

Limitatur secundo, & intellige procedere quando lis pende. et inter duos præsentatos à diuersis patronis, nam tunc non est licitum varia-
130 re, nec vno defuncto, potest alius præsentari, secus autem vbi lis verteretur inter alios, quia tunc non prohibentur patroni præsentare, alias sequeretur, quod posset de facili impediri patronus, introducendo litem super beneficio, vt fuit in Rota resolutum, in vna Bergontem. Cappellaniæ, 19. Iunij 1579. * coram Bubalo de nonnullis limitationibus ad hanc materiam pertinentibus, vide Cassad. in dec. 4. & 5. & in decis. 3. vt lite pendente.

SVMMARIVM.

131 *Patronus potest separatim præsentare, quando ius pat. spectat ad plures vti singulos, secus autem si iure collegij, quid vbi adest statutum, vel consuetudo viget in contrarium numero 132.*

133 *Maior pars patronorum præfertur in iurepatronat.*

134 *Ius patronatus transit insolidum ad omnes heredes.*

Patroni an possint separatim præsentare.

DECIS. CLXXVII.

SVpponatur in facto præsentationem cuiusdam patronatus ad plures patronos spectare; fuit dubitatum coram me in quadam causa delegata an præsentatio ab vno ipsorum facta separatim substinetur, ego dixi: quod vbi plures sunt patro-
131 ni, possunt singuli separatim præsentare, aliis non requisitis, quando iuspatronatus spectat ad eos vti singulos, vt in dubio præsumitur, & non vti vniuersos, & iure collegij, ita Io. And. in c. de iurepatronatus, Abb. in cons. 76. par. 2. Aymon, Crauet. in consil. 63. nu. 1. Cæsar. de Gras. in decis. 1. de iurepat. & tenuit Rota in vna Legionen. Cappellaniæ, 1 Iunii, & 5. Decembris 157. * coram eodem, Rota in vna Casalen. parochialis, 2. Martij 1584. † coram Robusterio, & in vna Calagurritana beneficij, 20. Iunii 1588. & 16. Maij 591. † coram Comitulo tenuit, præsentationem pertinentem ad beneficiatos vti singulos, non vti vniuersos, vt in dubio præsumitur posse fieri à singulis diuisim, nec esse necessariam vocationem patronorũ: quam sententiam iterum amplexa est eadem Rota in vna Pistoren. beneficij, 17. Februar. 1574. * coram Clemente Octauo tunc Auditore.

Limita tamen præfatam conclusionem non procedere, quando vi-
132 geret statutum, vel in loco reperiretur inducta consuetudo per quam

plures patroni soliti essent simul conuenire ad præsentandum. Rot. in vna Calaguritanâ beneficij de Aranquiz 11. Decembris 159 . * coram Illustrissimo Pamphilio.

Vnde pro corroboratione principalis dubitationis adduxi decis. Cæsaris de Grass. 1. de iure patronat. vbi præsentatio facta separatim à compatronis valet, quando ius præsentandi eis competit tanquam singulis, non autem iure collegij, coadiuuatur vlterius, quod vbi sunt plures
133 patroni, maior pars præfertur, sed vbi sunt æquales, debent concordare, Franc. March. in decis. 119. hinc Crauet. in consi. 6 . tenuit, quod sufficiat consensus maioris partis præstitus separatim, tandem facit, quod
134 iuspatronatus transit ad omnes hæredes insolidũ, de Franch. in dec. 85.

SVMMARIVM.

135 *Patrono potest præiudicari, cùm bona iurispat. absque suo consensu alienantur.*

136 *Patronus cogi potest de suo contribuere in defectu pro ecclesia refectione.*

137 *Consensus patroni in alienatione terræ iurispatron. non requiritur, & quare.*

138 *Interesse de præsenti, non casus aduersa fortunæ est inspiciendum.*

Consensus patroni an requiratur in alienatione terræ patronatus.

DECIS. CLXXVIII.

FVi assumptus in iudicem in Curia Episc. Nolana, & dum accingerem pro decidẽda causa, dubium mihi faciebat pro opinione affirmatiua, quia ex hac alienatione posset
135 patrono præiudicari, cùm ei interest bona conseruari pro ecclesia patronata; nedum respectu alimentorum, quæ ei deberi possent, si indigeret. c. nobis, de iurepatronat. latè Milis in suo aureo repert. in verb. patronus, verum etiam quia in defectum, cogeretur de suo contribuere
136 Parocho ad refectionem ecclesiæ, secundum Panorm. in c. ad audientiam de ecc. ædific. Sair. in decis. 1. eod tit. Valasc. in decisio. 103. Capp. Tholos. in decisio 498. & Cassad. in decis. . numero 3. de iurepat.

Item honorabilius ius competit patronis in pinguiori Ecclesia, & aliàs honor est commodo præferendus, l. Iulianus, ff. si quis omissa cau. testam.

137 Cæterum præfatis minimè obstantibus, iudicaui contrarium ex pluribus, tum primò, quia ius patroni ad actum præsentationis limitatum est, & etiam opponendi se si res ecclesiæ dissipentur, aut absque iusta causa distrahantur, secundum Innoc. in rubrica num. 1. & in cap. nobis, de iurepatronat. & est tex. in c. filiis, 16. quæst. 7. Inn. & Abb. in c. vnico, vt eccl. benefic. Bar. in §. 1. in princip. in auth. de alien. emphyt. Rocchus de iurepatr. in verb. honorificum. numero 10.

Tum secundo, quia nullo iure hoc cautum reperiatur, secundum Anchar. in consil. 121. ex narratis in facto liquet col. pen. Menoch. in cons. 161. num. 4. vol. 1. Bursat. consil. 124. volum. 1. Bomin. in consi. 3. & 44. latè Henriquez consil. 91. num. 16.

Tum denique, quia iuxta hanc opinionem iudicauit Rota Romana testatur Cassad. in decis. 5. de iurepatronatus.

138 Non obstant contraria, quia respondetur, quod solum debet inspici interesse de præsenti non autem casus

casus aduersæ fortunæ in futurum, l. inter stipulanté, §.factam.ff.de verb. obl.Dec.consi.17.Rimin. consi.122. Hartam.in cons.191.&Lapus 17.

SVMMARIVM.

139 *Iuspatron.de per se vēdi non potest, sed cū vniuersitate declara prout in num.146.*

140 *Iuspatron.cum hareditate vendita transit, & quare.*

141 *Iuspatr. per donationem omnium bonorum transit.*

142 *Iuspatron.transit in fideicommissarium vniuersale.*

143 *Iuspatr.vxori vsufructuaria omniū bonorum transit, & prasentatus ab ipsa, prasentato ab heredi prafertur.*

144 *Vsufructuarius omnium bonorum haredi equipollet.*

145 *Iuspat.de per se non confiscatur, secus si est cum vniuersitate.*

Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.

DECIS. CLXXIX.

COmmunis, & recepta est omnium sententia, iuspatronatus
139 de per se, vti annexum spiritualitati, vendi non posse, c.decernimus, de iudiciis, & cap. quanto, & c.de iure, de iurepat. verum cum vniuersitate bonorum transire fatentur omnes, per illum text.in c.ex literis, de iure patr.& in c. cum sæculum huius tit. Lambert.2.parte 1.libri, quæst. 5. per totum, Tiraqu.de primog. quæst.36. Couar.libro 1.var.resol.Roechus in vers.ipse, velis q.23.Paulus de Cittadinis eiusdem nominis tractatu, q. 9.part.3. Ex qua conclusione infero
140 primo, cum hæreditate vendita transire iuspatronatus Feli. in c.causam, quæ, num.8.de præscrip.& in c. cum Bertoldus, in fine, de re iudic. Ratio est, quia hæreditas est ius vniuersale, l.hæreditas, ff.de pet. hæred. & iuxta hāc opinionem tenuit Rota in vna Lucana iurispatronatus, 6. * Nouembris 1598. * coram Licta,
141 quemadmodum transfertur etiam per donationem omnium bonorū, vt fuisse decisum in Rota testatur Seraph.in dec. 715. Item transfertur
142 in fideicommissarium vniuersalem, Rota in vna Aretina Cappellania 13.Iunij 1584. * coram Bubalo, his accedat etiam, quod resoluit eadem Rota in vna Alexandrina beneficij 29.Martij 1590. † coram Illustrissimo Mantica, vbi fuit dictum, iuspatronatus transire in vxorem re-
143 lictam vsufructuariam omnium bonorum à suo marito, taliter quod præsentatus ab ea, præfertur præsentato ab hærede, vsufructuarius om-
144 nium bonorum æquipollet hæredi vniuersali, l.fin.de vsufr. leg. & facit decis.Guid.Pap.dec. 140. Tan-
145 dem facit quod iuspatronatus de per se non confiscatur, sed si esset cum vniuersitate feudi, aut villæ, confiscaretur confiscato feudo, cap. cum seculum, vbi DD.omnes de iurepatron.Bart.in l.si finita. §. de vectigalibus, ff.de damno infe. Ias.in l. 2.in princip.C.de in ius voc.& iuxta hanc opinionem fuisse decisum in S.C. Neapolitano in causa Sancti Petri delli Bonifacij, testatur Anna sing.291.

146 Animaduertendum tamen est, quod licet iuspatronatus veniat quādo fit cessio, vel alienatio vniuersalis respectu rei, vt quia fit venditio de Castro, feudo, vel similibus hæreditate, vel similibus, quæ sub se hæreditatem cōtinent, non tamen trāsit mediante cessione, seu venditione omnium bonorum, iurium, seu

Digitized by Google

actionum, verbis generalibus, & vniuersalibus facta, nisi sub tali cessione, tale quid vniuersali verè comprehendatur cui adhæreat istud iuspatronatus, vtputa, Villa, Castrum seu hæreditas, secundum Innocentium citato cap. ex litteris numero 2. Rota in citata Lucana iurispatronatus, & ratio est, quia quando fit cessio, vel alienatio vniuersalis respectu verborum resoluitur in singularitates, secundum decisionem Rotæ 1592. lib. 2. part. 3. & hæc dicebam in quadam causa.

SVMMARIVM.

147 *Iuspatronatus consentiente Episcopo donari potest.*

148 *Donatio iurispatr. ab episcopo non confirmata est nulla, etiam si à Vicario fuerit confirmata, sed currit præscriptio.*

149 *Iuspatronatus laico donari potest assensu ordinarij interueniente, & solennitatibus in alienatione rei Ecclesiæ requisitis.*

150 *Iuspatronatus consentiente capitulo sede vacante donari potest, & quare.*

151 *Præsentatio in iurepat. facta à donatario ante assensum Episcopi in donatione præstitum est nulla.*

152 *Episcopus ad præstandū consensum donationi iurispatr. per Metropolitanum cogi potest.*

An Episcopus cogi possit ad præstandum consensum donationi iurispatronatus.

DECIS. CLXXX.

NOn dubitatur quòd iuspatronatus possit donari consen-
147 tiente Episcopo c. ex insinuatione, vbi glosa, Io. Andreas, & Abbas de iurepatronatus, Ancharan. in c. illud eod. tit. Bero. consilio 21. numero 25. volum. 1. Gemin. consilio 45. hinc est quòd donatio iurispatronatus ab Episcopo non confirmata non valet,
148 vt tenuit Rota in vna Salamanti-
* na beneficij 9. Iunij 1589. * coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in dec. eiusdem. 884. Mohedanus decis. 3. de iurepatronatus, Achil. de Grassis in decis. 10. eodem tit. Caputaqu. in decis. 183. par. 1. in quo casu non sufficit authoritas Vicarij secundum Calderinum in consilio 1. de officio Vicarij, licet præstat titulum ad præscribendum, Idem Seraphinus citat. decisio. 884. num. 2.

Amplia primo, vt si fiat laico vltra assensum Episcopi: requiritur, vt interueniant omnes sollemnitates,
149 quæ adhiberi solent in alienandis bonis ecclesiæ, vt fuit dictum in Rota in vna Bracchar. iurispatronatus
† de Badanello 7. Maij 1599. † coram eod. Seraphino, vt patet in decis. eiusdem 1312.

150 Amplia secundo, vt etiam capitulum sede vacante possit huiusmodi præstare assensum, Calderinus in consilio 5. de iurepatronatus, & ratio est, quia dare hanc licentiam est iurisdictionis non ordinis, & capitulum succedit iurisdictionalibus sede vacante c. iis qui, & cap. cum olim. de maiorit. & obedien. & ca. 1. eod. in 6.

Amplia tertio, vt præsentatio facta per illum cui fuit facta donatio iurispatronatus ante assensum præ-
151 stitum per Episcopum sit nulla Calderinus in consil. 6. de iurepatronatus.

Redeundo tamen ad casum mihi propositum iudicaui, quod si Episcopus nollet suum præstare consen-
152 sum in donatione: in tali casu potest

test cogi per Metropolitanum per textum expressum in cap.nullum de iurepatronatus, Lambert.li.1. part.2. qu.1.princip.art. 20. & tutius allegatione 8.

Non obstat quod assensus sit mera gratia secundum Andream in constitutione post litem, & in capit.1.§. quid ergo de inuestitura de re aliena facta, Paris.de re integratione feudi fol.13.num.3.& in S. C. fuit decisum non posse cogi ad ipsum præstandum secundum quod refert Ioan. Vincentius de anna allegationis 39. part.1.quia procedit in assensu præstando à Pro Rege, & sic sumus in diuerso casu.

SVMMARIVM.

153 *Quot capita, tot sententiæ.*
154 *Monasterium vt construatur, quanta dos est assignanda.*
155 *Dos pro ecclesia non collegiata quanta esse debet.*
156 *Solemnia missarum absque clerici suffragio celebrari non possunt.*
157 *Mansus liberus sufficit pro dote ecclesiæ.*

Dos quanta constitui debet à patronis vt acquiratur iuspatronatus.

DECIS. CLXXXI.

ILlustrissimus Dominus Meus Card. Caraffa iussit vt DD. opiniones circa articulum colligerem ac postea in congregatione retulissem vnde dixi varias reperiri DD. sententias, vt meritò dici possit illud comici quot capita, tot senten-
153 tiæ, nam glos. in c. quicunque glos. 1.16.qu.7. voluit, quod debeat esse tanta, quod ad necessaria ministrorum, & ad luminaria sufficiat, allegat text. in c. nemo de consecrat. distinct.1.& facit Monald.cons. 191. de Rubeis cons. 21. Fel. in cap. ad aures col. 3. de rescriptis. Cassad. in decis. 19.de prebendis Verall. in decis. 328. part.3.glos. in c. cum sicut de consecrat. ecclesiæ tenuit, quod si con-
154 struitur Monasterium tanta dos assignari debet, quod in eo esse possint presbyteri, diaconi, subdiaconi, cantores, & lectores; item debent in ea hospites recipi, & iura episcopa-
155 lia solui, si verò esset ecclesia non collegiata, dos ad minus pro duobus sufficere debet, & facit alia glos. in c.vt quisque in verbo clericum de vita, & honestate clericorum; quibus accedat ad idem, tex. in terminis in c.de monachis, de præbendis, & tex.in c.15.cui eod.titul.in 6. Menoch.in cons.459.volum. 2. Cacher. in consil.159.num.3. & seq. Merend. cons.30.Bomin.cons.22.numer.6.& sequent. & quod tanta esse debet dos, quod presbyter saltem cum vno ministro viuere possit, tenuit Panorm.in c.cum sicut. num.5.de consecrat.ecclesiæ, vbi etiam vult, quod debet haberi respectus ad spirituales oblationes, & ratio esse poterit
156 quoniam solemnia missarum absque suffragio clerici celebrari non possunt, cap.proposuit de filiis presbyterorum, idem Panorm.in c. 1. de censibus, & in cons. 89. ex themate proposito, numero 3.& 7.vol.2. Fel. in cons.13.num.8. & sequen. Rocch. de Curt.de iurepatronat. in vers. & dotauit q. 8. num. 15. vbi attestatur esse de mente omnium communiter.

Host. verò in d.c.cum sicut nu. 2.
157 voluit sufficere certam quantitatem terræ (quam vocat mansum) pro dote assignare, pro qua opinione est tex. in terminis in c. 1. de censibus, vbi statuit Summus Pontifex

ecclesiæ fundandæ debere tribui mansum liberum, à quolibet seruitio temporali, quibus opinionibus relatis sua Illustrissima dominatio non admisit petitionem cuiusdam qui assensum petebat; pro fundando patronat. cum oblatione duodecim ducatorum pro dote.

SVMMARIVM.

158 *Votum captandæ mortis de iure est improbatum.*
159 *Patronus potest constituere procuratorem ad præsentandum, cum beneficium vacauerit.*
160 *Patronus non potest promittere aliquem præsentaturum ad beneficium, & quare.*

An possit constitui procurator ad præsentandum cum beneficium Vacabit.

DECIS. CLXXXII.

DVbium faciebat, quoniam continet votum captandæ mortis,
158 quod de iure improbatur, ad text. in c. nec captandæ, &c. de testandæ de concess. præbendæ, &c. in 6. 1. & c. 2. eod. tit.

Verum tamen hoc non obstante iudicaui contrarium, quia hic patronus dedit mandatum pro præsentanda persona idonea, & habi-
159 li succedente ipsa vacatione, nec fuit expressa persona præsentanda, & propterea huiusmodi mandatum erit validum, & præsentatio substinebitur, vt fuit in Rota resolutum in vna Pamphilonen. iurispatrona-
† tus 13. Februarij 1595. † coram Iusto.

Non obstat. tex. in c. fi. de concessione præbendæ, vbi sicut non po-
160 test patronus promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem præsentandi, tanquam beneficium vacet, quia respondetur, tunc procedere quando patronus dedit mandatum pro præsentanda certa persona ab eo nominata, in casu vacationis certi beneficij; & tale mandatum non est validum, nec præsentatio ipsa substinetur, quia continet votum captandæ mortis, & ita in propriis terminis Cassad. in decis. 5. de iurepatronatus, & iterum tenuit Rota in vna Pamphilonen.
† parochialis 17. Maij 1595. † coram Peregrino, & iterum in eadem 19.
† Ianuarij 1598. † coram eod. ac secus vbi patronus dat mandatum generale pro omnibus suis negotiis, & etiam ad præsentandum succedente vacatione, præsertim si subsit iusta causa dandi tale mandatum; vt puta longæ absentiæ suæ, vt per Io. And. in d. c. fin. num. 3. & alios in d. decis. allegatos.

SVMMARIVM.

161 *Suspensus ab ordine præsentari non potest, & nu. 165.*
Suspēsio excommunicationi æquipollet.
162 *Excommunicatus ad beneficium præsentari non potest.*
163 *Tempus præsentationis in beneficiis attenditur.*
164 *Collatio beneficij, electionis est species.*
166 *Suspensus, acceptando beneficium peccat.*
167 *Suspensus, circa beneficium obtinendum censeatur irregularis, & suspensus ab ordine, ab officio dicitur suspensus.*

Præsentari an possit suspensus ab ordine.

DE

Digitized by Google

DECIS. CLXXXIII.

IVdicaui pro negatiua ex pluribus, tum primo, quia suspensio
161 æquipoliet excommunicationi cum ipsa quoque inter ecclesiasticas censuras numeretur c. quærenti de verborum signific. glos. in cap. statutum, &c. constitutionem eod. tit. in 6. Bald. in c. præterea num. 4. & seq. de appellat. Felin. in cap. de cætero num. 5. de sententia, & re iudicata, sed excommunicatus non potest præsentari ad beneficium: Lapus allegat. 8. Arch. in cap. 1. col. 3. de exce-
162 ptionibus in 6. Lambert. 1. part. li. 2. q. 6. princ. art. 1. Rebuff. in concordatis tit. de excommunicat. non vitandis col. 3. Rochus in verb. honorificum q. 4. num. 19. & Rot. in decis. 4. de iurepatronatus in antiquis igitur, & suspensus.

163 Tum secundo quia in beneficiis attenditur capacitas clerici tempore præsentationis Bald. in cap. vnico. numer. 15. vt ecclesiastica beneficia, Alex. cons. 90. vol. 1. Dec. in cons. 25. numer. 3. Rota diuers. in decis. 69. part. 1.

164 Tum tertio quia collatio beneficij est species electionis, cùm in conferendis habetur ratio vnius personæ, potius quem alteræ gloss. communiter recepta in c. fin. de officio vicarij in 6. sed suspensus non potest eligi c. fin. de electione cap. si celebrat de clerico excommunicato ministrante Abb. in cap. cùm dilectus num. 19. de consuetudine, & c. cum inter de electione post Arch. in c. nullo 63. distinct. Bertach. qui nuncupat hanc esse communem in tract. de Episcopo part. 1. lib. 2. q. 4. spec. in tit. de libelli concept. §. fin. ad finem, latè Couar. in repet. c. alma mater part. 1. §. 7. col. 2. de sententia excommunicat.

165 Tum quarto, quia in propriis terminis huius opinionis quod præsentari non possit, tenuit Lambertin. de iurepatronat lib. 2. par. 1. quæst. 9. princip. art. 2. Henriq. in sum. Theolog moral. lib. 13. c. 32. vbi ampliat, etiam si defectus esset occultus, & toleratus Tolet. lib. 1. c. 14. numer. 5. Nauar. in Man. cap. 27. numero 163. versicul. septimo infertur, vbi etiam dicit peccare acceptando Borg. de
166 irregularitate part. 6. numer. 8. & 23. Paris. in capitul. Apostolicæ numero 17. de except. Flam. Paris. de resignat. beneficij lib. 4. quæstion. 3. num. 60.

167 Tum denique, quia suspensus censetur irregulars, saltem quoad obtinenda beneficia Lambert. dict. quæst. 9. princip. art. 2. licet verè non sit irregularis, nisi celebrauerit in ipsa suspensione c. 1. de sententia excommunicat. in 6. c. 1. in fine de sententia, & re iudicat. eod. lib. & tex. in dict. cap. si celebrat. Item suspensus ab ordine dicitur suspensus ab officio c. cum illorum numero 2. de sententia excommunicat. Paris. in c. Apostolicæ numero 17. vbi testatur de communi, Felin. ibidem numero 16. Abb in d. cap. cum dilectus numero 29. Henriq. cit. cap. 32. num. 3. in fine.

SVMMARIVM.

168 *Excommunicatus ad iuspat. præsentari non potest & nu. 171.*

169 *Excommunicatus minori excommunicatione ad iuspat. præsentari non potest.*

170 *Tempus præsentationis in beneficiis attenditur.*

172 *Excommunicatus in iurepatr. nominari potest.*

173 *Excommunicatus ignorans excommunicationem ad iuspatron. potest præsentari.*

Digitized by Google

Excommunicatus an possit præsentari ad beneficium iurispatronatus.

DECIS. CLXXXIV.

Ratio dubitandi pro sententia affirmatiua; quia poterat euenire, quod beneficium absolutionis obtineret, & propterea antequam institueretur, esset ecclesiæ reconciliatus, sicque capax beneficij ecclesiastici arg. text. in c. propterea de appellationibus.

Cæterum iudicaui contrarium ex pluribus. Tum primò, quia ita vo-
168 luerunt, Lapus allegat. 8. ibidem Mandoss. latissimè, & idem Mandos. ad Roman. in consil. 192. lit. H. & in consi l. 22. num. 5. Arch. in c. 1. col. 3. de exceptionibus li. 6. & in c. quæ contra in 2. not. 9. distinct. expressè Lambert. de iurepatronatus 1. part. 2. lib. 6. q. principali art. 1. Rebuff. in concordatis tit. de excommunicatis non vitandis col. 3. Rocchus in verb. honorificum quæst. 4. n. 19. & iuxta hác opinionem fuisse decisum in Rota testatur Seraph. in decis. 195. part. 1.

169 Ampliatur procedere etiam in excommunicato minori secũdum Couar. in c. alma mater part. 1. §. 7. in in princ. 1. col. de sententia excõmunicationis Cordub. lib. 2. theologic. quæst. q. 191. Achil. de censuris q. 18. & mouẽtur per text. c. in si celebrat. de clerico excommunicato ministrante.

Tum secundo quia in beneficiis at-
170 tenditur, vt supra dixi capacitas clerici tempore præsentationis, vt post alios tenuit Rota in decis. 69. part. 1. Bisignet. in decis. 1. de iurepatronat. Cornaz. in decis. 59. n. 13. Anton. lib. 1. variar. resolut. q. 19. in princ. tempore autem quod præfatus clericus fuit præsentatus erat suspensus, igitur.

171 Tum denique, quia excommunicatis beneficia conferri non possunt c. postulasti de clerico excommunicato ministrante, glos. in cap. si fortè de electione in 6. Arch. in cap. nullus 63. distinct. Innoc. in cap. cum nostris de concessione præbendæ Stasfil. de litteris gratiæ, & iustitiæ fol. 82. col. 2. Bertach. in tract. de Episcopo part. 1. lib. 2. qu. 4. & latè Couar. in cap. alma mater 1. part. §. 7. & fuisse in Rota resolutum scribit Cassad. in decis. 1. de concess. præbendæ.

Limitaui tamen suprapositam conclusionem dupliciter.

172 Et primo, non procedere, in nominatione, nam quamuis excommunicatus præsentari non possit, poterit tamen ad beneficium patronatus nominari, quia per nominationem vllum ius acquiritur nominato, iuxta decisionem Rotæ de qua per Acchill de Grass. in decis. 13. de iurepatronatus.

173 Limitarem secundo non procedere vbi collatio esset facta nescienti excommunicationem, quia potest retinere post absolutionem, dispensante eo ad quem collatio pertinebat, Bald. consil. 13. vol. 1. Menoch. cons. 91. vol. 1. Oldrad. consi. 125. Cassad. cit. decis.

Imò potest acceptare beneficium sibi ante excommunicationem collatum, & post absolutionem possidere Sair. lib. 2. cap. 5. Emanuel Sà in verbo excommunicatio numer. 28. tex. in cap. proposuit de clerico excommunicato ministrante.

SVM-

SVMMARIVM.

174 *Irregularis ad beneficium iuspatr. præsentari non potest, nec etiam si ignorarit se esse irregularem.*
175 *Irregularis ob pœnam, in iurepatro. nullum ius acquirit, & ad fructus tenetur.*
176 *Praxis in beneficiorum collatione.*
177 *Irregularis ab officio est suspensus.*
178 *Irregularis beneficijs ante irregularitatem obtentis non priuatur, nec ab actu iurisdictionis impeditur, sed ordinis.*

Irregularis an possit præsentari ad beneficium iurispatronatus.

DECIS. CLXXXV.

RESpondi negatiuè ex pluribus, tum primò, quia communis est
174 canonistarum opinio beneficium non posse conferri ei qui tempore collationis sit irregularis, Dinus in regula 1. de regulis iuris in 6. Innoc. in c.cum nostris in princip.de cõcessione præbendæ, Alexand.consi. 3.n. 5.vol.1. Dec.in cons.131.eod.vol. Milis in Aureo suo repertorio in verb. irregularis, vnde si contigerit ei beneficia conferri, collatio erit ipso iure nulla Nauar.cap.25.numero 133.& in consil.17. de præbendis, & dignitatibus Faber in decis.13.C. de sacrosanctis ecclesiis, Lopez part.2. capit. 93. quod procedit etiam si nesciret, se fuisse irregularem Alexand.de Neuo cons.95.num.3.& sequent. Comitul. cons. 93. quia huiusmodi ignorantia non efficit acquisitionis capacitatem, Nauar.c.172. numero 27.Emanuel Sà in verb. beneficium numero 24.Alban.cons.117.& Paris.cons. 134. vol.1.

175 Immò si beneficij collatio fiat ei, qui ob pœnam, vel ob aliam causam irregularis sit, vltra quod ab initio erit ipso iure nulla, vllum pariter ius tribueret beneficiato, immò teneretur beneficium dimittere, & fructus ab eo perceptos in animæ iudicio restituere, secundum Fel.in c.2.col.3.de rescriptis, Lambert.de iurepatronatus li.2.par.1.q.9.art.4. Milis loco cit. numero 5.Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus nu.226. Card. Paris. consi.136.n. 40.volu.4.Couar.in reg. peccatum 2.par.§.8.nu.6.& hinc inoleuit praxis, quod in collatione beneficiorum fiat comminatio absolu-
176 tionis à talibus impedimentis, vt ait Ema.loco cit.

177 Tum secundum irregularis suspensus est ab officio, cuius causa datur beneficium cap. fin. vbi bona glos.de rescriptis in 6. Abb. in capit. cum dilectus num. 20. de consuetudine Paris.in c.Apostolicæ numer.17. & ibidem Felin.nu.12.de exceptionibus.

His accedat, quod scribit Emanuel Sà in Aphorism. Confess. verb. irregularitas num. 4. vbi irregularis non est capax beneficij, nec pensio-
178 nis datæ in titulum beneficij, non tamen priuatur prius acquisitis, nec impeditur ab actu iurisdictionis, sed solum ordinis, allegat Azorium libr. 10.c.14.q.9.

SVMMARIVM.

179 *Vnio beneficij iurispat. spretis patronis est nulla cum declar. num. seq. & 182.*
181 *Vnio beneficij spretis patronis ex temporis diuturnitate valida reddi non potest.*
183 *Iurispatron. mentio in dubio de ecclesiastico intelligitur.*
184 *Vnio beneficij patronis non contra-*

Digitized by Google

dicentibus etiam in quadrimestre est inualida.

An vnio beneficij de iurepatronatus spretis patronis sit nulla.

DECIS. CLXXXVI.

IN vna Nolana, iudicaui vnionem factam insciis & spretis patronis
179 esse nullam per tex. expressum in c. cum debitus de iurepatronat. & ita etiam, Bero. cons. 5. num. 59. volu. 1. de Rubeis cons. 30. nu. 3. Monald. cons. 140. vol. 1. Bononiens. cons. 20. nu. 5. & seq. Lambert. de iurepatr. li. 2. part. 3. quæst. 2. principali art. 2. nu. 3. & lib. 3. quæst. 6. principali art. 2. Paris. de resignatione benef. lib. 2. quęst. 4. num. 11. vbi testatur de communi opinione iuxta quam pluries fuisse decisum in Rota Rom. testatur Seraph. decisio. 193. part. 1. & iterum per eandem Rotam fuisse resolutum scribit Bellam. decisi. 107. & in decisi. 128. Card. Puteus decisi. 412. nu. 3. par. 1. Caputaqu. decisio. 346. part. 3. Rota diuersorum decisi. 133. numer. 4. part. 2. Bisignettus decisio. 3. de iurepatronat. Thomas Fastuus decis. 1. num. 3. eiusdem tituli Thesaur. fori ecclesiastici cap. 31. n. 13.
180 His accedat maximè procedere, si præfata vnio esset facta patronis instantibus pro institutione, & confirmatione præsentati ab ipsis, cum tūc dicatur vnio attentata lite pendente, Lancellot. de attent. litè pendente part. 2. c. 4. in præfatione num. 529. & seque. nec ex diuturnitate temporis valida reddi poterit Magon. Rota
181 Lucen. decisi. 62. num. 15. & decisi. 98. num. 5. Puteus decis. 374. & in decisi. 389. numero 3. part. 2. Surdus cons. 61. numer. 53. Turret. consil. 44. numero 45. vol. 1. Contard. in l. 1. limit. 9. num. 42. C. si de momentanea poss. Vantius de nullitat. in rubr. intra quod tempus nu. 8.
182 Ampliatur secundo vt nec etiam procederet vigore indulti alicui episcopo concesso derogandi iuspatronatus, quia id censetur in ecclesiastico, secundum Lambert. de iure patronat. li. 2. part. 1. quæst. 6. princip. art. 6. num. 35. & libr. 3. quæst. 8. princ. art. 3. nam vbi fit mentio de iurepatronatus, in dubio intelligitur de ec-
183 clesiastico, Lapus allegat. 84. Turret. consilio 71. numero 56. volumine 1. Cephal. consil. 615. numero 91. volumine 5.
184 Amplia tertio procedere etiam patronis non contradicentibus Ioa. And. in cap. 2. de religiosis domibus Paul. de Citad. de iurepatronat. quæ. 14. nu. 3. Paris. li. 2. q. 4. num. 21. Puteus in decisi. 412. nu. 2. part. 1. vbi ampliat etiam si non contradicerent vltra quadrimestre.

SVMMARIVM.

185 *Minor 14. annorum olim ad iuspatr. præsentari poterat hodie minimè.*
186 *Summus Pontifex solet dispensare minoribus 14. ad beneficium obtinendum.*
187 *Minor 14. annorum, quando in fundatione cautum est, ad beneficium præsentari potest.*
188 *Lex posita in fundatione ad vnguem est seruanda.*
189 *Collatio beneficij contra fundatoris instituta non valet, cum limit.*

An minor 14. annorum possit præsentari ad beneficium iurispatronatus.

DE-

DECIS. CLXXXVII.

IN facti contingentia dixi, quod licet olim de iure communi minor 14. annorum esset habilis ad beneficia ecclesiastica obtinenda cap. si eo tempore de rescriptis in 6. cap. ex eo vbi latè Arch. & Ioa. And. de electione li. 6. Abb. in cap. super ordinata de præbendis, & dignitatibus Card. Puteus in decis. 339. numero 3. part. 1. & in decis. 46. part. 2. Iafred. Lanfranch. in decis. 21. & poterat Episcopus, quoad talia simplicia dispensare c. vnico de ætate, & qualitate in 6.

185 Nihilominus hodie dicitur esse inhabilis ex dispositis per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. de reformat. cap. 6. vbi ante decimum quartum annum inceptum, nullus potest beneficium ecclesiasticum obtinere, & ita etiam voluit Nauar. cons. 11. numero 3. de præbendis, Paris. de resignatione beneficij libr. 3. quæst. 7. & li. 4. q. 1. numer. 7. & quæst. 9. num. 3. Viuius lib. 2. communium opinionum opin. 191. de Rubeis cons. 122. Franch. Leo in Thessaur. fori ecclesiæ par. 2. cap. 18. numero 14. Anton. li. 1. variar. reso. quæstion. 122. casu. 51. Raudenz. in deci. 135. nu. 22. & seq. Mainard. in decision. 29. libro 3.

Non obstat decisio Rotæ 482. n. 3. 1. par. diuers. vbi testatur dictum Sac. Concil. Trident. habere locum duntaxat in beneficiis liberis, non autem in patronatibus, quia contrarium seruari in praxi testatur Anton. loco cit & propterea solent ob-
186 tineri dispensationes à Papa, etiam in beneficiis de iurepatronatus, & ratio est, quia d. tex. Concilij loquitur generaliter de beneficio, cuius appellatione venit etiam beneficium de iurepatronatus, secundum Iafred. in decis. 193. Ant. Faber in decis. 17. C. de Episcopis, & clericis. Ferrer. li. 1. obseruat. 123. Rebuff. in praxi beneficij vers. seculare beneficium num. 15. & sequent. Nicol. Delfin. in tract. de iurepatronat. libr. 1. numero 26. cum sequent. Gonsalez. gloss. 5. nu. 32.

Limita supradicta minimè procedere, vbi in fundatione beneficij
187 aliter esset cautum, quia tunc posset quis ex vi legis in fundatione adiectæ, etiam si esset minor 14. ann. ad beneficium patronatus præsentari, vt declarauit Sacra Congregatio concilij super d. c. sess. 23. de reforma. quam refert, & sequitur Emanuel Sà in Aphorism. confessariorum in verb. beneficium num. 30. Merend. consi. 33. Schendeid. consil.
188 93. & ratio est, quia lex posita in fundatione ad vnguem est seruanda augument. tex. in l. à testatore ff. de conditionibus, & demonstrat. Crescent. in decis. 7. de iurepatronatus Nauarr. consil. 3. de clericis non residentibus, & collatio beneficij contra fundatoris instituta non valet, & est ipso iure nulla idem Na-
189 uar. in manual. confessar. capitul. 25. numero 117. quod limitatur quando lex posita à fundatore non esset recepta, quia tunc non esset seruanda, Emanuel. Sà in verbo iuspatronatus num. 4.

SVMMARIVM.

190 *Episcopus iuspatronatus litigans inter patronos conferre potest tempore elapso sine eiicientis præiudicio.*

191 *Episcopus, tempore à iure dato, elapso non potest beneficium conferre, si de Ecclesia libertate inter ipsum, & patronos controuertitur.*

Digitized by Google

192 *Episcopus iuspatronatus ob temporis lapsum conferre non potest, si inter præsentatos est lis de prælatione præsentationis.*

An si lis, quæ vertitur inter patronos, non finiatur intra tempus datum ad præsentandum, collatio beneficij ad Episcopum deuoluitur.

DECIS. CLXXXVIII.

PRo huius quæstionis dilucidatione affertur decisio Rotæ in propriis terminis in vna Terdolen. iurispatronatus, 19. Februarij 1601.
† † coram Penia, vbi infrascripti casus distinguuntur.

Primus casus est, quando dubitatur an beneficium sit iurispatronatus, & tunc si patroni inter se litigantur de iure vel possessione iurispatronatus, Episcopus non potest statim conferre, sed debetur expectare patronos laicos per quatuor menses, & ecclesiasticos per sex, in-
190 tra quos causa debet finiri, & causa non finita, Episcopus liberè conferre potest sine præiudicio euicientis, c. si verò, c. cum propter, c. quoniam, de iurepat.

Secundus casus, quando non constat de iurepatronatus, nec præsentantes esse patronos, & tunc non obstante contradictione præsentato-
191 rum, Episcopus potest liberè conferre, nec tenetur expectare quadrimestre, vel semestre.

Tertius casus, quando lis est super libertate ecclesiæ inter Episcopum, & patronos, & hoc casu ob lapsum temporis non est locus deuolutioni, Abbas in c. cum vos, nu. 7. de officio ordinarij, Rota diuersorum decis. 411. nu. 3. par. 1. & iterum eadem Rota in vna Pegionen. parochialis, 7. Octob. 1587. † coram Illustrissimo Blanchetto.

Quartus casus non potest Episcopus conferre ex iure deuoluto,
192 quando lis est intra ipsos præsentatos in tempore super prælatione eorum præsentationis, etiam si lis intra tempus requisitum non finiatur, Rota in vna Tordolen. iurispatronatus, 8. Februarij 1599. & 10. Ianua-
† rij 1600. † coram Penia, & tandem in vna Bracalen. beneficij, 3. Martij
† 1603. † coram Ludouico.

SVMMARIVM.

193 *Mandatum speciale ad præsentandum requiritur.*

194 *Mandatum speciale ad possessionem capiendam non requiritur.*

Mandatum speciale an requiratur ad præsentandum.

DECIS. CLXXXIX.

IN quadam causa controuertebatur, si mandatum speciale erat
193 necessarium, vt præsentatio facta à procuratore substineatur, & respondi affirmatiuè ex duobus.

Primo, quia ita pluries iudicauit Rota Romana, teste Seraphin. in decis. 59. part. 1 Put. in decis. 312. li. 3. Caputaquen. in decis. 365. nu. 1. par. 2.

Secundo, ob argumentum à simi-
194 li de captura possessionis beneficij, in qua exigitur mandatum speciale, Capp. Tholos. in decis. 489.

SVMMARIVM.

195 *Episcopus ex dotis augmento iuspatronatus erigere non potest, & quare.*

Quid

Quid in ecclesia indotata.

196 *Beneficium in dubio præsumitur liberum, non autem iurispatronatus.*

197 *Summus Pōtifex pro notabili augmento dotis solet dispensari, vt in iurepatron. erigatur beneficium liberum.*

An Episcopus possit erigere ius patronatus ex augmento dotis.

DECIS. CXC.

PRo affirmatiua faciebat DD. Franc.March.in decis.473.num.1. & in decis.493.nu.1.par.1.Lamber.de iure patron. li.1.par.1.q. 3 .princ.art. 16.nu.1.& colligitur ex Concilio Trident.de reform.sess.25.cap.9.

Cæterum contrarium iudicaui,
195 quia beneficium à principio liberum non potest, nec debet redigi in seruitutem Abb.consil.59. numer.3. part.1. Lambert.de iurepatron.libr.1. par.1.quęst.6.prin.art.1.num.6.Paris. cons.47.numero 20.volu.4. Rebuff. in prax.benefic. versic. tertia pars signat.& in versic. necnon, numero 3. Rota diuers. in decis. 457. numer.18. & in decis. 528.numer. 2. & in decisi. 40. vbi limitat in Ecclesia indotata, & decision. 548.par.1.& in decis.99.
196 numero 3.parte 2. & in dubio non pręsumitur iuspatronatus,sed beneficium liberum,Paris. consilio.20.in princ.vol.1.Alban. consil.199.volu.1. Mascard.de probationibus conclus. 221. numer.2.& 6.volu.3.& fuisse decisum scribit Cęsar de Grass. in dec. 1.num.3.

197 Est tamen verum, quod Summus Pontifex pro augmento notabili dotis facto Ecclesiæ pauperi solet concedere iuspatronatus, pro vt ita obseruatum vidisse testatur Lamber. in d.lib.1.par. 2. quæst. 4.princip.art. 4.numero 1.

SVMMARIVM.

198 *Præsentatus à maiori parte est instituendus.*

199 *Gratificatio habet locum in vocium & meritorum paritate, nec ab ipsa appellatur.*

200 *Ciuis præfertur extero, sicuti senior iuueni.*

Inter præsentatos quid præferatur.

DECISIO CXCI.

IN nonnullis causis euenit controuerti facta præsentatione plurium quis illorum veniret præferēdus: dixi, quod licet regulariter instituendus sit, quia à maiori parte præsentatur c.quoniam vbi glo.in vers.maioribus vbi Bero. latissimè de iure
198 patronatus Abb.consil.76.volum.2. Ruin.consil.50. nu.3. volu.3.Decian. cons.32.volum.1.Paris.consi.134.vo.1. Caualc.in decis.1. num.21.volu.3.& fuisse decisum in Rot. Romana patet in decis.117.par.2.diuers.
199 In paritate tamen vocium,& meritorum, est locus gratificationi c. cum autem vbi communiter DD. de iurepatronatus, Cæsar de Grass. in decis.1.num.9. de iurepatronatus Borgnin.in decis.32.num.6.Bisignet. in decis. 3. de exceptionibus Sair.in decis.3. de iurepatronatus, nec licet à præfata gratificatione appellare, secundum Dec.in cons.129.numer.1. vol.1. & ita fuisse resolutum in Rota Romana testatur Fuscus de visitatione lib.2.c.10.numer. 3. & proinde possessio capta virtute gratificationis non poterit dici attentata secundum Lancellott. de attentatis par.2.

Digitized by Google

capit.4. in præsentatione numero 155.

200 Item ciuis, extero: Nonius consil.24.& in consil.72.numero 4.& in consi.29.Roland. consil. 47. numero 66.vol.1.Alciat.consil.93.nume. 6. & fuisse in Rota decisum scribit Rota diuer.in decis.299. partic.1. Cæsar.de Grass.in decis. 1. numer.12.de iurepatronatus,Card.Puteus in decis. 254. libro 1.Seraphin. in dec.293. parte 1. Lambertin. de iurepatronatus lib.2. par.3.q.5.princ.art.4.num.5.

Item senior, Iuueni, Lambert.d. quæst.1.principali art.13.num 1.Rot. diuers.in dec.122.par.1.quod regulariter in omni materia procedere testantur communiter omnes in l.cum quid ff.si certum petatur,& in c. clerici de iudiciis,per tex. expressum in l.fin.ff.de fide instrumentorum.

SVMMARIVM.

201 *Apprehensio actualis ad iuspatron. acquirendum requiritur.*

L.cum hæres ff. de acquirenda possessione an locum habeat in iure patronatus.

DECIS. CXCII.

QVamuis per aditionem hæreditatis omnia transeunt in hæredem ipso iure, possessio verò minimè, nisi fuerit apprehensa actualiter, vt in l.nostra, cuius occasione multoties fuit dubitatum, si procedat in iurepatronatus,& ego respondi affirmatiuè, quia prædictæ legis dispositio procedit etiam in iuribus incorporalibus,vt latè per Bald.in c. pastoralis num.3. & sequent.de causa possessionis,& proprietatis. Item,
201 quia actualis apprehensio requiritur ad acquirendum iuspatronatus secundum Gabriel. consilio 185. numero 17.volum.2.caputaquen. in dec.135. par. 2.Achil.de Grass. in decis.6.num. 1. de iurepatronatus. cassad.in decis.7.de causa possessionis, & propriet. & Bellam. in decis. 701. Rot.diuers.in decis.299. par.2.Crescent. in dec.25.

SVMMARIVM.

202 *Fœmina stantibus masculis à præsentandi successione excluduntur cum declarationibus.*

Constitutio Regni in aliquibus an locum habeat in iurepatronatus.

DECIS. CXCIII.

STantibus masculis, filiæ fœminæ excluduntur, à successione, sed dubitatum fuit coram me si procedat etiam in successione iurispatronatus,& Ancharan. in capit. ex insinuatione num.2. de iurepatronatus Feder.de Senis in consil.111.Rocchus de Curte in tract. iurispatronatus in verbo ipse, vel ipse à quo qu.6.Paul. de Citadinis par.9.quæst. 1. ampliat. 3.Lambert. part. 2. libro 1.art.15.q.2.
202 princip.tenent habere locum, ac pariter procedere in iure præsentandi.

Intellige primò, tunc procedere si filia reperiretur dotata de bonis illius, à cuius hæreditate venit excludenda, Tess.in decis.68.&in decis. 101. Anna allegat. 81. ex quo infertur, quod si non fuerit dotata de bonis patris ab intestato, succedit per ius commune in iurepatronatus,& aliis bonis, vt per Caualc. in decision. 13. in princip. parte 3. & idem in decis. 29. eodem libro Hartam. in decision. 29. titulo

de iurepatronatus.

Intellige secundo ab intestato, sed si pater eam hæredem cum masculo instituit, tunc bene succedit, vt per Abb. in Const. regni, in aliquibus q. 5. num. 5.

Intellige tertio si filius viuit, sed eo mortuo non relictis filiis masculis, ipsa fœmina succedit tum in hereditate, tum in iurepatronatus Abbas consilio 92. vol. 2.

SVMMARIVM.

202 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona.*
Vox filij dicitur etiam patris.
203 *Filius viuente patre in iurepat. vocem non habet, & quare.*

An filius viuente patre habeat vocem in iurepa tronatus.

DECIS. CXCIV.

DVbium mihi faciebat, quod pater & filius vna eademque persona censentur l. fin. C. de impube-
202 rum, & aliis substitutionibus, & vox filij dicitur etiam patris §. ei qui de inutilibus stipulationibus, & filius dicitur dominus bonorum paternorum eo viuente l. in suis ff. de liberis & posthumis, & patre mortuo non sit in eo necessaria hæreditatis aditio cum sit continuatio dominij l. in suis ff. de suis, & legitimis.

203 Cæterum præfatis non obstantibus iudicaui cõtrarium ex pluribus, tum primò, quia in tali iure patronatus præsumi debet, vt acquisitio fuerit facta ordine successiuo, pro vt in successione bonorum, Bart. Ias. & alij in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liberis, & posthumis Couar. in cap. Rainutius §. 2. nu. 4. de testamentis, Ripa in c. ex parte. numero 54. de rescriptis Alex. consilio 22. nu. 8. volu. 3. Dec. in cons. 25. nu. 2. Ruin. in cons. 168. nu. 9. vol. 2. Curtius Iun. in consi. 168. & in consil. 22. nu. 4. latè Clar. in §. testamentum qu. 80. vers. 2. conclusio Ozasch. Mantic. de coniecturis vltim. volunt. libr. 8. tit. 14. numer. 13. Pereg. de fideicommiss. artic. 17. nu. 423. & 636. & de Franc. in decisi. 559. vnde existente patre ac viuente, non videtur admittendum esse eius filium ad præsentandum.

Maximè cum sint personæ, in quibus de iure cadit ordo charitatis & necessitatis simul quo casu præsentatio fieri debet successiuè scilicet vnus post alium, secus in personis, in quibus caderet ordo charitatis tantum, quia tunc omnes censentur vocati simul, & semel Dec. in consilio 95. numero 2. Socc. sen. in consilio 90. numero 1. libr. 1. Corn. in consilio 229. volu. 3. Iason consilio 206. volumine 2. Couar. loco cit. numero 3. & fuisse decisum scribit Guido Pap. in decisione 222. & Cacher. in decisione 81.

Tum secundo, quia istud iuspatronatus transfertur gradatim de patre in filium, & stante primo gradu cessat secundus l. cum pater §. penultim. & l. peto §. fratre. ff. de legatis 2.

Tum postremo, quoniam secundum præfatam opinionem scripserunt Calder. in consilio 19. de iurepatronatus, Federic. de Senis consilio 122. numero 3. Oltrad. consilio 22. Rocchus de Curt. in verbo competens alicui quæstion. numero 19. Lamber. de iurepatronatus 2. part. libr. 1. art. 2. quæstion. 6. principali.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

204 *Clausula (dummodo alteri, &c.) insquæsitum ad rem præseruat, & quando hoc ius dicatur quæsitum cum limit. nu. 209.*

205 *Præsentato ante institutionem nullum ius competit.*

206 *Verbum, quæsitum, quid importat.*

207 *Clausula (anteferri) quid denotat.*

208 *Clausula (non obstantibus cum decreto irritanti) quid operat.*

210 *Clausula (dum modo alteri, &c.) litterarum Apostolicarum executionem non suspendit.*

Clausula, dummodo, alteri tempore datæ præsentium, non sit ius quæsitum, adiecta cum derogatione iuspatronatus quid operetur.

DECIS. CXCV.

COmmunis, & ab omnibus recepta est opinio, in c. cum Bertoldus de re iudic. per huiusmodi
204 clausulam præseruari ius quęsitum ad rem, quod quidem ius optimè acquisitum censetur per præsentationem ipsam, vt voluerunt DD. & signanter Fel. citato c. Gomez. in reg. de trienn. q. 35. num. 2. Aeneas de Falcon. in tract. de reseruat. Fall. 47. Rochus de Curte de iurepatronat in verbo ius beneficium q. 4. numer. 17. Mandos. in commenta. reg. Cancell. in tit. de non toll. iure quæs. reg 17. q. 2. & latè Fel. in c. cum olim, nu. 8. de sent. & re iud.

Et iuxta hanc opinionem pluries in Rota Rom. decisum scribit Bellamera decisi. 167. & in dec. 191. Cardin. Puteus dec. 103. libro 2. Caputaq. decisi. 150. libr. 1. & latè Antonius Faber decisi. 22. C. de Sac. San. ecclesia. Ex quo apparet hodie non seruari opinionem Calderini cons. 81 Rebuff. in praxi beneficiaria sub titulo de forma nouæ concessionis in principio.

Quia respondetur omnes loqui iuxta decisionē Rotæ 17. de præben. in nouis vbi habetur, quod per prædictam clausulam non conseruatur habenti ius ad rem ex acceptatione acceptantis, sed ex præsentatione, quod intellige tunc verum esse vbi statim post præsentationem sequuta fuerit institutio ab Episcop. Cassad. dec. 3. nu. 3. de præb. Balb. dec. 16. Crescent. dec. 7. de iurepatr. & ante insti-
205 tutionem nullum ius quæritur præsentato secundum Rotam dec. 6. nu. 6. par. 2. diuersorum de Benintendis Rota Romana dec. 22.

Quamuis non ignorem nonnullos fuisse qui contrariam tenuerunt sententiam, vt scilicet per verbum, illud quæsitum in clausula adiectum, non conseruari nisi tantummodo ius
206 in re, & mouentur, quod verbum quæsitum includit ius radicatum incorporatum ac plenum, Sarnen. sub reg. de non tollendo iure quæsito numero 13. quæ. 4. Rota diuersorum dec. 759. numer. 4. par. 1. & ius ad rem non est plenum: vnde de eo non est facienda mentio in collatione Papæ. Put. dec. 265. nu. 5. part. 2. & in decisi. 357. numero 8. par. 1. Cassad. decisione 3. numero 3. de præbend. Parisius de resignatione beneficij libro 2. qu. 9. nu. 3. Rebuff. in praxi beneficiali in tit. de rescripto si neutri numer. 25. & 23.

Quicquid tamen præfati scripserunt ego in praxi tenui contrarium, & in facti contingentia iudicaui iuxta primam opinionem. Bene verum est eam limitari dupliciter. Et primo non procedere quoties adiecta esset literis Apostolicis, clausula

sula anteferri, quia per eam sublatū
207 censetur omne ius ad rem quouis modo quæsitum, c. penult. de præb. in 6. Fel. in c. causam quæ numer. 26. in princ. de testibus, & in cap. capitulum numer. 6. & sequ. de rescr. Mandos. de signatura gratiæ in rubric. de expectatiuis vers. nulli dabatur, Lapus Alleg. 79. num. 1. Romanus consi. 256. Zabbarella cons. 105. num. 5. & in consil. 136. ead. numer. Ferret. consil. 3. numero 12. & consilio 5. numer. 4. Paris. consil. 119. num. 8. vol. 4. & iuxta hanc opinionem firmauit Rota Romana teste Caputaquens. d. 237. nu. 5. part. 1. præsertim si eisdem litteris esset apposita alia clausula, non ob-
208 stantibus, vna cum decreto irritanti Fel. in c. in nostra numer. 35. de rescriptis Paris. consi. 5. numero 94. vol. 4. Crescent. dec. 7. de conc. præbend. num. 5.

Limita secundo tum procedere in iure quæsito ad rem alio modo quam
209 ex narratis in litteris Apostolicis Gemin. consil. 88. colum. penult. Oldrad. consi. 330. in fine Ferret. consil. 185. numer. 3. Gomes de non tollendo iure quæsito, quæst. 1. 41. & Crescentius citata dec.

Tandem est animaduertendum quod, esto, quod ex dicta clausula dummodo alteri, &c. præseruaretur ius ad rem quæsitum per præsentatio-
210 nem, non tamen ob id executio litterarum Apostolicarum cum derogatione iurispatronatus esset suspendenda, vt firmauit Rota Romana de qua per Achil. de Grass. in decis. 18. de probat. & ratio est, quia quandoquidem dictio dummodo de sui natura non imputat conditionem, sed admonitionem, secundum Ioan. Andr. in cap. non potest de præbendis in 6. quem refert, & sequitur Rota in decisione 1. de conditionibus appositis in antiquis, & Menoch. de arbit. iudicum libro 1. quæst. 86. numero 28.

SVMMARIVM.

211 *Vniuersitas ad hoc, vt habeat iuspatron. quæ sunt ei necessaria.*

212 *Iuspat. vniuersitatis præsumitur ex vsurpatione.*

Quæ requirantur vt vniuersitas iurispatronatus acquirere possit.

DECIS. CXCVI.

IN facti contingentia dixi tria concurrere debere. Primo quod i-
211 psum iuspatronatus fuerit reseruatum ab Episcopo Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 1. q. 9. princ. artic. 1. num. 50. Rot. diuersorum in decisio. 85. & dec. 99. part. 2. Crescent. in decision. 3. de excep. latè Doctores in c. significasti de testibus nisi inferior haberet potestatem ædificandi ecclesiam in sua parochia Rota ibidem numero 2. & in dec. 99. num. 4. Abb. in c. cum dilectus in 41. notabili de consuetudine Rocchus in verbo pro eo quod de diœcesani consensu numero 25.

Secundo requiritur dos competens & certa iuxtà Sacrum Concilium Tridentinum de reformatione sessione 6. cap. 12. & 13. Mascard. de probationibus conclus. 956. numero 36. volum. 2. post Bald. in cons. 333. vol. 1. Alexander consil. 90. volu. 2. Decius consil. 575. eodem vol. Rot. diuersorum decisi. 60. num. 1. parte 2. & confirmatur quia iuspatronatus in ecclesia parochiali ædificari, & consecrari non potest absque dote cap. nemo de consec. distinct. 1. Rotæ decision. 141. parte 2. diuers. Balb. dec. 55. Bellamer. decisi. 90.

Tandem est necesse, vt illa eccle-

Digitized by Google

sia sit dotata nomine vniuersitatis, non autem per singulos, & ratione singularium elemosinaliter, Lambert. de iure patronatus libro 1. part. 1. quæst. 7. principali articulo 15. nu. 9. & idem Lambert quæst. 8. principali articulo 5. num. 4. Menochius consilio 191. colum. 2. Monald. consi. 180. vol. 2. Anton. libr. 1. variarum resolutionum cap. 47. & ratio esse poterit quia hoc modo, & non alio dicitur quid fieri vniuersitatis nomine l. sicut ff. quod quisque vniuersitatis. & ita iudicauit Rota Rom. teste Mohed. in dec. 1. tit. de furtis, & eodem adiuuatur etiam ex eo, quod iuspa-
212 tronatus vniuersitatis præsumitur ex vsurpatione Puteus in decisi. 57. & dec 58. 59. lib 1. & idem dec 205. parte 1. Caputaquens decis. 128. numero 1. part. 2. Caualchan decis. 11 numero 57. & decis. 28 num. 10. part 3. Achil. de Grass decisi. 4. de iurepatronatus Mohed. decisione 10. eodem titulo Crescentius decis. 1. Rota diuerso decisio 5. part. 5. libro secundo. & in decisio. 532. part. 3. lib. 3. & Gabriel. consil. 192. vol.

SVMMARIVM.

213 *Patronus clericus seipsum præsentare non potest.*

214 *Actualis distinctio inter præsentatum & præsentantem debet esse.*

215 *Patronus clericus à compatronis eligi, & præsentari potest.*

216 *Patronus constituens procuratorem ad præsentandum, ille procurator patronum clericum præsentare potest.*

An clericus patronus possit seipsum præsentare.

DECIS. CXCVII.

Responsio fuit absque difficultate pro opinione negatiua ex plu-
213 ribus; tum primo, quia pro eo, est textus expressus in cap. per nostras de iurepatronatus vbi patronus ecclesiæ vacantis quamuis sit clericus, & ad eam se præsentare non potest, & voluit etiam Abbas consi. 25 num. 2. vol 2. & in capitulo consuluit vbi Ioannes Andreas, & Ancharanus de iurepatronatus, Bald consil 13. num. 3. vol. 1. Ant. de Butric & reliqui in c. finali de institutionibus, Lambertinus prima part li. 2. quæst. 8. princip. art. 6.

Tum secundo quia, vt ambitiosus esset repellendus cap. in scripturis 8. quæst. 1. cap his, qui quæstion. 6. l. si quamquam Cod. de Epis. & clericis l. qui omnia ff. de procuratoribus, & non ambitione, sed labore vnumquemque ad honorem conuenit peruenire l. contra publicam Cod. de re militari lib. 12. & facit textus in capitulo miramur, 61. distinctione.

214 Tum tertio quia debet esse actualis distinctio inter præsentandum, & præsentatum cap. cum ad nostram de institut. & inter baptizatum capit. habitum de baptismo, & à simili facit textus in l. prætor ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his, & l. vltima ff. de officio prætoris, & hæc est ratio, quare persona electa non videtur computanda inter eligentes, vt augeat numerum eligentium, quia à se ipso oriri non debet c. didicimus 24. quæst. 1.

215 In praxi tamen animaduertendum est primo, quod eligi, & præsentari potest ab aliis compatronis, vt per Barbat. consi. 33. numer 19. volum. 2. Rolan. consi. 3. vol. 1. Calderinus cós. 7. de iurepatronatus, Bero in c. quoniam numero 53. eodem tit. Rocch. de Curto in verbo honorificum quæst. 4. versiculo circa aliud nu. 25.

Bertachinus in tracta. de Episcopo part.3.lib.1. quæst.24. n.35. Lamberti-nus in 5.art.8.quæst.principali 1. parte 2.libr. folio 85. Hostiensis in summa de iurepatronatus in fine nu. 11. Angelus de Claua in summa in verbo iuspatronatus nu. 19.

Hodie verò in praxi obseruatur vt patronus cōstituat procuratorem cum potestate præsentandi, nam ta-
216 lis procurator virtute præfati mandati poterit clericum patronum ad eiusdem beneficiū patronatus præsentare, Lapus allegat.8. vbi latissimè Mādosf. Abb. Ioannes Andrea Boich. & Anchar. in c. finali de concessione præbendæ, & ita fuisse in Rota decisum, & iuxta eam quotidie seruari testatur Caputaquen. in decision.138. part.1.

SVMMARIVM.

217 *Iuspat. relictum familiæ, omnes de familia succedunt.*

218 *Fundator iurispat. vocans tres de familia comprehendit omnes de familia.*

219 *Iuspat. non transit taxatiuè, sed demonstratiuè.*

In iurepatronatus familiæ relicto quinam succedant.

DECIS. CXCVIII.

SVpponatur in facto quēdam fundasse iuspat. ad cuius præsentationem voluit ac ordinauit vt omnes de sua familia admitterentur, fuit coram me dubitatum de modo admissionis præfatarum personarum de familia. dicebam ego omnes de fami-
217 lia esse admittendos Borgninus decisione 9. num. 17. & in decision. 43. part.1. Beccius consi.43. numer.7. Menochius de præsumptionibus libr.6. præsumptione 16. nu.47. quod procederet tamen si testator dixerit omnes de sua casata, domo, seu parentela, quia tunc venirent omnes de familia ipsius Parisius consil.1.nu. 60.consf.75.num.1.consf.47.numer.53. vol.3.

Procederet pariter etiam si fundator vocauerit tres de familia: nam
218 comprehendunt omnes de familia ipsius l. pronunciatio §. familia ff. de verborum significatione l.fin. Codic. eodem tit. Gabriel consf. 132. numero 59.lib. . Manticha de coniecturis vltimarum voluntatum lib.8.tit.12. numer.12.

Et quod omnes admittantur, voluit textus in terminis in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legatis secundo, & in l. peto §. fratre ff. de legatis secundo, Crotus consil. 67. numero 12. volum. 21. Alexander consil. 213. numero 3. Peregrinus de fideicommissis art.22.nu.1 . & sequenti Lambert. in propriis terminis de iurepatronatus lib.1.part.2.articulo 9. qu. 2. princip. numero 12. & iuxta hanc opinionem fuit pluries per Rotam Romanam decisum, & signanter in vna Papien. iurispatronatus de-
* cimonono Februarij. 1601. * coram Illustrissimo Lancelloto, & iterum in vna placentina iurispatro-
* natus decimo Iunij 1602. * coram Litta.

Est tamen notandū in praxi quod testator volens iuspatronatus esse
219 de sua familia non intelligitur taxatiuè, vt ad eos tantùm spectare debeat, & non ad hæredes, sed demonstratiuè, vt resoluit Rota in vna Cre-
* monensf. 6. Iunij 1578. * coram Illustrissimo Seraphino, vt in decisione 264. eiusdem, & licet idem testator velit quod præsentatio ad iuspatronatus relictum familiæ fiat per duos vel tres de familia, si familia religa-

tur ad vnum tantum, non ob id extinguitur iuspatronatus, idem Seraphinus in decis. 368.

SVMMARIVM.

220 *Vocati collectiuè pro vno reputantur.*
221 *Iuspræsentandi, prius ad eum spectat, qui testatori est proximior.*
222 *Fideicommisso relicto familiæ proximior succedit.*
223 *Argumentum de feudo ad iuspatr. est validum.*

Quo ordine succedatur in iure patronatus familiæ relicto.

DECIS. CXCIX.

SVpposita conclusione quam in præcedenti decisione firmauimus fuit iterum dubitatum, quo ordine essent admittendæ præfatæ personæ de familia à fundatore vocatæ.

Difficultatem mihi non mediocrem faciebat conclusio illa, quod vbi plures sub nomine collectiuo vo-
220 cantur, illi omnes pro vno reputantur, & consequenter coæquale ius habere debet, vt in propriis terminis iurispatronatus firmauit, Decius cõsil. 121. vol. 1. Corneus consil. 26. nu. 5. vol. 4. Monaldus cons. 74. numero 5. & sequ. Lambert. de iurepatronatus lib. 1. part. 2. 1. quæst. principali art. 18.

Cæterum hoc non obstante indicaui contrarium; nam dixi non ad
221 omnes simul, & semel spectare iuspræsentandi, sed ad eum dumtaxat de familia, qui pro tempore erat proximior testatori, motus auctoritate textus, qui in hac materia solet allegari in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legatis secundo; vbi ad fideicommissum familiæ relictum primo debent vocari, seu admitti nominatim ab ipso fidei committẽte, quibus deficientibus. admittendus est,
222 qui eo tẽpore reperitur proximior, cuius textus dispositionem habere locum etiam iurepatronatus voluerunt Baldus consilio 1. nu. 8. vol. 3 Gabriel consil. 196. n. 3. & 4. vol. 2. Calderinus cons. 19. de iurepatronatus Menoch. consil. 380. vol. 2. Mising. consil. 122. & sequenti Couar. pract. qu. c. 38. in fine, & ita iudicasse senatum Delfin. testatur Franciscus Marchus in dec. 1135. part. 1. & iuxta hanc opinionem fuit per Rotam resolutum in vna Regien. iurispatronatus de Zac-
* chis 26. Nouembr. 1602. * coram Penia.

Insuper mouebat quod ita censetur dispositum in successione feudi, Isernia in c. 1. nu. 23. circa medium Capic. in inuestitura §. feudorum successione ampliatione 13. & validum esse argumentum de feudo ad iuspatro-
223 natus voluerunt, Cardinalis in Clementina plures columna finali de iurepatronatus Lambert. lib. 1. part. 1. q. 3. principali art. 8. & Decianus consil. 32. num. 12. lib. 1.

SVMMARIVM.

224 *Iuspat. fundatione dotatione & ædificatione acquiritur.*
225 *Iuspatr. in ecclesiis regularium acquiri non potest, nisi ex priuilegio: cum ampl.*

Iuspatronatus an hodie acquiri possit in ecclesiis regularium.

DECIS. CC.

LIcet tribus modis iuspatronatus acquiratur fundatione scilicet

licet dotatione, & ædificatione, vt
224 per Doctores communiter in rubrica huius tituli quod adeò verum est, vt iuspatronatus, iuxta decreta Sacri Concilij Tridentini debeat probari ex fundatione vel dotatione; Seraphinus in decisi.1367. imo quod non est ex fundatione vel dotatione, est sublatum ex dispositione eiusdem Tridétini, vt resoluit Rota Romana in vna Braccaren. iurispatronat. de
* padronello 6. Maij 1599. * coram eodem, vt patet in decisio.1312. & istud procedere etiam de iure communi voluit idem in dec.598.

Cæterum iuspatronatus in beneficio regulari acquiri non potest nisi ex priuilegio Apostolico. textus est
225 expressus in cap. nobis, & ibi Abb. & reliqui communiter de iurepatronatus Ferretus cons.123. Parisius cós. 212. volum.2. & fuit decisum in Rota Roman. in vna Albanen. Monasterij
* 26. Nouembris 1588. * coram Orano, vt refert, & sequitur Illustrissimus Seraphinus in dec.1367.

Amplia primo vt necesse sit in limine fundationis constare de priuilegio glos. in verbo de sua iurisdictione hostiensis columna 2. Ancharanus num.16. Abbas nu.9. in citato capitulo nobis Lambertinus de iurepatronat. lib.2. part.1. quæst.5. art.1. numero 10. & ita Mohed. decision.340. Puteus deci.366. Seraphinus in decision. 395. part.2.

Amplia secundo procedere etiam in conuentuali habitu tantum Alexander consil.74. volu.2. Mandellus consi.16. vol.1. Turrettus consi.19. nu.6. & sequenti Peregrinus dec. Patauiæ 128. Seraphinus citata decisio. nu. 3. & fuit in Rota resolutum in vna regien. 24. Maij 1585.
* * coram Illustrissimo Pamphilio.

SVMMARIVM.

226 *Consensus patroni in pensione imponenda non requiritur.*

227 *Illegitimus clericus pensionem obtinere potest.*

Consensus patroni an exigatur in imponenda pensione.

DECIS CCI.

IN vna Nolana iudicaui nõ requiri cõsensum patroni, motus ex dec.
226 Rotæ quam colligit Farinac. in dec. 892. pro cuius dilucidatione placuit hic ad verbum interesse aliam in vna colimbrien. pensionum 11. Februarij
* 1598. * coram Seraphino *fuit conclusum per dominos translationem pensionis, de quibus agitur fuisse validam; nam constat de facultate transferendi in reseruatione pensionis, & hoc non obstante clausula accedēte consensu patroni, quia est referenda ad resignationem, & collationē tituli, vt patet ex lectura cùm illa verba posita sint in clausula repetrata, & suadetur ex eo, quod in collatione beneficiorum iurepatronatus solet hæc clausula poni, nō autē in reseruatione pensionis, in qua nō est necessarius cõsensus patroni, vt per Gigans de pensionib. q.23. n.8. Cassad. in dec.3. de iurepat. Rebuff. in 3. part. signaturæ, necnon iurispatronatus n.28. & bene per Gambar. de officio legati lib.6. tit. de pension. nu. 94. cum sequentibus, non obstat, quod opponitur de inhabilitate Ioann. ex quo in clericatu enunciatur illegitimus, quia sæpius fuit decisum illegitimum non esse inhabilem ad obtinendam pensionem, nisi ratione clericatus: & ideo dispen-*
227 *satus ad clericatum non indiget aliqua dispensatione ad pensiones obtinendas. & fuit decisū in causa Veronen. pē-*

* *sionis * coram bon. me. Robusterio 3. Iunij 1572. Sarnen. de annal. q. 21. late Paleot. de noth. & spur. q. 58. vbi reprobat Gigan. q. 16. qui cõtrarium tenet. idem fuit resolutũ in causa legionen. seu Zamoren.*
* *pẽsionis * coram eodem Robusterio 11. Octobris 1577. & in d. causa Veronen. pensionis, & in alia Cæsaraugustan. pension.*
* *coram R. P. D. meo Gipsio 19. Febr. 1590. respectu verò quirini alterius trãslatorij res caret prorsus omni difficultate, cum ipse habeat clericatum a suo ordinario recognitum per tres testes datos in memoriali: ideo conclusum pro validitate translationis pensionum.*

SVMMARIVM.

218 *In dubio qualitas sacerdotis in fundatione iurispatronat. non est præsumenda.*

229 *Cautela in decreto fundationis apponenda.*

230 *Beneficio sacerdotali pro vna vice de cõsensu ordinarij, & patroni non sacerdos præsentari potest.*

231 *Summus Pontifex qualitati sacerdotali derogare potest.*

232 *Præsentandus non debet esse sacerdos, quia in fundatione est onus celebrandi Missas; nisi expressè fuerit cautum de propria persona.*

233 *Residentia in beneficio simplici non requiritur.*

234 *Qualitas beneficij pat. per primam patroni prouisionem cognoscitur, & per obseruantiam.*

An præsentatus ad Cappellam debeat esse actu sacerdos.

DECIS. CCII.

AB Illustrissimo Episcopo Caiatiensi fuit mihi transmissus punctus decidendus; si præsentatus ad Cappellam debeat esse actu sacerdos, cui respondi per hæc verba.

Illustrissime Domine in hoc articulo considero tres diuersas iuris conclusiones esse distinguendas.

228 Prima sit conclusio, in dubio sacerdotij qualitatem non esse præsumendam in fundatione iurispatronatus Farinac. in decisi. Rotæ 570. Lanfranch in decision. 199. Spin. in spec. testament. glos. 4. num. 19. Ceuall. de communibus contra communem quæ. 191. & propterea in de-
229 creto fundationis est nominatim, & in specie exprimenda secundum Rocchum de iurepatronat. vers. pro eo quod de diocesani nu. 27. Lambert. eodem tit. lib. 1. part 1. quæst. 9. principali art. 1. num. 1. cum sequent. Rota in decisio. 4 de testamentis, & istud esse de substantia testatur Bero consi. 5. num. 14. cum sequent. volum. 1.

230 Licet ad beneficium sacerdotale possit præsentari non sacerdos de cõsensu ordinarij, & patronorum omnium pro vna vice secundum Rip. respons. 1. num 6. de institutionibus Bero d. cons. 5. num. 35. cum sequen. vol. 1. & Crescent. in dec. 7. de iurepatronatus.

231 Et Papã dictæ qualitati sacerdotali in fundatione adiectæ posse derogari testantur Rebuff. in praxi beneficiar. versic. 3. pars signaturæ numero 44. licet non per clausulas generales secundum Rot. in decisio. 41. de concess. præbendæ in antiquis, & in decision. 5. de consuetudine in nouis Caputaquens. in decisi. 127. numero 2. part. 1. & Mandos. de signatura gratiæ in rubrica derogationes iurispatronatus versi. clausula non obstante.

Secunda conclusio sit; præsentandum non debere esse presbyterum ex eo; quod in fundatione dicatur cappel-

Digitized by Google

232 cappellanum debere celebrare Missas Bero d.cons.5.numero 28.Monal. cons.129.vol.1.Franch.March.in decis.799.part.2.Gratian. in decisio.155. Anna consil. 24. cum satis prouisum censeatur voluntati testatoris si per alium celebrare faciat : Reg. qui per alium de regulis iuris in 6. tradit Card.in c.de multa in fine in versiculo 5 quæro de præbendis Lapus allegat 35.& iuxta hanc opinionem censuit Rota Romana in vna Romana
* cappellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram Illustris Pamphilio cuius verba sunt.

Domini attenta resolutione Illustrissimorum Dominorum Sacri Concilij interpretum in causa Pistoriēs. quod præsentandus necessario non debet esse presbyter ex eo, quod in fundatione dicitur cappellanum debere celebrare diuina officia, quia iuxta alleg. Lapi 35. nisi expresse caueatur, quod per seipsum hoc agat satis censetur prouisum volūtati testatoris, si per alium diuina celebrare faciat ad reg. qui per alium facit &c. & tradit Card. in c. de multa in fine versi. quinto quæro de præben. recesserunt à resolutis in hac causa, & dixerūt cappellaniam non esse sacerdotalem quia ex verbis fundationis non astringitur cappellanus ad seruiendum cappellæ in diuinis, & Missas celebrandas, per se ipsum, cum simus in beneficio simplici, in quo ex generali quadam totius orbis consuetudine non requirit residentia vt post Card. tradit Imol. in c. fin. n. 9. de cler. nō resid. sufficiet, quod deseruiat per substitutum ad notata in c. super eo de præben. in 6. Lap. de alleg. 35. nu. 4. & 117. sub nu. 2. Card. d. cap. de multa in fi. Dec. in cap. cum omnes in 2. lect. num. 55. de constitut. cum aliis allegatis.

Neque obstat, quod in hoc casu verba fundationis videantur directa in ipsum cappellanum, cum dicant, quod beneficium pro tempore obtinēs certas Missas qualibet hebdomada in eadem Cappella celebrare deberet; quia illa non respiciūt factum ipsius celebrationis Missarum ab ipsomet cappellano, sed potius sūt posita ad denotandam obligationem, & onus, quod ipsa testatrix cappellæ imponebat, & sufficit, quod onus expresse nō sit ita impositum cappellano, quod per aliū explere non potest, quia alias, cū a iure personalis residentia non exigatur, poterit per alium inseruire, ex præallegatis. Vltra quod etiam in casu resolutionis congregationis verba erant directa ad cappellanum, prout etiam in casu allegationis Lapi, vbi testator mandauit dimidiam bonorum suorum presbytero eligendo dari pro celebrandis Missis.

Quoad dicitur in casu dec. Pistoriēs. non fuisse factam mentionem celebrationis Missarum, sed tantum diuinorum, tollitur ex ratione deseruiendi per alium, quæ militat vtroque casu.

Et eo magis venerunt domini in hanc sententiam, quia concurrit mens fundatricis, quæ colligitur ex præsentatione ab ipsamet facta de Hieronymo de Sarragonibus, qui huic Capellæ deseruiuit per substitutum Paris. consil. 50. numero 19. lib. 4. & postea fuit ferè semper possessa à simplicibus clericis qui Missas per alios fecerunt celebrari vulg. l. si de interpretatione ff. de legibus Aym. cons. 101. cum similibus.

Tertia sit conclusio ad cognoscendam qualitatem beneficij patronatus inspicienda est prima patroni prouisio Lambert. q. 7. art. 30. numer.
234 22. Crauet. consi. 20. numero 2. Beccius consi. 70. num. 10. Surd. consi. 10. num. 54. & in consi. 73 num. 64. hinc etiam cognoscitur ex obseruantia subsequuta an præsentatus debeat esse sacerdos in actu, vt per Monald. in consil. 122. vnde si tempore peracto fuerit præsentatus sacerdos, erit argumentum huiusmodi qualitatem semper esse necessariam ita Beccius in consi. 6. numer. 16. Bursat.

conſ.51. Cephal conſ.29 num.3. Turrett.conſi.99.num.2.vol.1. Surdus in dec.129.num.19.

SVMMARIVM.

235 Illegitimus iuripat.non ſuccedit.
236 Naturalis de parentela non dicitur.
237 Naturalis abſque Summi Pontificis vel ordinarij diſpenſatione beneficium eccleſiaſticum habere non poteſt.
238 Succeſſio iuripat. æquipollet bonorum ſucceſſioni.
239 Naturalis legitimatus iuripat. ſuccedit num. declaratione.
240 Obreptio modica legitimationem vitiat cum ampliat.

An illegitimus ſuccedat in iurepatronatus.

DECIS. CCIII.

IN fundatione cuiuſdam Iuriſpatronatus reſeruatio cantabat, videlicet reſeruauit fundatori, & deſcendentibus ex linea' maſculina vſque in infinitum: proinde fuit coram me dubitatum, ſi in præfata reſeruatione cenſeantur comprehenſi filij illegitimi ipſius fundatoris, & re-
235 ſponſio fuit pro opinione negatiua motus ex pluribus.
236 Tum primo quia filij illegitimi non dicuntur eſſe de parentela Bar. communiter receptus in l.tutela ff. de capitis diminutione Guid. Papa in deciſi.436. Lanfranch. in deciſi.559. Ant.Faber in deci.51.C.de verborum ſignificatione, & Gaſpar Teſſ. in deciſi.29.nec pariter dicuntur de linea, Lamb q.2.princ.art.27.& 29. numer. 36. Gabriel conſ.195.num.5. Peregrin. de fideicommiſſis art. 21. numer. 81. cum ſequent. Farinac. de inquiſitione q.13.num.51.cum ſequent.& num. 75. & tandem non dicuntur de familia ſecundum Iaſo. in l. ſuggeſtioni in princ. Cod. de verborum ſignificatione.

Et propterea cum in fundatione præfati iuriſpatronatus ſit reſeruatum deſcendentibus ex linea maſculina vſque in infinitum, & ſic illis tantum de parentela, ideò veniunt excludendi ſecundum Gabriel. in conſil.99.num.4. volu. 4. & in conſil.195. Menoch. de præſumpt. libro 4. præſump.91.num.6. Mantic. de coniecturis lib.8.tit.11.num.7.
237 Tum ſecundo quia iuxta Nauar. in conſil. 6. de filiis presbyterorum nullus illegitimus poteſt abſque diſpenſatione Papæ, vel Epiſcopi habere beneficium eccleſiaſticum, cui accedit gloſſ. communiter recepta in c.fin.eod.tit. Fel. in c. poſtulaſti num. 4. & ſequent. de reſcriptis. Rota in dec.1.& in deciſi. 2. de filiis presbyterorum in nouis.

Tum demum quia ſecundum deciſio. Rotæ de qua Seraph. 799. part. 1. ſucceſſio iuriſpatronatus æquipol-
238 let ſucceſſione bonorum, à qua repelluntur illegitimi Auth. ex complexo c. de inceſtis nuptiis Beccius in conſi. 18. Albanus qui eodem argumento vſus fuerit in conſil. 115. Lambert. art. 26. numer. 6. Guttierez conſil. 29. numer. 4. & ſequent. Rocchus in verbo competens num. 6. & ſequent.
239 Limitarem ſupradicta, non procedere ſi fuerunt legitimati, quia tunc tollitur omne obſtaculum, tam iuris quam facti l.3. Co. de natalibus reſtituendis Rot. diuerſ. in dec.505. part. 1. intellige dummodo qualitas defectus fuerit ſpecificata Pariſ. conſi. 9. num.86.& conſi.1.num. 54. volum. 2. Gozad. conſ.6.num.6. Roman. conſi. 194. Decius in conſ. 18. num.6. Burſat. conſil.

consil.390.num.55.vol.4.Menoch. de arbitris iudicum libro 2.Cent.3. casu 203.nu.2.& sequent. & in consi.629. num.3. vbi in specie firmat esse exprimendam qualitatem matris consil. 731.nu.49.cum sequent.& cons. 799.
240 num. 16. & modica obreptio vitiat legitimationem idem Paris. consil.9. nu.87.vol.2.

Quod procedit etiam si legitimatio amplissimas sub se cōtineret clausulas Menoch.d. casu 203. vbi plures cumulat Doctores Paris. d.consil.15. nu.65.vol.2.Menoch.d.cons.19. num. 23.Rota diuers.in decis.368.part.1.

SVMMARIVM.

241 *Prouisiones Apostolicæ patronis ius patron. probare volentibus minimè nocent, & quando nocent num.* 245.
242 *Mutatio status in beneficialibus in dubio non præsumitur.*
243 *Prouisiones ordinarij neque etiam nocent.*
244 *Iuris patron. immemorabili probata ex fundatione, & dotatione præsumitur.*

Prouisiones Apostolicæ an mutent statum beneficij patronatus.

DECIS. CCIV.

IN curia Archiepiscopali Neapolitana sæpe euenit dubitare in quāplurimis causis iurispatronus num prouisiones Apostolicæ noceant patronis probare cupientibus eorum patronatus; & semper fuit decisum, quod non pro vt in causa patrona-
241 tus per Illustris. D.Alueri de Luna Equitis Clarissimi, & mei concanonici, & iterum eadem in causa cuiusdam presbyteri Andreæ Guerræ, & alias sæpe.

Et moti fuimus ex pluribus. Tum primo quoniam mutatio status in beneficialibus in dubio non præsumitur, Lanfranch.decisio.12. Fasol. dec.16. hinc fit, quod iuspatronatus
242 non amittitur per non vsum, Puteus decisio.379.& in dec. 392.part.1. Rota diuers. in decision. 105. part. 2. & in decisio.254.numero 2.part.3.libro 3.

Tum secundo quia iuxta hanc opinionem pluries tenuit Rota Romana teste Achille de Grassis in decision.13. de iurepatronatus Caputaquen.dec.289.part.3.Cassad.decisi. 6. num.5.de iurepatronatus, Vetal.dec. 223. lib.3. & iterum tenuit Rota in vna Aquilana iurispatronatus 9. Iunij
* 1600. * coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius decisi. 1367. & eadem Rota in vna Ascolana prioratus
* 1.Iulij 1587. * coram eodem, vt patet in dec.799.

Amplia, vt neque noceant à for-
243 tiori prouisiones ordinarij Cassad. decis.7. nu.2.de iurepatronatus, Maceraten.dec.112.casu 20.

Tum denique; quia probata immemorabili præsumitur iurispatronatus ex fundatione, & proinde fa-
244 cillimè dicitur præsens difficultas, Puteus decisio.404. & in decisi.436. part.2.Rota diuersorum decis. si 114. & in dec.220.numer.7.part.3. libr.2. & in decisi.243.decisi.254.decisi. 842. part.3.libro 3.Gabriel consil. 192.numero 10. & in consil. 198. numero 5. vol.2.

Limitarem tamen suprapositam conclusionem non procedere, si concurreret scientia, & voluntas ipsius Papæ; quoniam tunc eius prouisiones mutarent statum, & præiudicarent beneficio, vt tenuit Rot. in vna obstanen. Cappellæ 27. Nouembris
* 1598. * coram Illustrissimo Seraphi-

no, vt patet in eius dec. 130[?].

SVMMARIVM.

245 *Patronus inhabilem præsentans sub conditione impetrandi dispensationem pro ea vice facultate præsentandi non priuatur.*

246 *Patronus durãte quadrimestre tẽpore alium in beneficio cumulatiuè præsentari potest.*

247 *Scientia interpretatiua non sufficit, sed certa.*

248 *Deuolutio non efficitur, nisi tempore toto completo.*

Præsentans inhabilem sub conditione impetrandi dispensationem an priuetur pro ea vice facultate præsentandi.

DECIS. CCV.

IN hac de qua agitur quæstione placuit mihi hic inserere ad verbum dec. Rotæ Romanæ in vna Firmana Altaris S. Ludouici 4. Martij 1596. * coram Illustrissimo Seraphino. quæ sic se habet. *In resolutis non constare de deuolutione, nam præsentatio Coriolani fuit de mense Septembris*
245 *1591. cum decreto quod deberet obtinere dispensationem super requisitis à testatore, & poterant patroni durãte qua-*
246 *drimestre dispensatione per Coriolanũ non obtenta de nouo saltem cumulando præsentare, neque priuati erant hac facultate, tanquam præsentauissent indignum, ex quo facta sub conditione obtinendi dispensationẽ vnde tempus deuolutionis incepit a die obtentæ nullitatis dispensationis 23. Octobris 1592. vnde à tempore impetrationis Ricchardi non erat deuolutum beneficium, neque constat sufficienter, quod is ad quem primo fiebat deuolutio, haberet notitiam nullitatis dispensationis, quod tamẽ erat necessarium, Rot. dec. 5. de rer. permut. in nou. & 13. de iurepatr. in antiqu. Bisignet. 3. eod. tit. Lapus allegat. 78. n. 12. Rocch. in verb. honorificum n. 58. de iurepatronatus. Nec sufficit, quod ipse sciret conditiones iurispatronatus & quod Coriolanus non erat qualificatus nisi sciuerit etiam nullitatem dispensationis, quia non suffi-*
247 *cit scientia interpretatiua, sed requiritur certa, vt per Lap. allegat. 78. n. 12. & Rocch. vbi supra q. 27. in fin. deuolutio vero nõ fiebat ad alios nisi completo to-*
248 *to tempore; quod competebat plebano Rot. dec. 6. de iurepatron. in nou. Abb. in c. quia diuersitatem numer. 8. de concess. præbend.*

SVMMARIVM.

249 *Appellatione hæredum in dubio præsumitur de suis, non autem extraneis.*

250 *Mentio hæredis posita in contractu est intelligenda de sanguinis hærede.*

251 *Stipulans dare alicui, & hæredibus, intelligitur de suis.*

252 *Iuspatron. transit ad hæredes extraneos.*

253 *Iuspat. de familia; ea finita, ad extraneos hæredes transit.*

254 *Iuspatron. reseruatum dictione taxatiua ad extraneos hæredes transit.*

255 *Clausula hæredibus quibuscunque quid operat.*

Iuspatronatus an transeat ad hæredes extraneos.

DECIS. CCVI.

QVidam fundauerat iuspatronatus pro se, & suis hæredibus, deinde cum nullos descendentes ex sua linea habuisset instituit quemdam extraneum omnium bonorum suorum

rum hæredem vniuersalem, qui prætendebat per præfatam hæreditatem transiuisse etiam iuspatronatus, verum illius loci episcopus dicebat beneficium fuisse affectum liberum, & proinde ad eius collationem spectare excluso penitus patrono, vnde cum iudicio meo esset transmissus punctus decidendus; dubitationem mihi non mediocrem faciebat contra patronum, quod in dubio appellatione hæredum intelligitur de suis, non autem extraneis l. sciendum ff. de
249 verborum significatione, Baldus consi.327.vol.2. & in consil.13. volu. 1.Alexander consi.69.vol.1.& in cons. 222.vol.2.Decius consil.50.volu.3.& sequenti, Menochius consi.220.volu. 1.hinc Rot. Romana in vna Senen.
* prædij 28.Aprilis 1589.* coram Seraphino tenuit mentionem hæredum
250 in instrumento factam intelligi, de hæredibus sanguinis;, & consequenter ad extraneos non porrigi, vnde, qui stipulatur aliquid dari sibi, & e-
251 ius hæredibus, intelligitur de suis. textus est ad hoc singularis in l. secūdum responsum Cod.de contrahenda stipulatione, & præsumendum est testatoris intentionem fuisse pro suis hæredibus l. si hæres ff. de probationibus.
252 Cæterum præfatis non obstantibus iudicaui contrarium motus ex pluribus, tum primo, quia ita tenuit Rota Romana in vna Cremonen. beneficij iurispatronatus 21. Nouembris
* 1578. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in decisi. 378.& iterum in vna Cassanin. beneficij 29 Aprilis 1580. *coram eodem, vt patet in decision. 456.

Tum etiam, quia iuxta magis receptam scribentium sententiam ius patronatus reseruatum illi de familia
253 transit ad extraneos, si est finita linea Cassadorus decisi. 1. numero 3. de iurepatronatus Caual. decisi.17.numer. 20.part.2. Rota diuersorum decision. 385.num.1.part.1. Rota Macerat. decisione 40 libr.1. Calderinus cons.2.de iurepatronatus, Parisius consilio 48. vol.4.Ferrettus consi.131. & in consil. 143 num.23. Alban.consi. 488. num.6. Decius cons.3.num.24.Morat. consil. 23.num.6.

Reiecta nonnullorum opinione contrarium sentientium, inter quos sunt Zabarella cons.48. Cioffus consil.18 numer.1.Ferrettus sibi ipsi contrarius in consil. 144. numero 1. Gabriel.consi.196.num.2. vol.2. Couarruuias lib.2. variarum resolut. cap.18. num.10.

Tum pariter, quia secundum aliquos doctores iuspatronatus reseruatum cum dictione taxatiua tran-
254 sit ad hæredes extraneos Rocchus de Curte in versiculo ipse, vel is. numero 77.Calderinus consil. 19. de iurepatronatus, Parisius consi. 28. num. 21. Rota diuersorum in decisi.387.numero 7.

Tum denique, quia cum postea vidissem instrumentum fundationis, inueni fuisse adiectam clausulam hæredibus quibuscunque quæ opera-
255 tur, vt trāseat ad hæredes extraneos; vt optime per Rotam Auenionem in dec. 125. & fuit resolutum in Rota Romana in vna Ciuitatis Castelli Castri Montoni 10. die Maij 1577.
* *coram Illustr. Seraphino, vt patet in eius dec. 325.

SVMMARIVM.

256 *Præsentatio vires trahit ex institutione.*

257 *Præsentatio ex institutionis inualiditate nulla non redditur, & quare.*

258 *Præsentatio est quæsitum ius, etiam institutione nulla.*

259 *Electio legitimè facta per inualidam confirmationem non annullatur.*

260 *Vtile per inutile in separatis non vitiatur.*

Præsentatio an reddatur nulla ex inualiditate institutionis.

DECIS. CCVII.

IN quadam causa curiæ Episcopalis Sarnensis mihi commissa decidenda dubitabatur, si præsentatio ritè rectéque facta à patronis reddatur, nulla ex institutione subsequuta inualida; dubium mihi faciebat, quod cum præsentatio trahat robur ex ipsa institutione, propterea ipsius
256 validitas erat inspicienda argumento textus in l. si quis nec causam ff. si cert. pet. l. & si non sunt ff. de auro, & argento legato.

Cæterum hoc non obstante contrarium iudicaui motus authoritate communis opinionis, de qua per Vi-
257 uium c. 323. & iuxta hanc opinionem fuisse in Rota Romana resolutum scribit Seraphinus in decisi. 1238. per hæc verba *nullitas institutionis non inficit præsentationem validam, & sufficit præsentationem factam per patronos fuisse validam, & in tempore factam, licet institutio sit nulla.*

Cuius decisionis triplex est ratio, prima quia ex præsentatione facta intra tempus debitum de persona idonea à veris patronis ius fuit quæ-
258 situm præsentato etiam, quod institutio fuerit nulla; vt pluries resoluit Rota, & signanter in vna Casalen.
* parochialis 10. Aprilis 1598. * coram Seraphino, & iterum in eadem 5.
* Nouembris eiusdem anni * coram Millino Quiroga dec. 299. Cotta decisi. 351. Seraphinus decisio. 274. Sarnen. in regula de iurequæsito non tollendo quæst. 1.

Secunda ratio, quia non debet culpa Episcopi malè instituentis patronis nocere, Rota decisi. 4. de iurepatronatus in nouis, Cota decisi. 351. Seraphinus citata dec. 1238. Rota dec. 17. de præbendis in nouis, & iuxta hanc sententiam pluries resoluit Rota, præsertim in vna Romana iurispatronatus 14. Octobris 1589. coram Robusterio, & iterum in vna Astorigen. Archidiaconatus 15. Ianuar. 1581.
* * coram Clemente Octauo tunc Rotæ auditore.

Tandem nouissima ratio est; quia quemadmodum per confirmationé inualidam non annullatur electio legitimè facta cap. confirmationem de electione in sexto; ita & præsentatio; cum in separatis vtile per inutile
260 non vitiatur, Regula vtile de regulis iuris in sexto.

SVMMARIVM.

261 *Cognitio causæ accedens clausulæ (iurapat. illæsa seruare volentes) est iuris tributiua.*

262 *Clausula (iurapat. &c.) absq; causæ cognitione iurapatroni confertur.*

263 *Cognitio causæ in dubio præsumitur, præsentatione admissa.*

Clausula iurapatronatus illæsa seruare volentes quid operatur.

DECIS. CCVIII.

SVpponatur in facto; quod in quadam bulla institutionis cuiusdam beneficij patronatus reperiatur inserta supradicta clausula: dubi-

dubitabatur si deinde contingat casus vacationis præfati beneficij, reueletur patronus ab onere probandi iuxta formam concilij virtute istius clausulæ, cui quæstioni ego distinguendo respondi, quod aut fuerit adhibita causæ cognitio per ordinariũ, & tunc institutio episcopi cum insertione huius clausulæ nedũ est præser-
261 uatiua, verum etiam iuris tributiua, vt fuit in Rota resolutum in vna Mediolane. iurispatronatus 10. Nouem-
* bris 1595. * coram Illustrissimo Blanchetto secundum quod refert Seraphinus in dec. 1421, part. 2. Cotta decisi. 300. Pellegrin. dec. 25. si vero non præcesserit causæ cognitio, tunc per insertionem istius clausulæ non ope-
262 ratur, nisi quod iurapatroni illæsa conseruantur, vt fuit etiam in Rota resolutum in vna Romana parochia-
* lis 2. Ianuar. 1600. * coram Corduba.

Quamuis in dubio præsumatur adhibitam fuisse causæ cognitionem
263 per ordinarium, qui præsentationem admisit Rota diuersorum in dec. 457. nu. 17. part. 1. & iterum in vna Lucana decanatus 22. Martij 1577.
* * coram Clemente Octauo tunc Rotæ auditore.

SVMMARIVM.

264 *Præsentatio facta per vnum cõpatronum, alteri non præiudicat, sed præseruat, & quare.*

265 *Præsentatio facta per vnum ex dominis, alterius ius non præseruat: si non est in præsentandi possessione.*

266 *Ius alterius non præseruatur, si vnus ex compatronis iure diuerso præsentationem facit.*

An per præsentationem vnius, ex compatronis præseruetur ius reliquorum.

DECIS. CCIX.

IN quampluribus causis in curia Archiepiscopali vertentibus sem-
264 per fuit habitum pro indubitata, per præsentationem vnius ex compatronis præseruari ius aliorum patronorum ita, Ruin. consil. 50. numero 9. volum. 5. Surd. consil. 28. num. 7. Feder de Senis consi. 102. in vltimo dubio. Calder. consi. 21. de iurepatronatus Card. Put. in decisio. 29. volum. 1. Card. Seraph. in decis. 121. part. 1. Caputaquens. in dec. 360. part. 2. Rot. diuers. in dec. 229. nu. 2. part. 1. Achil. de Grass. in dec. 1. de causa possess. & proprietatis, & fuit iterum per Rotam Romanam resolutum in vna Reatina iuris conferendi 5. Aprilis 1592.
* * coram Illustriss. Seraphino, & ratio est secundum eundem Seraph. in decisi. 121. quia collatio, quæ quoad hoc æquipollet præsentationi, conseruat ius aliorum canonicorum, si reperiretur facta à solo præposito, vt voluit etiam Rota in deci. 6. de consuetudine in nouis, hinc Rota in vna Cesaraugustana cappellaniæ 30. Maij
* 1571. * coram eodem Seraphino tenuit, præsentationem factam ab vno ex patronis, vbi duo reperiuntur, valere, & ius alterius præseruare.
265 Limita suprapositam conclusionem, primo non procedere, quando omnes patroni non essent in possessione præsentandi, quoniam tunc per præsentationem vnius non præseruatur ius reliquorum patronorum, vt tenuit Rota Romana in vna Gadien. administrationis 21. Iunij
* 1577. * coram Seraphino, vt patet in dec. 139.
266 Limita secundo non procedere, vbi omnes patroni non venirent eodem iure, sed ex diuerso Lambertin. de iurepatronatus lib. 2. part. 1. quæ. 3.

principali articulo 16.num.7.cum sequent. Rot.diuers.in decisi. 229.num. 4.cum sequent.part. 2.

SVMMARIVM.

266 *In iurepat.succeditur in stirpes, non in capita, & quare.*
267 *Plures loco vnius habentur.*
268 *Vniuersitates obtinentes iuspatron. quælibet vnam habet vocem.*
269 *In iurepat. si succeditur iure legati, donationis, vel singuli, vti singuli, succeditur in capita, non autem in stirpes, & quid si adest obseruantia, quod semper succedatur in capita?*

In iurepatronatus quomodo succedatur.

DECIS. CCX.

Absque difficultate semper fuit dictum in curia Archiepiscopali in iurepatronatus succedi in stirpes, non
266 autem in capita per textum expressum in Clementina si plures de iurepatronatus, & ratio est secundum Innocentium in cap.1.eodem tit. quia hæc successio regulatur ad instar successionis hæreditatis, in qua locum habet successio in stirpes §. quod placuit de hæreditat. quæ ab intestato deferuntur, latè scribentes in Authentica cessante Codice de legitimis hæredibus, Baldus consil. 23. volumine 1. Alexander consil. 32. volumine 2. ita quod secundum eundem
267 Innocentium, si plures vni patrono succedunt, illi plures loco vnius habentur, argumento textus in l. si qui fundus ff. de cognitionibus; & demonstrationibus, & hanc opinionem sequuti sunt Abb. & reliqui omnes in citato cap. præsertim Bero n.59. vsq; ad 63. Lambertin. secunda parte libr. 1. quæstio.1. princip. art.24. Paulus de Cittadinis eiusdem nominis tractatu part.1. ampliat.6. numero 6. Rocchus in verbo ipse num. 2. Decianus consi. 32.num.6.vol.1. Ruinus cons.50.num. 4 volum.5. Tutius de iurepatronatus quæst.8.

Et in casu mihi proposito talis erat facti species, nam tres erãt patroni, qui morientes, vnus reliquit quatuor filios hæredes, alter quinque, alter verò octo. nam dixi, quod isti filij succedunt in stirpes, non autem in capita, & in hac præsentatione tantum operabitur vox octo filiorum quantum vox illorum quatuor, & quinque; cum illi octo repræsentent vnum, illi quatuor vnum, illi verò quinque vnum, & sic de reliquis, per text. in dicta Clementina si plures, de cuius ratione vide celebrem Glossam in capitulo si plures in verbo communi 16. quæstione 7. hinc est, quod si plures vniuersitates obtinent iuspatronatus, quælibet vniuer-
268 sitas habetur pro vna voce, nec sunt consideranda singula capita hominum, vt pulchrè per Menochium consilio 316. volumine 4. Merenna consil. 28. Arixminus Tepatus libr. 1. variarum iuris sententiarum titul. de iurepatronatus circa medium Pacific. consi.123.

Suprapositam tamen conclusionem limitari poterit tripliciter.

269 Et primo, vt procedat, quando succeditur iure hæreditario, secus si alio iure nempe legati, vel donationis, quia tunc si donetur iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes: ita Alexander consi.63.num. 3. & 4. Baldus in l. 2.sub numer. 4. Cod.de suis, & legitimis, & ita tenuit Rota Roman. in vna Regien.13. Nouemb.1601.* coram
* Penia.

Limita

Limita secundo quando iuspatronatus pertinet ad singulos, vti singulos: non vti vniuersos, si quidem quando competit alicui collegio, seu familiæ, vt vniuersis fit præsentatio per stipitem, & non per capita, ita Lambertinus 2. part. 1. lib. articulo 25. quæ. 1. princip. numero 17. & ita iudicauit Rota Romana in vna Staturien. iurispatronatus 11. Ianuarij 1583. * coram Illustrissimo Pamphilio.

Limita tertio vbi obseruantia esset in contrarium, vt fuit in Rota resolutum in vna Burgen. Abbatiæ 16. Iunij 1589. * coram Pennia.

SVMMARIVM.

270 *Tenor instrumenti fundationis ad vnguem est attendendus in iure patron.*
271 *Priuilegij tenor est inspiciendus.*
272 *In dubio hæredes iurispat. succedunt, & quare.*
273 *Iuspat. ad hæredes iure hæreditario non autem sanguinis transit numer. 275.*
274 *Fœmina non succedit vigore constit. in aliquibus ad iuspat.*
276 *Hæres hæreditatem non potest repudiare, & iuspat. acceptare.*
277 *Qualitas hæreditaria in iurispatr. successione requiritur.*

Qualitas hæreditaria an sit necessaria, vt quis succedere possit in iurepatronatus.

DECIS. CCI.

TAm in curia Archiep. Neapolit. quàm in aliis curiis sæpe contingit dubitari num qualitas hæreditaria sit necessaria, vt quis admittatur ad iuspatronatus, in qua quæstione, vt vera habeatur cognitio, puto conclusiones esse distinguendas tres.

270 Prima sit conclusio, in dubio in materia iurispatronatus esse ad vnguem attendendum tenorem instrumentum fundationis, ita Bald. consi. 322. volum. 2. Alex. cons. 170. numero 5. & seq. eod. vol Alban. cons. 51 num. 40. & sequentibus, Mandellus consi.
271 33 vti dicimus de priuilegio, cuius tenor semper in primis est inspiciendus cap. porro de priuilegiis l. nec exemplum Codice de transactio. latè scribentes in ca. contingat de probatio. Rota diuersorum decisio. 1300. part. 3.

Secunda sit conclusio vbi in instrument. fundationis nihil appareat de personis vocatis ad iuspatronatus, sed constat simpliciter fuisse erectum & tunc præsumi debet ea mente fuisse fundatum, vt ad illud non admit-
272 tantur nisi hæredes: cuius conclusionis triplex est ratio. Prima quia stipulando aliquis pro se intelligitur etiam pro eius hæredibus, quamuis de illis nulla facta fuerit mentio l. secundum responsa Codice de contrahenda stipulatione l. si hæres ff. de probationibus Rota Ienuæ in decisi. 3 Enriquez consil. 25. Monald. consil. 50. secunda ratio, quia etiam pater stipulando rem pro se & filiis, censetur stipulasse pro filiis, vt hæredibus Glosa, & D D. in l. si tibi decem §. si pactus ff. de pactis Bartolus, & alij in l. quod dicitur ff. de verborum obligationibus Baldus in l. 1. Codice de suis, & legitimis, Lanarius cons. 89. & faciunt congesta per Afflictum, & de Franchis ille in decisione 314. & iste in decisi. 105 quibus addo decisio. Rotæ Rom. teste Verall. decisio. 302. part. 1. tandem 3. ratio est, quia in dubio semper cẽsetur testatorem se conformare dispositioni iuris commu-

nis secundum decisionem Rotæ, de qua per Seraphin. in dec. 37. & consequenter, quod ad iuspatronatus noluit admitti nisi hæredes.

273 Tertia & vltima erit conclusio, quod iuspatronatus, ad hæredes trâsmittitur, & acquiritur iure hæreditario, non autem iure sanguinis, vt probant textus in cap. significauit de testibus in capit. 7. de iurepatronatus, & textus in Clementina 2. eod. titulo, quod procedit siue huiusmodi hæredes sint sui, siue extranei, siue succedunt ex testam. siue ab intestato Glossa in cap. cum seculum de iurepatronatus, & in cap. considerandum, & in cap. piæ mentis 16. qu. 7. Lambertin. de iurepatronatus secunda parte 1. libro artic. 15. Innocentius communiter receptus rub. huius tituli numer. 4. Couarruuias lib. 2. variarum resolutionum cap. 18. n. 6. Costa in repetitione cap. si pater, part. 2. In verbo Trebellianica num. 4. de testamen. Didacus Perez in commento legum Hispaniæ libr. 1. tit. 6. l. 1. Spin. in speculo testamentorum Glosa 4. nu. 45. & ante omnes Philippus Decius in l. precibus cod. d. impub. & aliis substitutionibus.

Ex quibus primo infertur, quod hodie fœmina quæ excluditur à successione vigore constitut. Regni in

274 aliquibus, censetur pariter exclusa à iurepatronatus Innocentius citato loco in fine Rocchus de iurepatronatus verbo ipse vel his quæst. 6 Paulus de Cittadinis eiusdem nominis tractatu part. 9. quæst. 1. Gregorius Lopez in l. 8. tit. 15. part. 1. Glos. 4.

Secundo infertur, quod etiam si alios patronus filios reliquerit, non ex hoc transmittit in eis iuspatronatus nisi sint hæredes, quia non consideratur qualitas sanguinis, sed hæreditatis quando in hæreditate ipsa Iuspatronatus consistit, & ita intelligi debent textus in cap. filiis vel nepotibus 16. quæ. 7. & cap. considerandum eadem causa, & quæstione, & textus in cap. constitutum 16. q. 1. & communis opinio secundum Guglielmum de Benedictis in capit. Rainutius in verbo eodem testamento il primo n. 261. de testamentis, Bartolus in l. ius iurandi §. si liberi. numero 4. ff. de operis libertorum, Molin. de primogenitis Hispaniarum lib. 1. cap. 8. numero 6.

276 Infertur tertio, quod filius hæres non poterit repudiare hæreditatem & iuspatronatus acceptare Iason in l. si quis in fundi vocabulo §. 1. ff. de legatis primo Suar. in l. quoniam in prioribus Cod. de inofficioso testamento Fernand. in l. 21. Tauri numer. 11. Mantic. in leg. 5. tit 6. libr. 5. recompilat. post Card. in clem. 2. qu. 5. de iurepatronatus, & alij innumeri quos refert Couarruuias libro 2. variarum resolutionum lib. 8. cap. 8. numero 7. & hic dicebam in discursum cuiusdam causæ in qua fuit habitum pro

277 indubitato qualitatem hæreditariam requiri in successione iurispatronatus.

Summarium.

278 *Præsentatus ab episcopo est examinandus, & quare.*

279 *Illiterati clerici odio sunt habendi, ac cœcis comparandi.*

280 *Illiteratura est defectus intollerabilis.*

281 *Illiteratus plus est odiosus homicida.*

282 *Collatio beneficij illiterato facta est ipso iure nulla.*

283 *Examinatus, & approbatus in vno beneficio, in alio non est examinandus, & idem in notorio litterato.*

Præ-

Digitized by Google

Præſentatus an debeat examinari ab Epiſcopo.

DECIS. CLXII.

SVpponatur in facto quendam fuiſſe præſeruatum ad aliquod beneficium ſimplex, qui ob ſuam prætenſam eximiam doctrinam renitebat examinari, proinde dubitabatur quid iuris: & reſpondi de hoc non eſſe dubitandum, ſtante expreſſa diſpoſitione Sacri Conſ. Trid. ſeſſ. 9. c. 23. de reformat. vbi cauetur,
278 præſentatos, à patronis nõ eſſe admittendos, niſi prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti fuerint.

Cuius ſanctiſſimæ diſpoſitionis ratio eſt, vt literati ad beneficia eccleſiaſtica admittantur, ignari enim,
279 & illiterati clerici maximo odio habentur, c. ignorantia, 38. diſt. c. niſi cum pridem, de renunciat. & cœcis comparantur, c. poſt tranſlationem, eod. tit. & ſecundum Bald. in cap. congregato, de elect. Illiteratus eſt nullus in Eccleſia Dei, & eſſe irregularem, & repellendum ab Ordinibus voluit tex. in l. præcipuus, 34. diſt. c. illiteratos, 36. diſt. c. 1. 55. diſt. Maiolus de irregularitate, lib. 1. cap. 32. Nauar. in l. ſi quando, de reſcript. Pelagius de planctu Eccleſiæ, libr. 1. art. 48. Diaz. in praxi criminali c. 21. & illiteraturam eſſe defectum in-
280 tolerabilem diſpoſuit Summus Põtifex in c. ſi in laicis, 38. diſt. gloſ. in c. ſi forte, in verbo ſcientia, de elect. in 6. Hinc dixit Diaz in cit. cap. 21.
281 num. 6. illiteratum magis eſſe odioſum, quàm homicidam, & propter-
282 ea collatio beneficij ipſi facta eſt ipſo iure nulla, ſecundum Panormitanum poſt Innocent. in cap. cum in noſtris, de conceſſ. præb. Felin. in c. per tuas, ſub. num. 1. de ſimonia, Pariſ. li. 4. quæſt. 11. quò fit, vt conferens beneficium illiterato, tenetur reſarcire damnum, ſecundum Anchar. in clem. 1. num. 5. de ætate, & qual.

283 Limita primo, id quod de examinatione diximus, non procedere quando quis eſſet ſemel examinatus, & idoneus repertus, fuit approbatus, quia ſi ei fuerit facta collatio alterius beneficij, vel præſentatus ad aliquod patronatus, non debet iterum examinari, tex. eſt expreſſus in c. accepimus, de ætate, & qualit. & pluries canonizatus à Rota, teſte Seraphino in deciſ. 1323. Paleot. dec. 83. Caputaq. deciſ. 377. li. 2. Rota diuerſ. deciſ. 377.

Tamen Rota in vna Calaguritana beneficij 13. Ianuarij 1587. † coram Pamphilio tenuit contrarium, ſcilicet, quod ceptus beneficiali in quolibet aſcenſu denuo examinetur: ſed credo, Rotam in hac deciſ. intellexiſſe, quando examen eſſet pro forma aſſignatũ, quia tunc nullatenus amitti poteſt, alias actus corrueret, vt cenſit eadem Rota in vna Calaguritana beneficij 12. Octob. 1587. coram Licta.

Limita ſecundo, quando quis eſſet notoriè litteratus, c. qui Epiſcopus, iuncta glo. 2. 23. diſt. cap. nullus, 24. diſt. & ibi gloſ. vnica, Felin. poſt alios, in cap. fin. num. 28. plura cumulans, de præſumpt. Decius per tex. ibi in cap. conſtitutis, 46. nu. 1. Greg. Lup. in l. 5. tit. 16. part. 1. in gl. 1. latè per Mandoſium in regula 24. de malè promotis, quæſt. 3. num. 4. cum pluribus ſequent. & facit gloſ. celebris in cap. Petro, 47. diſt.

SVMMARIVM.

284 *Renunciatio beneficij iuriſpatron. inconſulto domino, non tenet, ac eo*

contradicente, est nulla & quare, cum declarationibus.

285 *Resignatio beneficij iurispatronatus, patrono sciente, & patiente, tenet.*

286 *Resignatio facta absque domini consensu, reconualidatur consensu superueniente.*

An beneficium iurispatronatus possit renunciari absque consensu patroni.

DECIS. CCXIII.

PLuries fui consultus super hoc articulo, & antequam vidissem Rotæ Romanæ decis. semper allegabam Calderinum in consil. 6. de renunciatione, qui consuluit, patronum, etiam laicum, non esse vocandum, quando præsentatus per eum, & postea per Episcopum institutum vult renunciare beneficio, quia secundum eum, iura loquentia de renunciatione, locum habent tantum de Episcopo habente instituere, c. admone, & c. quod in dubiis, de renunc. quam opinionem sequitur Panuinus in tract. de offic. & potest. cap. sede vac. par. 2. quæst. 2. num. 16. iuxta quam sententiam olim fuisse per Rotã Romanam decisum scribit Mohedanus decis. 6. de iur.

284 Cæterum præfatis non obstantibus contraria opinio est verior, & communis, quod scilicet in renunciatione beneficiorum iurispatronatus requiratur consensus patroni voluerunt Innocent. & reliqui communiter in c. fin. de renunc. Panormitanus in c. de multa, col. 4. de præbend. & in cap. significatum, col. 2. eod. tit. vbi etiam Imola col. 1. Cravetta consil. 153. num. 10. Mandosius consil. 6. num. 1. latè Couarr. libro 1. pract. quæst. c. 36. & fuisse decisum in Rota Romana, testatur Pellegr. decis. 102. li. 3.

Quæ opinio adeo vera est, vt renunciatio facta patrono contradicente erit nulla, secundum Mandos. citato cons. 7. nu. 4. Bursat. cons. 411. num. 5. & ita fuisse in Rota Roman. decisum testatur Puteus decis. 412. lib. 1. idèmque fuit decisum in vna Geracen. beneficiis 29 Ianuar. 1539. † coram Episcopo Rauellen. & iterum fuit decisum in vna Hispaden. 2. Decembris 1538. † coram eodem Mohedan. decis. 4. de iurepatronat. decis. 102. li. 2.

Et ratio est, quia patronorum interest, ne beneficiati dimittant eorũ beneficia, ipsis inauditis, c. Illiteranen. de præbend. Lapus allegat. 96. & hac de causa renunciatio facta spreto patrono, est nulla, licet non ipso iure, Tanis. decis. 90. & in decis. 81. Rota in vna Mediolanen. canonicatus 8. Ianuarij 1543. † coram Ptolomæo, quod procedit etiam si patronus non contradicat infra tempus datum ad præsentandum, Put. decis. 412. li. 1. & alteri facta per resignationem, non censetur ius abdicatum à resignante, vt resoluit Rota in vna Mediolanen. Canonicatus, 15. Ianuarij 1543. † coram Ioanne Paulo: vnde si moriatur resignans beneficium, poterit impetrari per obitum de consensu patroni, secundum decis. Rot. 326. teste Mohedano, & ratio est, quia per talem resignationem non abdicatur ius à resignante. Mohed. citata decis. Ptolomæus decis. 102. Achill. de Grassis decis. 2. de restit. spoliat. Puteus cit. decis. 412. & istud procedit etiam in resignatione, quæ fit in Curia, vt resoluit Rota, teste Cardinali de Sancta Cruce in decis. 71.

Nunc suprapositam conclusionem prin-

principalem limita dupliciter, &
285 primo non procedere, quoties patronus sciens, & patiens non reclamauit, nam hoc casu resignatio tenet. Pellegr. decis. 202. lib. 3. Tanis. decis. 8. hinc eadem Rota resoluit renunciationem inualidam absque consensu patroni validari ex patientia, & tacito consensu patronorum idem Pellegr in decis. 2. 8. lib. 3. & in decis. 307.

286 Limita secundo, non procedere quoties superuenit consensus domini, nam tunc reconualescit resignatio facta absque consensu, Rota in dec. 5. de rerum permut. in nouis.

SVMMARIVM.

287 *Cessio liti & causæ feudali valet sine Regio assensu.*
288 *Renunciatio hypothecæ à creditore debitori feudatario valet sine assensu.*
289 *Concessio iurium feudalium, quæ nõ exercētur, valet in Regno, quemadmodum & rerum demanialiũ sterilium.*
290 *Actio iudicatur iuxta naturam rei ad quam datur.*
291 *Actionem habens, rem habere dicitur.*
292 *Venditio etiam cum pacto de retrouendendo, dicitur perfecta.*

An iuspatronatus sicut principaliter vendi non potest, ita nec actio ad ipsum.

DECIS. CCXIV.

INter cætera nobilissimæ Nolanæ vrbis ornamenta, est, omnium iudicio, Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Parietem, toto orbe innumeris miraculis celeberrima, cuius Sacellum cum Canonici Regulares illius Ecclesiæ concessissent cuidam nobili, ab illius ciuitatis Senatu concessionem ægreferente, Canonici conueniuntur, & Ecclesiam prætenditur esse de iurepatronatu Ciuitatis, ex successione in iuribus fundatoris, cuius arma vsque ad hunc diem in valuis Ecclesiæ, & Monasterij apparent. Post multa sumens occasionem concessionarius amicorum electorum procurat, vt liti ciuitas cederet, illius optimatibus nimium ægreferentibus, tum publicum damnum, tum etiam & modum. Quare Perillustris Dominus Cyrus Mastrillus studio, ac pietate in patriam nulli illius ordinis secundus, trecentos aureos Ciuitati offert pro cessione dicti iurispatronatus, cum pacto, quod si litis victoriam reportaret in electione ciuitatis esset habere iuspatronatum, restituto illi pretio vnà cum tertiis: quod gloriosæ Virginis miraculo conclusum credunt, etsi vt liti cederet Senatus haberetur.

Quæsiuit à me propterea Senatus ille an sicut principaliter iuspatronatus vendi non potest, ita nec actio ad ipsum. Secundo, an stante pacto illo de retrouendendo, substineatur venditio. Et prima facie vi-
287 detur affirmatiua opinio indubitabilis, ex iis quæ Capyc. decis. 156. vbi fuit decisum, quò cessio liti, & causæ feudali valeat sine Regio assensu, quamuis illius alienatio sine assensu non subsistat, vt in capite 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in capitul. Imperialem, de prohib. feu. alien. per Fed. & in const. constitutionem diuæ memoriæ, ergo eodem modo etsi sit prohibita particularis alienatio iurispatronatus, non erit prohibita cessio, nec venditio iuris ad illud.

Digitized by Google

288 Secundo, ad idem adduci potest decis. afflict. 232. vbi fuit decisum, quod renunciatio hypothecæ super feudis per creditorem feudatario debitori, valeat etiam sine regio assensu facta. Et hæc opinio eo magis sequenda est in casu nostro, cum Senatus vocatus esset, vt liti ciuitas cederet, quo casu sumus in terminis dictorum per Fabium de Anna in
289 cons 51. vbi æquiparat concessionem terrarum incultarum, in terminis d. constit. constitutionem diuæ memoriæ, concessioni iurium, etsi feudalium quæ tamen non exercebantur, ita vt substineatur alienatio huius iurispatronatus, cùm nisi esset facta, fuisset liti cessum, pro quo Senatus vocatus erat.

Contrarium tamen mihi videtur sine vllo scrupulo verius in iure, & pro hac negatiua opinione est regula iuris communis, quæ se habet,
290 quod actio iudicatur iuxta naturã rei, ad quam datur, de qua plura habes apud Tiraq de retractu lignag. & in §.1. glos. 7. num. 3. & Arnold. Ferrar. in consuet. Burgund. in tit. de testam. §.2. fol. 166 & cotas singulares ad regulam legimus apud D. de Franchis decis. 7. & 593. & apud Annam alleg. 122. & Annam filium consil. 55. Thess. decis. 160. & faciunt dicta per Bart. in l. potest, ff. de auctor. tut. quas ne relator videar, non pono, tu eas consulas. Et inde est,
291 quòd qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, dicit tex. in l. qui actionem, ff. de reg. iur. Immo & in bonis nostris rem habere dicimur, cùm actionem ad rem habemus, iuxta tex. in l. rem in bonis, ff. de acq. rer. dom. quemadmodum non dicimus amisisse illud, ad quod recuperandum ius habemus, l. si quis vi, ff. de acquir. poss.

292 Nec in contrarium adducta obstant, & primo decis. Capyc. 156. quia si rectè inspiciatur, non deciditur ibi, valere cessionem iurium, & actionum feudalium sine assensu, sed tantum valere quoad instantiam, & litem, vt etiam post alios animaduertit D. Franch. dict. decision. 593. ita vt potius probet contrarium.

Nec obstat secundo decis. Afflict. cum casus noster sit diuersus, & in propriis terminis feudalibus aliud est quærere an valeat remissio hypothecæ à creditore debitori feudatario sine assensu, vel si valeat venditio facta à creditore illius iuris hypothecæ non feudatario debitori, sed extraneo. Primo casu quis dubitat, valere remissionem, cum (vt considerat in propriis terminis Ann. cons. 55.) res de facili reducatur ad suam pristinam naturam, & dicatur eo casu res fauorabilis, per not. per Ias. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact, tum etiam cum sit facta in augmentum feudi, & sic liberando feudatarium ab onere hypothecæ, quo casu fieri potest etiam de iure Regni, ex iis, quæ And. in const. constitutionem diuæ memoriæ, & pulchrè per Ann. consi. 51. & passim per nostros regnicolas, qui in secundo casu communiter contrarium firmant, cùm fiat commutatio de persona ad personam, quod omninò est in iure feudorum prohibitum sine assensu, & solum permittitur in refutatione, quæ fit à patre filio, fictione iuris, cum reputetur eadem persona.

Nec obstat tertio loco adductum, tum quia non habemus in iurepatronatu illius venditionem permissam, quãdo infructuosus esset, prout in feudo: tum etiam quia negatur huiusmodi esse hoc iuspatronatus,

etsi

Digitized by Google

etsi nullius redditus, cum ratione qualitatis Ecclesiæ sit maximæ qualitati; negatur & tertio, quod ex quo, vt liti cederet Senatus vocatus erat, ideo fuit cessio iuriũ, quæ non exercebantur, cum multa poterant accidere, quo minus liti cederetur, nec certi sumus de consensu vocati regiminis arg. §. illud inst. de rer. diuis.

Nec pactum illud de retrouendendo, quicquam iuuat, cum sit nihilominus perfecta venditio, per ea, quæ Thes. decis. 75. post Tiraqu. de retractu conuent. §. 3. gl. 2. nu. 14.

Et huius sum opinionis lector, nec te D. Cyri moueat auctoritas, etsi omnes illum iuris Corypheum fateamur, cùm hoc casu potius prudentiam, quàm iurisprudentiam exercuisse, cùm vtraque (si quis alius polleat) certo existimarem.

SVMMARIVM.

293 *In dubio pro sententia præsumitur.*
294 *Sententia, qua ex actis non iustificatur, dicitur ipso iure nulla.*
295 *Argumẽtum validum est, Non iustificatur ex actis sententia, ergo de eius iniustitia notoria apparet.*
296 *Sententia ex actis ipsis est interpretanda; & quando per ipsam acta probentur, nu. seq.*

An iuspatronatus canonizetur ex sola productione sententiæ.

DECIS. CCXV.

SVpponatur in facto euenisse in Archiepiscopali Curia Neapol. quosdam prætendentes iuspatronatus produxisse sententiam, in qua agebatur de eorum iurepatronatu constare, veruntamen non fuerunt acta producta, propterea dubitabatur an præfatum iuspatronatus censeatur probatum. Ex ipsa sola sententia producta absque verificatione actorum. In qua quæstione ratio dubitandi pro affirmatiua oriri vi-
293 debatur ob id, quod in dubio presumitur pro sententia, l. Herennius, §. Caia, ff. de euict. Abb. Feli. & Dec. in c. quoniam contra, de probation. Castren. in l. 1. ff. si quis caution. & in l. qui Romę, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. & fuisse in Rota resolutum. referunt Domini de Rota in decis. 9. de sent. & re iudic. in nouis, & facit decis. Cassadori 4. de appell. vbi vult, semper præsumendum esse pro non desertione sententiæ, quod maximè procedit si reperiatur lata partibus præsentibus, secundum Corneum consi. 143. col. 5. vol. 2. Vlterius dicebatur Rotam plurimum deferre sententiis Ordinariorum quoad canonizandum iuspatronatus, vt per Farinaceum in decis. 573.

Cæterum præfatis minimè obstantibus, contrarium iudicauit eadem Curia, mota illa ratione, quo-
294 niam sententia, quæ ex actis non iustificatur, dicitur ipso iure nulla, Seraphin. in decis. 1268. & adeo dicitur nulla, vt partium consensu reparari non poterit, secundum Balb. in decis. 159. nec facit transitum in rem iudicatam, Puteus decis. 396. in lib. 1. Seraphinus in decis. 1261. Bellamera in decis. 340. & fuit dictum in vna Hispalen. iurispatronatus, 18. Maij
† 1590. † coram Illustrissimo Seraphino, & de sententia, quæ ex actis non reperitur iustificata, iudicandum est quemadmodum de sententia nulla, secundum eundem Seraphinum
295 decis. 784. p. 1. Et validum est argumentum, Non iustificatur sententia ex actis, ergo apparet de eius notoria iniustitia idem decis. 97. libr. 2. hæc enim notoria iniustitia seu nul-

litas procedit ex Recepta Rotæ opinione, quæ non solet fidem præstare huiusmodi sententiis, nisi actis productis, Cassad. decis. 179. Puteus decis. 40. li. 1. Mohedan. decis. 290. Farinac. decis. 278. Faber decis 15. C. de Episc. & cler. & hoc maximè procedit in sentétiis latis in partibus, quia non solet multum tribuere fidem, nisi iustificentur. ex processu Rota diuers. in decis. 4 8. num. 1. par. 3. libr. 3. & in decis. 146. nu. 1. eod. lib. Mohed. decis. 11. de sent. & re iud. & Rota in antiq. in decis. 3. de testib. Nec Rota tenet illam opinionem, quam refert, & sequitur Aymon in consil. 198. in fi. quod iudex ad iudicandum aliunde potuerit moueri, & sic ex
296 his, quæ extra acta fuerunt gesta, quia sententia ex actis ipsis interpretari debet. Seraph. in decis. 136.

Nec eramus in censuris, in quo-
297 rum materia sententia probat acta, & iustificatio non exigitur. Puteus decis. 65. lib. 1. quod fortius procedit in censuris latis in Curia, Seraphinus decis. 1164. par. 2. nec in antiquis, in quibus acta probantur per eandem sententiam. Grammat. decis. 24. & tandem neque in notoriis, in quibus iudex aliunde, quam ex actis moueri poterit, Rota in decis. fin. de fide instrum. in antiq. & Farinac. decis. 278.

SVMMARIVM.

298 *Iuspatronatus in præiudicium filiorum renunciari potest, si a persona descendit, secus si ex genere, numer. 301.*

299 *Primus acquirens vocatis in inuestitura præiudicare potest.*

300 *Dominus feudi primus filiis præiudicare potest.*

302 *Successor fundatoris reliquis præiudicare non potest.*

Patronus an possit iuspatronatus renunciare in præiudicium filiorum.

DECIS. CCXVI.

QVæstio etiam non minus elegans est, num possit à patrono iuspatronatus in præiudicium filiorum, ac legitimorum hæredum renunciari, in quo articulo Romæ cõsultus respondi distinguendo, quod aut loquimur in iure patronatus descédente ab ipso renunciante, & tũc cum ipse idem sit, qui illud fundauerit poterit per eum fieri renunciatio
298 in præiudicium filiorum, quę opinio fundatur authoritate, & ratione, authoritas igitur est Archidiaconi in cap. vnico de iurepatronatus in lib. 6. Alexan. consi. 13. num. 10. vol. 5. Albanus consi. 75. num. 7. & sequenti, Paris. consil. 22. vol. 1.

Quorum opinio corroboratur ex eo, quod primus acquirens semper potest præiudicare vocatis in inuestitura, vt est communis opinio, se-
299 cũdum Clarum in §. feudum quæst. 41. & in §. emphyteusis, quæstion. 16. versicul. sed his præmissis. hinc est, quod pater primus acquirens emphyteusim potest filiis præiudicare alienando, vel renunciando, secundum Gabriel. conclus. 2. de iure emphyt. Cæpolla cons. 31. num. 10. Ruinus consl. 7. num. 13. lib. 1. Alcia. consil. 33. legati verba num. 20. & 25. lib. 9. Crot. loquens in emphyt. gratuita in consil. 33. & num. 12. & 13. iuncta nu. 27. Afflic. dec. 112. nu. 6. Nat. consi. 475. per totum, lib. 2. & consil. 501. num. 13. li. 3. Cephal. consil. 468. num. 32. cum sequenti. & consil. 608. num. 31. vers. deuenio ad secundum, lib. 4. vbi dicit, quod sicut pater fuit ille, qui acquisiuit pro se, & filiis; sic potest

Digitized by Google

potest ille accedente Domini consensu filiis præiudicare, hancque esse magis communem opinionem, ex ratione, quia respectu filiorum dicitur donatio causa mortis, quæ potest per ipsum donantem reuocari, eandem etiam opinionem argumentando tenuit Hieron. Gab. cons. 123. num. 45. & Iafred. cons. 248. num. 11. vt refert, & sequitur. Vrsil. ad Afflic. decis. 248. num. 11. & secundum eam pluries Sacrum Consilium Neapolitanum determinasse refert idem Vrsil. ad Afflict. in decis. 112. sub nu. 4.

Corroboratur secundo per argumentum, quod primus adquisitor
300 feudi potest filiis præiudicare, secundum Iason. communiter receptum in l. 2. col. vlti. C. de iure emphyt. Soccin. consil. 25. vol. 1. Crotus cons. 22. vol. 1. Paris. cons. 98. num. 10. Alex. cons. 12. Dec. cons. 390. vol. 1. Cur. senior cons. 83. & iuxta hanc opinionem fuisse decisum in Sacro Cons. Neap. testatur Afflict. in decis. 112. & in Rota Siciliæ fuit dictum posse primum feudi acquisitorem feudi formam mutare, vt refert Mastril. decis. 56.

Aut iuspatronatus non ab ipso patrono, sed à genere descendit, & sic transit ordine successiuo vno in alium, quo casu prior in gradu sequentib. præiudicare non potest gl.
301 singul. in l. peto §. fratre, verb. ex familia ff. de leg. 2. quæ asserit, quod si res alienari prohibita cunctis de familia consentientibus, alienetur possunt illi, qui postea nascuntur, alienationem reuocare. Guiliel Bened. in repet. c. Raynutius, verb. & soboles quam gestabat in vtero. nu. 49. de testamentis. Nicol. Boer. aurea decis. 12. num. 4. hanc etiam sententiam tenent. Anchar. & Franc. num. 4. vers. in glos. verb. eidem, in dicto c. vnico in princ. de iurepatronatus, lib. 6. Couarruuias lib. 2. variarum resolutionum, c. 18. num. 10. qui reprobat Lambert. contrarium tenentem. Probatur etiam: iuspatronat. competit filiis, vel aliis vocatis beneficio fundatoris in l. vnum ex familia §. 1. ff. de legatis 2. successor
302 igitur fundatoris non poterit reliquis præiudicare, l. si duobus §. sin autem sub conditione, & in authentica res, quæ C. comm. de legatis, & fideiussoribus.

SVMMARIVM.

303 *Episcopus tempus quatuor, vel sex mensium ad præsentandum patronis prorogare potest.*

304 *Iudex ex causa tempus a iure statutum potest diminuere, & protrahere.*

305 *Terminus à iure præfixus prorogari potest, cum declaratione.*

An Episcopus possit prorogare tempus quatuor, vel sex mensium ad præsentandum patronis, à iure concessum.

DECIS. CCXVII.

ILlustrissimus Episcopus Galatinus quæsiuit à me si potuisset tempus quatuor, vel sex mensium patronis à iure concessum prorogare cùi quæsito dubitationem non mediocrem mihi faciebât. Primo quoniam cum præfatum tempus sit à sacris canonibus indultum patronis, c. vnic. . verum de iurepatron. li. 6. sed Episcopus non potuit facere aliquid contra ius canonicum cap. institutionis 25. quæst. 2. cap. licet illi, quod regulare fuit de offic. ordinar. Calderin. cons. 5. de constit. Paris.

Digitized by Google

conſ.27.num.59.vol.2. Barbat.conſ. 21.Alexand.conſil.35.vol.1. & latiſſimè Felin in c. quos ſuper his de maiorit.& obed.

Secundo, quia tempus prædictum videtur à iure limitatum ob publicam vtilitatem ne diutius eccleſia careat Rectore, arg.tex. in c. 1. & 2. de iurepatron. Menoch. conſ. 122. vol.1.Aufrer.conſ.41.num. 8. Bommincius conſ.18.num. 4. Henriquez conſ.60.num.6.& proinde non poſſe prorogari teſtatur Balb.deciſ.4.

Cæterum præfatis non obſtantibus, contrarium conſului ſuæ Illu-
303 ſtriſſimæ Dominationi, & iuxta meum conſilium fuit executum, & ad ita iudicandum mouebar ex pluribus.

Tum primo, quia iuxta hanc opin.tenuit Rot.Rom.in vna Placentin.beneficij 13. Ianuarij 1560. † coram Ioanne Petro, quam ſententiam amplexa fuit iterum Rot. teſte Creſcent.in deciſ. 11. & in deciſ. 12. de dilat.& d.Creſcent.in deciſ.5. de iurepatron. quibus accedat Lambertin. eiuſd. nominis tractatu par. 2.quæſt.1. artic.27.& 28. & quæſt. 6. artic.22. num.3. vbi voluit poſſe ordinarium tempus quatuor, vel ſex menſium conceſſum patronis à iure ad præſentandum prorogare: & iſtud ad finem, vt iidem patroni poſſint pro idoneo præſentando deliberare.

Tum ſecundo, quia ex cauſa iudex poteſt terminum à iure ſtatu-
304 tum abbreuiare, & prorogare, vt per Bart.& alios in l 2.ff. de re iudic. late Canoniſtæ in c. cum ſit Romana de appellat.gl.in c.oblatæ, & in c.perſonas eod.Cappell.Tholoſ. deciſ.196.deciſ.445.dec.426. Mynſing. deciſ 40.cent.3.Creſcent.cit. dec. 11. de dilat.

Tum tertio, quia cum poſt patronos poſſit Ordinarius per ſex menſes prouidere, nec antea poteſtas conferendi ad ſuperiorem deuoluatur, ad notata per Geminianum in c.fi.§.fi.verſ.quid ſi laicus de iurepatron.li.6.Rot.in dec.6. de ſupplend. neglig.Prælat.in antiqu.& ead. Rot. in dec.6.de iurepatron.in nou.& fuit dictum in Curia Arch.Neapolit.non eſt ratio cur non poſſit, & hoc patrono concedere, & per hoc intelligitur prorogationem valere in ſui præiudicium, non ſuperioris ad quem poſt tempus Ordinario conceſſum deuoluitur ius conferendi, Abb.in c. cum ſit Roman.in 3.col.& ſequ. de appellat.poſt Bald. in l. cum dies §. arbitrio ff.de arbit.

Tum tandem, quia cum non agatur de præiudicio alterius, ſed ipſiuſmet prorogantis, arg. eorum, quæ ſcripſerunt Bart.& Alex. in l.cum ſtipulatus ſim, ff.de verbor.oblig. Ang. in l.ſiue pars, C.de dilat.Ant. de Butrio in c.ſignificaſti, col.4. in fi. verſ. item quando non intereſt, de appell.
305 Propterea dubitandum nō eſt quin prorogari non poſſit, quia quando DD.dubitant an terminus à iure præfixus poſſit prorogari, intelligitur quando factum tangit ius partis, ſecundum Panorm. in cit. c. cum ſit Romana in princ.col.3.

SVMMARIVM.

306 *Gratificatio gratiæ, ac donationis eſt ſpecies.*

307 *Gratificatio in beneficiis Vicario etiam competit, & num.310. nec eſt mera gratia, num.311.*

308 *Vicarius omnia poteſt, quæ Epiſcopus, neque eſt excluſus ab aliquo actu, niſi ſpecialiter.*

309 *Vicarius in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, diſpenſare nō poteſt.*

312 *Sen-*

312 *Sententia interpretationem, ac declarationem ex actis recipit.*
313 *Relatio non est facienda ad id, per quod actus non substinetur.*

Ius gratificandi vni ex præsentatis an competat Vicario.

DECIS. CCXVIII.

FVit dubitatum in Curia Archiepisc. Neap. quid dicendum, vbi patroni duas personas præsentauerant, & sic eramus inter habentes æquales voces, quo casu Episcopo datur gratificatio, c. quod autem, de iurepatr. cui addo Nauar. in consilio 5. eodem, num potuisset huiusmodi gratificationem facere Vicarius, Illustrissimo Cardinali Archiepiscopo Romæ manente, & vnus ex Dominis
306 dicebat, quod non, quia gratificatio est species gratiæ, & Vicarius Episcopi, quæ sunt meræ gratiæ expedire non potest, secundum Ioann. Monachum in c. statutum, num. 9. de præbend. in 6. Card. in clem. 1. num. 19. de off. vic. Silua de beneficiis, part. 2. qu. 14. Sbrottius de offic. vicar. part. 2. qu. 138. & 184. num. 3. Bellam qui refert in Rota decisum in dec. 93. Mohed. dec. 3. de offic. vicar. in fi.

Insuper dubitabant gratificationem esse donationis speciem, c. relatum, de præbend. quemadmodum etiam collatio beneficij, cap. post electionem, de concess. præb. quæ non veniunt in generali concessione, secundum Pinell. in l. 1. part. 3. num. 56. C. de bonis mater. Mantieco in l. 3. titul. 3. recompil glos. 2. Guttierez de iuram. confirmat. par. 1. cap. 50. Rota in decisi. 5. & in decisi. fin. de offic. vicarij, in antiquis, Franc. Marcus dec. 985.

Cæterum præfatis minimè obstantibus, contrarium fuit decisum tempore, quo Curiam regebat doctissimus Iureconsultus Petrus Antonius Ghibertus: mouebamur ex pluribus.

307 Tum primo, quoniam Vicarius omnia potest, quæ Episcopus, arg. c. 2. & c. fin. de off vicar. in 6. Archid. Ioa. And. & reliqui in citato c. fin. Bertachinus in tract. de Episcopo, libr. 4. par. 6. tit. de Vic. Episc. num. 6. Mandosius reg. 24. qu. 6. numer. 3. Couar. pract. quæst. c. 4. num. 4. & Sbrottius cit. tract. q. 48. num. 7.

308 Tum secundo, quia Vicarius nũquam censetur exclusus ab aliquo agendo, nisi de eo expressa facta fuerit mentio. Balb. decisi. 90. Vnde Vicarius generalis semper includitur in nominatione Episcopi facta per Cõcil. Trid. nisi ponatur dictio taxatiua tantum, vt in cap. 6. sess. 24. vbi pro-
309 pterea Vicarius generalis Episcopi dispensare nequit in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, quia ibidem fuit adiecta clausula (Episcopus tantum) Gratian. decisi. Rotæ Marchiæ 97. referens ita declarasse Sacram Congregationem, cui addo Probum optimè loquentem in c. 2. de constit. in 6. Neuiz. in Silua nuptiali, in verbo monitoriæ, Sbrottius de offic. Vic. lib. 2. q. 171. Garsia de beneficiis, part. 5. c. 8. nu. 48.

Tãdem, quod potuisset Dominus Vicarius Neap. huiusmodi gratificationem facere, ego adducebam decisi. Rotæ Rom. in propriis terminis in vna Calaguritana beneficij de Hano 17. Octobris 1580. coram Sanctissimo Clemente VIII. cuius verba hæc sunt.

310 *Domini cum præsupposito, quod mandatum sit in forma probandi, tenuerũt,*

Digitized by Google

Vicarium potuisse gratificare, & gratificasse: pro indubitato enim habuerunt, quod hæc facultas gratificandi possit ab Episcopo Prouicario committi, nullibi reperitur, quod sit electa industria personæ, quia ad hunc effectum oportet, quod adsint verba importantia personalitatem, ad not. in c. fi. §. is autem, vbi DD. de off. deleg. DD. in l. 1. vbi Ias. n. 29. & ibi etiam Purpur. cons. 500. ff. de off. eius. huiusmodi non sunt verba, quibus iura vtuntur in hac materia, in c. enim cum autem, de iurep. tur. solum dicitur, iudicio Episcopi credimus relinquendum, quæ verba arbitrium boni viri important, Fel. in c. 1. sub n. 51. de const. non autem personalitatem, in c. qui eodem tit. dicitur, Ordinet Antistes ecclesiam, sicut melius eam, secundum Deum, viderit ordinandam, quæ verba nullam personalitatem significant, nec facit quod dicat, prout secundum Deum est ordinanda, sicut etiam collationes omnes, secundum Deum, facienda sunt personis idoneis; & hinc est, quod Dec. cons. 130. in princ. præsupponit pro absoluto: quod Vicarius potuerit gratificare, quod autem Episcopus etiam hanc facultatem concesserit, liquet ex lectura mandati, in quo datur facultas dispensandi, conferendi, & subiicitur clausula generalis, vt possit omnia alia, quæ includit, si non maiora saltē similia, c. qui ad agendum, de procur. in 6. clem. nō potest, eod. tit. idque tanto magis, quia ratio cur in generali deputatione Vicarij non venit facultas conferendi, est, quia mera est gratia, & donatio, quæ non venit in generali madato, c. si de off. vic. in 6. Gra-
311 *tificatio autem non est mera gratia, ex quo vni ex præsentatis tenetur Ordinarius gratificare. Rebuff. ad concord. de collatione, §. statuimus 1. verbo gratificare per l. vnum ex familia §. 1. ff. de legat. 2. & consequenter tanto facilius sub huiusmodi mandato comprehenditur, quod autē gratificauerit, apparet, quia protulit sententiam ad fauorem Didaci, quæ cùm non possit esse iusta, ex cap.*
312 *alio, quam ex isto, debet ex hoc censeri lata, cum ex actis interpretationem, & declarationem recipiat, l. ait prætor, §. si iudex, & ibi Bart. nu. 1. de re iudicata, semper enim sententia præsumitur lata ex ea causa, quæ reuera apparet in actis l. si quis ad exhibendū, de except. rei iudic. l. hæc enim, in princ. de suspect. tut. Alex. cons. 66. nu. 2. l. 5. Nec obstant verba sententiæ, quia licèt Vicarius in ea dicat, debemus pronūciare, refert tamen se ad acta, ex quo dicit, quod ex actis appareat, liquet ergo ipsum factum pronunciasse ex causa, de qua in actis cōstat, & consequenter ex capite gratificationis, quia tenebatur vnū ex huiusmodi præsentatis eligere; nō obstat, quod in collatione dicat secundum numerum; quia numerus etiam hoc casu seruit, cū requirat, quod præsentandi sint filij patrimoniales, & sunt timidi beneficiati, vt ad integrum ascendant, & hæc omnia dixerunt, tanto magis admittenda esse ad effectum substinendi actum, l. 3. de milit. testam. l. quoties, de rebus dubiis,*
313 *nūquam enim fit relatio ad id, per quod actus non substinetur, Bar. post glo. in l. cum vulgari, de dote prælegata. Dec. in c. 2. requiris, sub num. 3. vers. quinto non debet fieri, de appellat.*

SVMMARIVM.

314 *Derogatio iurispatron. non comprehendit laicorum iuspatronatus, nec Præceptorias Sancti Ioannis Hierosolymitani, nisi expressè fuerit mentio facta.*

315 *Derogatio generalis non obiicitur habenti quasi possessionem præsentandi.*

316 *Derogatio generalis iuspa. laicorum litigiosum comprehendit, etiam Regum, ac quæsitum ex consuetudine, vel præscriptione, num. seq.*

Dero-

Derogatio iurispatronatus an comprehendat iura patronatus laicorum.

DECIS. CCXIX.

314 HAnc opinionem negatiuam tenent vnanimi consensu Doctores omnes in cap. cum dilectus, de iurepatr. & alij innumeri, quos refert Couarr.pract.quæst. c.36.quibus addo Ioseph. Ludouicum libr.1. commun.conclus. capit.43. & propterea inferunt, quod si Papa in derogatione non fecisset specialem mentionem de iurepatronatus laicorum, non censeretur illud derogasse, vnde reseruatio regulæ octo mensium non comprehendit præfatum iuspatronatus, Verall.in decisio 405.lib.1.Seraphin.in decis. 1334. par. 2. Ant.Faber.in decis.6. C. de iurepatr. quemadmodum quoque non veniunt iura patronatus, seu Præceptoriæ Sancti Ioannis Hierosolymitani; Achil.de Grassis in decis. 9.de præb.Cassad. decis. 4. &12. de præbend. Et istud, quod supra diximus de iurepatronatus laicorum non cōprehendi in generali derogatione, ampliant procedere, quamuis iuspatronatus esset mixtum,quoniā ad hunc effectum reputatur laicale. Felin.in tract.quando literæ Apostolicæ,ampliatione 6. Silua in tract.de beneficiis par.2. quæst. 14.Rebuff.in tract. de nominationibus, quæst.15. versicul. 3. & iuxta hanc opinionem pluries fuisse decisum in Rota Romana testatur Achill. de Grassis in decis. 3. de iurepat. Puteus decis.157. lib.3.Caputaqu. decis. 405. Seraph. cit.decis. reiecta opinione eiusdem Rotæ in antiquis in decision. 266. de concessione præbendæ, in antiquis.

315 Et etiam ad hunc effectum videtur sufficere sola quasi possessio præsentandi,secundum Zabarell. in cōsil.69.numer.4. calder.cons. 23. de præb. Rocchum de iurepat. in verb. competens,quæst. 24. & fuisse decisum in Rota testatur Simonetta de rescriptis, quæst. 70.Mohed.decis. 179.Puteus decis.206.lib.1.Tanis dec. 3.Crescent.in decis. 3. de iurepatron. & fuit dictum in vna Viger. beneficij 19. Nouembris 1599. † coram Illustriss.Pamphilio,neque etiam hoc casu est necessaria probatio descendentiæ patronorum, ex quo reperitur in quasi possessione præsentandi,Crescent.in decis.9. de iurepatronatus.

Nunc suprapositam conclusionem principalem limito multipliciter.

316 Et primo, non procedere in iure patronatus laicorum litigioso, nam quamuis Summus Pontifex in derogatione non fecisset de ipso specialem mentionem, censetur tamen illud fuisse comprehensum, secundum Calder.consil.vnico, lite pend. Lapus, & Gemin.in cap.1. eod.titul. in 6.Cassad.in decision. 6.lite pendente.

Amplia hanc limitationem etiam procedere si iuspatronatus esset Regum,nam quamuis de ea sit facienda specialis mentio, nihilominus nō procederet quando esset litigiosum, iuxta decis.Rotæ Roman. teste Crescentio in decis. 8. de iurepatronat. Sublimita quando in derogatione fieret mentio de lite, nam procederet de lite inter quamcumque personam, & quandocumque beneficium sit litigiosum. Verall.dec.127. par.2.

Limita secundo, non procedere in prouisione beneficij iurispatronatus quæsiti ex consuetudine, vel

317 præscriptione, quoniam quamuis sit laicorum, non requiritur derogatio, secundum decis. Rotæ, de qua per Seraphinum decis. 719.

Limita tertio, quando derogatio iurispatronatus esset obtenta post præsentationem patronorum, nam nihil operatur, secundum Seraphinum in decis. 1270.

SVMMARIVM.

318 *Iuspatronatus in monasterium transit, cum declaratione, num. 323.*
319 *Argumentum validum est de feudo ad iuspat.*
320 *Feudum in monasterium transit, feudatario religionem ingresso, cum declaratione.*
321 *Monasterium loco hæredis habetur.*
322 *Monachus omnia per ingressum religionis in monasterium transfert.*
323 *Iuspatronatus per ingressum religionis primogeniti transit in secundogenito, vel successori.*

Iuspatronatus an transeat in monasterium.

DECISIO CCXX.

318 Dubitabilis est quæstio, vtrum iuspatronatus, patrono monasterium ingresso, transferatur in monasterium? & videtur, quod sic ex pluribus.

319 Tum primo, quia validum est argumentum de feudo ad iuspatronatus, vt pluries scripsi ex decis. Rotæ:

320 & de jure clarum est, feudum transire in monasterium, feudatario religionem ingresso. Affl. decis. 320. Capyc. decis. 10. & 31. Cacher. decis. 27. num. 14. Anna sing. decis. 207. Io. Papon. lib. 13. tit. 1. arresto. 1. & conferunt dicta per de Franchis in decis. 20. quod verum intelligas, quando pro eo præstatur seruitium reale, quia tunc viuente feudatario, retinebit monasterium quoad commoditatem, Bald. in c. 1. num. 2. de vassallo, qui arma bellica deposuit Fel. in c. in præsentia, nu. 46. de probat. Ruinus consi. 42. num. 9. volu. 1. Crauetta consil. 303.

321 Tum secundo, quia iuspatronatus transit in hæredem, sed monasterium habetur loco hæredis, vt latè per Doctores in cap. in præsentia, de probat. Mastrillus in decis. 65. de Franchis decis. 29. Caualc. decis. 1. par. 3. Velascus decis. 6.

322 Tum denique, nam monachus se, suáque omnia per ingressum religionis transfert in monasterium, authent. ingressi, C. de sacrosanct. eccl. ergo & iuspatronat. esto, quod transit cum vniuersitate bonorum, gl. in clement. fin. in verbo hæredis, de iurepatr. Alexand. in l. quamuis, ff. ad Trebell. Calcan. consi. 74. num. 8. Bolognettus consi. 25. numer. 6. Ias. in l. 1. num. 71. ff. de leg. 1. & in l. 2. nu. 2. C. de in ius voc. Lopez in commento leg. Hispan. li. 1. tit. 6. l. 1.

323 Quam opinionem intelligas solummodo procedere casu, quo ius patronatus sit annexum vniuersitati bonorum, ad quæ monasterium venit: ergo in consequentiam venit iuspatronatus, quod, vt pateat euidentius, ponamus aliquod exemplum, nempe, Petrus habet castrum, & in eo ecclesiam, cuius ipse iuspatronatus habet: vendito castro, vel titulo pro hærede translato, transitum facit etiam iuspatronatus in emptorem, seu hæredem, vel, vt supra diximus in fiscum. Multo igitur fortius in monasterium, quod capax est iurispatronatus. at si iurispatronatus qualitas non adhæreret certæ rei, sed esset personalis, extincta persona, cuius industriam elegit fundator,

Digitized by Google

tor, tacitè nominasse crederem alium descendentem, seu collateralem, aliamve quamlibet personam. Extincto etenim, vel naturaliter, vel ciuiliter patrono, extinguitur, & quod dictum ius præsentandi transit in nominatum verè, non in nominatum per fictionem, quemadmodum esset monasterium. ita tenet Bellam. consil. 33. Refert, & sequitur
324 Tiraq. de primogen. quæst. 10. asserens per monachationem iuspatronatus in secundogenitum, & sic in successorem transire.

SVMMARIVM.

325 *Iuspatronatus à Iudice vni ex pluribus patronis an hereditatis diuisione adiudicari non potest.*
326 *Ancharani opinio declaratur.*

An Iudex in diuisione hæreditatis vni ex pluribus patronis adiudicare possit iuspatronatus.

DECISIO CCXXI.

IOannes Andreas, & Panorm. nu. 3. in cap. quærimoniam de iurepa-
325 tronatus post Hosti. in summa de iurepatronatus §. qualiter vers. nouus hæres, tenent quod non Rocchus Curtius de iurepatronatus, vers. ipse vel is, num. 26. Gregorius Lopez in l. 12. verb. patris tit, 15. part. 1. quorum opinio communis est: quamquam Ancharanus in dicto c. quærimoniam, col. fin. num. 6. contrarium voluerit, eo ductus fundamento quod scilicet Ecclesiæ sit vtilius habere vnum patronum, quàm plures, qui rem communem plerumque negligunt. l. 2. C. quando, & quibus quar-
32 pars deb. libro 10. potest igitur adjudicari vni iuspatronatus. respondeo tamen, quod ex quo iura plures esse patronos patiuntur per clement. plures de iurepatron. id tamen debet pati iudex, nec debet esse clementior lege. at nec istud videtur concludens fundamentum: nam Ecclesia multitudine patronorum potius leuatur, quam grauatur: eo quod plures habet defensores. c. filiis 16. quæst. 7. tamen dictum Ancharan. posset habere locum, quan-
326 do aliqua villa adiudicatur vni in diuisione, in qua esset iuspatronatus, non habita ratione æstimetur ne valor iurispatronatus, vt hoc respectu plus altero adiudicetur hæredi. argũ. c. ex literis, de iurepatronatus, nota obsecro istam decis. quæ optima, ac in actu practico sępe contigibilis est.

SVMMARIVM.

327 *Nepos excludit patruum à iurepatron. in quo primogenitus vocatur, & num. 332.*
328 *Maior affectio est in patruo, quam in nepote.*
329 *Patruus, quando nepotem à iurepatron. excludat.*
330 *Patruus ad sui patris, vel nepotis successionem vocatur.*
331 *Firmius est ius, quod iure communi venit, quam quod singulari.*

Patruus an excludat nepotem in successione iurispatronatus, & è contra.

DECIS. CCXXII.

DVbitabilis est etiam quæstio vtrum in iurepatronatus, in quo primogenitus est vocatus patruum
327 nepos excludat? videtur dicendum quod sic. nam primogeniti filius dicitur primogenitus non solum fi-

ctè sed etiam verè. Panormit. consi. 85. col. penult. vers. item pars remanet in filio libr. 1. Dec. in authentica præterea col. 12. num. 20. C. vnde vir, & vxor, est etiam optimus text. in c. quæritur §. item opponitur 22. q. 2. vbi probatur quod succedens in locum primogeniti, possit sine mendacio se dicere primogenitum. Quẽ text. ad hoc dixit optimum Gregorius Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. verb. (si dexasse filio, ô filia) nepos ergo natus ex primogenito, præferendus est in tali iure ex vi repræsentationis. hanc quæstionem tractauit Bald. in l. cum antiquioribus C. de Iure deliberandi, ac tanquam arduam, & difficilem indecisam reliquit Ias. etiam in l. maximum vitium num. 4. C. de lib. præteri. qui pluries ibi istam quæstionem discutientes adducit. hanc etiam opinionem in maioratu tenet post Oldrad. decis. Capell. Tolosan. 433. incip. an Iusprimogenituræ. vbi Steph. Aufr. testatur hanc veram, & communem sententiam, Eandem etiam dicit communem, & æquiorem Barthol. Cassanæ. plures alios referens in consi. 53. incipient François Rondoboys, vers. facit illa vulgata, & communis opinio. idem etiam refert, plures eandem sententiam sequentes in Catalog. gloriæ Mundi, 5. parte, considerat. 42. versic. 1. fuit opinio Ioannis Andreæ, discutit latissimè Tiraqu. in tract. primog. quæst. 40. & verior videtur hæc opinio secundum Couar. alios ad id citantem in pract. quæst. cap. 38.

Non tamen desunt, qui contrariam partem tuentur, quos refert Cassan. in dict. considerari. 42. vers. secunda opinio. & Io. Lup. loco prealleg. quæ magis communis est secundum Alex. consi. 4. incip. ponderaris verbis testamenti. col. 3. num. 11. lib. 4. quem refert Nicol. Boer. qui plures ad idem adducit, in consuet. Bituricen. tit. de testament. §. 2. col. 3.
328 videtur etiam hoc casu præferendam opinionem. Maior enim est affectio ad patruum qui est in priori gradu quàm ad nepotem, qui est in dispari.

At quando prioritas gradus consideratur non admittuntur nepotes cum patruo, imo patruus eos ex-
329 cludit. l. 3. §. si duo de legit. tuto. Bal. in l. cum ita §. in fideicommisso qu. fin. ff. de legat. 2. Tiraqu. in tractatu de vtroque retract. lib. 1. §. 11. glos. 7. num. 1. & 2. licet enim alias nepos filium aui, patremque suum repræsentet: non tamen id procedit, cum fit mentio de proximiore. l. si libertus præterito. §. si libertus. ff. de bon. liberto. nec tunc comprehenditur sequens, licèt is sit qui soleat proximiorem repræsentare, per textum in l. iubemus, in princ. iuncto §. vlt. C. ad Senatum Consult. Trebel. vbi Bald. per illum text. inquit quod licet vbi fit mentio de filiis, comprehendantur nepotes, qui succedunt in locum illorum per l. liberorum. ff. de verb. signif. at vbi de filiis, & de gradu mentio fit, nepotes minimè comprehenduntur. Ergo cum nomen primogeniti vt proximioris gradum denotet, meritò nepos sub eo non comprehendetur.

330 Item patruus ad successionem sui patris, aut nepotis, vocatur: vt patet, præter leges nostras ex sententia Apostolici ad Galat. 4. & ad Rom. 8. dicentis, filius ergo hæres. glos. in l. necessariis, verbo teneantur. ff. de acq. hæred. Nepos verò iure quodam singulari, ob id, scilicet, quod patrẽ repræsentat. per §. cum filius Instit.
331 de hæred. qualit. & differ. firmius autem est ius, quod venit iure communi, quàm quod iure singulari l. eius

Digitized by Google

eius militis. §. militia. ff. de testamen. milit.

Item nulla successio datur filio viuente patre l. 2. §. interdum, ibi, improbum esse Iulianus existimat eum, qui solicitus est de viui hæreditate ff. vulg. & pupill. Si ergo patri nullũ erat ius acquisitum, nec erit nepoti concedendum. Adde quæ de repræsentatione notat Guill. Benedict. in repe. cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine, nu. 56. de testam. tamen concludendum est etiam in iurepatron. præferendum esse nepotem patruo.
332 ex Couarr. in pract. q. c. 38. num. 13. & in anniuersariis pro anima relictis cum clausulis vinculi, & restitutionis ad instar maioriæ. ita Ant. Gomes. in d. l. 40. Tauri. qu. 11. num. 65. ad fin. & ita seruatur.

SVMMARIVM.

333 *Iuspatronatus dotale est vxoris, non autem viri.*

334 *Cautela in præsentatione iurispatronatus dotalis.*

Ius præsentandi an competat marito in iurepatronatus dotali.

DECIS. CCXXIII.

SIngularis est etiam hæc quæstio, Mulier habuit in dotem quoddã Castrum, aut bonorum vniuersitatem, cui iuspatronatus competebat; cum quo castro, vel vniuersitate fuit ad eam ius præsentandi translatum: dubitatur vtri competat ius præsentandi marito, an vxori? videtur quod marito, nam in ipsum translatum est ius; & fructus rerum dotalium. Sed iuspatronatus competit ratione vniuersitatis: ergo & ius præsentandi competere debet c. ex litteris de iurepatronatus. Præterea rei vendicatio datur ratione dominij, §. omnium Instit. de actionibus l. in rem actio. ff. de rei vendicatione quæ competit marito l. doce ancillam, C. de rei vẽdicatione. Dos etenim penes illum sit, oportet, qui supportat onera matrimonij l. si dos, & ibi Alexander n. 2. ff. ad l. Falcidiam. ergo, & iuspatronatus, & sic præsentandi competit ei per prædicta. Facit quod notat Lambert. de iurepatronatus 7. ar. 5. q. princip. 1. partis 1. libr. vbi quinque argumentis suffragatur opinioni, ac deinde à num. 7. adducit alia fundamenta in contrarium, at in nu. 12. iterum istam complectitur quæ communis est opinio.

Sed vltra relata per Cæsarem Lambertinum, videtur, quod vxor habeat iuspatronatus, nec transeat
333 in virum, licèt enim maritus durante matrimonio, dominus rerum dotalium iuris fictione dicatur, vxor tamen vera domina est, & naturalis, nec potuit fecisse lex, vt omnino veritas supprimeretur, l. in rebus, C. de iure dot. est enim ipsius vxoris proprium matrimonium, d. l. in rebus, §. volumus.

Facit etiam, nam vxor durante matrimonio potest illud vendicare, si maritum ad inopiam vergere viderit, l. vbi adhuc, C. de iure dotium, Bart. in l. si constante. ff. de sol. matr. Gom. in §. fuerat, instit. de act. quod ei minimè liceret, si domina rei dotalis non esset. Quare iste est casus, in quo duo sunt eiusdem rei insolidum domini, propterea in casu no-
334 stro consulerem vt maritus præsentaret consentiente vxore, vterque enim potest præsentare, licèt enim vxor verè sit dotalium rerum domina, huiusmodi tamen dominium, durante matrimonio obumbratur,

Digitized by Google

d.l.in rebus, per quam maritus plenam dotis administrationem habet, & per d.l.doce ancillam, hanc quæstionem proposuit Rocch. de Curte de iurepatr.verbo ipse,vel is,numer. 60.quæst.28.

SVMMARIVM.

335 *Præsentatio media præsumitur extremis probatis,& nu.337.*

336 *Prædia præsumuntur feudalia quando alia circumcirca sunt feudalia.*

An probatis extremis præsentationibus media præsumatur.

DECIS. CCXXIV.

INter cætera,quæ dubitabantur in quadam causa iurispatronatus Illustriss.Principis Hieracis erat,si media præsentatio præsumenda erat, probatis extremis,de qua quæst.ego
335 consultus, dixi,indubitatam esse iuris conclusionem, media præsumi, probatis extremis,glos. communiter recepta in c. accedens, in verb. processu, post med. de conuers. coniug. Fel. in c. inter dilectos, de fide instr. vbi si probetur, aliquem dedisse mãdatum procuratori ad impetrandum, & probet se ab eo recepisse litteras,de quibus mandauerat, satis videtur probatum, quod per ipsum procuratorem fuerunt impetratæ.

Corroboratur à simili de eo,qui vult probare, se possedisse tempore requisito ad præscriptionem comprehendendam, nam dicitur probasse continuam possessionem totius temporis,si probet,quod in initio possedit, licèt de medio nihil probauerit. gl. in cap. volumus, latè Menoch.de præsumption.c.65.num. 1.li.6.Surdus consi.73.num.46. vol.1. Monald. consil.13. volum. 1. Cacher. consil.70.numer.4.vnde Rota in decisi.11.de iurepatron.in nouis,voluit, quod si fuerit probata vacatio beneficij, & institutio, ex hoc præsumetur, præsentationem præcessisse institutionem, quamuis de præsentatione aliter non constet, quàm per verba narratiua instituentis,vt sequitur Fel.in c.post cessionem,col.7. de probat. Euerald. in loco argumentandi 116.Menoch.præsumpt.36. Alciat.de præsumpt.reg.2. quæstio.22. Mascard.decisio.730. part.2. facit etiam de probatione, quod si quis in studio fuerit versatus anno 1570. & 1572. quod includatur annus medius 1571.Menoch.consil.829. numero 19.

336 Facit etiam illud de prædiis, quæ præsumuntur feudalia, quando alia quæ sunt circumcirca constat esse feudalia,Menoch.præsumpt. 91. nu. 63.li.3.Surd.consil.565.num.6.li.4. & cum probatur citatio præcedens, & intimatio subsequens cum instrumento adiudicationis, satis dicitur probatum medium, quod est decretum rationis insolutum, Fel. in d. c. inter dilectos, nu. 5. de fide instrum. & tenuit Rota in vna Romana spo-
† lij,23.Februarij 1603.† coram Otemberc.

Redeundo tamen ad quæstionem
337 mihi propositam, dico præsẽtationes (quamuis vna præsentatio media deficiat)dici continuatas, quoad probandum iuspatronatus, iuxta formam concilij, prout in terminis resoluit Rota,vt patet in decisio.545. par.1.Seraph.decisi.1141.Bellam. dec. 422. adeo, vt etiam media præsumantur esse illius, cuius sunt extrema,Menoch.consi. 1101. num.5. Gratian.discept.forens.c.382.

SVM-

SVMMARIVM

338 *Præsentatio simoniaca facta per vnum ex patronis, vt vniuersis, aliis nocet.*

339 *Præsentatio simoniaca vnius domini, aliis minimè nocet.*

340 *Præsentatio quando dicatur simoniaca.*

341 *Beneficiatus, per simoniam possidens beneficium, se ignorante commissam, ei regula de triennali suffragatur.*

An præsentatio simoniaca facta per vnum ex patronis, noceat aliis.

DECIS. CCXXV.

FVit mihi commissa causa ab Episcopo Theani, in qua inter cætera dubitabatur an præsentatio simoniaca per vnum ex patronis noceat aliis, vbi simpliciter eundem præsentatum non simoniacè præsentauerint: in qua quæstione dubitationem mihi faciebat regula iuris, vtile per inutile non vitiari.

Verum hoc non obstante, contrariũ iudicaui, motus authoritate text.
338 in c. nobis, & ibi Abbas in 2. notabili de simonia, & in c. Matthæus in vers. secundo collige, eodem titulo Rocc. in verb. & vtile, quæst. 3. Rom. cons. 317. gl. in cap. cum super in gl. fin. de confessis, & fuisse in Rota Rom. decisum testatur Crescent. decis. 5. de sim. Farin. decis. 22. & iterum tenuit Rota in vna caurien. canonicatus, 10. Maij 1581. * coram Illustrissimo Seraphino, per hæc verba, præsentationẽ esse simoniacam, & propterea Domini tenuerunt esse reprobandam, & quod simonia commissa fuisset cum vno solo, d. c. nobis, vbi Abb. de sim.

Sed contra hanc Rotæ decisi. videtur extare alia, vt patet in collectis à Farinacio decis. 103. & eadem Rota in vna Comẽ. iurispatronatus
* 6. Martij 1595. * coram Illustriss. Millino, vbi fuit resolutum, quod præsentatio simoniaca vnius patroni
339 non reddit præsentationes alias simoniacas in præiudicium præsentati qui nullam scientiam habuit simoniæ, sed sunt validæ ad effectum, vt sustineatur præsentatio, in fauorem præsentati ignorantis.

Tamen pro cõcordia istarum dec. pugnantium decidendum est quod hæc Rotæ resolutio procedit, vt vera est in patronis præsentatis, vti singulis iuxta decisi. Rotæ 1. 2. Cæsaris de Grass. de Iurepatronatus, tunc enim quilibet præsentat de per se, & tot sunt præsentationes, quot patroni, & sit vna præsentatio vitiosa, seu simoniaca, & non aliæ, secundum regulã iuris in 6. vtile per inutile non vitiatur, at decis. præcedens loquitur in præsentantibus, vt vniuersis seu Iure collegii dict. c. nobis nam tunc vna est præsentatio, & consequenter simonia commissa cum vno, tangit, & vitiat reliquorum præsentationes.

Simoniacè, tandem dicitur facta præsentatio primo si fieret sub conditione, vt præsentatus aliquid sol-
340 uat, vel eroget etiam in vtilitatem ecclesiæ C. multis 1. q. 3. vbi præpositus Turrecremat. Abb. Felin. & Reliqui in c. cum M. Ferrariensis de constitut. & iuxta hanc opinionem fuit in Rota resolutum teste Crescẽtio in decis. 5. de sim. & iterum tenuit eadem Rota in vna Messanen. Cap-
* pellaniæ * coram Aquent. ex quibus reiicitur doctrina Decii consil. 118. Lambert. de iurepat. lib. 2. part. 2. art. 3. nona quæst. principali.

Digitized by Google

Secundo dicitur pariter præsentatio simoniaca, vbi patronus præsentasset ecclesiam parochialem subductus cōditionibus videlicet, quod teneatur in ea habere duos Cappellanos, quos nominabat; item quod teneretur salicare porticum eiusdem parochiæ, vt fuisse in Rota resolutum testatur Achil. de Grass. in decis. 4. de simonia.

Tandem est animaduertendum pro præsentis quæstionis finali cognitione, quod possidens beneficiū
341 habitum per simoniam, se ignorante, commissam; habet titulum coloratum, & gaudebit beneficio Regulæ de triennali. Rebuff. de pacificis possessor. num. 198. Vgolinus cap. 6. §. 4. num. 2. & pluries resoluit Rota & signanter in vna Calaguritana confidentiæ 23. Ianuarij 1593. * coram Illustrissi. Mantica.

SVMMARIVM.

242 *Renunciatio beneficij semper debet esse pura, & libera.*

243 *Iudex ex officio potest prouidere, vt altera pars liti cedat.*

244 *Præsentatus habens ius in re, aduersario aliquid soluere pro litis renuntiatione potest duobus concurrentibus, sed cum limitatione.*

An præsentatus cui mouetur lis possit aliquid soluere aduersario, vt à lite discedat.

DECIS. CCXXVI.

PRo huius art. resolutione considerabam varias esse distinguendas conclusiones.

342 Prima sit conclusio, quomodocumque fiat renuntiatio semper debeat esse pura, & libera, quare sub conditionem facta inducit simoniā, & proinde nulla, Cappella Tholosan. decis. 438. Boer. decis. 117. num. 4. Rota decis. 7. de renunciat. in antiquis Mohed. decis. 6. de iure patron.

343 Secunda sit conclusio: potest Iudex ex suo officio prouidere, vt vna pars cedat liti super spiritualibus, & pro bono pacis recipere expensas ab alia parte. nam præsumendum est, quod Iudex non mandaret dari pecuniam pro Iure Spirituali, sed quia videt partem nō fouere iustam causam, & proinde eam reducere ad renuntiandum liti, & pro bono pacis prouidere de aliquo temporali; verum inter partes absque Iudice huiusmodi pactio minime admitti debet, cum posset in se continere simoniam, quia renuntians liti forte haberet ius in causa Abb. in c. cum pridem nu. 8. de pactis.

344 Tertia conclusio: vbi præsentatus habuit ius in re per confirmationem vel institutionem poterit aliquid soluere aduersario, vt liti renuntiet c. cū dilectus il 1. de simonia Glos. in cap. cum pridem vbi Panor. & reliqui de pactis. Foller. in praxi canonica part. 2. c. 18. n. 42. Rebuff. in praxi tit. de simonia num. 17. & de pacificis possessoribus num. 136. vers. 20. conclusio Menoch. consil. 67. num. 7. volum. 1. Paris. cons. 135. num. 20. vol. 4.

Hæc tandem conclusio, vt procedat, duo concurrere debent.

Prima vt habeat ius acquisitum etiam in possessione, quare licet per institutionem subsequutam acquiratur ius in repræsentato ex decis. 10. de iurepatronatus in antiquis, non tamen præfatū ius est taliter efficax, vt possit præsentatus dare pecuniam aduersario, vt liti renuntiet; quia vt dixi exigitur Ius quæsitum ex possessione. ita Abbas in citato c. Matthæus num 4. & in c. ad aures num. 6. de

6. de simon. Felin. in repert. in verb. vexatus in possessione Didac. Spin. in speculo testamenti Glos. 7. num. 37. Selua de benefic. par. 1. quæst. 7. num. 36. & Sotus lib. 9. de iustitia. & iure quæst. 6. artic. 1. Siluest. verbo simoniæ num. 3. Maioll. de irregularitate lib. 5. cap. 43. nu. 5.

Limita hoc, si aduersarius impediret vim inferendo vel procurando pro indigno, quia tunc licet præsentatus careat possessione, potest aliquid soluere Aduersario absque labe simoniæ Nauall. in manuali c. 23. numero 102. Michael de Palaz. de contractibus lib. 2. cap. 9. pagina 146.

Secundo requiritur, vt is qui dat pecuniam ad redimendam vexationem sit certus se habere ius in beneficio, & aduersarius nullum ius habere Glos. in cap. dilectus il 1. de simonia Abb. d. c. cum pridem num. 7. de pactis Siluester in summa in verbo renuntiato num. 6. & Nauarrus citato loco.

SVMMARIVM.

345 *Episcopi, vel capitulũ ex præsentatis, & aliis nihil exigere possunt, nisi consuetudo antiqua adsit in contrariũ in pios vsus ea conuertẽdi.*

346 *Episcopus aliquem recipiens in Canonicũ, dulciaria exigere non potest sub pœna, vbi etiam de capituli, ac priuatæ personæ pœna.*

Episcopus an possit exigere aliquid à præsentatis.

DECIS. CCXXVII.

NOtandum est ex Concilio Tridentino sess. 24. cap. 14. de reformat. capitulum aut alios nihil omnino posse exigere ab iis, qui sunt

345 electi, præsentati, instituti, vel instituendi: confirmati, vel confirmandi; vel possessionem ingressuri, aut distributiones recepturi, nisi ex antiqua consuetudine hæc in pios vsus solita sunt conuerti, quin censebitur simonia, & incurrent pœnas simoniacorum, vt ibidem Concilium, quod est diligenter notandum contra communem abusum. Immo

346 Pius Quintus declarauit, Episcopum, qui aliquid, etsi dulciaria duntaxat, exigit in receptione alicuius in Canonicum, esse suspensum à Pontificialibus, & capitulum exigens subiacere interdicto: priuatas autem personas sententiæ excommunicationis, & eos, qui sic aliquid receperint, ad restitutionem recepti teneri, vt patet ex Bulla Pij V. declaratoria huius decreti, edita anno 1570. pridie Calend. Iunij. Video tamen passim non seruari, & omnino ignorari, Mandat tamen Concilium Episcopis, vt hæc in executionem deducant.

SVMMARIVM.

347 *Vicarius in ecclesia patronata absq; patroni consensu constitui non potest.*

348 *Fundatores in fundatione ius acquirunt.*

349 *Vicarius perpetuus post mortem cõstituentis non durat.*

350 *Vicarius est amouibilis ad episcopi libitum.*

Vicarius in ecclesia patronata an sine patrono constituatur.

DECIS. CCCXXVIII.

DE hoc articulo Romæ consultus in facti contingentia dixi deputationem fuisse nullam, quia in

ecclesia patronata non constituitur
347 rector perpetuus sine patrono c. decernimus 16.q. 7.c. si quis episcoporum ead. caus. quæst. 5. Innoc. in capit. ad hoc de offic. Vicar. & illic Glos.in ver.Episcopi, Card.in Clemen.1.nu.13.de offic. Vic. & Vital.ibi num.57. quem adducit Cucch.in sua inst.de Vicar. in diuin.probat Lamb. in art.7.5. qu. princ.3. lib.de iurepatr.
348 Fundatores enim ecclesiarum, ex qua fundatione sibi ius acquirunt c. quicumque il 2. 16. q. 7. debent præsentare Rectores ordinario, nec potest ille aliud ordinare: alias ordinatio est irrita, vt in suprascriptis iuribus. ergo constitutio d. Vicarii quæ præsumitur perpetua, est nulla, quod probant iura allegata, & sequitur Lambertin.de iurepatr.in 3.lib.artic. 7.5.quæst. princ. nec obstat c. cum ex eo de delictis in 6. quia ibi loquitur de Vicario temporali constituto in beneficio absentis causa studij: Quinimo textus ille probat consensum patroni requiri: in his quæ spectant ad ecclesiæ patronatæ regimen, dum vult quod episcopus, & eorum superiores cum his, qui ecclesias habent subiectas, possit dispensare ad septennium, quod insistentes literarum studio promoueri non teneantur, & quod prouideant per bonos & sufficientes Vicarios curam animarum exerceri.

Licet Glosa tamen in c. ad hæc in verb. Episcopi de offic. Vicarii tenet consensum patroni non requiri in Constitutione Vicarii perpetui, & reddit rationem, quia patronus habet tantum præsentare, cùm ecclesia vacat, & in casu nostro non dicitur ecclesia vacare, ex dicta constitutione secundum Panormi. in citato c. ad hæc Glos. in c. postulasti de iurepatron. immo dicit Grillen. in
349 cons. 4. prouisionem Vicarii etiam perpetui non durare post mortem personæ constituentis, quia patronus possit alium præstare, quod est argumentum, quod prouisio valeat viuente ipso Rectore seu ordinario etiam sine consensu patroni, Lambertinus de iurepatrona. in septimo articulo 5.princ. quæst. 3.libr. Bert.de Episc. part. 7. libr.4.numero 14.cum ibi per eum allegatis probat, quod
350 Vicarius est amabilis ad libitum Episcopi.

SVMMARIVM.

351 *Appellationi locus est in sententia institutionis iurispatronatus, & nu. 353.*

352 *Institutus pendente appellatione possessionem capere non potest, si sẽtentia habet vim diffinitiua.*

354 *Appellationi locus est, etiam si possessio beneficij sit capta pendente termino.*

An à sententia institutionis iurispatronatus possit appellari.

DECIS. CCXXIX.

FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an à sententia per quã pronuntiatur quem esse instituendũ ad aliquod beneficium iurispatrona. potuisset appellari, & vnus ex dominis allegauit Lambertin. de iurepat. 2. part.2. lib. art.5. qui vult, quod appellatione interposita ab institutione de aliquo præsentato, si capta fuerit possessio pendente appellatione, dicitur bona, quia talis appellatio non impedit apprehensionem possessionis beneficij.

Attamen contrarium fuit resolutum in eadem Curia, scilicet, quod
351 à præfata sententia possit appellari. quare

Digitized by Google

quare possessio capta pendente appellatione iudiciali interposita ab institutione facta in sententia esse at-
351 tentata, vt tenuerunt Io. Andreas Dominicus numero 7. & Franchus nu. 8. in cap. auaritiæ de elect. in 6. & iuxta hanc opinionem pluries tenuit Rota Romana & signanter in vna Neapolitana Cappellaniæ 13. De-
* cembris 1562. * coram Horadino, & in vna Calaguritana beneficij septi-
* mo Maij 1574. * coram Blanchetto, & iterum in vna Calaguritana por-
* tionis 27. Iunij 1575. * coram Cantuccio, & tandem in vna Lucana ple-
* bis 8. Iunij 1571. * coram Lancellotto, & facit Rota diuersorum decisi. 6. part. 2.

Et tradit rectè Lancellottus de attentatis 2. part. capit. 4. num. 614. & 627. & capite 12. in præfatione nu. 79. & præsertim limitatione 40. & 49. vbi respondet capitulo, constitutis, il secundo de appellation. quod loquitur in appellatione extraiudiciali, vt etiam intelligunt Ioannes, Lupus, Dominicus, & Franchus suprà, Cucchus in institutionibus maioribus lib. 4. nu. 67.

Et simpliciter cum Rota in dicta Neapo. respondet, ac Lancellottus doctrinæ Lambertini de iurepatronat. 2. par. 2. lib. quæst. 11. art. 5. numero secundo, dum dicit institutum posse pendente appellatione ab institutione capere possessionē, quia est quid facti, & effectus consequutiuus institutionis, quod eius lectura est correcta &, loquitur quando institutio
352 non habet vim diffinitiuæ, sed fuit facta extraiudicialiter, & sine contradictore, vt apertè colligitur ex his quę ipse dicit numero præcedenti in fine, quo casu appellatio tanquam interlocutoria non debet facere attentata, vt pro regula firmauit d. ca. 12. limit. 1.

Et idem tradit Brodet. in tract. de appellat. prima parte à quibus actibus, titulo 20. vers. ab institutione præsentandi pag. 419. & vbi post sententiā est facienda institutio, seu collatio tenet Azeuedo in Curia Pisana lib 2. cap. 4. n. 14. Perez. de Gara lib. 2. cap. 11. nu. 1.

Et nouissime in vna Aurien. par-
† rochialis primo Iunij 1596. † coram Penna fuit resolutum, quod quando institutio facta est in contradictorio
353 iudicio, & per sententiā, tunc causa est appellabilis ex Lancellotto limita. 49.

Et in vna Aurien. Parrochialis 4.
† Decembris 1598. † coram Lancellotto fuit resolutum constare de attentatis, & possessionem sequestrandā: fuit enim facta institutio, & possessio capta post appellationem, & ita fuit etiam resolutū in vna Compostellana parrochialis 9. Decembris
* 1592. * coram Penna.

Et quod à sententia institutionis possit appellari, qua pendente si capiatur possessio inducuntur attenta, vt tenuerunt Guidobō. dec. 104. Mohed. decis. 11. de præbendis; & pluries tenuit Rota, & signanter in vna Calaguritana beneficij septi. Maij
* 1574. * coram Blanchetto, & iterum in vna pinziana iurispatron 9. Martij 1598.

354 Amplia etiam si possessio fuerit capta pendente termino ad appellādum Cald. consilio 1. lite pendente. Cassad. cons. 6. dec. 3. de restitutione spoliatorum, Cæsar de Grassis in de. 2. de appellationibus, Caputaquen. decis. 7. part. 1. & in decis. 157. par. 3. Card. Put. decis. 114. part. 2.

Et sæpe Rota tenet hanc opinionem Gonsalez Reg. 8. gl. num. 203. referēs ita fuisse decisum in vna Calaguritana beneficij decimo octauo
* April. 1603. * coram Lancell. . . qui-

Digitized by Google

bus apparet falsam esse opinionem Zeualli in libro communium contra communem quæst. 693. numero 31. Dicentis faciendam esse prouisionem Cappellaniæ spreta appellatione.

SVMMARIVM.

355 *Episcopus (pluribus præsentatis à patrono) digniorem instituere tenetur, & quare num. seq.*

357 *Episcopus omittendo digniorem, dignũ instituens, mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionem si beneficium debetur ex aliqua lege.*

358 *Dignior prætermissus appellare potest, & quis dicatur dignior numero seq.*

Quid faciendum per Episcopum vbi plures personæ præsentantur à patrono.

DECIS. CCXXX.

Circa præsentem articulum de quo pluries consultus semper respondendo dixi, quod quando plures sunt præsentati ab vno patrono, vel æquali patronorũ suffragio, tunc Episcopus tenetur digniorem
355 instituere c. tertio de iurepatronat. & cap. si forte 63. distinct. Rocchus in verbo honorificum quæstione 16. Lambertin. eiusdem nominis tractatu part. 2. quæst. 2. art. 26. Lopez in l. 5. tit. 15. part. 1. Perez de Lara lib. 2. cap. 2. num. 134. Azor. 2. part. lib. 6. ca. 22. quæst. 14. Vega in summa part. 1. cap. 36. casu 34. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Beneuentana parochialis decimotertio
* Iunij 1590. * coram Orano.
356 Cuius decis. ratio est ne beneficia ecclesiastica indignis conferantur c. nihil de ætate & qualit. c. finali eodem tit. vnde Episcopus instituendo dignum omisso digniori pec-
357 cat mortaliter Diuus Thomas 2. 2. quæst. 36. art. 2. & q. 185. articulo tertio & quodlib. 6. artic. 9. & quodlibet 8. artic. 6. Ioannes Maior in 4. sent. qu. 8. & quæst. 9. Caietan. 2. 2. qu. 62. artic. 2. Archiep. Florentin. 2. part. titulo primo. cap. 20. §. 1. Rocchus de Curt. de iurepatronat. verb. honorificum quæst. 15. Siluester in sum. verb. electi 1. qu. 16. latissimè Lamber. de iurepatron. libro 3. art. 10. quæst. princ. part. 1. numero 5. fol. 252. colum. 4. & faciunt, quæ notat Rebuff. in pract. benefic. pag. 39. numero 62. sub rub. requisita ad collationem bonam & insignis vir Dominicus Soto lib. 3. de iustit. & iure qu. 6. artic. 2. & Couarr. reg. peccatum 2. part. §. 7. numero 4. de reg. iuris libro 6. nouissimè id nunc probant.

Quamuis non teneatur ad restitutionem, præter quam si beneficium deberetur digniori ex aliquo statuto vel lege, reperto in concursu, tunc enim si minus digno conferat, peccat, & tenetur ad restitutionem; vt fuisse decisum testatur Gratianus, in dec. Rotæ Marchiæ 97. post Nauarrum in Manuali cap. 17. num. 74.

358 Immò sunt, qui tenent, quod dignior prætermissus poterit appellare, vt sunt Panorm. in c. cum autem num. 5. de iurepat. Lamb. dicto art. 26. & dicto art. 2. Decius consil. 119. Azor. 2. part. libro 6. cap. 22. quæst. 14. Garsia de benef. part. 7. capite 4. Gratian. dec. 97. & tenuit Rota Romana in vna Salamentina Cappella-
* niæ * coram Mantica; quicquid in contrarium voluerunt Couar. in reg. peccatum par. 2. §. 7. Didac. Perez l. 2. tit. 6. libro 1. ordinamenti Gut-

Guttierez canonicarum quæst. libr. 2.cap.11.numero 23. quamuis à gratificatione Episcopi quando sunt æquè digni, non detur appellatio secundum Decium in cons. 129. num. 1. Fuscum deuixit lib. 2.cap. 10. num. 3. & Rota in vna Hispalen. benefi-
* cij * coram Brauo: & ita etiam voluit Alexander Raudensis decis. 35. & 36.

359 Illud tamen hic non est prætermittendum, quis dicatur dignior, & respondetur in hac materia non simpliciter dicitur ille, quis doctior sit vel sanctior; sed is qui iuxta munus, & rem cui præficiendus est aptior eius ministerio apparet, Perez lib. 1. tit.6.l.1.Greg. Lopez in l.5. verb. digno tit. 15. part.1. & pluries tenuit Rota Roman. præsertim in vna Ci-
* uitatis Castelli 16.Iunij 1589.* coram Orano, & iterum in vna Beneuenta-
* na parrochialis 13. Iunij 1590.* coram eodem teste, Farin. decis. 655. & in decis.677. & relaxationi examinatorum de habilitate examinati standum esse, refert idem fuisse decisum in dec.672.

Notabilia quædam in materia iurispatronatus.

PRimo iuspatronatus est quoddã ius honorificum onerosum, & vtile alicui competens in Ecclesia, pro eo quod de Diocesiani consensu ecclesiam construxit, fundauit vel dotauit ipse, vel is, à quo Caussam habuit March. de Mant. Singul.5.

Iurispatronatus tres sunt termini; præsentatio, admissio; & institutio de quibus per Gaspar Cab. Milleloq.150.

Quod patronus habeat iuspræsentandi, & patronatus ius sit specialiter, & exorbitans, & de gratia indultum laico, in quo nullum ius cadit spirituale, scribit Ægid.Bellam. conclusio 751.

Cappellæ fundatæ per laicos in fundis propriis sine consensu Diœcesani non sunt beneficia Ecclesiastica, & tunc hæredes fundatoris possunt sine authoritate superioris conferre Cappellas cuilibet Guid. Pap. q.341.

Collatio non confertur patrono per executorem Aegid. conclusion. 212.

Patroni laici possunt conferre beneficia Ecclesiæ Collegiatæ, & præsentare vide Boer.in dec.32. imò mulier ex priuilegio Romanorum Pontificum potest beneficia conferre, ibidem Boer.d.dec.32. numero 10.Cassad.dec.1. tit. de iurepatronatus.

Beneficia spectantia ad collationem laici, quando Episcopo non acquiritur vide Ægid.conclus. 107.

Præsentandi qui habent potestatem, nõ semper habent facultatem instituendi Bellam.conclus.701.

Patronus infra tempus iuris ad parrochialem Ecclesiam præsentans religiosum regularem iuri non satisfacit, nec excusatur per hoc à negligentia, minus hoc casu deuolutio impeditur Ægid.conclus.750.

Iuspatronatus est indiuisibile, tamen venit accessoriè ad Castrum alteri fratrum assignatum Marc. qu. 145.

Pactum inter patronum, & præsentatum, vt debeat resignare, seu renunciare beneficium in tertio est simonia cum ipso iure, sed tunc an possit dispensari super tali crimine vid.Marc.quæst.475.

Patronus per procuratorem, & per litteras potest præsentare, & præsentatus ad ordinarium accedere (vt ab ipso examinetur, & institua-

tur) tenetur, & facta pręsentatio sine mandato à quibusdam personis, potest ratificari Marc. q. 479.

Præsentatio patroni clerici habet vim electionis, & patroni consensus ex post facto superueniens sufficit D D. de Rota decisi. 1. tit. de institut. in antiq. alias 527. vide Puteum dec. 181. lib. 3.

Nepos admittatur cum patruo ad iuspatronatus, vide eundem Marc. q. 1133. Eligere, & præsentare habens facultatem, potest eligere, & præsentare eius patrem filium nepotem idoneum & capacem, alias secus idem Boer. d. dec. 11.

Patronus semel potest eligere, aut nominare tantùm, Gom. Leo dec. 11. num. 4. in dec. diuersorum.

Patroni non debent præsentare aliquos, nisi discreti sint, & honestæ famæ cap. in Lateranensi ex. de præbendis, & dignit.

Patronus ex fundatione ecclesiæ consequitur tria, nempe ius præsentandi, onus defendendi, & si vergit ad inopiam sibi subuenitur. Abbas qu. 3. num. 14. & cap. quicunque 16. quæst. 7.

Rex Franciæ an habeat iuspatronatus conferendi dignitates, & beneficia ecclesiastica vide Boer. dec. 23.

Voluntas Episcopi præfertur voluntati patroni, quo ad vtilitatem ecclesiæ Bellam. conclusio. 177. numero 5.

Patronus donans ecclesiam, an censeatur donare ius, quod in ea habet, vide ibid. conclus. 705.

An Papa censeatur motu proprio dispensare super iurepatronatus, vide eundem Bellam. conclusi. 752.

Iuspatronatus Communitatis nō probatur per testes Communitatis Veral. decis. 134. part. 2.

Papa statuto fundationis derogare nunquam intelligitur, etiam si clausula motus proprii apponatur idem Marcus q. 492. nu. 10.

Præsentans nulliter, non priuatur facultate præsentandi, sed potest iterum præsentare, Crauetta consil. 63. nu. fin.

Dispositio legis, si vnquam C. de reuoc. donat. an habeat locum in iurepatronatus Dec. cons. 675. Iuspatronatus in ecclesia conuentuali habere non est licitum, nisi ostendatur priuilegium Apostolicum Puteus d. 366. lib. 2. numero 6. vel constet de licentia Episcopi concessa tempore fundationis ecclesię idem decisi. 379. lib. 2.

Priuilegium præsentandi quando per non vsum admittatur vide Puteum in decisi. 379. & Vera. decisi. 130. part. 2.

Patronus est iurisdictionis illius Episcopi, sub cuius iurisdictione beneficium est situatum Vera. dec. 178. part. 1.

Episcopi concessio, quod beneficium sit de iurepatronatus, non nocet ecclesiæ & successori, idem decis. 128. par. 2.

Iuspatronatus non cadit in regula Cancellariæ, & priuilegio beneficiorum reseruatorum, vide Borgn. decis. 17. de contract. part. 2.

Ecclesia iurispatronatus laicorum non est subiecta examinationi per concursum nec Reg. Cancellariæ de beneficiis reseruatis Borg. d. dec. 17. num. 18. & sequenti.

Compatroni ex causa possunt reuocare alienationes, & permutationes bonorum factas à Cappellis sine eorum interuentu, & sine legitima causa, secus si causa legitima adsit Borgn. d. decisi. 17. numero 33. & 64.

Ordinarius non potest destituere benefi-

Digitized by Google

ire beneficiatum in Eccleſia patronati. Grillenſon conſ. 4.

Patronus excommunicatus non poteſt præſentare, Rota deciſ. 2. de iurepatronatus.

Extrauagans execrabilis habet locum in patrono laico, quoad pœnas, Rot. deciſ. 3. eod. tit.

Iuriſpatronatus expreſſio non eſt neceſſaria in venditione territorij, Rota deciſ. 4.

Iuſpatronatus acquiritur eo ipſo, quod beneficium conſtituitur cum authoritate Epiſcopi, Rota deciſion. 5.

Præſentatus à pupillo maiore infante præfertur præſentato à Tutore, Rot. deciſ. 6.

Præſentatus à donatario præfertur præſentato à patrono, Rota dec. 17.

Patronus, poteſt præſentare ad beneficium vacans de iure, licet non vacet de facto, Rota deciſ. 9.

Finis Praxis Iuriſpatronatus.

PRAXIS MATRIMONIALIS.

Cùm hæc materia ſit locupletiſſima attingam ea, quæ ſunt frequentiori praxi in dies conſideranda in Curia Archiepiſcopali.

Sponſalia de futuro contrahentes an, & quomodo per Curiam Archiepiſcopalem cogantur ad perficiendum matrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium debet eſſe liberum.*

2 *Sponſus ad matrimonium perficiendum eſt monendus, tam ſi ſponſalia ſint iurata, quam non, & quare num. ſeq.*

4 *Sponſi in vtroque foro tenentur ſeruare fidem promiſſam, dato, quod non habuerint animum adimplendi.*

5 *Sponſus renitens ad matrimonium contrahendum excommunicari poteſt.*

6 *Nolens, quando efficiatur volens.*

7 *Abſolutio, à ſententia excommunicationis pertinaci eſt danda.*

Digitized by Google

DECIS. CXXXXI.

1 QVamuis Regula iuris sit, matrimonia debere esse libera l. libera C. de contrahenda stipulatione c. gemma de sponsalibus cum similibus, & coacta infelices solent sortiri effectus c. cum loco de sponsalibus Gabriel consil. 186. & in omnem casum si sponsi cogerentur ad matrimonium contrahendum, sequeretur quod esset validum, etiam metu factum, & consequenter contra iuris dispotionem c. de muliere, & c. veniens eod. ti. nihilominus per Cu-
2 riam Archiepiscopalem Neapolis solent moneri ad contrahendum, & sic ad perficiendum matrimonium per textum expressum in cap. ex litteris il secondo de sponsalibus c. sicut c. de illis il primo vbi Abbas; & reliqui eodem, qui licet loquantur de sponsalibus iuratis: nihilominus procedunt etiam si iuramentum non interuenisset secundum Panormit. in dicto cap. ex litteris nu. 3. Menoch. cons. 386. vol. 4. Surdus consil. 364. nu. 10. Rimin. Iunior consil. 18. vol. 5. post Goffred. Hostien. & alios, quos allegat Couarr. in epitom. de sponsalibus cap. 4. numer. 2. & iuxta hanc opinionem pluries in Rota fuisse resolutum test. Seraph. in dec. 1112. & in Rota Pisana Marta decis. 17. & in Rota Venet. in decis. 9. part. 1. & iterum in Rota Romana textatur Rota diuersorum in decis. 297. & Ratio est, quia quoad Deum paris
3 conditionis est iuramentum, & simplex promissio c. 1. de pactis c. iuramentum 22. qu. 5. quod procedit etiam in sponsalibus secundum Gabriel. consil. 159. vol. 2. Ferrettus consil. 171. num. 1. Decian. consil. 66. num. 5. volum. 4. Ledesma super 3. part. S. Thomæ quæst. 43. art. 1. num. 3. vnde Nauarrus in consil. 18. & in consil. 19. de sponsalibus scripsit, quemlibet teneri in vtroque foro fidem ser- 4
uare, & presertim præstitam in sponsalibus, etiam si promiserit non animo adimplendi.

Imò si sponsus resistit matrimonium contrahere, poterit excommunicari, vt pluries fuit practicatum in Curia Archiepiscopali, & mota 5
fuit ex dispositione textus in c. requisiuit citato tit. vbi Ioan. Andreas Butric. Panormitanus, Præpositus; qui textatur de communi Ledesma de Sacramento matrimonij, quæst. 46. Boer. in consil. 40. num. 22. Ferrettus consi. 171. vol. 1. vnde Hostiensis in summa huius tit. vers. quid sit effectus numer. 9. reiectis contrariis dicit, quòd per Ecclesiam cogendus est matrimonium contrahere, vt de nolente fiat volens, quamuis 6
Ioan. Andreas in citato c. ex litteris, quem sequitur Præpositus tenuit, quod si post excommunicationem iudex videt, eum non prodesse, & excommunicatum esse pertinacem, 7
debet eum absoluere etiam nolentem.

SVMMARIVM.

1 *Sponsi sunt à Iudice, monendi iusta existente causa non contrahendi matrimonium.*

2 *Causa iusta, vel non, matrimonium non contrahendi iudicis arbitrio remittitur.*

3 *Ecclesia non debet esse facilis ad finalem compulsionem.*

4 *Causæ iustæ ac legitima, non contrahendi enumerantur.*

Quid

Quid faciendum per iudicem subsistente iusta, ac legitima causa non contrahendi matrimonium.

DECIS. CCXXXII.

RESpondeo, pro huius quæstionis
dilucidatione, tres esse distin-
guendas conclusiones, prima sit
conclusio in supradicto casu iudi-
1 cem tantummodo monere debere
sponsos, & sic nullo modo illos co-
arctare ad contrahendum DD.com-
muniter in citato cap. ex litteris de
sponsalibus, Abb.in cap. requisiuit
num.4.huius tit. Alexander consil.
212.num.5.vol.5. Gabriel consil. 159.
& in cons.186. num.2.vol.2. Nauar-
rus in manuali cap.22. numer. 27.&
72.Ledesma quæst 43.art.1. versic. 5.
conclus. Triuisanus de priuilegiis
sponsaliorum priuilegio 3.num.3.&
priuil.7. numer. 3.& iuxta hanc opi-
nionem, fuit decisum in Rota Rom.
vt apparet. in decis.497. part.1. di-
uers. Franch. Marchus decis.521. &
in decis. 744. part. 2. Rota Macera-
ten.decis.2. lib.1. Lamphrancus de-
cis.61.

Secunda sit conclusio ad iudi-
candum, an sit iusta, vel iniusta cau-
sa non contrahendi remittitur ar-
bitrio iudicis, Abb.in citato cap. re-
2 quisiuit num.4 quem refert, & se-
quitur Menoch. de arb. iud. libr.2.
Cent.5.casu 455.num. 2. Alex. con-
sil.212.num.5.vol.2. Gab. in d. cons.
159.num.3.& cons.186.num.6. Hen-
riqu.d.lib.11.de matr.cap 14. §.7. cir-
ca finem Rotæ Romanæ in d. dec.
497.numer. 2. tum quia Ecclesia de-
bet esse difficilis ad finalem com-
pulsionem, præsertim quando di-
gnoscitur pertinacia: Abb. in d.cap.
requisiuit num.6.in fin. Ioan.Bapt. 3
Ferr.in d.cons.171.numer. 6. cum se-
quenti.& Gabriel.in d.cons. 186. nu.
3.& 5.& 11.

Tertia sit conclusio inter causas
iustas ac legitimas non contrahen-
di, est magna disparitas inter spon-
sos, puta si vnus erat ditissimus, alter 4
verò Pauper, Paril.cons.58. num. 37.
volum.4.Cacheranus consi.23. item
nobilis alter vero ignobilis, vt fuisse
decisum in Rota Romana textatur
Cæsar de Graffis in decis.2. de spon-
salibus.

Secunda causa est capitale odium
ortum inter prædictos, Gabr. consi.
186.num.8.c.requisiuit, vbi Abb.nu.
4. de sonsalibus Menoch. de arbi-
tris iudicum lib.2.Cent.5. consi. 455.
num.3.cum sequenti, Tadeus Pisa-
nus in rubr. quot modis sponsalia
dissoluantur numer.9.Triuisanus de
priuileg. sponsaliorum priuilegio 7.
& istud procedit etiam si odium es-
set causatum culpa ipsius sponsi
Romanus consil. 190. num. 5. Rota
Maceraten.decis. 2. Ledesma de Sa-
cramento Matrimonij art. 1.1.vers.
5.conclus. & fuit in Rota resolutum
in vna Abulen. Matrimonij 28.
Maij 1593. † coram Blanchetto, & †
iterum in vna Valentina matrimo-
nij 16. Ianuarij 1579. † coram Cle- †
mente VIII. & iterum in vna Hispa-
len.8. Februarij 1580. † coram de †
Rubeis, quibus addo.decis.Seraphi-
ni 1112.

Tertia causa est timor exhæreda-
tionis, puta, si parentes exhæredare
velint: nam pluries hæc causa fuit à
Rota Romana approbata, præser-
tim in vna Tullen. matrimonij 1596.
†coram Penia, & iterum in vna To- †
letana matrimonij 27. Ianuarij
1595. & in vna Romana matrimonij
15. Februarij † coram Orano, quod †
procedit etiam si præfata spon-

DECIS. CXXXXI.

1 QVamuis Regula iu-
ris sit, matrimonia de-
bere esse libera l. libe-
ra C. de contrahenda
stipulatione c. gemma
de sponsalibus cum similibus, &
coacta infelices solent sortiri effe-
ctus c. cum loco de sponsalibus Ga-
briel consil. 186. & in omnem casum
si sponsi cogerentur ad matrimo-
nium contrahendum, sequeretur
quod esset validum, etiam metu fa-
ctum, & consequenter contra iu-
ris dispotionem c. de muliere, & c.
veniens eod. ti. nihilominus per Cu-
2 riam Archiepiscopalem Neapolis
solent moneri ad contrahendum,
& sic ad perficiendum matrimo-
nium pex textum expressum in cap.
ex litteris il secondo de sponsalibus
c. sicut c. de illis il primo vbi Abbas;
& reliqui eodem, qui licet loquan-
tur de sponsalibus iuratis: nihilomi-
nus procedunt etiam si iuramentum
non interuenisset secundum Panor-
mit. in dicto cap. ex litteris nu. 5. Me-
noch. cons. 386. vol. 4. Surdus consil.
364. nu. 10. Rimin. Iunior consil. 18.
vol. 5. post Goffred. Hostien. & alios,
quos allegat Couarr. in epitom. de
sponsalibus cap. 4. numer. 2. & iuxta
hanc opinionem pluries in Rota
fuisse resolutum test. Seraph. in dec.
1112. & in Rota Pisana Marta decis.
17?. & in Rota Vener. in decis. 9. part.
1. & iterum in Rota Romana texta-
tur Rota diuersorum in decis. 497.
& Ratio est, quia quoad Deum paris
3 conditionis est iuramentum, & sim-
plex promissio c. 1. de pactis c. iura-
mentum 22. qu. 5. quod procedit et-
iam in sponsalibus secundum Ga-
briel. consil. 159. vol. 2. Ferrettus con-
sil. 171. num. 1. Decian. consil. 66. num.
5. volum. 4. Ledesma super 3. part. S.
Thomæ quæst. 43. art. 1. num. 3. vnde
Nauarrus in consil. 18. & in consil.
19. de sponsalibus scripsit, quemli-
bet teneri in vtroque foro fidem ser- 4
uare, & præsertim præstitam in spon-
salibus, etiam si promiserit non ani-
mo adimplendi.

Imò si sponsus resistit matrimo-
nium contrahere, poterit excommu-
nicari, vt pluries fuit practicatum
in Curia Archiepiscopali, & mota 5
fuit ex dispositione textus in c. re-
quisiuit citato tit. vbi Ioan. Andreas
Butric. Panormitanus, Præpositus;
qui textatur de communi Ledesma
de Sacramento matrimonij, quæst.
46. Boer. in consil. 40. num. 22. Fer-
rettus consi. 171. vol. 1. vnde Hostien-
sis in summa huius tit. vers. quid sit
effectus numer. 9. reiectis contrariis
dicit, quòd per Ecclesiam cogen-
dus est matrimonium contrahere,
vt de nolente fiat volens, quamuis 6
Ioan. Andreas in citato c. ex litteris,
quem sequitur Præpositus tenuit,
quod si post excommunicationem
iudex videt, eum non prodesse, &
excommunicatum esse pertinacem, 7
debet eum absoluere etiam nolen-
tem.

SVMMARIVM.

1 *Sponsi sunt à Iudice, monendi iusta existente causa non contrahendi matrimonium.*

2 *Causa iusta, vel non, matrimonium non contrahendi iudicis arbitrio remittitur.*

3 *Ecclesia non debet esse facilis ad finalem compulsionem.*

4 *Causæ iustæ ac legitimæ, non contrahendi enumerantur.*

Quid

Digitized by Google

Quid faciendum per iudicem ſubſiſtente iuſta, ac legitima cauſa non contrahendi matrimonium.

DECIS. CCXXXII.

REſpondeo, pro huius quæſtionis
dilucidatione, tres eſſe diſtinguendas
concluſiones, prima ſit
concluſio in ſupradicto caſu iudi-
1 cem tantummodo monere debere
ſponſos, & ſic nullo modo illos coarctare
ad contrahendum DD. communiter
in citato cap. ex litteris de
ſponſalibus, Abb. in cap. requiſiuit
num. 4. huius tit. Alexander conſil.
212. num. 5. vol. 5. Gabriel conſil. 159.
& in conſ. 186. num. 2. vol. 2. Nauarrus
in manuali cap. 22. numer. 27. &
72. Ledeſma quæſt 43. art. 1. verſic. 3.
concluſ. Triuiſanus de priuilegiis
ſponſaliorum priuilegio 3. num. 3. &
priuil. 7. numer. 3. & iuxta hanc opinionem,
fuit deciſum in Rota Rom.
vt apparet. in deciſ. 497. part. 1. diuerſ.
Franch. Marchus deciſ. 521. &
in deciſ. 744. part. 2. Rota Maceraten.
deciſ. 2. lib. 1. Lamphrancus deciſ. 61.

Secunda ſit concluſio ad iudicandum,
an ſit iuſta, vel iniuſta cauſa
non contrahendi remittitur arbitrio
iudicis, Abb. in citato cap. re-
2 quiſiuit num. 4. quem refert, & ſequitur
Menoch. de arb. iud. libr. 2.
Cent. 5. caſu 455. num. 2. Alex. conſil.
212. num. 5. vol. 2. Gab. in d. conſ.
159. num. 3. & conſ. 186. num. 6. Henriqu.
d. lib. 11. de matr. cap 14. §. 7. circa
finem Rotæ Romanæ in d. dec.
497. numer. 2. tum quia Eccleſia debet
eſſe difficilis ad finalem compulſionem,
præſertim quando dignoſcitur
pertinacia: Abb. in d. cap.
requiſiuit num. 6. in fin. Ioan. Bapt. 3
Ferr. in d. conſ. 171. numer. 6. cum ſequenti.
& Gabriel. in d. conſ. 186. nu.
3. & 5. & 11.

Tertia ſit concluſio inter cauſas
iuſtas ac legitimas non contrahendi,
eſt magna diſparitas inter ſponſos,
puta ſi vnus erat ditiſſimus, alter 4
verò Pauper, Pariſ. conſ. 58. num. 37.
volum. 4. Cacheranus conſi. 23. item
nobilis alter vero ignobilis, vt fuiſſe
deciſum in Rota Romana textatur
Cæſar de Graſſis in deciſ. 2. de ſponſalibus.

Secunda cauſa eſt capitale odium
ortum inter prædictos, Gabr. conſi.
186. num. 8. c. requiſiuit, vbi Abb. nu.
4. de ſonſalibus Menoch. de arbitris
iudicum lib. 2. Cent. 5. conſi. 455.
num. 3. cum ſequenti, Tadeus Piſanus
in rubr. quot modis ſponſalia
diſſoluantur numer. 9. Triuiſanus de
priuileg. ſponſaliorum priuilegio 7.
& iſtud procedit etiam ſi odium eſſet
cauſatum culpa ipſius ſponſi
Romanus conſil. 190. num. 5. Rota
Maceraten. deciſ. 2. Ledeſma de Sacramento
Matrimonij art. 1. 1. verſ.
5. concluſ. & fuit in Rota reſolutum
in vna Abulen. Matrimonij 28.
Maij 1593. † coram Blanchetto, & †
iterum in vna Valentina matrimonij
16. Ianuarij 1579. † coram Clemente †
VIII. & iterum in vna Hiſpalen.
8. Februarij 1580. coram de †
Rubeis, quibus addo deciſ. Seraphini 1112.

Tertia cauſa eſt timor exhæredationis,
puta, ſi parentes exhæredare
velint: nam pluries hæc cauſa fuit à
Rota Romana approbata, præſertim
in vna Tullen. matrimonij 1596.
† coram Penia, & iterum in vna To- †
letana matrimonij 27. Ianuarij
1595. & in vna Romana matrimonij
15. Februarij † coram Orano, quod †
procedit etiam ſi præfata ſpon-

Ff ij

ſalia eſſent iurata ſecundum Ruinum conſ.203.num.3.vol.1. DD. cõmuniter in citato c. requiſiuit, Silueſter, & reliqui Summiſtæ in verbo ſponſalia numer.10. & fuit dictum in citata Valentina matrimonij, & his omnibus addo Seraphin. non optimè loquentem in deciſ. 1258.

Quarta cauſa eſt ſuſpicio morbi Gallici; argumento textus in cap. litteras de coniugio leproſorum Maiollus de irregularitate lib. 2. cap. 19. Seraphinus citata deciſ.num. 9.in fi. facit text.in cap. quemadmodum §. quid ſi poſt.de iureiurando, & fuit in Rota reſolutum in vna Toletana
† matrimonij 27. Iunij 1595. † coram Illuſtriſſimo Seraphino.

Summarium.

1 *Sponſus de futuro, contrahens cum alia pœna extraoodinaria eſt puniendus, & quare num.7.cum limitatione nu.8.*

2 *Attentans, ius videtur ſpernere.*

3 *Iudex plus offend tur in attentatis, quam pars.*

4 *Contemptio qualiter cognoſcatur.*

5 *Attentare, dicitur delinquere.*

6 *Sponſus non perficiens ſponſalia iurata, ſed aliam ducens, eſt periurus, & peccat mortaliter, etiam nullo præcedente iuramento.*

An ſponſus de futuro, qui matrimonium contraxit cum alia ſit aliqua pœna puniendus.

DECIS. CCXXXIII.

Contraxerat quidam ſponſalia de futuro cum aliqua puella, demum nolebat cum ea ſolemnizare matrimonium, quare introducta cauſa in Curia Archiepiſcopali, fuit per eandem curiam prouiſum, vt moneatur, & in caſu renitentiæ eſſet cogendus, vnde ſponſus lite hac pendente de facto contraxit matrimonium cum alia, propterea fuit
mihi quæſitum, An præfatus ſponſus 1
veniret aliqua pœna plectendus; ego dicebam, quod ſic, & monebar ex pluribus.

Tum primo, quia id videtur feciſſe in contemptum iudicis, & iudiciis pendentis, & dubium non eſt, quin præfatum matrimonium dica-
tur attentatum; vt deciſum refert 2
Caſtillus deciſ. 95. & attentans dicitur ius ſpernere, & iudicem; vt latè per Lancellot. in tract. de attent. in præfati. num. 52. Erculanus eiuſdem nominis tractatu c. .per totum, & c. 20.Rota deciſ.26. de appellat.in antiquis, immo in attentatis plus offenditur iudex, cuius iudicium ſpre-
tum eſt, quam pars, Pariſius conſ. 41. 3
num.38.vol.1.Franchus in cap. bonæ col.4.verſ.6.de appellat.Rota deciſ. 2.de reſtitutione ſpol.in nouis, & in deciſ.5. vt lite pendente in antiq. &
contemptus deducitur, ſi quis ſciẽs, 4
& prudens, prohibitioni ſuperioris non pareat, vt latiſſime per Maſcard. de probat.conclu .433.per totum; vbi remiſſiue ponit etiam Diſcrimen inter ſpernere, & non parere.

Tum ſecundo, quia attentare eſt 5
delictum, & ſonat in malam partem c.cordi vbi notant communiter omnes de appellat. in 6. Alexander conſi.99.num.9.vol.5.Decius conſi. 123.num.4.& ſeq num.1. Bero.conſi. 120.num.33. vol. 1. Magon.Rota Lutenſ.deciſ.54.num. 9. Beninten. dec. Bononij 42. Caſtillus citata deciſ. 95. & propterea videbatur dictum ſponſum debere puniri extraordinario arbitrio iudicis.

Tum tertio, quia talis ſponſus in- 6
currit

curritin periurium, quando in primis sponsalibus interfuit iuramentum, immo peccauit mortaliter ratione illius transgressionis, gl. in c. ex litteris il 2. de sponsal. & in l. iusiurandi in glos. fin. C. de rebus cred. Bald. consi. 329. num. 3. vol. 2. immo etiam si nullum iuramentum interuenisset, adhuc peccauit mortaliter violando fidem patronis præstitam in primis sponsal. c. 1. de sponsalibus duorum, Imola in l. Titia in princip. ff. de verb. obligat. & tenent expresse Paludanus 4. d. 28. q. 1. art. 1. conc. 4. num. 58. supplementum Gabrielis 4. d. 28. qu. 2. artic. 2. concl. 2. Henriquez li. 11. de matrimon. c. 14. nu. 2. & c. 13. num. 3. Emanuel 1. tom. summæ in 2. editione, c. 245. num. 8. Alexander Neuo c. litteras nu. 7. de sponsalib. impub. Præpos. in c. sicut nu. 8. de sponsal. Azeuedo li. 5. recopilat. tit. 1. l. 1. num. 13. in fin.

7 Tum tandem deberet puniri præfatus sponsus ratione interesse puellæ tam in bonis, quam famæ secundum Gratian. decis. 23. quia alias non diceretur attentasse, vt per Innocent. c. 1. in verbo præiudicium extra vt lite pendente, & ibi Collect. Ioannes Monachus in rubr. huius tit. lib. 4. in 6. Rot. decis. 25. de rescriptis in nouis, Bellam. decis. 29. & ita decidendo voluit, Franch. March. decis. 747. & Aneuus Ruber. decis. 5. lib. 3.

8 Limitarem tamen conclusionem principalem quoad pœnam, quando ab initio aderat causa rationabilius, propter quam fuisset licitum discedere à sponsalibus de futuro, quia eo casu non teneretur sponsus ad iniuriam, vel interesse, vt singulariter notat Innocent. in cap. sicut de sponsal. Ioannes Andreas in c. requisiuit. cod. tit. Lanfranceus decis. 70. Franc. Marcus decis. 747. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Textus in cap. is, qui de sponsalib. per Sacr. Concil. Tridentin. est correptus.*

2 *Matrimonium est nullum sine parochi præsentia, & duorum testium.*

3 *Sponsalia per copulam subsequutam in matrimonium minime transeunt, & quare per totum.*

Textus in c. is, qui de sponsalibus an procedat post Concilium Tridentinum.

DECIS. CCXXXIV.

Absque difficultate fuit semper dictum in Curia Archiepiscopali dispositionem textus in cap. is qui de sponsal. quo cauetur sponsalia de futuro per carnis copulam transire in matrimonium de præsenti hodie esse correptam attentata dispositione Sacr. Concilij Tridentini Sessione 24. c. 1. de reformatione volentis nulla dici matrimonia, & inualida; in quibus non interfuit præsentia parochi & duorum testium, vt tenuerunt etiam Nauar. 1. manual. c. 25. nu. 144. Didac. Spin. in spec. testament. in glos. 15. princip. numer. 55. Iacob. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 1. ex num. 6. & num. 99. Lancellot. Gallia, in consuetudine, Alexand. in gl. maritus q. 1. numer 18. in fine Guttierez lib. 1. canonicarum quæstion. cap. 8. num. 4. & pulchre de iuramento confirmat. 1. part. c. 51. num. 12. Mantiec. li. 5. recollection. tit. 1. de matrim. glos. 1. rubr. num. 43. Mozius in dicto §. de naturalibus sponsaliorum numer. 5. Didac. Perez. lib. 5. titul. 1. l. 1. pag. 41. col. 1. versic. in primis enim; & ita fuisse decisum testatur Triuis. dec. 2.

Quorum sententia fundatur ex pluribus.

Tum primo, quia huiusmodi matrimonium reputatur præsumptum quando copula fuisset subsequuta per sponsalia, & iudicatur Clandestinum quantum ad pœnas iuris, & constitutiones synodalium; vt tenet Adrianus in 4. tit. de matrimonio, quæst.1..ad 3.Henriqu. in cap.fin. de Clandest.sponf.Couarr.in 4. decret. par.2.cap.6.in princ.num.9. glos. fin. quare apparet euidenter iure nouissimo sponsalia non transire in ma-
3 trimonium, per copulam subsequutam, Graff.decis.aurear. par.1.lib.2. c.82.num.4.Surdus cons.364.nu.54. Henriquez in sum.Theol. mor. li.11. de matr.cap.13.num. 3. Greg. de Valent.super D. Thomam. tom. 4. dispos.10.quæst.2.punct.4. Sil. in vers. sponsalia nu.4.

Tum secundo, quia Concilium prohibet contrahi matrimonium de præsenti, & introduxit formam, quia in posterum matrimonia contraherentur, vt cessent peccata, & inconuenientia; quæ alias solebant oriri ex Clandestinis coniugiis, ergo nullo modo possunt sponsalia de futuro, vel conditionalia effici de præsenti per carnis copulam subsequutam, nec valebit matrimonium, nisi expresse ante seruetur forma tradita à Sancto Concilio ad matrimonia de præsenti contrahenda, in vers. *(qui aliter, quam præsente parocho)* &c.

Tum tertiò, quia si aliud diceremus, adhuc orirentur, aut saltem daretur occasio oriendi eadem peccata, quæ Sacrum Concilium perpendit ex Clandestinis coniugiis ortum habere, immò daretur via defraudandi omnino disposita in hoc per Sacrum Concilium, qui vellent clandestinè contrahere, & peccata supradicta committere, scientes se id directò facere non posse, hoc est, contrahendo de præsenti matrimonium clandestinum, contraherent scienter sponsalia de futuro, vel conditionalia, & postea cognoscerent se carnaliter, ad hoc, vt prædicta sponsalia transirent in matrimonium de præsenti, sicque non fierent denunciationes, ne cætera, quæ Sacrum Concilium requirit, nec interueniret parochus, nec alius Sacerdos de ipsius parochi vel ordinarij licentia ad matrimonium contrahendum, ac per subsequens illuderetur forma tradita per Sacrum Concilium in matrimoniis contrahendis: & multa peccata orirentur; quod nequaquam est dicendum, nec permittendum.

Tum quarto, quia cum Sacrum Concilium prohibeat expresse matrimonia de præsenti aliter contrahi siue celebrari, nisi cum forma in eo contenta; à fortiori idem credendum in matrimoniis de præsenti, non quidem expressis, sed tacitis, & à iure inductis, & præsumptis per carnis copulam subsequutum, cum eo casu iura præsumant contrahentes videri recessisse à futuro, vel à conditione apposita, & velle celebrare de præsenti & purè, vt in dictis iuribus probatur, & notatur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ob viri sæuitiam separari potest, etiam ob vxoris causam.*

2 *Sæuitia si sufficiens sit ad matrimonium separandum; iudicis arbitrio remittitur.*

3 *Arbitrium iudicis iure, & ratione est moderandum.*

4 *Vxori de sæuitia viri non creditur.*

Digitized by Google

5 *Sæuitiæ quæ dicantur in hac materia.*
6 *Vir tenetur ad præstanda alimenta vxori matrimonij separationem, quærenti etiam appellatione pendente.*
7 *Vxor an teneatur (pendente separationis lite) cum viro cohabitare.*

Quæ sæuitia sit necessaria, vt matrimonium separari possit.

DECIS. CCXXXV.

1 IN dubitati iuris est matrimonium separari posse ob mariti sæuitiam tex. est expressus in §. mitiores in authentica de nupt. glos. in c. de benedicto 32. q. 1. Speculator de spons. §. fin. num. 7. Hippolitus in l. 1. in fine C. de raptu virginis. facit textus in cap. 1. vt lite non contestata; iuxta quam opinionem fuisse in Rota decisum testatur Farinac. decis. 278. Seraph. decis. 226. in Senatu Venet. fuisse pariter decisum scribit Triuis. decis. 45. part. 1. in Rota Fuizanen. Caualc. decis. 28. in Senatu Pedemontano Thesaurus decis. 130. ac tandem in Senatu Delfinatus, Franciscus Marcus decis. 738. part. 2.

Et hanc esse iustam, ac legitimam causam voluerunt, Riminald. Iunior cons. 174. nu. 13. Mantua cons. 64. nu. 19. vol. 2. Monald. consil. 13. vol. 1. Et separatio huiusmodi fit etiam si mulier dederit causam, & in tale odium ob sui culpam inciderit glos. in cap. de Benedicto 33. quæst. 1. Abbas in c. litteras nu. 23. de test. spoliat. Paris. cons. 54. vol. 4. num. 13. Triuis. citata decis. 45.

Dubitatum tamen fuit in curia Archiepiscopali, ob qualem sæuitiam mariti vxor diuertere possit, & fuit dictum, quod licet arbitrio iudi-
2 cis relinquatur, quæ sit, vel ne magna sæuitia secundum Tiraq. in l. si vnquam in verb. omnia, vel partem in fine C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitr iudicum casu 139. in fine, & in cons. 299. Henriquez consil. 1. col. vlt. & in consil. 86. numer. 10. & sequenti, Costa de remed. subsid. remedio 8. nihilominus arbitrium istud debet iure, & ratione regulari, Bald. in auth. iubemus in vlt. nota- 3
bili, C. de iudiciis, & fuisse decisum scribit Beninten. decis. 30. hinc est quod non creditur vxori de sæuitia 4
mariti nisi probetur, Lupus in c. per vestras, in 3. not. num. 7. Riminal. inter Consilia matrimonialia consil. 81. numer. 24. cum pluribus sequentibus, & tenuit Rota Romana in vna Perusina separationis thori 28. Iunij 1589.† coram Gipsio, & pro- †
pterea vani timoris nulla habetur consideratio l. 3. ff. ex quibus causis maiores, Rolandus consil. 27. num. 3. vol. 3. Macerat. consil. 16. Merenda consi. 90. num. 4. si quidem iustè duntaxat timet, qui timet, quod etiam constantes timere solent l. metu ff. quod metus causa cum similibus.

In sæuitia autem fuit dictum, quod 6
connumeratur flagellatio, Bart. in l. cum Sacris numer. 7. C. de agricolis, & censit: & ideo si vxor fuerit à marito Flagellis verberata poterit diuertere secundum Farin. decis. 122. Thesaurus decis. 130. Triuis. citata decis. num. 7. Paris. consi. 54 num. 9. vol. 4. licet ex causa licitum sit marito moderatis verberibus vxorem afficere, Paris. dicto consil. 54. num. 33. & 69. Menoch. de arbitris iudicum casu 182. Clarus §. fin. quæst. 56. Paris. de Puteo in tract. sindicatus in verbo sindicantur cap. 6. numer. 6. fol. 107. facit textus in l. de repudiis, & in auth. sed nouo iure capitul. eodem, quæ quidem correptio debet

DECIS. CCXXXVI.

VLtra ea, quæ in præcedenti decisio diximus, est hic notandum nonnullas reperiri causas, ex quibus licitè peti poterit matrimonij separatio, præsertim in eo qui sit ecticus vulgo tisicus, aut cui alitus fœtet intolerabiliter, Borgn. dec. 18. num. 26. part. 2. Consta c. 8. item propter morbum Gallicum Bertazolus dec. 122. item ob furorem incomportabilem, Soccinus cons. 286. in fine item ob crimen nefandum c. omnes causationes 33. quæ. 2. item ob maleficium impediens copulam coniugalem propter sortilegia post factas orationes, confessiones, ac alia spiritualia præsidia, vt tollatur intensa debilitas genitalis, ac remoueantur fascinationes, & incantationes c. si per sortiarias 32. qu. 1. immò si maleficium sit perpetuum, & ab initio fuit decepta ecclesia, fit totalis separatio iudicio ipsius ecclesiæ Franciscus Marcus dec. 177. nu. 14. part. 2. Cappella Tholosana dec. 380. c. 1. cum sequentibus de frigidis, & maleficiatis c. porro de diuortiis latissime Thesaurus fori ecclesiæ. par. 2. cap. 24. num. 3. cum seq. Borg. dec. 18. par. 2. Rota Maceraten. decisio 35. item si vir accusat vxorem de adulterio, & non probat, fit thori separatio ad instantiam mulieris, quia adulterij delictum est capitale l. Gracchus C. ad l. Iuliam de adult. & ita fuit decisum testatur Triuis. decisi. 61. part. 1. item si maritus vitæ vxoris fuerit insidiatus. Abb. in dicto cap. litteras, & c. secundo de diuortiis, Præpositus in c. quæ sit in 2. notab. de diuort. Summa Antonini de diuortiis §. 1. & Siluester §. 6. vbi reprobantes glos. in c. 2. de diuort. dicunt non teneri coniugem cohabitare cum viro vbi est periculum corporis sui; maximè si veniet vxor vitæ exceptionis gloss. in dicto c. litteras, Abb. & Præpositus in dicto cap. 2. de diuortiis; & hoc si aliter prouideri non possit, Abb. in cap. quemadmodum in fine de iureiurando, item ob viri adulterium capit. significasti c. ex litteris cap. gaudemus de diuortiis, Abb. in cap. fin. num. 3. de adulteriis, vbi allegat totum titulum 32. quæst. 6. Paris. consil. 54. num. 42. col. 4. Diuus Anton. in summa part. 3. c. 5. vbi etiam dicit quod si adulteria viri forent notoria vxor valeret propria authoritate, & absque iudicio ecclesiæ à viro diuertere, Couar. de spons. part. 2. c. 7. §. 5. nu. 8. Thesaur. decisio. 130. Caualc. dec. 18. num. 2. par. 2. & in dec. 21. nu. 7. & 26. part. 4. Seraphinus dec. 226. & Maceraten. sæpius citata decisi. 35. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ob nefandum vitium separatur.*
2 *Dictum sodomitati facit indicium.*
3 *Virgini creditur asserētis se ab aliquo cognitam, & pregnantem.*
4 *Conquestus solus mulieris de vitio nefando non est ad matrimonium separandum sufficiens, & quare.*

An solus conquestus mulieris de vitio nefando sit sufficiens ad separandum matrimonium.

DECIS. CCXXXVII.

NOn dubitabatur in Curia Archiepiscopali Neapolit. separationem matrimonij fieri posse ob nefandum crimen per text. in c. adult. c. flagida c. non solum 32. qu. 7.

Digitized by Google

Abb.in c.maritis de adult.& hæc est communis opinio secundum Lambert.de iurepatron.lib.1.par.2.§. nono articulo 19. Couar.in 4. decretalium part.2.c.7.§.5.num.6. Clarus in §.sodomia versicul.proponitur.facit text.in c.omnes causationes 32.quæ. 7.Dec.in l.si quæ mulier numer. 8. C.
1 de secund. nupt. & iuxta hanc opinionem variis in tribunalibus fuisse decisum text.Lamphran. decisio. 71. prout in Curia Episcopali Papiæ testatur Antonius decisi.79.li.3. in Curia Fiuizanen.Caualcan.decisio.286. ac tandem in Rota Delfinatus refert Franciscus Marcus decisio.739. part.2.

Dubitatum tamen fuit an conquestus mulieris solummodo asserentis se fuisse tentatam ab eius viro de crimine nefando sit sufficiens ad separandum matrimonium, & videbatur prima facie, quod sic ex pluribus.

Tum primo, quia præfata separatio venit concedenda vxori, etiam si fuisset tantum attentata de dicto crimine, vt latè per Menoch.in cōsi. 286.num.14.Alban.cons.70. num.4. Monald.cons.222.nu.4.& sequenti, Salzedus ad Diaz.c.88. Rota Maceraten.dec.46.

2 Tum etiam, quia in hoc crimine dictum sodomitati facit aliqualem iudicium,& probationem, Peguera in decisi.86. Gasp.Thesaur.in decisi. 25.part.2.idem Peg. in decisi. 85. Viuius in decisi.259.Caual.decisi. 13. li. 3. latè ego ipse in collectanea 525. quanto igitur magis in muliere hoc asserente.

Tum tertio, quia creditur Virgini dicenti se ab aliquo cognitam, & ex eo prægnantem esse Boer. decis.299. & in decisi.319. Ant.Faber decisio.18. C.de probat.Papon.Aresto 13.lib.22. Tominc. decisi. 72. igitur,& mulieri credendum est asserenti se ab eius viro fuisse testatam.

Tum tandem, quia pro hac eadem opinione exat doctrina Innocentij in propriis terminis in c. 1. de adult. quem refert,& sequitur Graff.consi. 1.eod.tit.vbi quando maritus pluries voluit trahere vxorem ad vitium sodomiticum debet Iudex ex sola quærela exposita vxorem sequestrare in domo alicuius honestæ personæ ad finem ne tale delictum fiat.

Cæterum præfatis minimè obstātibus contrarium fuit decisum in 4
Curia Archiepiscopali mota ex ratione textus in l. nullus ff.de test. & l.omnib.C. eodem, vbi nemo est idoneus in proprio facto, quare hæc mulier, vt in proprio facto deponēs est repellenda, Rota Bononien. in dec.71.Farin.in decisi.178.Rotæ Romanæ Grammat.dec. 28. numero 12. Marta dec.Pisana 138.ac etiam, ne vxoribus occasio viros accusandi detur, quia facilis esset separandi matrimonij modus.

Non obstant contraria, quia locum habent, quando vltra assertionem innotescit aliquod indicium, per quod iudex poterit moueri ad ita iudicandum secundum Plot. in cons.143.par.1.

SVMMARIVM.

1 *Vxor matrimonium dirimere volens propter impotentiam, non potest ad thori separationem agere si vir adulterium confiteatur, & quare num.3.*

2 *Adulterium commissum est legitima separandi matrimonium causa.*

4 *Mulier inquisita de furto si adulterium confiteatur, ex hac confessione condemnari non potest.*

5 *Reus est priuilegiatus, data probationis paritate inter ipsum, & actorē.*

Exorta

Exorta controuersia super impotentia, si maritus adulterium confiteatur, an vxor ex tali confessione ad separationem thori agere possit.

DECIS. CCXXXVIII.

1 PRæsentis quæstionis responsio fuit negatiua, ex eo præsertim quod huiusmodi confessio fuit emanata incidenter, & proinde non solet haberi in consideratione, argumento textus in c. 1. de exceptionibus, & iuxta hanc opinionem fuit decisum in Rota Romana in vna Paduana matrimonij 6. Martij 1595. † coram Ludouisio, quæ placuit hic ad verbum eam inserere.

Hipolita agebat super nullitate matrimonij contracti cum Marco, ex defectu impotentiæ, & cum positionibus ad illam probandam datis Marc. negaret, & redderet rationem (che sono 4. ò 5. giorni che io hò conosciuto carnalmente delle donne) Hipolita recessit à priori indicio, & cepit instare pro separatione thori propter commissum adulterium, ex dict. confessione resultans. Vnde dubitaui, an esset illi locus, & Domini tenuerunt partem negatiuam: nam licet adulterium per alterum ex coniugibus commissum 2 sit legitima causa separationis contra illum, qui commisit c. intelleximus de adult. c. significasti c. gaudemus de diuort. c. ex parte de spōs. Couar. 2. part. c. 7. §. 5. nume. 8. vers. 5. huic diuortio, & bene probatur per confessionem adulterij d. c. intelleximus, vbi Abb. num. 3. & 4. gl. mag. post med. vers. nisi in c. 1. 32. quæst. 1. Couar. dict. §. 5. num. 12. Natt. consil. 24. in princip. tamen confessio de qua queritur, ex multis non probatur.

Primo, quia iudex contra formam expressam. cap. ex litteris de diuort. processit: nam in primis admisit positionem tertiam, conceptam hoc modo, quod d. Marcus ante contractum matrimonium sæpe tentauit cognoscere fœminas carnaliter, & propter impotentiam non potuerit, cui Marcus non tenebatur respondere: nam si illam fateretur, detegebat turpitudinem suam, Lanfranch. in c. quoniam contra de probat. §. de responsionibus num. 191. Bald. in l. 2. §. quod obseruari numer. 21. & 23. de iuram. cal. Caputaqu. decis. 327. num. 3. & 4. part. 2. & cum bene respondisset Marchus, se non credere, castigauit illam, vt magis præcise responderet, vnde instat suspicio, quod d. confessio fuerit facta ad effectum se defendendi, & excusandi, suggestione, & impositione impotentiæ, ex quo capite solum prætendebatur dissolutio matrimonij, qua suspicione stante, d. confessio non probat, vt notant omnes, in c. attestatione de spons. in c. super eo de cōsang. & aff. & est decisum Put. 118. nu. 13. & 14. li. 2. 3

Secundo dicta confessio fuit facta accessoriè, & incidenter ad alium effectum & de re non deducta in illo iudicio, quo casu non præiudicat ad alium effectum, Dec. cons. 310. n. 4. Afflict. dec. 176. quædam mulier vbi habetur, quod mulier inquisita de furto si confiteatur adulterium 4 non potest condemnari ex tali confessione, quod maximè procedit in hoc casu, ex supra deductis ob periculum animæ, & fauore matrimonij ad tradita per Abb. in cap. ex litteris num. 9. & ibi Henriq. num. 6. de diuort.

Accedat, quod cum d. confessio 5

contradicat confessioni ipsius Hipolitæ resultante ex ipsa positione impotentiæ ad not. per Io. Andreas & Canon. in c. fin. de iureiurando in 6. non potest probari adulterium, tum quia data paritate probationis Actoris, & rei pro reo sit præsumendum est vulg. iur. tum etiam quia Hipolita non potest vti hac confessione, antequam reuocet suam positionem, quam reuocare non potest nisi docto de errore, Bart. in l. post leg. num. 13. de iis quibus vt indigni. cum aliis alleg.

SVMMARIVM.

1 *Tempus triennij datum ad cognoscendum de impotentia secundum vnam sententiam currit tam ante, quam post iudicis pœnitentiam iniunctam.*

2 *Tempus triennij secundum alteram sententiam incipit post pœnitentiam.*

3 *Tempus pro cohabitatione dandum aliquando iudicis remittitur arbitrio.*

Cohabitatio triennalis, quando currere incipiat.

DECIS. CCXXXIX.

INdubitabilis est iuris conclusio, impotentem ad copulam non posse matrimonium contrahere cap. 1. c. quoad sedem. cap. ex litteris, & c. consuluit de frigidis & maleficiatis: & si contraxerit esse pro iure nullum, Comes Leo decis. 39. diuers. Cappella Tholos. in decis. 381. Caualc. decis. 18. par. 2. Romanus singulari 620. Menoch. latissimè de arbitrariis casu 58. quare si de impotentia apparet statim separabitur cap. 1. eod. tit. alias cohabitabunt coniuges per triennium cap. laudabilem eod.

Sed dubitatum fuit à quo tempore currat prædictum tempus triennij in quo dubio duæ sunt doctorum sententiæ.

Prima est Innocentij in cap. fin. eodem titul. volentis sufficere, quod per triennium cohabitauerint, siue ante, siue post pœnitentiam iniunctam à Iudice, quam opinionem sequuntur Card. num. 15. Abb. num. 12. Anania num. 6. in dicto cap. & mouentur per verba eiusdem textus ibi intra prædictos octo annos, loquitur enim de illis annis, qui præcesserunt quærelam nunc expositam coram Iudice. 1

Altera est opinio Hostiensis in dicto c. fin. quem sequuntur Ioannes Andreas numer. 6. Antonius de Butrio num. 10. Ancharan. numer. 9. Boic. nu. 4. & cappella Thol. in de c. 381. dicentis, quòd vt cohabitatio triennalis dicatur formiter facta, requiritur, quod post pœnitentiam, per quam remouetur obex peccati, ex præcepto Iudicis inchoetur, cum aliquando propter peccata, superueniant similia impedimeura, & iuxta hanc opinionem consului, & 2 fuit decisum, & mouebar ad eam tenendam ob id præsertim, quia ita iudicauit Rota Romana in vna dissolutionis matrimonij 5. Maij 1597. † coram Orano idem tenuit Rota in vna Calaguritana diuortij 13. Iunij 1584. † coram Bubalo. †

Est tamen notãdum in praxi, quod in pluribus casibus Rota terminum habitationis remisit arbitrio, & minorem triennio statuit, vt voluit in vna Taurinen. dissolutionis matrimonij 16. Martij 1590. † coram Illustriss. Platta. 3

Secundo notandum, non facere fidem testimonium meretricis asse-

rea-

rentis, virium post amplexum,& oscula secum cubantem frustra pluries tentasse cum ea coniunctionem carnalem, Rota in vna Taurinen. dissolutionis matrimonij. 30. Octobris 1597.* coram Orano. *

SVMMARIVM.

1 *Beneficium,accessus,regressus,per matrimonium contractum amittuntur, etiam forma concilij non seruata n.2.*
3 *Beneficium vacat etiam per matrimonium copula Carnali non subsequuta.*

An per Matrimonium vacat beneficium.

DECIS. CCXL.

IN facti contingentiam dixi indubitabilem esse iuris conclusionem per matrimonium vacare benefi-
1 cium Ecclesiasticum cap.1. & cap. diuersis fallaciis de clericis coniugatis latissimè Mascard. de probationibus 182. Sanchez de matrimonio libro 7. disputatione 42. num.4. Gonsalez Gloss. 15. nu. 43. Lessius de iustitia & iure li.2.cap.34.nu.21.

Amplia primo vt per matrimonium nondum amittat beneficium verum etiam accessus,regressus, & alia iura ad beneficium competentia Parisius de resignatione beneficij lib.1.quæst.14.Zauallus quæst.47. Salzedus ad Diaz.cap.80.

Amplia secundo procedere etiam si matrimonium clericus contraheret sine parocho,aut testibus quia licet sit nullum ob inobseruantiam
2 formę traditæ, per Concilium Tridentinum sessione 24. cap.1.nihilominus amitteret ipso Iure beneficium, vt tenuit Rota Romana in vna Lucan.de insula Sancta, 6. Iunij 1585. * coram Illustrissimo Lancellotto. *

Amplia tertio, procedere etiam in matrimonio copula non sequuta Rota in decis. 1. de sponsalibus, in nouis & eadem Rota in decis.21.de probationibus in antiquis. 3

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum inter consanguineos, per solum mandatum dispensandi nondum cognitum, est nullum.*
2 *Mandatum dispensandi non est dispensatio.*
3 *Dispensatio in matrimonio perficiendo causæ iustificationem requirit,& quare.*
4 *Narratio in matrimonij dispensatione debet esse vera impetrationis tempore, & relationis facta Summo Pontifici,& non post.*

An matrimonium contractum inter consanguineos cum solo mandato dispensandi sit nullum.

DECISIO CCXLI.

ILlustrissimus quidam Dux,quem ex causa non nomino, dispẽsationem existimans habuisse à Sede Apostolica super matrimonio,in tertio, & quarto consanguinitatis gradu illud contraxit, demum animaduertit dispensationem non fuisse sed mandatum dispensandi,ita,vt necesse haberent,illud præsentare Vicario Neapol. cui commissum erat ad finem videndi si preces veritati nitantur, fuit inde dubitatum in Curia Archiepis. si præfatum matrimonium subsisteret de iure, & fuit

Digitized by Google

1 dictum nullam habere firmitatem tanquam contractum inter consanguineos in tertio, & quarto gradu, per textum expressum in Clementina prima de consanguinitate, & affinitate, Concilium Tridentinum sessione 24. capit.1. in fine Afflict.in §. bona contrahentium, in titulo, quę sunt realia Cucc. in institut.canon.libro 3.tit.10.versic. si qui Ioann.Philip. consil. 49. numer.25. Burrell. consil.89.Monald. consil. 123.

Non obstat, quod fuit contractum postquam Papa concesserit gratiam de dispensando, quia ita sunt consanguinei tunc, sicut à principio, secundum Guttierez libr.1. canonicarum quæst.cap.15.numer. 21. & ratio redditur communiter per omnes quia huiusmodi gratia non continet dispensationem, sed tantummodo, Papa committit Vicario Neapoli, vt si preces veritati nitantur, & seruatis aliis de iure seruandis, nomine Sedis Apostolicæ dispenset, quare videtur potius mandatum de dispēsando, quam dipensatio, & hoc adeo verum, quod Nauar. in consil.3. qui filij sunt legitimi, voluit quod, qui impetrata bulla super dispensatione matrimonij, eáque præsentata Vicario, & ante informationem captam, latum decretum per eundem Vicarium matrimonium consumauerit, & filios procreauerit, illi non erunt legitimi, quia adhuc secum non est dispensatum, vt refert etiam ac sequitur Zerula in praxi Episcop. in verbo dispensatio, quæstion.5.Brunell.consil.120.numero 3. & seq.Artamanus consil. 18.Borculten.consil.90.num.4.& seq.

2 His addo aliam rationem, quia dispensatio in causa matrimoinj semper requirit iustificationem causæ, vt fuisse in Rota decisum testatur Caputaq.in decis.116.par. 1.Grillens.cons.99.cuius rationis ratio est, quia in dispensationibus, omnia narrata sunt verificanda, Puteus decis.322.lib.3. Caputaquen. decision. 27. & in decis.371. parte 1.& in decis.240.parte 2.Mohed.decis. 35. de renunt.Rota decis.1678. lib.3. part.3. Diuers.Cæsar de Grassis decis.7. numer. 3.Mandos.Reg.27.quæst.8.numero 16.Paris.lib.4.quæst.2. numer. 44.& lib. 10.quæstion.3.num.1.quicquid voluit in contrarium Rota diuers.in decis.171.numer.1.part.3. Sanchez.de matrimonio libro 8. disput. 21. numero 42. quia cum prima opinione tenuit Rota Romana in vna oscen.Archidiaconatus 19.Octobris 1601. † coram Illustrissimo Lancellotto cui addo etiam Bellam. decis. 735. †

Hinc est etiam, quod narrata in dispensationibus matrimonialibus debent esse vera tempore impetrationis, & relationis factæ Papæ, & non postea tempore exequutionis, vt tenet Cordub.in sum. quæstion. 45.opin.2. pun.1. & Guttierez quæstion.canonic.libro 2. cap.15.numer. 131. & 133. & Sanchez de matrimonio libro 8.disp.30. numer.4, & 5.& Abbas in c. quia circa de consang. & aff.numer. 4. qui ait quod veritas narratorum in dispensatione, est consideranda secundum tempus impetrationis:non enim sufficit narrata prius fuisse vera vel post impetrationem verificata, quando veritas causarum narratur de præsenti, & quod necesse sit probare narrata esse vera tempore impetrationis docent etiam Rebuff. ad leges Gallicas 2.tom. tit.de rescriptis in præfatione nu.56.& Mascard. d. conclus. 1128.num.22.

Non obstat etiam, quod gratia Summi Pontificis incipit currere à tem-

à tempore datæ dispensationis cap. si eo tempore, & ibi glo. in verb. cum tempore de rescript. in 6. c. eam te, & ibi glos. in verb. data eodem titul. & text. in c. eum, cui de præbendis in 6. Guido Papa decisi. 109. Faber decisi. 3. C. de precibus offerendi. de Franchis decisi. 62. & in dec. 326. & in decisio. 309. post Afflict. in decisi. 1. quia respondetur istud procedere, quando gratia est iam perfecta per Principis concessionem; quod non est in casu nostro, quoniam dispensatio est in fieri, quo vsque Vicarius cognouerit super esse causas expressas Sũmo Pontifici, & ex his pariter minus obstabit text. in cap. si super gratia de officio delegati in 6.

Quare fuit decisum præfatos egere noua dispensatione.

SVMMARIVM.

1 *Domus paterna monasterio præfertur in hoc casu.*

Domus paterna an dicatur locus honestus, quoad hoc, vt separato matrimonio in ea permanere valeat vxor.

DECIS. CCXLII.

FVit oppositum cuidam mulieri petenti separationem thori debere citare eius maritum absentem à Ciuitate Neapolis ad finem, vt ipse eligere valeat locum honestum, in quo eius vxor permanere debeat: tamen fuit resolutum esse procedẽdum ad sententiam separationis nõ obstante quod maritus alterius citetur: cuius decisio. ratio fuit, quoniam si maritus tempore sententiæ adesset, nullum alium locum meliorem ac honestum eligere potuisset, nisi monasterium secundum Calc. consil. 121. colum. 3. Crauetta consil. 190. numer. 7. Anna consil. 33. numer. 10. vol. 1. & tamen per Rotam Romanam in vna separationis thori 18. Iunij 1594. * coram Seraphino fuit dictum, quod facta separatione thori, si mulieri iubetur permanere in loco honesto, bene poterit moram trahere in domo Patris, cum Matre, Fratre, & alia sorore nubili, neque debet permanere in monasterio, ex qua decisi. apertè colligitur domum paternam esse præferendam monasterio, pro cuius decisi. confirmatione accedat decisi. Cæsaris de Grassis vnica de diuort. cuius hæc sunt verba formalia, fuit per dominos vnanimiter resolutum Dominam Prudentiam debere permanere in d. domo Patris, in qua vna cum matre fratre, & alia sorore, iam nubili honestè habitat iuxta formam dictæ sententiæ, nec voluerunt eam esse reponendam in monasterio, & mandarent causam pro iustitia esse expediendam. *

SVMMARIVM.

1 *Parochi schismatici, suspẽsi, excommunicatique præsentia in matrimonio sufficit.*

2 *Matrimonium contractum coram parocho, cui ab episcopo fuit interdictum, ne matrimonijs assistat, valet, & quid si non est specialiter vocatus, ac etiam si dolosè fuit ductus.*

3 *Præsentia parochi sufficit intelligentis vbi quid in parocho affectatè intelligere nolenti.*

4 *Matrimonium illegitimè contrahens tenetur denuò in foro animæ legitimè contrahere.*

Digitized by Google

2 Parochus ruralis an sit proprius
3 Parochus proprius an dicatur ille, in cuius parochia contrahentes habitant animo non permanendi.

Proprius parochus quis dicatur.

DECIS. CCXLIV.

EX Sacro Tridentino Concilio in c. 1. de reform. matrim. sess. 24. statutum extitit, vt qui aliter, quàm præsente parocho, cum duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere ausus fuerit; nullum, & irritum habeatur quem quidem textum prædicti Sacri Concilij Sacra congregatio super declaratione illius
1 declarauit debere intelligi de proprio parocho, in cuius parochia contrahentes domicilium habent, adeo, vt si matrimonium contrahitur in parochia viri, si in parochia mulieris, parochus mulieris intersit, & matrimonium perficiat, assistendo, & verba matrimonii faciendo, vt notat Nauar. in manuali suo c. 25. num. 144. alias numer. fin. & in consil. 1. & consil. 52. de spons. Ledes. de matrimonio q. 45. artic. 5. versic. tertium dubium pag. 195. ex declaratione Illustrissimorum Cardin. resoluunt quod alterius, & cuiuslibet sufficit præsentia, & idem tenet ipse Nauarrus, sibi contrarius, in manual. latè c. 25. num. 44. in impressione 1598. & attestatur de declaratione, & intelligit se ipsum, vt ibi, & cum omnibus tenet, Caualc. decis. 12. num. 21. 2. par. Segura in directorio 2. part. capit. 25. num. 45. & Salzed. d. cap. 73. addit. 2. versic. decimoquarto, in impressione anni 1594. & Spin. d. Gloss. 15. numero 41 apud quos etiam inuenietur, vtrum sit necessarium, quod matrimonium celebretur in parochia parochi authorantis inter essentis in quo articulo pugnant inter se Salzed. & Spin. vide eos, & Nauarrum, & Caualcan. vbi supra.

Quare dubitatum fuit in quadam causa matrimoniali quis dicatur proprius parochus ad finem contrahendi matrimonium, & fuit dictum esse illum in cuius parochia habitant tempore matrimonij, vt ex declaratione Sacrę Congregationis resoluit Vega in silua casu 225. & Segura dict. cap. 15. num. 50. Zeuall. citata quæst. 604. num. 50.

Non tamen sufficeret præsentia parochi ruralis illius, qui principale domicilium habebat in ciuitate, alterum tamen in rure vbi ad tem- 2
pus in anno recreationis, vel colligendorum fructuum causa accedebat, Menoch. consil. 398. Nauarr. consil. 2. de clandest. sponsal. Sayr. decis. 4. de sponsal. & pluries fuisse decisum in Rota Romana testatur Seraphin. decis. 615. Rota diuersorum decis. 644. & in dec. 656. part. 1. prout à simili quando, qui se transfert ad aliam parochiam animo re- 3
uertendi ad primam, non potest cõtrahere coram parocho secundæ Spin. citat. glos. 1. numero 45. & Zeuallus quæst. 458. numer. 36. Caualc. dec. 12. numer. 22. par. 2. ex quibus euidenter apparet falsam esse opinionem Triuis in decis. 23. part. 1. volentis non posse contrahi matrimonium in præsentia parochi mulieris, si in parochia viri per annum habitauerit, vti amasia in domo eiusdem amasij.

SVMMARIVM.

1 Cognitio causæ matrimonialis ad Episcopum tantum spectat.
2 Nuntius Apostolicus causarum matrimonialium cognitionem non ha-

bet nisi esset legatus à latere.

3 *Capitulum Sede vacante, vel eius Vicarius Episcopo in causa delegata non succedit, cum limitat.*

Causæ matrimoniales an cognoscantur per cap. vel eius Vicarium Sede vacante.

DECIS. CCXLV.

HVic quæst. dubitationem non mediocrem faciebat text. in c. accedentibus de exces. Prælatorum, qui confirmatus est per text. Sacr. Conc. sess. 24. cap. 20. versic. ad hæc causæ matrimoniales de reformatione, quibus in locis disponitur co-
1 gnitionem causarum matrimonialium ad Episcopum, & non ad alium inferiorem pertinere, quare Farin. in dec. Rot. 100. voluit ob hanc rationem non posse Abbatem, qui iura Episcopalia non habet de causis matrimonialibus cognoscere, vnde Rot. Rom. in vna Montis Rea-
* lis matrimonii 23. Ianuarii 1587.* coram Seraph. tenuit cognitionem causarum matrimonialium non habere Nuntium Apostolicum, nisi esset legatus à latere, & quod huius-
2 modi cognitio ad Episcopum tantum spectet, videndus est optimè Seraph. in dec. 765.

Sed quicquid sit ego distinguendo respondi, quod aut loquimur de ordinaria iurisdictione, & non videtur dubium, quia cap. in omnibus iurisdictionibus succedit Sede vacante, in locum Episcopi, Rot. per Cantucc. decis. 1. num. 13 in 2. lib. diuers. nouiss. Ioan. Franc. Pauin. de officio & potest. cap. Sede vacante qu. 10. numer. 8. 1. part. princ. Imò venit appellatione Ecclesiæ c. clerici de verb. sign. c. cum antiquos 10. quæst. quare si agatur de causa matrim. ex ordinaria iurisdictione, non videtur dubium, quia Vicarius Sede vacante deputatus à capitulo eam cognoscere valet, qui in totali iurisdictione Episcopi succedit gl. in cap. 2. ne præl. vic. suas & cum ea transit Mar. Ant. Cucch. in sua institut. canon. de offic. & potest. c. num. 29. & 30. 31. & 32. & illic numero 93. secundum allegata dicit, quod generaliter succedit in omnibus, quæ in spirituali, & temporali iurisdictione competebant Episcopo, vt idem tradit d. Pauin. in eodem tit. in 1. quæst. 1. partis.

De delegata vero magis est dubitandum; nam quando est commissa causa Episcopo seu eius Vicario, in hæc verba scilicet dilecto filio Vicario fratris nostri Episcopi videtur, quod capitulum non succedat in delegatione per ea, quæ not. Lap. alleg. 88. commune Florentiæ; & Pauin. in loco allegato, num. 3. qui tamen ibi num. 4. vers. verum pro concordantia, dicit quod quando sit necesse & vtile causam expediri, vt est tunc cum agitur de sedandis inimicitiis, vel de restituenda fama, & similibus & idem tenet Cucc. tit. quo supra num. 8. & 84.

SVMMARIVM.

1 *Sollemnitates in matrimonio contracto per vim & metum occultum, non sunt reiterandæ, secus in manifesto.*

Solemnitates Sacri Concilij, quando sint repetendæ in contractum matrimonij.

DECIS. CCXLVI.

PRo decisi, huius quæstionis, quæ pluries mihi contingit, & præsertim

sertim in Curia Archiepiscop. Neapolit. placuit mihi hic inserere ad verbum dec. Rotæ Rom. in vna Toletana matrimonij 15. Decembris
* 1589. * coram Illustrissimo Seraphino, quæ sic se habet.

Retuli RR.PP.DD. meis me consuluisse Illustrissimum ac Reueren. Dominum Cardinalem Carrafam super allegata decis. Sac. Congregat. Concilij in materia matrimonij per vim & metum contracti, qui Illustriss. Dominus meus ostendit mihi librum suum præsente R. P. D. meo Comitulo, in quo scriptum erat in hanc sententiam; quæsitum fuit quid seruandum in his, qui per vim & metum adhibitis omnibus sollemnitatibus à Sacro Conc. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformatione contraxerunt, congregatio respondit si huiusmodi impedimentum sit
1 occultum, & partes postea in matrimonio sic contracto permanere liberè consentiunt, consueuisse Papam ex stylo pœnitentiæ, quamuis matrimonium sit nullum, ratione etiam occulti impedimenti dispensare ita, vt de nouo possint inter se contrahere, non adhibitis seu repetitis solemnitatibus à Concilio requisitis: si vero impedimentum sit manifestum, iterum contrahendum est, repetitis omnibus sollemnitatibus in primo contracto adhibitis: fuit etiam per nonnullos ex dominis dictum hãc fuisse sententiam Francisci à Vittoria in suis relectionibus theologicis relection. 7. de materia in secund. puncto 1. partis numero 9. vers. in contrarium, & Ioh. Guttierez canonic. quæstionum capite 18. præcipuè numero 4. & 7. cuius opinio videtur carere difficultate post Concilium, maxime stante dec. Sac. Congregationis super qua etiam fundat seipsum, qua relatione habita domini mandarunt, vt si pars nihil releuans deducit in conttarium, causam expediam.

SVMMARIVM.

1 *Puella est sequestranda lite pendente.*
2 *Locum honestum quale dicatur.*
3 *Puella de ciuitate in aliam transferri potest, quando matrimonium timetur vi esse contrahendum.*
4 *Puella non potest sequestrari, si alter coniugũ esset in possessione, & quare.*

Puella quando sit sequestranda.

DECIS. CCXLVII.

RESpondetur lite pendente super matrimonium Bald. in c. pen. in 3. not. de probat. Alexander de 1
Neuo cons. 80. numero 6. & sequenti Zilett. inter consilia matrimonialia 8. quando enim agitur de matrimonio contrahendo, & est suspitio, ne ei inferatur violentia, & consequenter consensus non sit liber, debet ea sequestrari in aliquo loco tuto, & honesto ad finem explorandi eius voluntatem, vt probant text. in c. cum locum de spons. & in c. penult. de probat. inter loca honesta connumeratur vltra monasteriũ domus materna Cæsar de Grassis in dec. vnica de diuortiis, quam limita quando mater instet pro dis- 2
solutione matrimonij, vt fuit in Rota decisum in vna Romana matrimonij 29. Aprilis 1579. * coram *
Illustrissimo Blanchetto & redeundo ad casum 1. loco positum est animaduertendum, quod Rot. Romana in vna Ipporrig. matrimonij 30. Martij 1589. * coram Comitulo *
tenuit puellam de qua erat dubium ne vi contraheret, esse adducendam

ad Ciuitatem Mediolani extra lo-
3 cum suspectum propter Principis loci timorem, & in Ciuitate Mediolani esse collocandam in aliquo monasterio non suspecto, vt exploretur eius voluntas an consentiat habere talem in virum.

Secundo notandum est in Praxi sequestrationem mulieris non esse
4 faciendam, vbi essent duo mariti litigantes, & alter eorum esset in possessione secundum Ioh. And. Host. & Innoc. in dicto c. cum locum, & ibi Anchar. in fin. & ratio est ne incipiatur à sequestro l. vnic. C. de sequestro, quia si mulier recessisset, & esset per vim traducta, nihilominus marito restitueretur. Bald. in c. fin. num. 8. de probat. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota Romana, Teste Achille de Grassis in dec. vnica de spons. & tenuit iterum Rota in vna Neapolitana matrimonij 13. Ia-
* nuarij 1549. *coram Puteo.

SVMMARIVM.

1 *Conditio suspendit actum, & nihil in esse ponit.*

2 *Nouus requiritur consensus, si sponsalia fuerunt contracta sub conditione, si sanctissimus dispensauerit, & quare.*

3 *Summus Pontifex non habet ratum, quod illicitè fuerit gestum, dispensando.*

4 *Consensus mutuus debet esse, & non conditionalis.*

An sponsalia contracta inter prohibitos de iure contrahere sub ea conditione si Pontifex dispensauerit, adueniente dispensatione sit necessarius nouus consensus.

DECIS. CCXLVIII.

SVpponatur in facto pro huius quæst. dilucidatione fuisse sponsalia de futuro contracta inter consanguineos sub illa cōditione, si Papa dispensauerit, quæstionis nunc est, an sequuta dispensatione requi- 1
ratur nouus consensus partium, & dubium faciebat pro negatiua sententia, quia conditio suspendit actū l. substitutio ff. de acq. rer. domin. & nil ponere in esse voluit text. in l. itaque & l. cum ad præsens d. ff. si cert. pet.

Cæterum præfatis non obstanti- 2
bus contrariū iudicaui motus, quia Papa dispensans non censetur habere ratum, quod prius illicitè gestum fuerat, sed solummodo impartiri licentiam contrahendi matrimonium, non obstante impedimē- 3
to ipsi narrato, ex dictis per Card nalem, & Abb. in c. super eo de condit. oppos. & per Couarr. in 2. part. 4. l. cap. 3. num. 7. qui loquitur in fortioribus terminis videlicet in spons. per verba de præsenti contractis, sequendo opinionem Theologorum, & hāc opinionem sequuti sunt Domini de Rota in vna Valentina matrimonij 21. Ianuarij 1578. * coram *
Illustrissimo Blanchetto, & in vna Tauriensi sponsalium 2. Decembris
1594. *coram Gipsio, & in alia Abu- 4
lensi.

Et hanc esse communem opinionem tenuerunt Tellus Fernandez in l. 22. Tauri num. 18. & dixit communem Loaces in tract. de matrimonio Regis Angliæ dub. 12. in princ. & vide Couarr. supra cap. 3. num. 7. & 8. & est communis opinio Theologorum ex Soto in 4. sententiarum distinct. 29. quæst. 2. artic. 1. pag. 328. in fin. Palatius de contractibus libr. 5. c. 11. pag. 497. & sequitur Nauarr. cons.

conſ.1.de ſponſal. & dicit etiam cõmunem Chucalon ad Decium, in l. ea quæ raro num.4.ff.de reg.iuris allegando Aret. hodie verò ex decreto Sacri Concilij Tridentini c.1.ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij, matrimonium contractũ inter perſonas prohibitas ſub illa conditione etiam ſi Rom.Pontifex diſpenſet, & conditio verificetur, neque erit matrimonium de præſenti, neque ſuſtinebitur tanquam ſponſalia de futuro:& ſic eſt neceſſarium, vt matrimonium poſtea celebretur ſeruata forma Concilij; quia conſenſus debet eſſe mutuus, & non ſtare impendenti. ita Victor. in ſua ſumma ver.ſponſ.col.2.quod ſequitur, Gutierez, in iuramento confirmatorio 1.part.c.51.num.32.idem in ſuis canonicis quæſt.cap.22.per totum, qui latiſſimè,more ſuo,exornat iſtam quęſtionem,& Couarr.ſup. cap.3. num. 7.Mantieco in rubr. de matrimonio, gl.1.num.65.Stephanus Caeta. in repetitione, cap.ad limina 30.quæſt.1. in §.4.numer.165.Anton.Scappus de iure non ſcripto lib.1. cap.49. Vera crux in ſpeculo coniugat.3.par.artic. 12.Viuald.in cand.Eccleſiæ titul. de matrimonio ex nu.54. Iulius Clarus receptar.ſententiar.§.ingeſtus.num. 6.Sot.ſupra diſtinct.29. quæſt.2. art. 1.Palaz.de maioricatu 1.part.q.2. nu. 6.Mocrus de contrac.tit.de matrim. §.diues:de matr.nu.10. Spin. in ſpec. teſtament.gloſ.15.nu.66. Didac. Perez.in l.1.tit.1.lib.5.ordinum. pag.41. quod ſæpe contingit de facto & ita practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per parochi librum probatur & num.6.vbi etiam textus requiruntur.*
2 *Liber parochi vim habet maiorem, quam liber rationis, qui probat.*
3 *Libris creditur publicis.*
4 *Liber viſitationis plene probat, quoad eius pertinentia, quemadmodum Cronicæ, & gabellæ.*
5 *Aetas per parochi librum probatur.*
7 *Factum antiquum ſollenniter actum præſumitur.*
8 *Conſuetudo, quod liber pro authentico habeatur, tenet.*

Matrimonium an probetur ex libro parochi.

DECIS. CCXLIIX.

NOn dubitatur in quadam cauſa matrim. an matrimonium eſſet contractum iuxta formas,& ſolemnitates Sac.Conc. ſed tantummodo matrimonium non fuiſſe cõtractum, quare partes produxerunt librum parochi in quo reperiebatur nota ſupradicti matrimonij proinde fuit coram me dubitatum ſi ſit ſtandum præfato libro, quoad plenam probationem, & dicebam, quod ſic ex pluribus. 1

Tum primo, quia huiuſmodi liber maiorem habet vim, quamlibet 2 rationis ex deciſ. Viuij 415. ſed liber rationis probat Grat.dec.146. Franciſc. Marcus deciſi. 120. Cappella Tholoſ.deciſ.496. Surdus dec. 199. Guido papa deciſ.441.Ludouic. dec. Peruſ.88.Triuiſ.in dec. 16. Caputaquen.deciſi.155. Farin.deciſi.110. igitur & præfatus Liber.

Tunc ſecundo quia creditur libris 3 publicis Grat.Rot. March. dec. 137. Anna alleg.94.& ratio eſt, quia dicuntur fons veritatis, & veri præſumuntur,ſecundum Magon. dec.59. Gabal.Milleloq. 57. ſed iſte publicus liber dicitur, inter publicos autem libros connumerantur viſitationum nam plenè probant, quoad pertinentia Viſitationis, item chro-

Digitized by Google

4 nicorum Caputaq.decis.160. part. 2.
item libri gabellariorum, Surd. in
dec.325.

5 Tum tertio, quia si ætas probatur
per librum parochi vulgò Baptis-
male Ecclesiæ parochialis, Verall.
dec.114.lib.1. Viuius dec. 400. Poli-
dor.Rip.dec.147.Franc. March. de-
cis. 49.ergo & matrimonium

Tandem,quia iuxta hanc opinio-
nem tenuit Rot.Roma. in vna Co-
loniensis status 20. Februarij 1581.
* * coram Robuster. quæ ita se ha-
bet.

*Dubiũ erat circumscripta legitima-
tione examinis testium facta anno 1512.
an liber parochi Sancti Petri Colon.fa-
ciat fidem contra D.Corradum in casu,
& ad effectum de quo agitur,& fuit re-*
6 *solutũ affirmatiuè.Dixerunt enim Do-
mini,quod cum hic non agatur princi-
paliter de probando matrimonio, sed
incidenter tantum, quod qualibet pro-
batio sufficit,Gemin.cons.17.Paris.cons.
57.nu.41.lib.4.Put.dec.72.lib.1. quæ e-
ligitur ex libro parochi, ex quo constat
de proclamationibus, & matrimoniali
copula per illas cifras vt testes probant.
ideo ei est stãdum cum simus in his, quæ
spectant ad eius officium c.cum inhibi-
tio de cland.desponsat.& per Ias.in re-
pet.l.admonendi nu.132.ff.de iureiuran-
do præsertim cũ sub fideli custodia sem-
per fuit seruatus per parochos, faciunt
not. in c. ad audientiam vbi Felin.de
præscript.latè Oran. de antiquis temp.
§.4.limitatur in prin.*

*Et ad eundem semper recursum fuit
pro verificatione matrimoniorũ, vt per
testes examinatos satis fuit probatũ, i-
deo præsumitur:dicit Bald. cons. 460.
incip.in libris nu.2.lib.5. Considerarunt
insuper,quod sumus in facto antiquo,&*
7 *vltra centum annos, ideo præsumi om-
nia sollemniter facta ad not. in l.scien-
dum ff.de verb.obligat.& in l.si certis
annis Cod.de pactis,Put.dec.171. nu.2.
dec.2.de restitut.spol. His accedat de-
positio testium optimè probans,quod ex
communi obseruantia, & consuetudine
illius loci idem liber,de quo agitur,sem* 8
*per reputatus fuit,& reputatus pro au-
thentico,& facit plenam fidẽ & ad eum
publicè recurritur pro fide copulatorũ
quæ consuetudo valet not.in c.cum dile-
ctus de fide instr. Abb.in c.1. vbi Dec.
eodem tit.nu.2.& ex his dixerunt Do-
mini librum iunctis testibus probare.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractũ absque præ-
sentia parochi, & duorum testium,
non habet vim sponsaliorum.*

2 *Actus a principio nullus,nullum pro-
ducit effectum.*

An matrimonium contractum absque præsentia parochi & duorum testium, habeat vim sponsaliorum.

DECIS. CCL.

FVit mihi quæsitum in quadam
causa matrimoniali vertente in
Curia Archiepiscopali an matri-
monium de præsenti contractum si-
ne parocho,& testibus, vel sine pa-
rocho solũ,vel sine testibus, habeat
vim sponsaliorum,ita, vt in foro iu-
diciali alter contrahens possit alte-
rum compellere, vt fidem adim-
pleat,& respondendo huic quæstio-
ni dicebam in eas duas diuersas Do-
ctorum sententias reperiri.

Prima opinio est affirmantium
pro vt sunt scripta in directorio 2.
part.cap.15. vera crux in appendice
ad speculum dub. 9. vers. secunda
propositione, fol.42. & nouissime,
Iohannes Petrus Bimius, in consil.
62.numero 34.lib.1.istam partem e-
tiam defendit, & attestatur ita de-
clara-

claratum esse à Congregat Card. Enriquez in summa part. 2. lib. 11.c. 5.§.4.& Vega in sua silua lib. 6. cas. 120.

1 Altera opinio est negantium, & hanc defendunt Nauarr.in consil. 1. num. 2. & 3. de sponsalibus, Salzedus cap.76.addit. 2. versic. vnde pariter, Azeued.in l.1.tit.1. lib. 5. recop. numero 21. cum pluribus sequentibus, Spin.in spec. testamen. glos. 15. princ.num.49.cum sequenti, & iterum numero 75. cum seq. Ledesma de matrim.quæst. 45.art.5. vers. sed adhuc est maius dubium;pag.181. vide eum,& Guttier.de iur confirm.1. part.c. 51. à numero 37. vbi idem resoluit etiam si adsit iuramentum, Zeuall. cit. quæst. 79. & iuxta hanc opinionem declarauit Sac. Congreg.refert.Emanuel Sà in aphorismo confessariorum in verb. matrimonio num. 42. & hanc sequor sententiam.

Mouentur præfati ex pluribus, primo quia non interueniente parocho & testibus non videtur adfuisse legitimus consensus: quare nulla oritur obligatio neque naturalis, nec ciuilis, nec ita contrahentes teuentur postea solemniter contrahere iuxta formam Concilij; nam cum actus à principio sit nullus, nullum producit effectum, l. sicut de operi-
2 bus liber.l.non putauit §.quæuis de bonorum possessione contra tabulas l.4. §. commendatum de re iudicata c. ad præsentiam de appellat. Zasius in l.cum quærebatur, numero 3.de re iudicata, Nauar. cap. cum contingat.de rescrip.remed. 3.sed in casu proposito contractus matrimonii est nullus propter defectum legitimi consensus; qui non causatur nisi præsentia parochi & testium interueniat. ergo nullam obligationem producit.

Secundo: nam actus gestus contra legem prohibentem substãtiam actus est nullus, & nullam producit obligationem l.non dubium C. de legibus l.hac consultissima §. ex imperfecto Cod.de testamen. cap. statutum §.fin.de rescriptis lib.6.cap.si diligenti de foro competenti, sed in supposito casu annullatur substantia actus si matrimonialis, hoc est, vt consensus non dicatur legitimus, qui est substantia matrimonii sine præsentia parochi, & testium, ergo nullam obligationem producit.

Tertio: nam ex contractu legi resistenti, vt in prædicta specie non oritur obligatio etiam naturalis l. si quis pro eo, de fideiussoribus l.si nõ sortem de condictione indebita authent.siue à me, c. ad vellia c. debitores de iureiurando explicat. Fortun.in l.veluti numero 11. de iustitia & iure Duare.in l. bonis §. fideiussor de verborum obligat.sed in proposito casu lex resistit contractui matrimonii. ergo ex eo nulla oritur obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum à furioso ipso iure est nullum.*
2 *Furor pro matrimonio separando quomodo probatur.*
3 *Furor de præsenti præsumitur in futurum durare.*
4 *Actus à furioso factus, in dubio præsumitur gestus tempore furoris.*

Matrimonium contractum à furioso nullum dicitur.

DECIS. CCLI.

IN quadam causa nullitatis matrimonij vertente in Curia Ar-

Digitized by Google

1 chiepiſcopali, fuit dictum, abſolutiſſimum eſſe in iure matrimonium contractum à furioſo eſſe ipſo iure nullum c.neque furioſus 32.quæſt.7. cap.dilectus de ſponſal.Couarr.eiuſdem nominis tractatus part.2.cap.2. numer.5.& 8.par.1. Enriquez in ſumma theologiæ moralis lib. 11. cap. 4. §.3. Theſaur. fori Eccleſiæ part. 2. cap. 24. num. 99. & faciunt quæ latiſſimè poſuit Iaſon in l. patre furioſo in 3.colu.ff.de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et iuxta hanc opinionem fuiſſe in Rota Romana deciſum teſtatur Seraphin. deciſ. 228. Rota Macerat. deciſ. 43. Theſaur. dec.130.

2 Dubitatum tamen fuit quomodo probetur furor ad effectum prædictum ſeparationis matrimonii, & vnus ex dominis dicebat, probandum eſſe ſcilicet ſpecificando plures actus, ac ſigna exteriora furoris, ex quibus probari furorem voluerunt, Couarr.dicto cap.2.num. 6. Alexander de Neuo conſ.38.n.5. Pariſ. conſ. 87.num.4.vol.3.Barbat.conſ. 59. col. 6.vol.2.Socc.conſ.42. num.2.& in conſ.61.num.13,volu.1.Gramat.conſ. 18.num. 8. Farinacc. de pœnis temp. quæſt. 94. numer. 5. & latiſſimè Maſcardus de probat.conc.502. volu. 2. & magis in ſpecie Rot. Romana in dec.107.& in dec.134.part. 2. Macerat.dec.43.Gramma in dec. 100. imò teſtes, qui depoſuerunt de furore atteſtauerunt de publica voce, & fama, ex qua pariter probatur furor: licet teſtes ſint ſingulares, Pariſ.cit. conſ.87.num.7.& Rota diuerſ.deciſ. 107.num.12.

3 His etiam accedat, quod furor de præſenti præſumitur in futurum durare, Pariſ.in dicto conſ. 87. num. 12.Couarr.in d.cap.2.nu.6.Farinacc. in d.quæſt.94.num.52.cum ſeq. Rota Romana in d.deciſ.106.numer.26. & actus geſtus à furioſo præſumitur in dubio factus tempore furoris, 4
quamuis haberet dilucida interualla, vt poſt alios firmat.Pariſ.conſ.87. num, 13.cum ſeq. poſt Bart. in tract. teſt. §. oppoſita numero 94.& ex not. per Iaſonem in l. patre furioſo ff.de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. & in cap. ſing. de ſucceſſ.ab inteſt. fuit tandem prouiſum, ac decretum per eandem Curiam Archiepiſcopalem, perſonam eſſe exhibendam ad finem percipiendi ſi ſigna furoris oſtenderet.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio cauſarum matrimonialium ad Epiſcopum, & non ad inferiorem ſpectat.*

2 *Abbatibus literæ diſpenſationum matrimonialium committi poſſunt.*

An literæ diſpenſationum matrimonialium committi poſſunt Abbatibus.

DECIS. CCLII.

IN facti contingentia reſpondendo huic quæſt. non mediocrè difficultatem faciebat text. in cap. accedentibus de exceſ. Prælator. vbi cognitio cauſarum matrimonialium ad Epiſcopum, & non ad alium inferiorem pertinet, voluerunt etiam 1
Anchar.ibidem num.12.Abb.in cap. 1.num.11.de conſanguinitate, & affinitate.Couarr.in epit.2.part. cap.8. nu.12. & pluries tenuit Rota Romana præſertim in vna Borgen. iuriſdictionis 16.Nouembris 1594.* coram *
Orano, & in vna Salamentina iuriſdictionis 17.Nouembris 1592.* coram *
Illuſtriſſ. Seraph. vt patet in eius deciſ.59.

Cæterum hoc non obſtante contrarium

trarium consului, & motus fui ex decisi. Rotæ in vna nullius della Serena, 19. Nouembris 1593. † coram Illustrissimo Seraphino, cuius hæc sunt verba.

Fuit instatum apud S. D. N. pro parte Reueren. Dom. Alfonsi Flori Prioris de Magazela Prouinciæ del la Serena, vt occurrente casu sibi dirigerentur literæ dispensationum matrimonialium, & aliæ similes tanquam ordinario dictæ Prouinciæ, & causa discussa in Sacra Congregatione Concilij fuit resolutum, si Prioratus est nullius Diœcesis, & Prior habet quasi Episcopalem iurisdictionem litteras huiusmodi esse committendas dicto Priori; adeo Sacra congregatio de ordine S. D. N. mandauit mihi, vt in Rota videretur si huiusmodi qualitates verificantur, ideo causa proposita, & visis probationibus Domini dixerũt probari priorem de Magazela habere propriam ecclesiam, & vti ornamentis Episcopalibus, baculo, & mitra, necnon vis benedicendi, & concedendi indulgentias, & hoc probari ex bulla Fel. rec. Clementis VIII. quod vero habet territorium distinctum, & separatum à territorio aliorum ordinariorum vicinorum mediantibus certis limitibus, & quod confert beneficia, visitat Ecclesias, & corrigit delinquentes, optimè probant testes exhibiti, quibus tamen, quia fuerunt examinati sine alicuius partis cõtradictione, vel vicinorum Episcoporum citatione & ad hunc effectum, cum agatur de leui præiudicio, velint Domini officiales Sanctissimi fidem adhibere, Rot. eorum arbitrio censuit relinquendum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu cõtractum dicitur nullum ipso iure etiam copula subsequuta nu. 2. & quare.*

3 *Matrimonium metu contractum sua copula: etiam est nullum.*

4 *Matrimonium motu contractum, ipso durante, si ratificatur, est nullum.*

5 *Matrimonium metu contractum, non impedit, contrahentem posse denuò contrahere.*

6 *Iustus metus in matrimonio, qui dicatur.*

7 *Matrimonium metu contractum per cohabitationem spontaneam conualidatur.*

De matrimonio metu contracto an, & quomodo sit nullum.

DECIS. CCLIII.

IN quadam causa matrimoniali in curia Archiepiscop. vertẽte dicebam in matrimonio contrahendo requiritur ambarum partium consensus ad text. in c. 1. in c. cum locum & in c. gemma de spons. & proinde si contrahitur per metum dicitur esse nullum ipso iure secundum Panor. 1
in cit. c. cum locum Immola in c. tuę fraternitatis vers. sed quia superius eodem tit. & iuxta hanc opinionem pluries tenuit Rota Rom. & signanter in vna Nicieno matrimonij 6. Martij 1587.* coram Illustriss. Seraphino, & iterum in eadem 13. Maij 1588.* coram Illustriss. Mantica, facit dec. Farin. 42. & in dec. 58. Triuis. *
dec. 63. part. 1. Marta dec. 64.

Ex quibus apparet quantæ authoritatis sit supradicta opinio, quare hodie reiicienda est doctrina Zabarell. in cap. Abbas tenentis præfatum matrimonium metu contractum esse validum, quamuis postea rescindi

possit, per actionem quod metus causa.

Inde supposita prima opinione
2 amplia primo procedere etiam si carnalis copula esset subsequuta, capit. cum locum cap. veniens, il secũdo de spons. capit. significauit de eo, qui duxit in matrimonium, Abb. in dict. cap. cum locum num. 8. & ibi magna apostilla, Cardinal. in Clement. 1. quæstio. 17. de consanguin. & affin. Hostiensis in capit. consanguinei de re iudicata, Latè Couarr. de spons. in 2. part cap. 3. §. 6. per totum Ioan. Brunell. in tract. de spon. & matrim. conclus. 18. per totum.

Et Ratio est, quia in matrimonio non sufficit simplex consensus, & voluntas, sed debet esse cum plena libertate & securitate, quibus qualitatibus deficientibus, redditur nullum ipso iure, ex traditis per Fortun. Garziam in tractatu de vltimo fine vtriusque iuris numer. 48. & tenuit Rota in vna Venetæ legitimitatis 19. Ianuarij 1587. † coram Seraph. vt patet in eius decisi. 687. alia est ratio, quia initium metus in actu influit in omnes actus sequentes, & actus medio tempore facti non attenduntur, quia probato semel metu ea omnia, quæ possunt tribui liberæ voluntati, etiam per metum facta censentur, idem Seraphin. decisi. 863.

Amplia secundo licet in metum huiusmodi inciderit sic contrahens
3 culpa sua, Triuis. cit. dec. 63.

Amplia tertio, vt adeo sit nullum vt ratificatio postea sequens nihil operatur: ratio est, quia quicquid durante causa metus, censetur factum
4 per metus, & proinde non reuelat. secundum eundem Seraph. in decision. 1166. Verall. in decisio. 413. parte 2. quare iure optimo scripsit Marta in decis. Pisana 64. per præfatum matrimonium metu contractum non impediri, quominus possit contrahens secundum matrimonium contrahere: cuius opinio locum haberet etiam si copula carnalis subsequuta fuisset secundum Triuis. in dec. 63. 5

Nunc limita. Et primo si non adesset iustus metus, iustus enim dici potest, si adesset timor Principis, vt fuit dictum in vna Toletana matrimonij 13. Maij 1588. vt patet in decis. Seraph. 818. 6

Limita secundo, quando esset causa excludendi metum, qui quidem excluditur ex qualitate personarum, loci, & circumstantiarum; idem in decis. 771. licet ratione sexus, & ætatis minor metus sufficiat ad annullandum actum.

Limita tertio, in casu decisi. Seraphin. 773. vbi fuit dictum, quod matrimonium metu contractum conualidatur, per cohabitationem spontaneam subsequutam, quam not. ad 7
tex. in cap. id, quod de sponsal. quem tex. intelligas, vt nunquam cẽseatur purgatus metus nisi persona, cui fuit illatus, sit cõstituta in plenam libertatem, Seraphin. decis. 887. & 863. de purgatione metus videas per eundem in decisi. 1085.

SVMMARIVM.

1 *Cautio nuda comprehenditur nomine cautionis.*

2 *Cautio iuratoria non est sufficiens, vt vxor possit cogi ad cohabitandum cum viro, & quare.*

3 *Cautio sufficiens quæ dicatur.*

Qualis cautio desideretur, vt Vxor cogi possit ad cohabitandum cum eius viro.

DE

Digitized by Google

DECISIO CCLIV.

IN quadam causa vertente in Curia Archiepiscopali Neapolitana super separatione matrimonij ob caput sæuitiæ fuit dictum pro parte viri esse faciendam restitutionem eius vxori, stante, quod ipse sit paratus præstare cautionem de eam bene tractando, quare pro parte mulieris dicebatur hanc cautionem nō esse recipiendam ob id præsertim quod maritus offerebat præstare iuratoriam cautionem eò propter eius notoriam paupertatem non inueniebat fideiussorem, vnde fuit dubitatum quid iuris? & ego dicebam prima facie restitutionem Vxoris fieri debere cum iuratoria cautione, nam in casibus, in quibus iura desiderant plenam satisdationem sufficit iuratoria cautio, quando ob paupertatem fideiussores non inueniuntur l. cum non facile ff. si plus. quam per legem Falcid. gloss. in c. Odoardus in vers. iuratoria cautio de solutionibus, Surd. decis. 141. Cacher decis. 153. Guid. Pap. dec. 150. Mynsing. decis. 11. Cent. 2. Thesaur. Filius deci. 21. Gail. decis. 47. libro 2. de Franchis dec. 497. idem Guido Papa dec. 169. item, quia cautionis nomini nisi aliquid addatur nuda cautio comprehenditur l. Sancimus C. de verborum significat. latè Barbos. in l. diuortio §. interdum numero 22. ff. solut. matrimon. Quæst. lad. libr. 1. quæst. iud. quæst. 11.

Cæterum præfatis minimè obstantibus Curia Archiepiscopalis
2 iudicauit non esse recipiendam iuratoriam cautionem, & mota fuit ex pluribus.

Tum primo, quia sufficiens cau-
3 tio ducitur cum fideiussoribus vel pignoribus l. si mandato Titij §. fin. ff. mandati l. 1. ff. qui satisdare cogantur, licet regula iuris sit, viro non habente pignora, nec inueniente fideiussores, quia pauper aut aduena est, sufficiat cautio iuratoria de non offendendo, Rodriquez in summa capit 240. numer. 1. Vaga 1. tom. capit. 86. cas. 4. Sanchez libro 11. disput. 18.

Tum secundo, quia fideiussione minimè præstita vxor assidua formidine, ac suspectione opprimeretur, pullulabuntque multa, & non exigui momenti, quæ fœderi & amori coniugali valde aduersantur secundum Guttierez in l. nemo potest 291. ff. de legatis 1.

Tum tandem, quia vbi persona est suspecta, vel extat timor offensionis, vt in casu nostro, non sufficit iuratoria cautio Guido Papa dec. 250. Viuius decis. 341.

SVMMARIVM.

1 *Parentes in testes recipiuntur in matrimonij causa cum limit.*

2 *Matrimonium per consanguineos probatur.*

An parentes in causa matrimonij testimonium dicere possint.

DECIS. CCLV.

LIcet regulariter parentes non admittantur ad deponendum l. parentes C. de testibus c. si testis 4. quæst. 2. Grammat decis. 5. numer. 16. & in decis. 48. num. 13. tamen pluries fuit dictum in Curia Archiep. Nea-
polit. regulam hanc non procedere 1
in causa matrimoniali, in qua testimonium parentum recipitur, vt probat text. in c. videtur; & ibi gloss. in verbo, coniungendo, in fine, ver.

Digitized by Google

conſueuit tamen induci, & ibidem Ant.de But.in primo notab. Hoſtiẽſis in primis verbis Ancharan.in 4. not.extra qui matrimon. accuſ.poſſ. idem probat text. in capit. ſuper eo, il ſecundo ſumpto ibi argumento à contrario ſenſu.& ibi Gloſ.Hoſt. & cæteri Doctores communiter extra de teſtibus, Bartol.in l. parentes, in princip.verſ.idem eſt ſpeciale, & ibi Alb.num. 4. ad finem verſ. item fallit in cauſa matrimonij C. de teſtibus.Hoſt.in ſumma de teſte §. 1.verſic.vbi autem Alexand.conſ.151. col. fin.ſub num. 11.verſ.quæritur etiam vol.5.Dec.conſ. 163. in cauſa matrimoniali numero 29. ſequent. ſed ad hoc reſpondetur, Aretin.conſ.13.viſo diligenter themate nume.10. verſic. his præmiſſis, Pariſ. conſil.55.attingam num.28.& ſeq.volum.4.&conſil.58 num.3.eodem vol.Soccin. Iun. conſil. 29.circa præſentem conſultationem numer.11.volum.2. & conſil. 31.themate prędicto numer.13.vol.2. & Bertran.conſil. 209.num.1.volum. 2.vbi teſtatur de communi opinione Nell.de teſtibus num.7.verſic.4.fallit in cauſis matrimonialibus, Aufrer.de reprobat.teſt.numero 76. eo verſ.4.fallit, Albert.de Malet. de teſtibus cap.1.numer.2. Lanfranc.in c. quoniam contra in verb.teſtium depoſitiones numero 59. verſic.3. fallit de prob.Crot.de teſtibus part.4.numero 113.

Limitauimus tamen, in eadem Curia vbi eſſet diſparitas in diuitiis, potentia, nobilitate alterius ſponſorum tunc tale teſtimonium eſſet ſuſpectum, vt ibi habetur, & idem vbi apparet de affectione parentũ, quia tunc repelleretur tale teſtimonium, vt quia pater vel mater producit teſtes in cauſa pro filia: quia tunc affectio repellitur à teſtimonio ſecundũ Panormit.& Felin.in dic ſuper eo,& Præpoſ.in d.cap. videtur qui matrimon.accuſ. poſſ. & iuxta hanc opinionem fuit deciſum in Rota Venetæ ſcribit Triuiſ.in dec.10.lib. 1. & in Rota Delphinatus refert Franciſcus Marchus in deciſion. 751. parte 1.

Limita ſecundo quando agitur & dubitatur de ſubſtantia matrimonij ob affinitatem ſecus ſi quæratur an matrimonium ſit contractum necne, quia tunc latius eſt diſtinguendum ſecundum Menoch. de arbitr.iud.lib.2.caſ.102. Maſcard. concluſ.1019. Farinacc. de teſtibus quæſt.54.

Inſuper eſt notandum, matrimonium clandeſtinum poſſe probari, per conſanguineos, & hoc ad effectum tollendi peccatum, vt fuit in Rot.reſolutum in vna Tullen. matrimonij 14.Iunij 15‹ 8.† coram Aldobrandino, †

SVMMARIVM.

1 *Iocalia matrimonio ſeparato ob impotentiam non ignoratam non ſunt reſtituenda, & quare.*

2 *Impedimentum ſciens donare videtur.*

3 *Impedimentum exiſtens in principio, ſcienti eſt obnoxium.*

4 *Pretioſa matrimonio ſeparato ſunt reſtituenda.*

5 *Veſtes exiſtentes apud ſartorem matrimonio ſeparato ob impotentiam ſunt reſtituenda.*

6 *Iocalia matrimonio ſeparato ob impotentiam ignoratam ſunt reſtituenda.*

Matrimonio ſeparato ob impotentiam coeundi an iocalia, veſtes & donamenta reſtituenda ſint.

Digitized by Google

DECIS. CCLVI.

1 IN hac quæst.respondi distinguendo scilicet, quod aut sciebat impedimentum impotentiæ, & tunc nihil restitui debet, vt probat text. in l. penultima ff. de donat.inter vir & vxor Rom. consil. 146.numer.2.& 3. Ruin.consil.58.num.24. vol.2.Hipp. cons.90.num.5. & in sing.481.additio ad Bart. in l. in rebus §.seruus ff. solut.matrimon. Caualchan.decis. 18.de Franchis decis.52. Viu. dec. 415. n.3. & huius quæst. duplex est ratio.

2 Primo quia sciens impedimentum videtur donare, & vt dolosus non reperit.l.si quis alumnam Cod. de nupt. & communiter scribentes in l.si cum dotum §. si mulier ff.soluto matrimonio, & in l. auunculo ff. de cognit. sine causa Fanuptius de lucro dotis gl.34.numer.11.vsq; ad finem Bellon. cons.84. Soarez in tit. de lass.Ganancias numer.27. Beluis. in sua practica in tit.de iniur.nume. 36.

3 Secunda ratio, quia impedimentum stans à principio imputatur scienti, non autem ignoranti, vt est text.expressus, in l.si legib.C. de Episcopali audientia, Bald.cons.320. vol.2. Alexander cons.60.num.4. & seq.vol.1.Monald.con.3. num.5.Merend.consi.18.

Non tamen omnia donata veniunt restituenda, sed duntaxat illa, 4 quæ sunt preciosa, Corset. in sing.in verbo conditio, Iason.in l.ipsa apud quem num. 12.ff. de legatis 1. Cappella Tholos.in decis.88 .Afflict. decis. 315. & procedere etiam in vestibus, & iocalibus, existentibus apud 5 sartorem, & non, vt sartis, sed destinatis iugalibus Cappella Tholosan. decis.387.& in dec.388. Caualchan. de vsufructu numer. 85. & in citata decis.18.num.18.

Et restitui debent, eo modo, quo reperiuntur, cum fuerint data ad vtendum Petr.de Vbald. in tract. de duobus fratribus in 6.part.quæst.20. num.2.chart. 73. prout etiam dicitur de bonis paraphernalib. secundum Aret.d.§.fuerat, sub numer.26. inst.de actio.Tiraqu.de retract.conuent.ad finem tit.num. 86. Franch. Crement.sing. 142. si paraphernalia sentit Afflict.decis. 147. Sylua nupt. li.2.num.71. cart.167. Dec.in dict.l. contractus num.25. ff.de reg.iur.Caualc.in tract.de vsufruct.nume.246. Chart.595.& in decis.11.nume.6.& 7. cart.196.in hac 2.part.Socc. consi.9. postremo volum.4.Laur.Sylua consil.37.num.3.& Paul.de Castr. consil. 242. col.fin.volu. 2. nisi æstimata essent data, quia tunc æstimatio faceret emptionem, & veniret in restitutionem, vt per Paris.consil.64.num. 17.& seq.vol.4.& Sylua nupt. lib. 4. nu.71.cart.167. & supra in d. decis. 11. sub.nu.7.

Si verò ignorauerit factum, & non ius, & sic existimauerit se esse 6 potētem & aptum ad matrimonium contrahendum, tunc enim vti bonæ fidei possessor prædicta iocalia, dotem, ac paraphernalia repetere pōtest, & in dote consuluit, Purpur. consil.366.num.3.volum.1.cart. 342. Cephal.consi.444.vol.3.Abb.c.1.de donation.inter virum & vxorem, & Bald.in consil.3.cart.4. in fin volu.1. consil.matrimonium diuersorū, per textum in capit.2.de coniug. seruor. vbi dicit, quod diceretur quasi dos, & esset priuilegiata, sicut vera dos, vti dos, putatiua ad notata etiam per Bart.Alexand. & Doctor.in l. sicut dotem §. si mulier ff. solut. matrimon.licet maritus non lucraretur dotem secundum statutum, si vxor moreretur ante solutionem matri-

Digitized by Google

monij, vt in maleficiato consuluit Iason consil.58. ad idem, & consil. 59. volum.1.chart. 59. & de materia loquitur Abbas in dec.cap. 1. & ibi Apostilla lit.F.de donat. inter virum & vxorem, vbi latè Rodericus Soarez.titul.de las ganancias nume.1.& sequenti, & numer. 16. chart.357.& Phanuc.de luc.dot.glos.:.sub nume. 19.cart.17.2. fructus verò bene maritus lucratur ante solutum matrimonium, vti bonæfidei possessor, & ignorans impedimentum Roland. de luc.dot.quæst.97.num. 9.Alexan. Pau. de Castr. in dict. §. si mulier, & Fanuci. dict.gloss. num. 19.& in non viro potente loquitur Ioann. Bocca.sing.5. & ibi addentes Cin. in l.1.§.ex actio.colum.2. versic.quarto quæritur C.de rei vxor. actio chart. mihi 189. facit actum cart. Iun.cons. 275.num.76. volum.3.secus si non ignoraret factum, sed ius, quia tunc nihil lucratur, vt per text.in dict.l.si quis alumnam.C.de nuptiis, & dixi supra num.23.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiationes tres ante matrimonium sunt facienda.*

2 *Sponsus contrahens matrimonium absque denunciationibus peccat mortaliter, & grauiori supplicio est plectendus si consummauerit.*

3 *Denũtiationes festiuis diebus sunt facienda, & Episcopus non potest dispensare, vt ferials tempore efficiantur, & quare.*

4 *Denunciationes vbi sunt facienda.*

5 *Denuntiationes sunt facienda, quando matrimonium mortis articulo contrahitur.*

6 *Omissio denunciationis matrimoniũ non vitiat.*

De denunciationibus faciendis in contrahendis matrimoniis.

DECIS. CCLVII.

EXtat constitutio Sacri Concilij Tridentini sess.24.capit.1. de reformat.matrimon.quę præcipitur, vt antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, vt omnes reuelent impedimẽta, si quæ sint, etiam occulta, de qua re agit Cordua in tract. casconsciẽt. quæst.189. in finalib.verbis, in hoc tamen, dic vt per Guttierez li. 1. cap. 11. ex num. 27. & de his monitionibus, quæ fieri debent in matrimonio disserunt Victoria de Sacramentis matrimon. num.266. Gomez. l.49. Taur.num.1. Mascard. vol.2.de probationibus 1031.numer.1.Timotheus de visitat.ecclesiast.li.1.tract. 3. Corrad. in templo omnium iudicum lib.2.c.12.num.21. Manticco lib.5.recollect.tit.1.l.1.gloss.1.ex numer. 1.Perez li.5.tit.1.l.1. vers.3.modo ait Menoch.de arbitrar.cas.453. numero 2. Nauar.manual.lat.n.c.22.numer.69. Mozius de contract.tit.de matrimonio §.de substantialibus, formalibus & essentialibus matrimonij num.17. fol.183. 1

Amplia, vt contrahentes absque denunciatione, vel prætermissis absque licentia peccent mortaliter. 2 Vera crux in appendice dubij, & Salzed 73.addit.2.vers.quinto est, & Spin.d.glos.15.nume.56.& Guttierez de iure confir.2.par.c.51.numer.29.& Perez in l.1.tit. 1. lib.5. ord.col.26.ad fin.& Ledes. de matrim. qu.45.artic. 5.vers. sed adhuc est dubium, quem vide,

Digitized by Google

vide, Molin. de Primogenito Hispano, li. 2. cap. 16. immò si post contractum matrimonium absque denunciationibus ad consumationem illius peruenerunt, grauiori supplicio esse puniendos tenet, Salzed. d. addit. 2. vers. circa, quod, & Segura in direct. 2. part. c. 15. num. 29. qui attestatur esse de hoc declarationem Illustrissimorum Dominorum Cardinalium.

3 Amplia secundo, vt istæ denunciationes fieri debent tribus diebus continuis festiuis, & non possent fieri diebus ferialibus, etiam cum dispensatione Episcopi. ratio est: Quia Episcopus non potest dispensare super constitutione Concilij Generalis Siluester in verbo dispensatio nu. 14. §. 9. gl. & Doctor. in c. at si clerici de iudic. & Silua loco cit. 4. part. qu. 7. num. 2. Vgolinus de potestate Episcopi c. 15. §. 11. num. 4. vbi allegat textum in c. cum inferior de maiorit. & obedient.

Amplia tertio, vt huiusmodi denunciationes fieri debeant in vtriusque parochiis, vbi contrahentes ma-
4 gis versati sunt, & principaliorem habent larem secundum Panormit. in c. fin. de clandest. desponsat. Frác. Marcus decisi. 7 5. part. 2. Zenedus in collectan. 8. part. 2. Vgol. loc. cit. & Segura in direct. iudic. 2. part. cap. 16. num. 19. & in nu. 20. dicit, quod fiant tribus diebus festiuis non immediatè se inuicem sequentibus, sed per aliqua dierum interualla, & in num. 21. ait, quod quando vna tantum fieri debet denunciatio, dimissis duabus, non incótinenti matrimonium celebrandum est, sed per aliquod temporis interuallum expectandum est.

Amplia tertio, vt pariter fieri debeant, quando matrimonium est contrahendum in mortis articulo, tradit Franciscus Sarmien. li. 1. Selectar. c. 6. nu. 7. vers. erit autem Segura in d. 2. part. c. 16. ex nu. 4. in fine.

Est tamen animaduertendum in praxi, quod quamuis præfatæ denunciationes requirantur in matri-
moniis contrahendis, tamen si omit- 6
tantur matrimonium erit validum, Nauarr. cap. 22. numer. 70. in 3. not. Côuarr. part. 2. cap. 6. num. 10. Salzedus Addiaz cap. 72. vers. 1. ante omnes Vgolinus de potestate Episcopi cap. 15. §. 11. num. 6. vbi quoque refert declarationem Sacræ Congregationis, quare improbanda est opinio Menoch. qui contrarium tenet in consi. 69. num. 70. vol. 1. licet sic contrahentes peccarent mortaliter, omittendo præfatas denunciationes absque licentia ordinarij, vt fuisse decisum testatur Caualc. in dec. 28. lib. 1.

SUMMARIUM.

1 *Iusta causa est necessaria, vt denunciationes in matrimonio contrahendo omittantur.*

2 *Episcopus denunciationes absque iusta causa remittens mortaliter peccat.*

3 *Causæ sex, per quas denũciationes possunt remitti enumerantur.*

Episcopus ex quibus causis possit remittere denunciationes in matrimonio.

DECIS. CCLVIII.

PEr dispositionem etiam Sac. Cócilij loco, vbi supra permissum est Episcopis ex causis sibi bene visis remittere denuntiationes in matrimonio contrahendo, & iustam caussam esse necessariam, tenuerunt Sal- 1

zedus in d.c. 73. addit. lettera D. & Segura d. 2. part. c. 16. num. 17. & Sarmiento lib. 1. Selectar. interpret. cap. 6. numer. 7. Nauarr. in manual. lati. c. 22. num. 70. & num. 85. Vera crux in appendice, Spin. d. glos. 15. numer. 28. Menoch. cons. 69. numero 62. cum sequenti, & num. 71. vol. 1. Paz. in praxi 2. tom. prælud. 3. numero 11. & idem Menoch. de arbitrar. libro 2. Cent. 5. cas. 453. numer. 5. & Guttierez in canonicis quæstionibus capitul. 19. nu. 4. resoluunt necessariam esse causam nec posse sine ea, post longam disputationem, denunciationes remitti.

Et adeò causa requiritur, vt de ea constare debeat ante dispensationem, per informationem, & processum & vtrum sufficiat summariè, & affirmatiuè resoluunt Segura d. c. 16. num. 17. & Cephalus in consi. 421. num. 61. cum sequenti libro 3. Paz in praxi dict. prælud. 3. num. 11. Guttierez in canonicis quæstionibus ca. 19. à num. 4. & num. 12. & cap. 20. numero 31.

2 Immò ordinarius remittendo dictas denunciationes sine iusta causa peccat mortaliter; & affirmatiuam partem amplectuntur omnes, Spin. d. gl. 15. num. 18. Cæphalus d. consilio 421. num. 18. Paz d. præludio 3. nu. 11. Guttierez in d. canonicat. quæstio. c. 18. num. 4. & Ledesma, de matrimonio, quæst. 45. art. 5. vers. dubium primum.

3 Inter iustas autem causas connumeratur, primo quod virgo sit sub tutela inquit tutoris, qui eam viro ignobili, & dispari tradere vult Segura, d. capit. 16. numer. 15. Moccius de contractibus tit. de matrimon. col. 3. num. 16. Spin. d. gl. 15. num. 31. & Nauarr. in manual. cap. 16. num. 37. affirmatiuè resoluunt; & idem quando virgo est deflorata resoluit Seg. dec. 16. numer. 16.

Secunda causa est si filij essent sub potestate nouercali, vt pariter resoluunt Seg. d. c. 16. nu. 10. & Guttierez in canonicis quæstionibus c. 20. nu. 29. & num. 30.

Tertia causa quando contrahitur matrimonium cum magnatibus, vnde Reges & Principes videntur posse contrahere sine bannis, quod intelligit, Henricus Boich. in c. si ad finem extra de clandest. desponsatio. quoniam non est consuetum, eorum matrimonia bandiri, licet Graff. par. 1. decisionum aurearum lib. 2. c. 86. & de arbitrariis confessariorum libro 1. c. 41. simpliciter affirmat posse Episcopum omissis denunciationibus dispensare cum illis, quia cum magna deliberatione solent connubia tractare, & eorum matrimonia sunt valde nota, quare si aliquod impedimentum inter eos sciretur, Sotus in 4. sentent. distinct. 28. quæst. 1. art. 2. post tertiam conclusionem D. Anton. 3. part. titul. 1. cap. 16. Vega in sua Sylua libr. 3. casu 211. quem remissiuè sequi videntur Paz dict. præludio 3. numero 11. & Spin. d. gloss. 15. numer. 28. sed contrarium fundat, & defendit Seg. in d. spec. 2. part. cap. 15. numero 5.

Quarta est vbi contrahere volentes diu habiti fuerint pro coniugibus, & in tali forma erant, & propter verecundiam nolunt contrahere, vt resoluit Paluda vbi supra, & remissiuè sequuntur Paz in d. numer. 11. Spin. d. num. 28. vbi suprà, & tenet Segura, dict. c. 16. numero 4. & Guttierez in tract. de iuramentis confirmat. 1. part. c. 51. numer. 22. versic. & tenendo, Nauarr. in manuali c. 9. numer. 37.

Quinta est quando matrimonium esset contrahendum inter diuitem, & pauperem, nobilem, & ignobilem

senem,

Digitized by Google

ſenem,& iuuenem , & ſic diſparitas ratione ætatis,conditionis,& qualitatis,vel diuitiarum,Palud.in 4.diſt. 28.quæſt.2.art.3.concluſ.3.& ibi, Soto quæſt.1.art.2.Henricus de votis, & de Synodo Epiſcopi 3.part. art.1. numer.158. Henricus Boich. in cap. cum inhibitio §. ſuper eo de clandeſt.deſponſat. Diuus Antonius in ſumma 3.part.titul.1.cap.16.§.5. Nauarrus in manual.cap.22. numer. 70. notab.5. Segura d. 2.part.cap.16. nu. 6.Salzed. dict.cap.73.addit interal). Spin.in ſpec. dicta gloſ.15. nume. 28. Menoch.d.conſil.69.nu.7. cum pluribus ſequentibus lib.1. & Vega in Sylua lib.3.caſ.121. Cucchus libr.5. inſtit.tit.11.num.65. vide Cephalum conſ.421.num.23.& 24.li. 3. qui contrarium in propriis terminis Concilij conatur probare, defendere, & fundare.

Sexta cauſa eſt vicinitas temporis,quo prohibitæ ſunt nuptiæ , ita vt non ſit tempus ſufficiens faciendi dictas denunciationes, Salzed.c. 73. & Zeuallus de communibus contra communem quæſt. 604.nu. 106.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationis facultas an poſſit delegari.*

2 *Denunciationes in matrimonio à Vicario poſſunt remitti,& quare.*

3 *Vicarius dicitur ordinarius.*

4 *Delegari omnia,quæ ſunt iuriſdictionis poſſunt.*

5 *Vicarius foraneus denunciationes remittere non poteſt.*

An Vicarius Epiſcopi poſſit remittere denunciationes in matrimonio.

DECIS. CCLIX.

ANceps quæſtio eſt an Vicarius Generalis Epiſcopi poſſit hodie licentiam concedere contrahendi matrimonium non præcedentibus denunciationibus ? & partem negatiuam ſcilicet non habere Vicarios Epiſcoporum ex iure ſuo dictam facultatem,nec dici ordinarios in caſu huius deciſ. conſtanter fundant , & defendunt , Menoch. conſ.69.num.55.cum ſequent. lib. 1. & 2.de arbitrar.cent.5.cap. 453. num. 5.idem ſenſit & Cephal. conſil. 421. num.72.cum pluribus ſequent. lib. 3.Didacus de Spin.in ſpec.teſtamen. gloſſ.15.in princip. numer. 28. & 29. Paz in praxi 2.tom.prælud.3.numer. 11.&eandem ſentire videtur , & approbare, Ledeſma de magno Sacramento matrimon.quæſt.45.artic. 5. verſ.quartum dubium col.2. & , vt ſupra diximus cum Salzed. in aliis deciſ. Gonſalez variar. quæſt. iuris cap.27.per totum, præcipuè à num. 9.vbi latè diſputat & defendit Vicarios Generales Epiſcoporum non eſſe iudices ordinarios , ſed delegatos.

Immò ſunt, qui tenent præfatam facultatem remittendi denunciationem non poſſe delegari , vt ſunt Cæphal.in d.conſi.421.nu. 72. cum pluribus ſequent.& Menoc.d. conſ. 69.num. 55. cum ſequentib.licet affirmatiuam partem teneant , & latè fundent,Spin.in d.gl.15.n.29.& Paz. d.prælud.3.num.11.& Ledeſma dict. verſ.quartum dubium in princ. ſcilicet,dictam facultatem remittendi denunciationes remitti & delegari poſſe ab Epiſcopo : neceſſariam tamen eſſe ſpecialem facultatem , & commiſſionem. 1

Affirmatiuam tamen opinionem conſtanter defendunt, Vera crux in

append. ad Specul.dub.1. propos.6. ad finem fol.40.& Seg. in director. iud.Ecclesiast.2 part.cap.16. num.3. etiam stante Concilio prouinciali, & hanc partem affirmatiuam indistinctè, & intrepidè fundat, & defendit Guttierez canon. quæst. cap. 19.num. 13. & num. 19. & pro hac parte adduci potest, & facit in terminis doctrina Flaminij lib.3. de resignat.beneficiorum qu.11.à num. 9. vbi latè fundat,& defendit, quòd vbicunque in Concilio Tridentino aliquid committitur ordinariis, vel eorum mentio fit,intelligitur etiam de Vicariis Generalibus Episcoporum Zeneda in collectanea 81. art.2.

3 Mouentur,tum, quod in arbitrio ordinarij relinquitur,& Vicarius ordinarius est cap.ex partu, vbi Innocent.& reliqui de offic. vic. tum etiam quia cum de Episcopo loquatur, non excluditur eius vicarius: nam vbi voluit Sancta Synodus vicarium excludi, id expressit, vt in absolutione ab hæresi sess. 24. de reformatione capitul.6. tum denique, quod omnia,quę iurisdictionis sunt, regulariter delegari possunt, de iure Canonico,cap.aqua, & ibi glossa de Consecratione Eccles. vel altar. atque sic contra Menoch. tenuit eadem addit. ad Diaz ibidem, & Sbroz. super alleg. decis.ex his patet parochum simplicem in his denunciationibus dispensare non posse, sicut etiam dixi, Nauarr.in consil. 1. de clandestin. despons.

5 Limita tamen non procedere in Vicariis foraneis, quia eis non permittitur facultas remittendi denunciationes,Zeneda vbi supra, Spinus d.gl.15.num.29.& Guttierez quæst. canon.cap.19. num.16. negatiuè resoluunt.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio vel nulla,vel raro in matrimonius est concedenda.*

2 *Dispensatio est iuris communis relaxatio ac odiosa.*

3 *Extensio in dispensatione locum non habet.*

4 *Regula cui conceditur maius in dispensationibus locum non habet.*

5 *Dispensatio in foro conscientiæ non extenditur in foro fori.*

6 *Dispensatio quoad vnum, non censetur quoad alterum.*

7 *Princeps peccat sine iusta causa dispensans,sicut subditus petens, & quare.*

8 *Causæ dispensationum in matrimonio quænam sint.*

Causæ dispensationis in matrimonio enumerantur.

DECIS. CCLX.

IN contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vt rarò,idque ex causa,& gratis concedatur,in secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter magnos Principes,& ob publicam causam: verba sunt Concil.Trident.sess. 24. de reform.matrim.c.5.in fine. 1

Quare cum dispensatio sit iuris communis relaxatio 22.qu.4.c. pietas in fine,& esse odiosam, & vulnerare ius cōmune tradidit Rota Romana decis.140.& in decis. 454.part. 1.diuersorium,ideoquedicitur arida, & arcta Felin.in c. postulasti num.1. de rescriptis, & semper debet intelligi, vt minus derogetur iuri communi Rot.diuers. citata decis. 553. part.1. Mandos.cons.54. num. 11. Ozascus cons.68. num.31. Surd.consil. 453.num.4.vol.3.& in cons.523. num. 2 3

26. vol.4.est strictè intelligenda atque interpretanda c. 1. & 2. de filiis presbyt.lib.6. cap. non potest extra de præbend cap. quod dilecto extra de consanguinit.& affin.& propterea in dispensationibus non habet locum extensio Main.decis.21. lib.3. Caualc.decis.29.part.1. Rota in dec. 1.& 2.de filiis presbyt.in nouis, nec quidem fit extensio ad casum minorem, licet maiorem habeat rationem Host.in c.postulasti num.12. de rescriptis, Panormit.in cap. ad aures num.7.eod.tit. Milis in suo repert. in verbo dispensatio fol.1012. & regu-
4 la cui conceditur maius non habet locum in dispensationibus, Faber. decis. 13. C. de Sacrosanctis Eccles. quia dispensationes sunt odiosæ, & strictæ interpretandæ secundum Verallum decis.272. par.1. Sayr. dec. 7. de filiis presbyt.& in decis.9. eod.
5 tit. hinc est, quod dispensatio in foro conscientiæ non extenditur nec suffragatur in foro fori, vt latè scribentes in c.de his de accusatoribus Rot. diuers.in decis.606.part.1. Crescent. decis.14 de probat. & propterea tot esse debent dispensationes, quot sunt obstacula, Lanfranch.decis. 22. ratio est, quia, vt supra diximus, dispensatio vti odiosa non extenditur de casu ad casum, & proinde dispen-
6 satus, quoad vnum non censetur, quoad reliquum, Rota diuers.decis. 233.par.1.

7 Hinc est, quod peccat Princeps, qui dispensat sine iusta causa, quemadmodum & subditus illam petendo, Nauar. in præludiis matrimonialibus penult. qu. num. 11. Sot.libr.4. de iustitia quæst.7.art.3.& in 4. d. 21. quæst.2.art.2. Couar.in 4. part. c.6. §.9.num.9. Rodriquez in summa c. 234.& ratio est, quia causa in dispensatione semper inspicienda est, & sufficit putare causam esse rationabilem, Syluester verb. dispensatio n. 4. & data facultate dispensandi intelligitur si sit causa legitima. Emanuel Sà verb.dispensatio nu. 4. causæ verò ad dispensandum sunt multæ, & prima incompetentia dotis, hoc est defectus dotis ad contrahẽdum, & cum illo, qui mulierem petit in coniugem, & non cum alia sibi æquali, Nauarrus in man. cap. 22. in fin. nec habetur ratio, quod puella speret magnam hæreditatem, quæ sibi de necessitate nõ debetur, etiam si sit materna, Nauarr.in cons.19. de rescript.& nec si pater habens plures filias posset commodè dotare vnam, sed habita ratione dotis aliarum filiarum non posse vnam dotare, nam tunc si vnam dotet sufficienter, vtique dispensatio non erit subreptitia, exprimens dotis incompetentiam; nam illud dicitur fieri non posse, quod commodè non possumus l. nepos proculo ff.de verbor. signific. at idem multo magis causa iusta esset, quando diues vellet ducere in vxorem consanguineam pauperem, constituendo illi dotem, vt Nauarr. vbi supra.

Secunda causa est angustia loci, & mandanda est dispensatio executioni, etiam si mulier in alio loco insigni vicino suæ patriæ, virum suæ conditionis parem inuenire posset. Graff.de arbitrar. confess. capit. 43. Genuen. cap.20. Rodriquez vbi supra numer.2. intellige dummodo in dispensatione non ponatur dicta conditio, quia tunc est interpretanda, vt verba sonant, & natura verborum requirit, Decius in capitul.at si clerici §.de adulteriis num.69. extra de iudic. sed aduertendum, quod magna diligentia vti debet delegatus; cui commissa est dispensatio propter angustiam loci, aut incompetentiam dotis, quia vt plurimæ

Digitized by Google

dictæ dispensationes solent esse subreptitiæ, & propterea bona esset cautela, vt curia se informet ex officio, & non examinaret testes à parte productos præcipuè quando personæ, quæ intendunt contrahere sunt infimæ qualitatis, & locus non esset valde augustus: insuper quando impetratur dispensatio à Papa, dummodo augeatur dos, non est admittendus vir ad constituendam dotem simpliciter super omnibus bonis suis, sed debet illam constituere in specie super aliquibus bonis si illa habet, vt consultum sit vxori in casu eius mortis, ne de nouo indigeat tali dispensatione, ita dixit Genuensis in praxi Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ d.c.20.num.14. & de nonnullis aliis causis videre est apud Summistas.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in impedimento dirimente matrimonium dispensare, potest quatuor concurrentibus, & quare.*

2 *Episcopus contra ius commune causa necessaria accedente statuere potest.*

3 *Vicarius Generalis Episcopi in impedimento dirimente matrimonium dispensare non potest etiam illis quatuor concurrentibus, nisi cum speciali mandato.*

An Episcopus possit dispensare in impedimento dirimente matrimonium.

DECISIO CCLXI.

PLuries fuit resolutum in Curia Archiepiscopali posse Episcopum in impedimento, quod dirimit matrimonium etiam iam contractum dispensare dummodo quatuor concurrant, scilicet, quod matrimonium sit publicè contractum: 1
secundo, quod impedimentum sit occultum: tertio, quod separatio fieri non possit sine magno scandalo, quarto, & vltimo, quod ob paupertatem contrahentium aliamve iustam causam Romanus Pontifex adiri non posset, ita Siluester in sua summa in verbo dispensatio, quæst. 9. numer. 15. vers. ex quibus concluditur, vbi quosdam alios idem sentientes refert. Nauar. in man. cap. 22. nu. 85. vers. 3. dicendum. Corduba lib. 1. quæst. 11. art. 1. col. 9. Sot. de iust. & iure, quæst. 7. art. 3. & in quarto sententiarum dist. 37. Rodriquez in summa c. 236. conclus. 2. Vgolin. de potest Episcopi c. 62. §. 1. Graff. consi. 26. num. 19. de sentent. excommunicationis, & hanc esse communem opinionem Summistarum refert Consta de remed. subsidiar. remed. 35. nu. 3. & seq.

Mouentur, quoniam Romanus Pontifex id concessisset, si de hoc 2
requisito esset ob animarum salutem: ergo perinde est, ac si concesserit iuxta doctrinam glossæ in l. tale pactum §. final. ff. de pactis, & ea, quæ dixit Ias. in l. Barbarius numer. 3. cum plurib. sequ. ff. de offic. prætorum accedit Episcopum posse contra ius commune statuere; modo id faciat ex euidenti, & necessaria causa, quæ superiorem ad id concedendum moueret argumen. l. hominem ff. mand. & ita Ias. in l. omnes populi lectu. secunda ff. de iust. & iure: in hoc igitur casu dispensare Episcopus potest.

Non tamen eius Vicarius Generalis, nisi ad illud haberet ab Episcopo particularem commissionem, secundum Paludanum 4. sent. dist. 34. 3
quæst. 1. Rodriquez citato cap. 134. num.

Digitized by Google

numer.5. nec denique minores Prælati Episcopo; Nauar.cons. 5. de priuilegiis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per parentes, fratres, & sorores probari potest.*
2 *Suppletorium iuramentum in causa matrimoniali defertur, & quando non.*

An in causa matrimoniali deferatur Iuramentum suppletorium.

DECIS. CCLXII.

IN hac quæstione dixi de eius materia latissimè pertractari per Mascard.conclus. 1033.Ferrett. cons. 196. Gabriel. conclus. 9. de testibus, Crescent.decis.23. de probat. cuius hæc sunt verba: matrimonium, quā-
1 do non est disparitas, potest probari, per parentes, fratres, sorores, & consanguineos ad not. per Abb.& doct. communiter in cap. super eo il secondo de testibus, & in cap. videtur, qui matrim.accus.poss. quia quando mulier alias remaneret corrupta hoc forsan non procederet, cum tūc de vituperio, & honore talium deponentium agi videatur ad not. per Aretin.in cons.13.col.7. & Dec.consil.133.col.2.vers.secundo dicta Margarita: Domini in isto casu, in vna Cæsaraugustana matrimonij, coram D. Pisauren. fuerunt pro iuramento in supplementum, quod etiam in
2 causa matrimoniali, quando est plusquam semiplenè probatum, deferretur, vt per Abb.in cap. mulier col. pen.de iureiurand. Alexand.in l.3. in princip.col.3.vers.limitat.tamen hoc Roman.de iureiurand. Ias. in rep.l. admonendi, numero 231. eodem tit. licet Dec.in d.consil.133.colum.2.videatur contrarium tenere, nam pro contraria opinione voluit Boer. decis.85.exemplum ponitur, quando adsunt duo testes: quorum vnus non est integer, vel cum vno teste sint alia indicia, vel quando quis habet vnum testem, & pars aduersa subtraxit alium Io. Andr. in cap. peruenit de testibus cog. Put. de iureiurand. decis.1. & 43. & fuit dictum * coram Cardinali Seraphino in vna bonorum Dohanæ Salis 5.Martij 1582. & facit decis. Francis. March.decis. 753. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Coniugi super impedimento ad dissoluendum non creditur, cum limit.*
2 *Testes ad probandum impedimentum matrimonij omni exceptione maiores esse debent.*
3 *Testis de auditu non impedit matrimonium, & quare.*
4 *Arbitrio iudicis remittitur ad probandum matrimonij impedimentum.*
5 *Iudex potest inquirere de impedimento, quando adest dubium.*

Quænam probationis species requiratur ad probandum impedimentum matrimonij.

DECIS. CCLXIII.

FRequentissima est in Curia Archiepiscopali Neapolit. materia probationum impedimenti matrimonii, propterea aliqua magis ad praxim pertinentia, & quæ decisa fuerunt hic inserere volui, vnde pro dilucidatione quæstionis sunt nonnullæ iuris conclus. distinguendæ.

1 Prima sit conclusio, confessioni coniugum super impedimento ad dissoluendum matrimonium contractum regulariter non statur, vt pluries fuit resolutum in Curia Archiepiscop.per text, expressum in c. super ea, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, & fuisse in Rota Romana decisum testaturCaputaquen. decis. 208. Crescent. dec. 22.de probat. Franc. Marc. dec.754. nisi talis confessio fieret per illum, qui stat pro matrimonio,quia tunc non est verisimile, quod quis vellet fateri ad sui præiudicium, cap. attestationes de sponsatione impuberum,& ibi per glos.& Panormit. si verò confessio emaneret pro matrimonio, bene teneret pro matrimonio secun.Gloss.in d.cap.super eo, & in l.pen.C.de fideiussoribus, sed si confessio fieret ad separationem thori, vt in adulterio, bene teneret ad sui præiudicium cap.ex litteris de diuort.secundum glossam in d. cap. super eo.

2 Secunda sit conclus. ad probandum matrimonium requiritur,quod testes sint omni exceptione maiores c.1.de consang.& aff. Caputaq. dec.286.part.3.Cappella Tholosa. in dec.171.& in decis. 272. Lanfranch. dec.80.Rota diuersorum in dec.210. parte 1. & fuit pluries dictum in Curia Archiepiscop.sed animaduertes, hanc conclusionem esse veram, quando agitur de impugnando aliud matrimonium, vel dirimendo ipsum,vt tenuit Rota Roman.in vna Tullensis matrim. 14. Ianuarij 1568.
* *coram Oradino;& facit etiam dec. Rotæ diuersorum 209.parte 1. & ita intelligendos esse DD. quos pro contraria parte congerit Gabriel conclus. 9. de Testibus, & textus in citato capit. 1. de consanguin. & affin.

Tertia sit conclusio, quando vnus testis dicit se audiuisse impedimentum, quod tamen probare non posset; tunc non impeditur matrimonium;ita Panormit.in cap. 2. numero 1.de spons.& in c. tua numer. 3
3.eodem titul.cuius ratio colligitur ex glos.in cap. quoties in vers. credere de testibus, vbi necesse habet testis deponere,quod viderit personas omnes in consanguinitate, designando gradus ex vtroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus,aliter non valeret.

Alia ratio reddi potest;quia quãdo consanguinitas est probanda in certo gradu testes debent deponere, de gradu,& stipite, Alex. in consil. 82.colum.1.vol 1. Dec. in consil.321. colum.3.& cons.531.numer. 4. secus si probanda esset in genere; vt decisum refert, Anna singular. decis. 103. pro quo facit glos.in cap.licet il secondo de testibus;facit etiam Nauarr.consil.2. de consang. & affinit. dum vult non impediri matrimonium contrahendum vnico teste asserenti se ab aliquo audiuisse,eos esse cognatos, idem si secundus testis deponat,sed nollet iurare, secus si plures deponerent,se à pluribus audiuisse,sed vnus tantum deponeret, cum iuramento,ex quibus omnibus conclusionibus apertè patet quomodo sit intelligendus textus in c. præterea de spons.

Quarta sit conclusio cum hic nõ possit vndequaque dari certa regula 4
relinquitur arbitrio iudicis facit c. super eo de consanguin. & affin.& ibi Gloss.in vers.famam, Nauarr. in capit.Sacerdotes de pœnitentiis distinct.6.num.28.Glos.in capit.nuper de testibus.

Quinta conclusio vbi adesset dubium,tunc iudex habebit materiam inquirendi an id probari possit, nec 5
ne,

ne, quod etiam annuit Abbas in d. c. cum inhibitio num. 1. dicens si autem aliquid rationabile obiectum fuerit contra matrimonium contrahendum, contractus interdicatur expresse, donec impedimentum probetur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahitur inter infideles.*

2 *Infidelis conuersus non tenetur requirere coniugem infidelem, si fidelem ducere in matrimonio desiderat.*

3 *Fidelis, infidelis effectus ducens infidelem, si ad fidem reuertitur, & matrimonium contrahere cupit cum Christiana, requirere non tenetur infidelem.*

Infidelis conuersus ad fidem, si velit contrahere matrimonium, an teneatur requirere coniugem habitantem in partibus infidelium.

DECIS. CCLXIV.

IN hac quaest. non mediocrem mihi dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, quod inter infideles potest contrahi, atque con-
1 stat, matrimonium, quatenus est contractus naturalis, & concupiscétiae remedium, Magister in 4. sententiar. distinct. 39. Sotus ibidem quaest. vnica conclus. 1. Sanctus Thomas in additione, ad tertiam partem quaestion. 56. art. 2. Angelus verbo matrimonium 3. impedimento 10. numer. 1. Siluester eodem verbo quaest. 10. Nauarr. cap. 21. numero 48. Victoria de Sacramento matrimonij numer. 294. Viualdus in eodem Sacramento quaestio 215. & propterea dicebat textus in cap. Gaudemus de diuortiis, quod infideles iuncti in gradu prohibito leg. Canonica tantum, conuersi ad fidem non separantur.

Rursus faciebat, quia praefatum secundum matrimonium contrahi minimè posset, per conuersum ad fidem, nisi infideli renuente conuerti: quare vt constat de eius Renitentia necesse est ipsum monere, vt probatur expresse in cap. Iudaei. 28. quaestion. 1. (*Ibi, quod si admoniti fuerint, & noluerint separentur*) & probant Archidiacon. ibidem numer. 2. Bellamera n. 4. Armilla in summa in verbo matrimonij numer. 38. Nauarrus in Consilio 2. de conuersione infidelium, Cuccus libr. 5. institutionum tit. 12. num. 103. Caieta. in repetitione cap. ad limina 30. quaest. 1. cum aliis, quos congerit Sanchez libro 7. disputatione 75.

Imò sunt qui tenent requiri Ecclesiae authoritatem, vt praeficiat infideli terminum, vt conuertatur, quo possit prius matrimonium dissolui, ita Hostiensis numero 13. super verbo compelletur, Ioannes Andreas num. 15. Butrius numer. 20. Ancharanus num. 26. in citato capit. gaudemus de diuort. Archidiacon. in cap. finali num 2. Vigesimaoctaua quaestion. 2. & ibi Bellam. num. 2. Enriquez Boic. in cap. quanto num. 3. de diuortiis. sed verius est contrarium, quamuis esset vtilissimum vnde satis erit, qualitercunque constet de infidelis voluntate, & Ratio est, quia cum hoc Matrimoniũ solo iure diuino dissoluatur, non est aliquod iudicis ministerium necessarium, secund. Panormitanum in capit. Gaudemus numero 15. & ibi Praepositus in §. quia autem numero 14. Angelus verbo matrimonium 3. impedimento 10. numero 3. Veracrux in

Digitized by Google

2.parte speculi articulo 33. conclusione 3.quibus addo Hostiensem numero 3.& Butric. num.9.in citato c. 4.de diuortiis.

Tandem faciebat, quod scriptum reliquit glos.in cap. quanto in verbo, quid relinquitur de diuortiis vbi voluit necessarium esse testes adhiberi dum infidelis monetur, ac tenuit conuerti, aut legitimè habitare, & hoc ad finem, vt testentur si fortè lis postea intentetur de valore matrimonij initi à fideli quam glossæ opinionem refert,& sequitur Goffredus in summa in titulo de diuortiis numer.10.& 11. & in titulo de conuersione infidelium numero 2. Præpositus in capit. gaudemus §. quia autem nu.4. de diuortiis Vera crux in 2.parte, specul.artic. 19. pag. penult.

2 Cæterum præfatis non obstantibus contrarium fuisse decisum in Curia Archiepiscopali refert praxis eiusdem in cap.27.num.20. non obstant contraria quoniam procedunt, quando conuersus esset dubius de obstinatione coniugis infidelis quia tunc non posset denuò contrahere absq; præuia monitione: ita Ledes. de matrimon.dub.56. concl. 8. Veg. in 2.tom.summ.cas.34. & 151. Vasq. in 1.2.quæst.19.artic. 6. disput. 66. & ideo, non est necessaria monitio vbi moraliter est certa obstinatio secundum Nauarr.consi.2.de conuer. in fid.Enriq. libro 11. de matrimon. capit.8.numero 5. Veracrux cit.art. 29.ad finem, & Sanch.loco cit. numero 14. & ita intelligenda est doctrina Abb. dicentis in d. c. gaudemus;, infidelem esse requirendum, quia procedit, quando adest coniectura, vel præsumptio infidelitatem relinquendi.

3 Amplia principalem conclusionem singulariter, etiam si fidelis abnegauit fidem, & contraxit cum infideli, ac pœnitentia ducta reuersa ad fidem, fidelem accipere vult, adhuc non est necessaria requisito, prout Sacra Generalis inquisitio vrbis rescripsit Curiæ Archiep.Neapolit.in casu.

SVMMARIVM.

1 *Mors primi coniugis quomodo est probanda, vbi praxis Cur. Archiepisc.Neap.numero 3.*

2 *Mors quomodo probatur quoad plures effectus.*

Ad effectum contrahendi secundum matrimonium quomodo mors viri probanda sit.

DECIS. CCLXV.

DVbitans de morte coniugis, & nisi prius certificetur, contrahere non potest, vt probatur in cap. dominis de secundis nuptiis, & in cap.in præsentia de sponsalibus, & ad idem facit text.in auth. hodie vbi communiter scribentes Cod. de repudiis,& in §. quod autem in auth. vt licet matri & auiæ, quare fuit dubitatum, quomodo probanda sit mors primi viri ad effectum vt vxor valeat cōtrahere secundum matrimonium, in qua quæstione licet nonnullis probatur modis per Mascardum in conclus. 1010. vt mors quoad præfatum effectum probetur per publicam vocem, & famam ex doctrina Boerij in decisio. 288 1
Franciscus Marchus decis. 183. parte 2.Puteus dec.320.libro 2. Ioseph. Ludouicus in decis. Rotæ Lucensis 49.item probatur per famam vbi agitur de vacatione Beneficij, Monedan.decis.1. de probatio. Puteus

dec.

decisi.132.libr.3. Rota diuersorum in decisi. 46.num.15.part.1.quemadmodum etiam probatur dum quis visus fuerit ingredi in Bellum & non exire Rota Perusina decis. 30. Magonius dec. 44. Capp. Tholosana decis. 312. Ozaschus dec.108. item probatur etiam per productionem testamenti cum mandato iudicis, vt latè per Ioseph. Lodouicum in Rota Perusina decisio.49. cuius ratio est quia cum agatur de graui praeiudicio, efficacior probatio exigitur Gloss. communiter recepta in leg. si quidem C. soluto matrimonio Rota diuersorum in dec.551.par.1. Ant. Faber. in decision. 2. Cod. de probationibus.

Potest probare etiam mors quoad supradictum effectum per librum Rectoris in quo describi solet mors sepultorum in eius ecclesia, Polidorus Ripa in dec. 247. Rota Perusina dec.2.& fuit resolutum in Rota Roman. in vna Romana hospitij de Lucatellis 30. Martij 1603.† coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec.1556.

In Curia tamen Archiep. reiectis omnibus supradictis modis, mors quoad effectum de quo supra aliter non probatur, nisi per vnum testem de visu, qui deponat, qualiter vidit illum ab hac vita decessisse, & insuper necesse erit, quod examinentur duo alij testes, qui deponent de publica voce & fama de luctu mulieris, & acclamatione de morte viri, quae praxis sumpta est excit. textu in capitulo in praesentia de sponsalibus.

SVMMARIVM.

1 *Filius ex muliere vxorata ortus semper praesumitur legitimus, cum ampl. & limit. nu. 3.*

2 *Probatio contra praesumptionem iuris, & de iure non admittitur, nisi per partis confessionem, de cuius agitur interesse.*

3 *Coniectura ad probandum illegitimitatem quaenam sint.*

Filius an semper praesumatur natus ex viro.

DECIS. CCLXVI.

PRo indubitato fuit habitum, in Curia Archiepiscopali filium natum ex muliere maritata praesumi verum & proprium filium viri legi- 1
timum ad tex. in l. miles §. defuncto ff. de adulter. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. l. si vicinis C. de nup. cap. per tuas cum ibi notatis de probat. latissimè Gabriel conclus. 14 de praesumpt. Alciat. eiusdem nominis tract. regul. 3. praesumpt. 37. Maschard. conclu. 738. idque procedere asserunt etiam, si constet mulierem cum vtroque rem habuisse ex Bald. consi. 437. nu. 3. volum. 5. Curt. Senior consi. 31. numero 3. Grass. consi. 2. de adult. volum. 2. ac procedere etiam si mater esset publica meretrix, secundum Monald. cons. 90. Bonmincius consi. 16. Henriquez consi. 35. idémque procedere etiam si vxor ad domum amasij perstitisset, si tamen vir ad eam aditum habere potuisset, Bald. in l. si matre C. de suis, & legitimis Deccius cons. 657. num. 2. & ante omnes, Cin. in l. si vicinis C. de nupt.

Est enim haec praesumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur 2
probatio in contrarium, nisi per partis de cuius interesse agitur confessionem; secundum Boer. decisio. 299. num. 9. post Hypol. in l. 3. §. ad quaestionem in fine ff. de quaest. vbi innu-

monij, vt in maleficiato consuluit Iason consil.58. ad idem, & consil. 59. volum.1. chart. 59. & de materia loquitur Abbas in dec. cap. 1. & ibi Apostilla lit. F. de donat. inter virum & vxorem, vbi latè Rodericus Soarez. titul. de las ganancias nume. 1. & sequenti, & numer. 16. chart. 357. & Phanuc. de luc. dot. glos. 3. sub nume. 19. cart. 17. 2. fructus verò bene maritus lucratur ante solutum matrimonium, vti bonæfidei possessor, & ignorans impedimentum Roland. de luc. dot. quæst. 97. num. 9. Alexan. Pau. de Castr. in dict. §. si mulier, & Fanuci. dict. gloss. num. 19. & in non viro potente loquitur Ioann. Bocca. sing. 5. & ibi addentes Cin. in l. 1. §. ex actio. colum. 2. versic. quarto quæritur C. de rei vxor. actio chart. mihi 189. facit actum cart. Iun. consil. 275. num. 76. volum. 3. secus si non ignoraret factum, sed ius, quia tunc nihil lucratur, vt per text. in dict. l. si quis alumnam C. de nuptiis, & dixi supra num. 23.

SVMMARIVM.

1 *Denuntiationes tres ante matrimonium sunt facienda.*

2 *Sponsus contrahens matrimonium absque denunciationibus peccat mortaliter, & grauiori supplicio est plectendus si consummauerit.*

3 *Denũtiationes festiuis diebus sunt facienda, & Episcopus non potest dispensare, vt feriali tempore efficiantur, & quare.*

4 *Denunciationes vbi sunt facienda.*

5 *Denuntiationes sunt facienda, quando matrimonium mortis articulo contrahitur.*

6 *Omissio denunciationis matrimoniũ non vitiat.*

De denunciationibus faciendis in contrahendis matrimoniis.

DECIS. CCLVII.

Extat constitutio Sacri Concilij Tridentini sess. 24. capit. 1. de reformat. matrimon. quę præcipitur, vt antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter Missarum solemnia publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, vt omnes reuelent impedimẽta, si quæ sint, etiam occulta, de qua re agit Cordua in tract. cas. consciẽt. quæst. 189. in finalib. verbis, in hoc tamen, dic vt per Guttierez li. 1. cap. 11. ex num. 27. & de his monitionibus, quæ fieri debent in matrimonio disserunt Victoria de Sacramentis matrimon. num. 266. Gomez. l. 49. Taur. num. 1. Mascard. vol. 2. de probationibus 1031. numer. 1. Timotheus de visitat. ecclesiast. li. 1. tract. 3. Corrad. in templo omnium iudicum lib. 2. c. 12. num. 21. Manticco lib. 5. recollect. tit. 1. l. 1. gloss. 1. ex numer. 1. Perez li. 5. tit. 1. l. 1. vers. 3. modo ait Menoch. de arbitrar. cas. 453. numero 2. Nauar. manual. lat. n. c. 22. numer. 69. Mozius de contract. tit. de matrimonio §. de substantialibus, formalibus & essentialibus matrimonij num. 17. fol. 183. 1

Amplia, vt contrahentes absque denunciatione, vel prætermissis absque licentia peccent mortaliter. Vera crux in appendice dubij, & 2
Salzed 73. addit. 2. vers. quinto est, & Spin. d. glos. 15. nume. 56. & Guttierez de iure confir. 2. par. c. 51. numer. 29. & Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. col. 26. ad fin. & Ledes. de matrim. qu. 45. artic. 5. vers. sed adhuc est dubium, quem vide,

Digitized by Google

vide, Molin. de Primogenito Hispano, li. 2. cap. 16. immò si post contractum matrimonium absque denunciationibus ad consumationem illius peruenerunt, grauiori supplicio esse puniendos tenet, Salzed. d. addit. 2. vers. circa, quod, & Segura in direct. 2. part. c. 15. num. 29. qui attestatur esse de hoc declarationem Illustrissimorum Dominorum Cardinalium.

3 Amplia secundo, vt istæ denunciationes fieri debent tribus diebus continuis festiuis, & non possent fieri diebus ferialibus, etiam cum dispensatione Episcopi. ratio est: Quia Episcopus non potest dispensare super constitutione Concilij Generalis Siluester in verbo dispensatio nu. 14. §. 9. gl. & Doctor. in c. at si clerici de iudic. & Silua loco cit. 4. part. qu. 7. num. 2. Vgolinus de potestate Episcopi c. 15. §. 11. num. 4. vbi allegat textum in c. cum inferior de maiorit. & obedient.

Amplia tertio, vt huiusmodi denunciationes fieri debeant in vtriusque parochiis, vbi contrahentes magis versati sunt, & principaliorem habent larem secundum Panormit. in c. fin. de clandest. desponsat. Frác. Marcus decisi. 7. 5. part. 2. Zenedus in collectan. 8. part. 2. Vgol. loc. cit. & Segura in direct. iudic. 2. part. cap. 16. num. 19. & in nu. 20. dicit, quod fiant tribus diebus festiuis non immediatè se inuicem sequentibus, sed per aliqua dierum interualla, & in num. 21. ait, quod quando vna tantum fieri debet denunciatio, dimissis duabus, non incótinenti matrimonium celebrandum est, sed per aliquod temporis interuallum expectandum est.

4 Amplia tertio, vt pariter fieri debeant, quando matrimonium est contrahendum in mortis articulo, tradit Franciscus Sarmien. li. 1. Selectar. c. 6. nu. 7. vers. erit autem Segura in d. 2. part. c. 16. ex nu. 4. in fine.

Est tamen animaduertendum in praxi, quod quamuis præfatæ denunciationes requirantur in matrimoniis contrahendis, tamen si omittantur matrimonium erit validum, 6
Nauarr. cap. 22. numer. 70. in 3. not. Couarr. part. 2. cap. 6. num. 10. Salzedus Addiaz cap. 72. vers. 1. ante omnes Vgolinus de potestate Episcopi cap. 15. §. 11. num. 6. vbi quoque refert declarationem Sacræ Congregationis, quare improbanda est opinio Menoch. qui contrarium tenet in consi. 69. num. 70. vol. 1. licet sic contrahentes peccarent mortaliter, omittendo præfatas denunciationes absque licentia ordinarij, vt fuisse decisum testatur Caualc. in dec. 28. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iusta causa est necessaria, vt denunciationes in matrimonio contrahendo omittantur.*

2 *Episcopus denunciationes absque iusta causa remittens mortaliter peccat.*

3 *Causæ sex, per quas denũciationes possunt remitti enumerantur.*

Episcopus ex quibus causis possit remittere denunciationes in matrimonio.

DECIS. CCLVIII.

PEr dispositionem etiam Sac. Cõcilij loco, vbi supra permissum est Episcopis ex causis sibi bene visis remittere denuntiationes in matrimonio contrahendo, & iustam causam esse necessariam, tenuerunt Sal- 1

zedus in d.c. 73. addit. lettera D. & Segura d. 2. part. c. 16. num. 17. & Sarmiento lib. 1. Select. interpret. cap. 6. numer. 7. Nauarr. in manual. lati. c. 22. num. 70. & num. 85. Vera crux in appendice, Spin. d. glos. 15. numer. 28. Menoch. cons. 69. numero 62. cum sequenti, & num. 71. vol. 1. Paz. in praxi 2. tom. prælud. 3. numero 11. & idem Menoch. de arbitrar. libro 2. Gent. 5. cas. 453. numer. 5. & Guttierez in canonicis quæstionibus capitul. 19. nu. 4. resoluunt necessariam esse causam nec posse sine ea, post longam disputationem, denunciationes remitti.

Et adeò causa requiritur, vt de ea constare debeat ante dispensationem, per informationem, & processum & vtrum sufficiat summariè, & affirmatiuè resoluunt Segura d. c. 16. num. 17. & Cephalus in consi. 421. num. 61. cum sequenti libro 3. Paz in praxi dict. prælud. 3. num. 11. Guttierez in canonicis quæstionibus ca. 19. à num. 4. & num. 12. & cap. 20. numero 31.

2 Immò ordinarius remittendo dictas denunciationes sine iusta causa peccat mortaliter; & affirmatiuam partem amplectuntur omnes, Spin. d. gl. 15. num. 18. Cæphalus d. consilio 421. num. 18. Paz d. præludio 3. nu. 11. Guttierez in d. canonicar. quæstio. c. 18. num. 4. & Ledesma, de matrimonio, quæst. 45. art. 5. vers. dubium primum.

3 Inter iustas autem causas connumeratur, primo quod virgo sit sub tutela inquit tutoris, qui eam viro ignobili & dispari tradere vult Segura, d. capit. 16. numer. 15. Moccius de contractibus tit. de matrimon. col. 3. num. 16. Spin. d. gl. 15. num. 31. & Nauarr. in manual. cap. 16. num. 37. affirmatiuè resoluunt; & idem quando virgo est deflorata resoluit Seg. dec. 16. numer. 16.

Secunda causa est si filij essent sub potestate nouercali, vt pariter resoluunt Seg. d. c. 16. nu. 10. & Guttierez in canonicis quæstionibus c. 20. nu. 29. & num. 30.

Tertia causa quando contrahitur matrimonium cum magnatibus, vnde Reges & Principes videntur posse contrahere sine bannis, quod intelligit, Henricus Boich. in c. si ad finem extra de clandest. desponsatio. quoniam non est consuetum, eorum matrimonia bandiri, licet Graff. par. 1. decisionum aurearum lib. 2. c. 86. & de arbitrariis confessariorum libro 1. c. 41. simpliciter affirmat posse Episcopum omissis denunciationibus dispensare cum illis, quia cum magna deliberatione solent connubia tractare, & eorum matrimonia sunt valde nota, quare si aliquod impedimentum inter eos sciretur, Sotus in 4. sentent. distinct. 28. quæst. 1. art. 2. post tertiam conclusionem D. Anton. 3. part. titul. 1. cap. 16. Vega in sua Sylua libr. 3. casu 211. quem remissiuè sequi videntur Paz dict. præludio 3. numero 11. & Spin. d. gloss. 15. numer. 28. sed contrarium fundat, & defendit Seg. in d. spec. 2. part. cap. 15. numero 5.

Quarta est vbi contrahere volentes diu habiti fuerint pro coniugibus, & in tali forma erant, & propter verecundiam nolunt contrahere, vt resoluit Paluda vbi supra, & remissiuè sequuntur Paz in d. numer. 11. Spin. d. num. 28. vbi suprà, & tenet Segura, dict. c. 16. numero 4. & Guttierez in tract. de iuramentis confirmat. 1. part. c. 51. numer. 22. versic. & tenendo, Nauarr. in manuali c. 9. numer. 37.

Quinta est quando matrimonium esset contrahendum inter diuitem, & pauperem, nobilem, & ignobilem senem,

Digitized by Google

ſenem, & iuuenem, & ſic diſparitas ratione ætatis, conditionis, & qualitatis, vel diuitiarum, Palud. in 4. diſt. 28. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 3. & ibi, Soto quæſt. 1. art. 2. Henricus de votis, & de Synodo Epiſcopi 3. part. art. 1. numer. 158. Henricus Boich. in cap. cum inhibitio §. ſuper eo de clandeſt. deſponſat. Diuus Antonius in ſumma 3. part. titul. 1. cap. 16. §. 5. Nauarrus in manual. cap. 22. numer. 70. notab. 5. Seguta d. 2. part. cap. 16. nu. 6. Salzed. dict. cap. 73. addit litteral D. Spin. in ſpec. dicta gloſ. 15. nume. 28. Menoch. d. conſil. 69. nu. 7. cum pluribus ſequentibus lib. 1. & Vega in Sylua lib. 3. caſ. 1 211. Cucchus libr. 5. inſtit. tit. 11. num. 65. vide Cephalum conſ. 421. num. 23. & 24. li. 3. qui contrarium in propriis terminis Concilij conatur probare, defendere, & fundare.

Sexta cauſa eſt vicinitas temporis, quo prohibitæ ſunt nuptiæ, ita vt non ſit tempus ſufficiens faciendi dictas denunciationes, Salzed. c. 73. & Zeuallus de communibus contra communem quæſt. 604. nu. 106.

SVMMARIVM.

1 *Denunciationis facultas an poſſit delegari.*
2 *Denunciationes in matrimonio à Vicario poſſunt remitti, & quare.*
3 *Vicarius dicitur ordinarius.*
4 *Delegari omnia, quæ ſunt iuriſdictionis poſſunt.*
5 *Vicarius foraneus denunciationes remittere non poteſt.*

An Vicarius Epiſcopi poſſit remittere denunciationes in matrimonio.

DECIS. CCLIX.

ANceps quæſtio eſt an Vicarius Generalis Epiſcopi poſſit hodie licentiam concedere contrahendi matrimonium non præcedentibus denunciationibus? & partem negatiuam ſcilicet non habere Vicarios Epiſcoporum ex iure ſuo dictam facultatem, nec dici ordinarios in caſu huius deciſ. conſtanter fundant, & defendunt, Menoch. conſ. 69. num. 55. cum ſequent. lib. 1. & 2. de arbitrar. cent. 5. cap. 453. num. 5. idem ſentit & Cephal. conſil. 421. num. 72. cum pluribus ſequent. lib. 3. Didacus de Spin. in ſpec. teſtamen. gloſſ. 15. in princip. numer. 28. & 29. Paz in praxi 2. tom. prælud. 3. numer. 11. & eandem ſentire videtur, & approbare, Ledeſma de magno Sacramento matrimon. quæſt. 45. artic. 5. verſ. quartum dubium col. 2. &, vt ſupra diximus cum Salzed. in aliis deciſ. Gonſalez variar. quæſt. iuris cap. 27. per totum, præcipuè à num. 9. vbi latè diſputat & defendit Vicarios Generales Epiſcoporum non eſſe iudices ordinarios, ſed delegatos.

Immò ſunt, qui tenent præfatam facultatem remittendi denunciationem non poſſe delegari, vt ſunt Cæphal. in d. conſi. 421. nu. 72. cum pluribus ſequent. & Menoc. d. conſ. 69. num. 55. cum ſequentib. licet affirmatiuam partem teneant, & latè fundent, Spin. in d. gl. 15. n. 29. & Paz. d. prælud. 3. num. 11. & Ledeſma dict. verſ. quartum dubium in princ. ſcilicet, dictam facultatem remittendi denunciationes remitti & delegari poſſe ab Epiſcopo: neceſſariam tamen eſſe ſpecialem facultatem, & commiſſionem. 1

Affirmatiuam tamen opinionem conſtanter defendunt, Vera crux in

Digitized by Google

append. ad Specul.dub.1. propof.6. ad finem fol.40.& Seg. in director. iud.Ecclesiast.2 part.cap. 16. num.3. etiam stante Concilio prouinciali, & hanc partem affirmatiuam indistinctè, & intrepidè fundat, & defendit Guttierez canon. quæst. cap. 19.num. 13. & num. 19. & pro hac parte adduci potest, & facit in terminis doctrina Flaminij lib.3. de resignat.beneficiorum qu.11.à num. 9. vbi latè fundat,& defendit, quòd vbicunque in Concilio Tridentino aliquid committitur ordinariis, vel eorum mentio fit,intelligitur etiam de Vicariis Generalibus Episcoporum Zeneda in collectanea 81. art.2.

3 Mouentur,tum, quod in arbitrio ordinarij relinquitur,& Vicarius ordinarius est cap.ex partu, vbi Innocent.& reliqui de offic. vic. tum etiam quia cum de Episcopo loquatur, non excluditur eius vicarius: nam vbi voluit Sancta Synodus vicarium excludi, id expressit, vt in absolutione ab hæresi sess. 24. de reformatione capitul.6. tum denique, quod omnia,quę iurisdictionis sunt, regulariter delegari possunt, de iure Canonico,cap.aqua, & ibi glossa de Consecratione Eccles. vel altar. atque sic contra Menoch. tenuit eadem addit. ad Diaz ibidem, & Sbroz. super alleg. decis.ex his patet parochum simplicem in his denunciationibus dispensare non posse, sicut etiam dixi, Nauarr.in consil. 1. de clandestin. despons.

5 Limita tamen non procedere in Vicariis foraneis, quia eis non permittitur facultas remittendi denunciationes, Zeneda vbi supra, Spinus d.gl.15.num.29.& Guttierez quæst. canon.cap.19. num.16. negatiuè resoluunt.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio vel nulla,vel raro in matrimoniis est concedenda.*
2 *Dispensatio est iuris communis relaxatio ac odiosa.*
3 *Extensio in dispensatione locum non habet.*
4 *Regula cui conceditur maius in dispensationibus locum non habet.*
5 *Dispensatio in foro conscientiæ non extenditur in foro fori.*
6 *Dispensatio quoad vnum, non censetur quoad alterum.*
7 *Princeps peccat sine iusta causa dispensans,sicut subditus petens, & quare.*
8 *Causæ dispensationum in matrimonio quænam sint.*

Causæ dispensationis in matrimonio enumerantur.

DECIS. CCLX.

IN contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vt raro,idque ex causa,& gratis concedatur,in secundo gradu nunquam dispensetur nisi inter magnos Principes,& ob publicam causam: verba sunt Concil.Trident.sess. 24. de reform.matrim.c.5.in fine. 1

2 Quare cum dispensatio sit iuris communis relaxatio 22.qu.4.c. pietas in fine,& esse odiosam, & vulnerare ius cõmune tradidit Rota Romana decis.140.& in decis. 454.part. 1.diuersorium,ideoquedicitur arida, & arcta Felin.in c. postulasti num.1. de rescriptis, & semper debet intelligi, vt minus derogetur iuri communi Rot.diuers. citata decis. 533. part.1. Mandos.cons.54. num. 11. Ozascus cons.68. num.31. Surd.consil. 453.num.4.vol.3.& in cons.523. num. 3

26.

26. vol.4.est strictè intelligenda atqueinterpretanda c. 1. & 2. de filiis presbyt.lib.6. cap. non potest extra de præbend cap. quod dilecto extra de consanguinit.& affin.& propterea in dispensationibus non habet locum extensio Main.decis.21. lib. 3. Cavalc.decis.29.part.1. Rota in dec. 1.& 2.de filiis presbyt.in nouis, nec quidem fit extensio ad casum minorem, licet maiorem habeat rationem Host.in c.postulasti num.12. de rescriptis, Panormit.in cap. ad aures num.7.eod.tit.Milis in suo repert. in verbo dispensatio fol.1012. & regu-
4 la cui conceditur maius non habet locum in dispensationibus, Faber. decis. 13. C. de Sacrosanctis Eccles. quia dispensationes sunt odiosæ, & strictæ interpretandæ secundum Verallum decis.272. par.1. Sayr. dec. 7. de filiis presbyt.& in decis.9. eod.
5 tit.hinc est, quod dispensatio in foro conscientiæ non extenditur nec suffragatur in foro fori, vt latè scribentes in c.de his de accusatoribus Rot. diuers.in decis.606.part.1. Crescent. decis.14 de probat. & propterea tot esse debent dispensationes, quot sunt obstacula, Lanfranch.decis. 22. ratio est, quia, vt supra diximus, dispensatio vti odiosa non extenditur de casu ad casum,& proinde dispen-
6 satus, quoad vnum non censetur, quoad reliquum, Rota diuers.decis. 233.par.1.

7 Hinc est, quod peccat Princeps, qui dispensat sine iusta causa, quemadmodum & subditus illam petendo, Nauar. in præludiis matrimonialibus penult. qu. num. 11. Sot.libr.4. de iustitia quæst.7.art.3.&in 4. d. 21. quæst.2.art.2.Couar.in 4. part. c.6. §.9.num.9. Rodriquez in summa c. 234.& ratio est, quia causa in dispensatione semper inspicienda est, & sufficit putare causam esse rationabilem, Syluester verb. dispensatio n. 4. & data facultate dispensandi intelligitur si sit causa legitima. Emanuel Sà verb.dispensatio nu. 4. causæ verò ad dispensandum sunt multæ, & prima incompetentia dotis, hoc est defectus dotis ad contrahẽdum,& cum illo, qui mulierem petit in coniugem, & non cum alia sibi æquali, Nauarrus in man. cap. 22. in fin.nec habetur ratio, quod puella speret magnam hæreditatem, quæ sibi de necessitate nõ debetur, etiam si sit materna, Nauarr.in cons.19. de rescript.& nec si pater habens plures filias posset commodè dotare vnam, sed habita ratione dotis aliarum filiarum non posse vnam dotare, nam tunc si vnam dotet sufficienter, vtique dispensatio non erit subreptitia, exprimens dotis incompetentiam; nam illud dicitur fieri non posse, quod commodè non possumus l. nepos proculo ff.de verbor. signific. at idem multo magis causa iusta esset, quando diues vellet ducere in vxorem consanguineam pauperem, constituendo illi dotem, vt Nauarr.vbi supra.

Secunda causa est angustia loci, & mandanda est dispensatio executioni, etiam si mulier in alio loco insigni vicino suæ patriæ, virum suæ conditionis parem inuenire posset. Graff.de arbitrar. confess. capit. 43. Genuen cap.20. Rodriquez vbi supra numer.2.intellige dummodo in dispensatione non ponatur dicta conditio, quia tunc est interpretanda, vt verba sonant,& natura verborum requirit, Decius in capitul.at si clerici §.de adulteriis num.69. extra de iudic. sed aduertendum, quod magna diligentia vti debet delegatus; cui commissa est dispensatio propter angustiam loci, aut incompetentiam dotis, quia vt plurimæ

Digitized by Google

dictæ dispensationes solent esse subreptitiæ, & propterea bona esset cautela, vt curia se informet ex officio, & non examinaret testes à parte productos præcipuè quando personæ, quæ intendunt contrahere sunt infimæ qualitatis, & locus non esset valde augustus: insuper quando impetratur dispensatio à Papa, dummodo augeatur dos, non est admittendus vir ad constituendam dotem simpliciter super omnibus bonis suis, sed debet illam constituere in specie super aliquibus bonis si illa habet, vt consultum sit vxori in casu eius mortis, ne de nouo indigeat tali dispensatione, ita dixit Genuensis in praxi Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ d.c.20.num.14. & de nonnullis aliis causis videre est apud Summistas.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in impedimento dirimente matrimonium dispensare, potest quatuor concurrentibus, & quare.*

2 *Episcopus contra ius commune causa necessaria accedente statuere potest.*

3 *Vicarius Generalis Episcopi in impedimento dirimente matrimonium dispensare non potest etiam illis quatuor concurrentibus, nisi cum speciali mandato.*

An Episcopus possit dispensare in impedimento dirimente matrimonium.

DECISIO CCLXI.

PLuries fuit resolutum in Curia Archiepiscopali posse Episcopum in impedimento, quod dirimit matrimonium etiam iam contractum dispensare dummodo quatuor concurrant, scilicet, quod matrimonium sit publicè contractum: 1
secundo, quod impedimentum sit occultum: tertio, quod separatio fieri non possit sine magno scandalo, quarto, & vltimo, quod ob paupertatem contrahentium aliamve iustam causam Romanus Pontifex adiri non posset, ita Siluester in sua summa in verbo dispensatio, quæst. 9 numer. 15. vers. ex quibus concluditur, vbi quosdam alios idem sentientes refert. Nauar. in man. cap. 22. nu. 85. vers. 3. dicendum. Corduba lib. 1. quæst. 11. art. 1. col. 9. Sot. de iust. & iure, quæst. 7. art. 3. & in quarto sententiarum dist. 37. Rodriquez in summa c. 236. conclus. 2. Vgolin. de potest Episcopi c. 62. §. 1. Graff. consi. 26. num. 19. de sentent. excommunicationis, & hanc esse communem opinionem Summistarum refert Consta de remed. subsidiar. remed. 35. nu. 3. & seq.

Mouentur, quoniam Romanus Pontifex id concessisset, si de hoc requisito esset ob animarum salutem: ergo perinde est, ac si concessferit iuxta doctrinam glossæ in l. tale pactum §. final. ff. de pactis, & ea, quæ dixit Ias. in l. Barbarius numer. 3. cum plurib. sequ. ff. de offic. prætorum accedit Episcopum posse contra ius commune statuere; modo id faciat ex euidenti, & necessaria causa, quæ superiorem ad id concedendum moueret argumen. l. hominem ff. mand. & ita Ias. in l. omnes populi lectu. secunda ff. de iust. & iure: in hoc igitur casu dispensare Episcopus potest. 2

Non tamen eius Vicarius Generalis, nisi ad illud haberet ab Episcopo particularem commissionem, secundum Paludanum 4. sent. dist. 34. quæst. 1. Rodriquez citato cap. 134. 3

num.

numer.5. nec denique minores Prælati Episcopo; Nauar.cons. 5. de priuilegiis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per parentes, fratres, & sorores probari potest.*

2 *Suppletorium iuramentum in causa matrimoniali defertur, & quando non.*

An in causa matrimoniali deferatur Iuramentum suppletorium.

DECIS. CCLXII.

IN hac quæstione dixi de eius materia latissimè pertractari per Mascard.conclus. 1033.Ferrett. cons. 196. Gabriel. conclus. 9. de testibus, Crescent.decis.23. de probat. cuius hæc sunt verba: matrimonium, quā-
1 do non est disparitas, potest probari, per parentes, fratres, sorores, & consanguineos ad not. per Abb.& doct. communiter in cap. super eo il secondo de testibus, & in cap. videtur, qui matrim.accus.poss. quia quando mulier alias remaneret corrupta hoc forsan non procederet, cum tūc de vituperio, & honore talium deponentium agi videatur ad not. per. Aretin.in cons.13.col.7. & Dec.consil.133.col.2.vers.secundo dicta Margarita: Domini in isto casu, in vna Cæsaraugustana matrimonij, coram D. Pisauren. fuerunt pro iuramento in supplementum, quod etiam in
2 causa matrimoniali, quando est plusquam semiplenè probatum, defertur, vt per Abb.in cap. mulier col. pen.de iureiurand.Alexand.in l.3. in princip.col.3.vers.limitat.tamen hoc Roman.de iureiurand. Ias. in rep.l. admonendi, numero 231. eodem tit. licet Dec.in d.consil.133.colum.2.videatur contrarium tenere, nam pro contraria opinione voluit Boer. decis.85.exemplum ponitur, quando adsunt duo testes: quorum vnus non est integer, vel cum vno teste sint alia indicia, vel quando quis habet vnum testem, & pars aduersa subtraxit alium Io. Andr. in cap. peruenit de testibus cog. Put. de iureiurand. decis.1. & 43. & fuit dictum * coram Cardinali Seraphino in vna bonorum Dohanæ Salis 5.Martij 1582. & facit decis. Francis. March.decis. 753. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Coniugi super impedimento ad dissoluendum non creditur, cum limit.*

2 *Testes ad probandum impedimentum matrimonij omni exceptione maiores esse debent.*

3 *Testis de auditu non impedit matrimonium, & quare.*

4 *Arbitrio iudicis remittitur ad probandum matrimonij impedimentum.*

5 *Iudex potest inquirere de impedimento, quando adest dubium.*

Quænam probationis species requiratur ad probandum impedimentum matrimonij.

DECIS. CCLXIII.

FRequentissima est in Curia Archiepiscopali Neapolit. materia probationum impedimenti matrimonii, propterea aliqua magis ad praxim pertinentia, & quæ decisa fuerunt hic inserere volui, vnde pro dilucidatione quæstionis sunt nonnullæ iuris conclus. distinguendæ.

Digitized by Google

1 Prima sit conclusio, confessioni coniugum super impedimento ad dissoluendum matrimonium contractum regulariter non statur, vt pluries fuit resolutum in Curia Archiepiscop. per text, expressum in c. super ea, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, & fuisse in Rota Romana decisum testatur Caputaquen. decis. 208. Crescent. dec. 22. de probat. Franc. Marc. dec. 754. nisi talis confessio fieret per illum, qui stat pro matrimonio, quia tunc non est verisimile, quod quis vellet fateri ad sui præiudicium, cap. attestationes de sponsatione impuberum, & ibi per glos. & Panormit. si verò confessio emaneret pro matrimonio, bene teneret pro matrimonio secun. Gloss. in d. cap. super eo, & in l. pen. C. de fideiussoribus, sed si confessio fieret ad separationem thori, vt in adulterio, bene teneret ad sui præiudicium cap. ex litteris de diuort. secundum glossam in d. cap. super eo.

2 Secunda sit conclus. ad probandum matrimonium requiritur, quod testes sint omni exceptione maiores c. 1. de consang. & aff. Caputaq. dec. 286. part. 3. Cappella Tholosa. in dec. 171. & in decis. 272. Lanfranch. dec. 80. Rota diuersorum in dec. 210. parte 1. & fuit pluries dictum in Curia Archiepiscop. sed animaduertes, hanc conclusionem esse veram, quando agitur de impugnando aliud matrimonium, vel dirimendo ipsum, vt tenuit Rota Roman. in vna Tullensis matrim. 14. Ianuarij 1568.
* *coram Oradino; & facit etiam dec. Rotæ diuersorum 209. parte 1. & ita intelligendos esse DD. quos pro contraria parte congerit Gabriel conclus. 9. de Testibus, & textus in citato capit. 1. de consanguin. & affin.

Tertia sit conclusio, quando vnus testis dicit se audiuisse impedimentum, quod tamen probare non posset; tunc non impeditur matrimonium; ita Panormit. in cap. 2. numero 1. de spons. & in c. tua numer. 3 3. eodem titul. cuius ratio colligitur ex glos. in cap. quoties in vers. credere de testibus, vbi necesse habet testis deponere, quod viderit personas omnes in consanguinitate, designando gradus ex vtroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus, aliter non valeret.

Alia ratio reddi potest; quia quãdo consanguinitas est probanda in certo gradu testes debent deponere, de gradu, & stipite, Alex. in consil. 82. colum. 1. vol 2. Dec. in consil. 321. colum. 3. & cons. 531. numer. 4. secus si probanda esset in genere; vt decisum refert, Anna singular. decis. 103. pro quo facit glos. in cap. licet il secondo de testibus; facit etiam Nauarr. consil. 2. de consang. & affinit. dum vult non impediri matrimonium contrahendum vnico teste asserenti se ab aliquo audiuisse, eos esse cognatos, idem si secundus testis deponat, sed nollet iurare, secus si plures deponerent, se à pluribus audiuisse, sed vnus tantum deponeret, cum iuramento, ex quibus omnibus conclusionibus apertè patet quomodo sit intelligendus textus in c. præterea de spons.

Quarta sit conclusio cum hic nõ 4 possit vndequaque dari certa regula relinquitur arbitrio iudicis facit c. super eo de consanguin. & affin. & ibi Gloss. in vers. famam, Nauarr. in capit. Sacerdotes de pœnitentiis distinct. 6. num. 28. Glos. in capit. nuper de testibus.

Quinta conclusio vbi adesset dubium, tunc iudex habebit materiam inquirendi an id probari possit, nec 5
ne,

ne, quod etiam annuit Abbas in d. c. cum inhibitio num. 1. dicens si autem aliquid rationabile obiectum fuerit contra matrimonium contrahendum, contractus interdicatur expresse, donec impedimentum probetur.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahitur inter infideles.*

2 *Infidelis conuersus non tenetur requirere coniugem infidelem, si fidelem ducere in matrimonio desiderat.*

3 *Fidelis, infidelis effectus ducens infidelem, si ad fidem reuertitur, & matrimonium contrahere cupit cum Christiana, requirere non tenetur infidelem.*

Infidelis conuersus ad fidem, si velit contrahere matrimonium, an teneatur requirere coniugem habitantem in partibus infidelium.

DECIS. CCLXIV.

IN hac quæst. non mediocrem mihi dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, quod inter infideles potest contrahi, atque con-
1 stat, matrimonium, quatenus est contractus naturalis, & concupiscentiæ remedium, Magister in 4. sententiar. distinct. 39. Sotus ibidem quæst. vnica conclus. 1. Sanctus Thomas in additione, ad tertiam partem quæstion. 56. art. 2. Angelus verbo matrimonium 3. impedimento 10. numer. 1. Siluester eodem verbo quæst. 10. Nauarr. cap. 21. numero 48. Victoria de Sacramento matrimonij numer. 294. Viualdus in eodem Sacramento quæstio 215. & propterea dicebat textus in cap. Gaudemus de diuortiis, quod infideles iuncti in gradu prohibito leg. Canonica tantum, conuersi ad fidem non separantur.

Rursus faciebat, quia præfatum secundum matrimonium contrahi minimè posset, per conuersum ad fidem, nisi infideli renuente conuerti: quare vt constat de eius Renitentia necesse est ipsum monere, vt probatur expresse in cap. Iudæi. 28. quæstion. 1. (*Ibi, quod si admoniti fuerint, & noluerint separentur*) & probant Archidiacon. ibidem numer. 2. Bellamera n. 4. Armilla in summa in verbo matrimonij numer. 38. Nauarrus in Consilio 2. de conuersione infidelium, Cuccus libr. 5. institutionum tit. 12. num. 103. Caieta. in repetitione cap. ad limina 30. quæst. 1. cum aliis, quos congerit Sanchez libro 7. disputatione 75.

Imò sunt qui tenent requiri Ecclesiæ authoritatem, vt præficiat infideli terminum, vt conuertatur, quo possit prius matrimonium dissolui, ita Hostiensis numero 13. super verbo compelletur, Ioannes Andreas num. 15. Butrius numer. 20. Ancharanus num. 26. in citato capit. gaudemus de diuort. Archidiacon. in cap. finali num 2. Vigesimaoctaua quæstion. 2. & ibi Bellam. num. 2. Enriquez Boic. in cap. quanto num. 3. de diuortiis. sed verius est contrarium, quamuis esset vtilissimum vnde satis erit, qualitercunque constet de infidelis voluntate, & Ratio est, quia cum hoc Matrimoniũ solo iure diuino dissoluatur, non est aliquod iudicis ministerium necessarium, secund. Panormitanum in capit. Gaudemus numero 15. & ibi Præpositus in 6. quia autem numero 14. Angelus verbo matrimonium 3. impedimento 10. numero 3. Veracrux in

Digitized by Google

decisi.132.libr.3. Rota diuersorum in decisi.46.num.15.part.1.quemadmodum etiam probatur dum quis visus fuerit ingredi in Bellum & non exire Rota Perusina decis. 30. Magonius dec.44.Capp. Tholosana decis. 312. Ozaschus dec.108. item probatur etiam per productionem testamenti cum mandato iudicis, vt latè per Ioseph. Lodouicum in Rota Perusina decisio.49.cuius ratio est quia cum agatur de graui præiudicio, efficacior probatio exigitur Gloss. communiter recepta in leg. si quidem C.soluto matrimonio Rota diuersorum in dec.551.par.1.Ant. Faber. in decision. 2. Cod. de probationibus.

Potest probare etiam mors quoad supradictum effectum per librum Rectoris in quo describi solet mors sepultorum in eius ecclesia, Polidorus Ripa in dec. 247. Rota Perusina dec.2.& fuit resolutum in Rota Roman. in vna Romana hospitij de Lucatellis 30. Martij 1603. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec.1556.

In Curia tamen Archiep. reiectis omnibus supradictis modis, mors
4 quoad effectum de quo supra aliter non probatur, nisi per vnum testem de visu, qui deponat, qualiter vidit illum ab hac vita decessisse, & insuper necesse erit, quod examinentur duo alij testes, qui deponent de publica voce & fama de luctu mulieris, & acclamatione de morte viri, quæ praxis sumpta est excit. textu in capitulo in præsentia de sponsalibus.

SVMMARIVM.

1 Filius ex muliere vxorata ortus semper præsumitur legitimus, cum ampl. & limit. nu.3.

2 Probatio contra præsumptionem iuris, & de iure non admittitur, nisi per partis confessionem, de cuius agitur interesse.

3 Coniectura ad probandum illegitimitatem quænam sint.

Filius an semper præsumatur natus ex viro.

DECIS. CCLXVI.

PRo indubitato fuit habitum, in Curia Archiepiscopali filium natum ex muliere maritata præsumi verum & proprium filium viri legitimum ad tex.in l.miles §. defuncto 1 ff.de adulter.l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iur. l. si vicinis C.de nup.cap. per tuas cum ibi notatis de probat. latissimè Gabriel conclus.14 de præsumpt. Alciat. eiusdem nominis tract.regul. 3. præsumpt.37.Maschard.conclu. 738. idque procedere asserunt etiam, si constet mulierem cum vtroque rem habuisse ex Bald.consi.437.nu.3. volum.5.Curt.Senior consi. 31. numero 3.Grass.consi.2.de adult.volum. 2. ac procedere etiam si mater esset publica meretrix, secundum Monald. cons.90.Bonmincius consi.16. Henriquez consi. 35. idémque procedere etiam si vxor ad domum amasij perstitisset, si tamen vir ad eam aditum habere potuisset, Bald. in l.si matre C.de suis, & legitimis Deccius cons. 657.num.2.& ante omnes, Cin.in l.si vicinis C.de nupt.

Est enim hæc præsumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur 2 probatio in contrarium, nisi per partis de cuius interesse agitur confessionem; secundum Boer.decisio.299. num.9.post Hypol.in l. 3. §. ad quæstionem in fine ff.de quæst.vbi innu-

meros recenset, Bero. quæ. 6. num. 2. Gonzalez quæ. 93. Alexand. Trentacinq. libro 1. variar. quæst. capit. 131. & propterea asserenti contrarium incumbere onus probandi scripsit Iason. consi. 125. colum. 1. vol. 4.

Dubitabatur tamen in eadem curia an suprapofita conclusio procederet etiam existentibus conjecturis in contrarium, & fuit conclusum, quod ob cõiecturas scilicet reputatione illegitimitatis educatione extra domum mulieris adulteræ, tractatione, & fama viciniæ, & confessione parentum, quod erat illegitimus, cesset dispositio prædictorum iurium, & præsertim §. defuncto, vt fuit resolutum in Rot. Roman. in v-
2 na Placentini 13. Martij 1538.* coram Sarnen. vt testatur Mohedan. dec. 1. & 2. qui filij sint legitimi, Crescent. dec. 1. eodem tit. quibus, addo Paul. de Castr. consil. 115. nisi super primo col. 3. versic. super vltimo libr. 1. Cor. consil. 1. col. 1. vol. 3. Capr. consil. 2. in princ. Alexand. consi. 88. num. 7. libr. 7. Ancharan. consil. 225. dub. 2. Barbat. consi. 68. vol. 4.

Notabilia quædam in materia matrimonij.

Iustæ causæ quę sint, vt à sponsalibus recedi possit, vide per Menoch. de arbitra. lib. 2. casu 455.

Quando sponsalia sunt iurata, an licet ab illis recedere vide Abb. consil. 48. lib. 1. & Gloss. in c. sic quippe in verb. quæritur 27. q. 2. Franc. March. q. 521. par. 1. & qu. 146. parte 2.

Sponso, & sponsæ asserentibus sponsalia inuicem contraxisse, creditur, statur etiam confessioni coniugum asserentium, & allegantium subesse impedimentum in sponsalibus, Menoch. de arbitrar. libro 2. capitulo 103. tamen testimonio vnius coniugum non creditur, si is quærit sponsalia dissoluere ibidem numero 3.

Sponsam impuberem ad domum sponsi transducere, an licitum sit, & an sponsus pœna raptus puniri possit vide Marc. qu. 70. part. 2.

Sponsus propter traductionem, & detemptionem puellæ, sine maioris partis parentum consensu in quã pœnam incidat vide March. quæst. 71. & quæst. 73. sed quando liceat ipsam puellam transducere vide qu. 720. part. 2.

Iocale, & anuli donati sponsæ ante contractum matrimonium efficiuntur sponsæ, & non possunt repeti ab heredibus viri, secus si sint donati vxori, ratio est quia donatio facta à sponso sponsę valet, Natta consil. 315.

Post septennium sponsalia contrahi possunt c. fin. 30. qu. 2. Francisc. March. qu. 70. part. 2. num. 14. q. 681. c. 720.

Filij de iur. ciuil. non possunt contrahere matrimonium sine consensu patris, secus de iure canon. Boer. dec. 197. num. 6. cui standum est Ozas. decisi 154. nu. 9.

Vicarius iure non debet concedere licentiam filiofamil. contrahendi matrimonium non præcedentibus denuntiationibus, ob id ne pater ipsius filij hoc sciens, valeat impedire matrimonium contrahentium, Menochius consilio 69. volumine 3.

Contrahentes nuptias incestuosas qualiter puniantur vide Pap. libro 23. tit. 4.

Dos, & cætera omnia amittuntur, & fisco applicantur, vbi prohibitum matrimonium scienter contrahitur Vincent. de Franch. decisi. 52. numero 10.

Cle-

Clericus beneficiatus absque dispẽsatione potest matrimonium contrahere, licet ipso iure valet beneficium Thom,Minad.dec.34.

Quando vxor teneatur sequi maritum quocunque eat vide Cappell. Tholos.quæst.160.

Fama impedimenti, quæ extabat tempore contractus matrimonij, attenditur, vt proles dicatur legitima Iaco.Put.decis.77.lib.3.

Ignorantiam probabilem nõ potest allegare matrimonium contrahens cum professa in inclusorio inter moniales habitante, quæ ita (cum in habitu est) iudicari debet Put.dec 244.libro.3.vide ibidem decis.257.& 262.

Matrimonium quomodo probetur vide Paul.Emil.decis. 203.& seq. par.2.Ieron. Mago. decis. 86. Luc. Gomez. Leo dec. 1. in dec. diuerso. tom.2.Boer.consil. 10. Menoc.consil.259. & cons.34.libr.4.March. q. 701.par.2.

Quando agitur de matrimonio secundo probando contra primum, liquida probatio requiritur idem Gomez.d.dec.1.

Lite pendente super impedimento matrimonij, non debet suspendi exercitium matrimoniale, idem lata sententia, pendente appellatione Vinc.de Franch.decis.130.

Materia permissa, & prohibita matrimonij, primi, & secundi generis attinentiæ, & affinitatis, plenè tractatur per Borg. Caualcan. decis.12. de contract.par.2.

Sententia in causa matrimonij regulariter non transit in iudicatum, vide Andr.Gail.obser.12.lib.2.

Dispensatio matrimonij, in qua fit solum mentio de affinitate, & non de publica honestate quando valeat vide Boer.decisi.264.numero 28.

Dispensatio præsumitur inter coniuges, qui in gradu prohibito contraxerunt, si per decem annos & vltra in matrimonio vixerunt, & mortui sunt, Paul. Emil. decisi. 269. par.1.

Dispensatio super matrimonio cum impetratur, quæ qualitates sunt narrandæ, si surreptitia sit dispensatio, vide Menoch. de arbitr.libr.2. cons.203.nu.12.

Filij nati in figura matrimonij, ex quo mulier habebat alium virum secundo ignorante dicuntur legitimi, & naturales, & etiam scienti succedunt, sed quid omnibus parentibus scientibus, vide Vinc. de Franch.decisio. 130.imò filij nati lite pendente super legitimatione matrimonij dicuntur legitimi, & naturales. idem in natis post sentẽtiam pendente appellatione ibid.num.5. & 6.

Finis Tituli Praxis de Sponsalibus.

Digitized by Google

PRAXIS MONITORIALIVM.

SVMMARIVM.

Monitoria ad hoc, vt concedantur, quinque sunt necessaria.
2 *Excommunicatio vltimum debet esse remedium.*
3 *Remedia ordinaria non sunt pro extraordinariis omittenda.*

Quæ requiruntur cum Monitoria concedi possint.

1

DECIS. CCLXVII.

DE litteris monitorialibus concedi solitis per ordinarios sub pœna excõmunicationis pro rebus deseitis, quarum concessio est actus iustus, & extraiudicialis contra illicitos detemptores, vel etiam conscios ad reuelandum, vel contra recusantes dicere veritatem coram quocunque iudice, vel contra possidentes bona obnoxia alicui promissioni, seu obligationi, vt præter Neuiz in sylua nuptia. Osasc. & Abb. cum congestis per Costam tract. de fact. scient. & ignorant. distinct. 5. Cent. 2. tom. 1. & per eundem Cost. de remed. subsid. remed. 14. tradit Rip. tract. de peste tit. de priuileg. ad curand. pestem n. 122. cum sequent. Surdus cons. 129. num. 33. vol. 1. comprobat Nauar. de pact. cons. 2. num. 6. lib. 1. de censib. cons. 3. nu. 3. lib. 3. Francis. Marc. dec. 853. par. 2.

Vt autem illarum concessio obtineat, quinque concurrere debent requisita.

Primum est quod nominatim (nisi contra testes) non concedantur ratione formæ, nisi præuia diligentia de exequendo realiter, vel personaliter Anton. à Sola ad antiq. decret. Sabaud. tit. de tribunal. competent. adit. glos. num. 7. quamuis sine canonica monitione non procedatur ad excommunicationem Franc. Marc. d. decis. 853. per cap. constitutionem de sentent. excommunicat. lib. 6.

Secundo requiritur, quod rei pro qua huiusmodi literæ conceduntur non sit minimi, aut exigui momenti sola d. loco numero 6. Francisc. Marc. decisi. 803. par. 2. & nouissimè Sacr. Concil. Trident. de quo infra in proposito aliquid est differendum.

Tertium est requisitum, quod continent clausulam iustificatiuam, alias sunt inualidæ, Nauar. d. consil. 3. de censibus, & cons. 3. de clericis excommunicat. ministrant. nume. 1. lib. 5.

Quartum, quod aduersarius non sit certus, alioquin via ordinaria esset experiendũ Rimin. iux. cons. 357. num.

num.1.2.& 19.cum seq.volum. 4. vbi insuper concludit esse persistendum in datis monitorialibus, non obstante certitudine postmodum superueniente.

Quintum est requisitum, quod propterea pertinet principaliter ad hanc tractationem, quod dentur hę litteræ monitoriales in subsidium, id est deficiente alia probatione: ne etiam hoc modo contingat euacuari sæculare forum, Nauarr.d.cons.3. de censib. quia cum excommunicatio debeat est vltimum remedium
2 cap. clericus de vita, & honest.cleric.ex quo reputatur maxima pœnarum vulgato cap. corripiantur 24. quæst. 3. quamdiu habentur remedia ordinaria, non debemus vti ex-
3 traordinariis, Sor.in 4.sentent.distin. 22.quæst. 1. potissimum ex norma, Sacr.Concil.Trident. de refor.cap. 3.incipien. quamuis sess. 23. vbi disertis verbis habentur quod excommunicationis gladius, qui est neruus disciplinæ Ecclesiasticæ, sobriè & cum magna circumspectione est exercendus, & tunc demum, quando alia via suum inuenire non potest Berret.consil.3.numer. 2.& consil. 5. numero 29. idcirco inualuit praxi, vt in præceptis coram Iudicibus Ecclesiasticis inseratur clausula sub pœna excommunicationis in subsidium. Quamobrem scribitur eod.Thesaur.fori Ecclesiastici d. capit. 38. numero 15. quod Sacra Illustrissimorum Cardinalium Congregatio in vrbe super d.capit. 3. interpretatione Sacratissimi Concilij declarauit, si vnus ex duobus in solidum obligatus in forma Cameræ Apostolicæ carceratus esset, & qui deinde comperiretur non soluendo, in subsidium contra alium procedi potest, simulque properandi ad relaxationem vsurarum quibus esset innodatus impotens.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à monitorio est concedenda & quare num.seq.*

3 *Quod magno cum labore fit, quasi dicitur non posse fieri.*

An à Concessione Monitorialium non possit appellari.

DECIS. CCLXVIII.

A Quodam decreto lato super Concessione Monitorialium in Curia Archiepiscopali Neapoli extitit appellatum, quare fuit inter nos dubitatum si debeamus præfatam appellationem admittere. Vnus ex Dominis dicebat non esse admittendum, cum concessio litterarum monitorialium sit decretum interlocutorium, vt in specie concludit Aymon, Crauetta in consil. 181. per totum volum. 1. Burcalten. consil.23.volumin.2.Gratian.in decis. Rotæ March. 97. & proinde ab eo non licere appellari, vt per Concil.Trident.sess.24.cap.20.de reform.

Cæterum hoc non obstante contrarium fuit decisum, quod scilicet possit à præfato decreto appellari, & moti fuimus ex pluribus.

Tum primo: quia decretum, esse concedenda, vel non capita monitorialia, æquipollet decreto testes admittendos esse, vel non, cum vtrunque respiciat vires probationis secundum Lanfrancum in decisi, 125. vnde cum ab hoc decreto appellatio admittatur, igitur, & ab illo concessionis monitorialium, cuius ratio est, quia ex eo grauamen inreparabile per diffinitiuam censetur, ideo concedendam esse ap-

pellationem scripsit Bald. in l. arbitrio ff. qui satisdar. cogant. Rot. in dec. 44. sub num. 3. de appell. in nou. Cappella Tholosana vbi addit in dec. fin. num. 8. Surdus dec. 36. nume. 17. Ioseph. Lodouicus in decisi. Perusin. 38. num. 4. Osach. dec. 25. nume. 14. Giurba in dec. Siciliæ 56.

2 Tum secundo, quia huiusmodi sententia non dicitur interloquutoria simpliciter, sed habere vim diffinitiuæ secundum Riminald. cons. 618. num. 14. vol. 4. Cauagnol. ad decret. montisferat. §. 8. q. 2. num. 20. & ab ista sententia admitti appellationem non dubitarunt Doctores, præsertim Gratian. deci. 97. numer. 1. Valas. dec. 51. Gail. dec. 129. libr. 1. Guid. Papa decis. 75. Giurba cit. 56. Rot. diuers. Lucens. 95.

Quare cauendum ab Intringolo qui lib. 1. singular. 39. inquit appellationem non admitti ab interloquutoria, probationes admittendas esse, vel non ex communi opinione quam refert Ioan. de Amicis consil. 128. num. 4. Bald. cons. 332. volum. 4. Ias. cons. 16. volum. 1. & in l. si arbitrio in fin. ff. qui satisd. cogant. nam responderi poterit, prçcitatos loquutos esse, quando damnum reparari potuisset per diffinitiuam, nam etiam in casu vbi magna cum difficultate, aut partis præiudicio reparari posset, admittitur appellatio secundum Bartol. communiter receptum in l. 1. §. quæsitum sub num. 6. in fin. ff. de appellat. Bald. in l. 2. sub num. 5. C. de Episcop. audient. Orian. in c. quoniam contra cap. 10. nume. 98. Afflict. in const. lite dub. 23. de processf. iudic. num. 23. ver. item quia lib. 2. Marant. de iudic. par. 6. actu. 2. numero 355. Felin. in c. accepimus sub num. 5. vers. & hinc est de fide instrum. Greg. Lop. per tex. in d. l. 3. glos. à minos de grandano tit. 23. par. 3. Duen. reg. 52. lim. 10. Asin. in praxi 55. 31. c. 18. limit. 1. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 282. cons. 1. numer. 54. Gratian. discept. 74. numero 13. Carpan. c. 150. numero 12. Natta consil. 172. numer. 1. Rebuff. glos. fin. ad Reg. consti. tit. de sentent. exequut. art. 10. numero 7. quasi non dicatur posse fieri quod magno cum habere fit, Ias. in l. Iulianus §. constat numero 7. ff. de leg. 1. Et à grauamine quod per diffinitiuam non extorto reparari potest admittitur appellatio, Felin. in c. cum super sub numero 17. de re iudic. Alex. cons. 17. numero 7. volum. 1. Surd. dec. 36. nu. 14. Rebuff. d. glos. 1. num. 11. Gabell. Milleloq. 723. in fin. Gratian. discep. 74. num. 13. Gail. libr. 1. obseruat. 129. num. 1.

Imò licita erit appellatio ab interlocutoria quæ incompatibile contineat grauamen. vel ab sorberet ius partis, aut pararet præiudicium in negotio principali cap. fin. §. vbi vero de appellat. l. iuxta vtile vbi Bart. not. ff. de minor. Bald. in l. arbitrio numero 6. ff. qui satisd. cogant. Felin. in c. cum causam nume. 6. vers. limita quarto de re iud. Magon dec. Lucent. 23. numero 6. Gratian. d. disceptat. 74. nume. 14. Ruin. Reg. 52. limit. 3. qua prouisum etiam est in Conc. Trident. sess. 24. c. 10. de reform. Bald. in l. fin. sub numero 5. versic. secundus est actus Cod. de relat. vbi idem dicit quando interloquutoria ingerit difficultatem circa causæ decisionem Rebuff. d. glos. 1. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria ob nimiam partis animositatem se opponentis publicationi, sunt concedenda, & quare numero 4.*

2 *Mu-*

Digitized by Google

2 *Mulier redditur suspecta, si custodia ac ventris inspectioni resistit.*
3 *Iudex parti se opponens suspectus redditur.*
5 *Veritas propter scandalum euitandum non omittenda.*
6 *Veritas iustitiæ basis est ac fundamentum.*

Suspitio non leuis est contra eum, qui se opponit Monitorio ne publicetur.

DECIS. CCLXIX.

SÆpe sæpius in Curiis Episcopalibus comparent Partes ad opponendum & impediendum ne monitoria ab Aduersa parte impetrata publicentur, quare cum in quadam causa mihi delegata de hoc dubitabatur, iudicaui existentibus nonnullis aliis causis, & præsertim ob ni-
1 miam animositatem partis se opponentis publicationi, dixi esse concedenda capita monitorialia. maximũ enim est indicium, & non leuis contra eum suboritur suspitio, qui aduersus Ecclesiastici Iudicis monitorium se opponit secundum Crauett. consil.181.nu.6.& latius cons.134.nu.29.& cons.100.nu.179.sola ad decret. Sabaud.tit. vt nemo inuitus num. 7. Lazzar.de monitor.super tit.3.qu. 12. numer.3.ita Rot.diuers.decis.383. nu. 11.part.1.Giurba Rot.Sicil.in dec.94. num.19.

Sic in Muliere se opponente ne sibi adhibeantur Custodes, fiatque sui corporis sequestrum, vt ab alio non corrumpatur aduersus quam insurgit suspitio, ne partum agnoscere Maritus teneatur l.1.§.sed si Maritus ff. de liber. agnoscend. & sup-
2 positi partus præsumptionem subiit mulier, quæ ventris inspectioni resistit l. 1. §. si cui ff. de ventr. inspic. 3
ac suspectus redditur Iudex si parti se opponat gloss. in capitulo statutum verbo copiam de rescript. in 6.

Cuius principalis conclusionis ratio est quia veritas non est occul- 4
tanda clemen.sæpe de verb. signific. nec propter scandalum euitandum est omittenda cap.qui scandalizauerit de reg.Iur.latissime, Felin. in cap. nihil de præscript. & veritati semper locum esse voluit tex. in l. imperatores §.penultim.ff. de probationibus, Abbas consi.15.numer.4. insudarunt namque legislatores, vt veritas in lucem veniat l.fin. ff. de probat.Parin. de gabell.part.1.numer. 13. Costa de rat.por.quæst.79. num.9.Viu. decisi. 189.addit Cæph.consil.569.numer.7. iudicem nec ad aliud inuentum, quam ad inuestigandam veritatem: exornat; Neuis consi.34. num.6. Imbrian.de repud.part.1.consil.6.num. 6.pro qua inquirenda multa ex officio facere is potest, quæ alias nec posset, Rip.in l.4.§.hoc autem Iudicium numer.69.ff.de damn.in infect. Menoch.de arbitr.casu 499. & in addit. numero 97.Decian.consil. 47. num. 1.vol.1.summáque ope niti debet, vt elucescat veritas, & sepulta exsurgat, quæ iustitiæ basis est, & fundamentum, Crauet.consi. 6.num.27. Mantic.de tacit.& ambigu. libro 13.titul. 27.numer.2.& de Coniectur. vltim. voluntat.libro 8.titul.18.num.12. Pacian.consil.3.num.60.Viu. decis.189. numer.3.Ceual.commun. quæst.821. numer.9.Ceph.dicto cons. 569. Cassan. in tract. gloria mundi parte 12. consid.26.Magon.decisi.Lucensi.25. numero 28.Borell. de compromisso §.5. gloss.5. in principio, ideo probationum facultas non est coangustanda l.quoniam in fin.C. de Hæreticis.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria generalia ab Episcopo sunt concedenda.*
2 *Legatus à latere monitoria concedere potest.*
3 *Nuntius Apostolicus monitoria generalia concedere potest.*
4 *Vicarius generalis Episcopi monitoria concedere potest, & quare.*
5 *Vicarius capitularis Sede vacante monitoria concedere potest, & quare.*
6 *Vicarius præsente Episcopo monitoria concedere potest.*
7 *Vicarius foraneus monitoria concedere non potest, & quare.*

Monitoria generalia quis concedere possit.

DECIS. CCLXX.

1 DIxi in facti contingentia præfatam facultatem concedendi monitoria non nisi Episcopis competere, vt apertè patet ex doctrina Suarez 5. disput. lection. 2. Bald. in cap. si Sacerdos de offic. ordinarij, Anchar. & alij quos longa serie cõprobat Guttierez libro primo Canonicar. quæst. cap. 15. numero 1. Nauar. in silua nuptiali lib. 3. vers. monitoria numero 28. quod probatur etiam ex Sacro Concilio Trident. sess. 25. cap. 3. vers. (quapropter) vbi ipsius Episcopi arbitrio quando sunt concedenda relinquitur, vt refert etiam Costa in tract. de Iuris & facti scientia, & ignorantia cent. 2. distinct. 55. numero 1. tom. 1. Sayr. de censuris libro 2. capite 9. numero 33. Rodriquez in summ. par. 1. cap. 79. & in q. 11.

2 Amplia primo, vt possit concedere etiam legatus à latere, quia & ipse quoque in prouincia sibi commissa iurisdictionem habet secũdum glossam, & ibi communiter DD. in c. legatos 2. de officio legati in 9. Moneta in tract. de distributionibus quotidianis part. 2. q. 9. n. 6. Graff. in cons. 6. nu. 8. de sent. excommun. Guttierez lib. 1. Canonicar. q. c. 11. nu. 5. & sequenti, Laza. lib. 1. canon. q. c. 5. & hoc procedere etiam in Nuntio Apostolico scribit Panutius lib. 1. canonicar. qu. cap. 5. 3

Amplia secundo in Vicario generali Episcopi, nam & ipse quoque generalia monitoria concedere potest, vt in propriis terminis voluit Silua Nuptial. libro 3. vers. monitoria num. 28. Diaz in Reg. 243. Sbroz. de Vicario Episcopi libr. 2. quæst. 171, num. 2. Graff. citat. cons. 6. de senten. excomm. & ita declarasse Sacr. Illustriss. Congregat. testatur idem Lazar. cit. tract. q. 6. & ratio est, quia per inclusionem Episcopi factam à Concil. non excluditur eius Vicarius, qui, vt habetur in c. 2. de consuetudine in 6. faciunt vnum & idem Tribunal, vt tradit ad idem Campeg. in tractatu de Potestate Papæ, art. 1. nu. 48. 4

Non obstat Concil. Trident. sess. 25. c. 3. de reform. volentis à nemine prorsus præterquam ab Episcopo esse decernenda, quia respondetur ex hoc non tolli Vicarij facultatem, & ratio est, quia quando Concil. voluit excludere Vicarium, vt in cap. 6. sess. 24. de reform. loquutus fuit taxatiuè & expresè dicens Episcopis non eorum Vicariis esse permissum, vt animaduertit Sbrozz. cit. quæ. 171. Guttierez qu. 22. lib. 2. Gratian. notabiliter in decisio. 97. Nauar. in consi. 5. de sponsalibus, Tolet. in summ. libr. 7. c. 16. & Graff.

Subamplia primo vt præfata facultate censeatur pariter concessa 5

Vica-

Vicario capituli Sede vacante, ita Sayr.tract.de censuris libro 1. cap. 9. num.33. versic.primum est Pauin. de potestate capituli Sede vacante q. 16.numer.3.Lazar. libro 1. canonicarum quæst.cap.5.& ratio est quia capitulum cathedralis, Sede vacante generaliter succedit in sui Episcopi iurisdictione etiam in administratione temporalium, & spiritualium, & præsertim in monitoriis concedendis testatur.Pauin.loco supra citat.Cucchus in institut.maior.lib. 2. tit.9.Guttierez libr. 1. canonicarum quæst. cap.11. Cardinalis Tuscus tomo primo pract. iuris conclus. lit. c. conclus.56.

6 Subamplia secundo, vt possit Vicarius etiam præsente Episcopo cōcedere monitoria Sbrozz.li. 1. q.fin. Balb.in dec.488.post Rebuff. in praxi benefic. libro 1. capit. 22. numero 187.

Limita tamen supradicta minimè procedere in Vicario foraneo, & ratio est quia non habet iurisdictionem, nec facit idem consistorium cum episcopo secundum glos. communiter receptam in cap. 1. in principio in verbo foranei de officio ordinarij Gloss.in clem,& si principalis eod. verb. de rescript. Sbroz. sæpius cit.tract.quæst.23.numer.5. cum sequenti,Rota diuers.in decis.295.libro 2.Marant.par.4.distinct.5.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria contra certas personas non sunt concedenda.*

2 *Debitor notorius non est reuelandus.*

3 *Excommunicatio certos non ligat & quare.*

4 *Excommunicatio est vltimum remedium,& pœnarum maxima.*

5 *Monitoria contra non soluentes decimas (dummodo sint incerti) sunt concedenda.*

6 *Monitoria sunt contra culpabiles in aliqua piscatione concedenda.*

7 *Monitoria quando non sunt concedenda.*

Monitorium an sit promulgandum contra personas certas.

DECIS. CCLXXI.

VVlgare est dictum in ore omnium Dominorum Iudicum in Curia Archiepiscopali, monitoria minimè esse concedenda quando certæ sunt personæ, quia tunc ordinariè est agendum, vt expressè patet ex Concil.Trident.sess.25. cap.3. 1
Neuiz.lib.3.num.48.Rota Auenion. in decis.120.numer.3. Rot. Macerat. libro 1.dec. 112. Lazar. de monitorio sect.1.quæst.10.numero 6. & sect. 4. quæst.1.num.3. Costa de scient. & ignorant.cent.1.distinct.55. numer 2. Tess.fori eccles.part.3.cap.38. numero 24.& ita refert decisum Giuiba in decis.Siciliæ 94.

Quare Doctissimus Sotus in 4. sententiarum dist.22.q.1.artic. 2. voluit non debere reuelare debitorem qui notus est, quia hæc monitoria concedi tantum debent deficiente probatione, & in subsidium alio- 2
rum Iuris remediorum: nec excommunicatio comprehendit atque ligat eos,qui sunt certi,vt pulchrè ha- 3
betur per Rotam diuers.in dec. 383. parte 1.Tuscus lit.E conclus.441.numero 3.Felin.in c.2.de const. Rimin. Iun.in consil. 357. num.3.sola ad decreta Sabaudiæ in tit. vt nemo inuitus Glos.1.num.7.Gemin.in cap. fin. de electione in 6.Card.in consil. 76. & in consil.155.

Ratio est,vt supra dixi quia præfa-

Digitized by Google

ta monitoria conceduntur in subsidium deficiente scilicet alia probatione, ne hoc etiam modo sæcularis forus eneruetur ita Abb. in cap. nouit. numero 28. de iudiciis, Felinus in cap. venerabilis numer. 12. & seq. de exceptionibus Nauarr. consil. 3. de censibus, Purpurat. consil. 363. Monaldus cons. 22. vol. 1. & excommunicationem esse vltimum remedium dicit text. in c. clericus de vita, & ho-
4 nestate clericorum, & maxima pœnarum censetur c. corripiantur 24. quæst. 3. & quam diu remedia habemus extraordinariis vtendum non est capit. ad nostram cl. 2. de iureiurando Berett. 3. consil. 3. num. 2. & in consil. 5. num. 20.

5 Hinc prouenit primo quod poterunt decerni contra non soluentes decimas, quando ignorantur personæ, secus si essent certæ, vt in propriis terminis consuluit Rim. Iun in cons. 357. num. 15. post Gloss. & Card. Imola in clement. dispendiosam in verbo præmoniti de Iudiciis, Monal. consil. 181. num. 3. vol. 1. Alciatus consil. 122 num 3. & sequent.

Secundo infertur, quod ob eandem rationem poterunt monitoria concedi contra culpabiles conscios
6 qui piscauerunt in stagno cuiusdam vt refert fuisse decisum, Francisc. March. in decis. 859. part. 2. & idem in decis. 865. par. 2.

Infertur tertio quod vbi quis litigat super re amissa, si id potest pro-
7 bare per monumenta non est ei concedendum monitorium, & si non potest probare non debet de facili concedi; nisi vbi aliter nequeat tueri ius suum, & causa est alicuius momenti, vt nouissime tradit Lelius Zecchius in repub. Eccles. tit. de Prælatis cap. 1. num. 6. §. excommunicat. Lazar lectione 2. q 5.

Infertur quarto quod litteræ monitoriales non sunt concedendæ quando quis coram competenti Iudice ob indicia quæ sunt contra reum procedere potest, vel habet testes, vel instrumenta vt tradunt Sotus in 4. sententiarum distinct. 22. qu. 1. art. 2. Neuiz. in silua nuptial. libro 3. numero 48. Diaz. in reg. 243. limita. 2. Riminald. consil. 357. numero 1. & 2. volum. 4. Nauar. in capit. inter verba conclus. 6. numero 316. Henriquez in sum. libro 13. c. 17. numer. 4. lit. B. Rota diuers. in decis. 383. num. 8. parte 2. Franch. March. in dec. 803. parte 3. Guttierez lib. 1. canonicar. q. capit. 11. num. 59. Rodriquez in sum. par. 1. c. 70. numero 5. Sayr. tractat. de Censuris lib. 1. cap. 9. num. 53. in fine Tess. fori ecclesiæ capit. 3. numero 38. Graff. part. 1. decis. libro 4. cap. 17. num. 8. & Tuscus tomo 1. pract. iuris conclus. lit. C. conclus. 256. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria generalia habentibus interesse sunt concedenda, & non alys, & quare.*

2 *Actio ad exhibendum monitorio æquipollet.*

3 *Praxis Cur. Archiepisc. circa monitoria concedenda.*

4 *Monitoria sunt reuocanda, si absque petentis interesse fuerunt concessa, quod duobus limitatur modis.*

Monitoria an sint concedenda eis quibus nullum competit interesse.

DECIS. CCLXXII.

IN Curia Archiepiscopali quotidiana est praxis, vt Monitoria gene- 1

generalia nunquam concedatur nisi habentibus interesse circa illarum petitionem quæ fundatur ex pluribus.

1 Tum primo, quia actio ad exhibendum quæ monitorio æquipollet, non datur nisi ei cuius interest l.penult.ff. ad exhibendum Bald. consil.122.numer.3.volum.1. Alex. in consil.33. volum.2. Detius in consil. 12.num.4.volum.1. Alban. in consil. 17. Alciat.consf.29.Rot.diuers. in decis.53.num.4.vol.1.

Tum secundo quia pro hac eadem opinione extat constitutio Pij V. quæ incipit Sanctissimus in Christo Pater, vbi ordinauit quòd mandata in forma significauit pro rerum subtractarum aut deperditarum restitutione, seu reuelatione expediantur ad eorum dumtaxat instantiam quorum ciuiliter interest, quam Constitutionem ad literam refert Quaranta in sum.Bullarij verbo excommunicat ad finem reuelandi, Thol.in sinctam.Iuris Canon. lib.4.cap.2.in Gloss.lit.Cod. titul. 16. Lazar. sect. prima Canonicarum quæst.c.9.& idem cit.tract. quæst. 18. ait monitoria ad eius instantiam tantùm, eius rogatu cuius ciuiliter interest esse concedenda, dummodo interesse sit obseruatum iuxta præfatam constitutionem Pij V. in qua fundatur practica eiusdem Curiæ non concedendi dictas monitoriales, nec procedendi ad aggrauationem excommunicationis, quando apparet oratorem non habere interesse, sed quando conceduntur ponitur clausula dummodo petentis intersit in ducatis quinquaginta.

2 Amplia, vt adeò interesse petentis exigatur quod si absque eo fuerunt concessa veniunt reuocanda Nauarr. in consilio 7.de sentent. excomm.Merend. consil. 22. Monald. consf.160.Satyr.in Floribus dec. lib.5. tit.23.decis.8. Franc. Leo in Tessaur. foro Ecclesiæ cap.38. num.28. Lazar. secti.1.q.4.

Limita primo, vt ad instantiam alicuius personæ, vel ad petitionem procuratoris alicuius reipub.concedi possunt, vt tradit Lopez in instruct.conscientiæ part.2.c.2.

Limita secundo in casu Lazar. in quæst.18. vbi quando interesse non est clarum, sed speratur in euentu litis quæ vertitur coram Iudice laico, & timor est, ne bona dilapidentur, possunt concedi monitoria pro habendis testibus, & notitia bonorum licet interesse non sit clarum.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria possunt concedi pro scripturis exhibendis cum declaratione, & quare.*
2 *Scripturæ editio pro veritate reperienda non est deneganda.*
3 *Socij libros societatis exhibere tenentur.*
4 *Socio dicenti non habere librum non est credendum.*
5 *Socius qua actione consocium astringere possit ad librum exhibendum.*
6 *Documenta contra se edere, neminem teneri, declaratur.*

Monitoria generalia an concedenda sint alicui pro exhibitione Scripturarum.

DECIS. CCLXXIII.

IN Curia Archiepiscopali sępe decernuntur monitoria contra detinentes possidentes: vel quocunque

Digitized by Google

modo occupantes Scripturas alicuius, ideo vt istius conclusionis vera habeatur cognitio, suppono quem ad exhibendum scripturas censuris
1 compelli potest, vt testantur Antonius de Butr. Abbas, Felin. Dec. & reliqui classici in cap. 1. de prob. Cordub. de cas. consil. q. 63. Sayr. de censur. libro 1. cap. 9. num. 36. & in clau. Reg. lib. 12. cap. 20. num. 30. Tolet. in summ. lib. 1. casu 8. num. 7. Sayr. tom. 5. disp. 20. sect. 3. Reg. 2. sicque decisum inquit Lazar. de monit. sect. 1. quæst. 17. numero 1. Guttierez libro 1. canon. qq. capit. 11. numero 38. Riminal. Iunior cons. 357. nu. 40. Graff. part. 1. decis. libro 4. cap. 8. numer. 24. & consil. 6. nu. 29. de sent. excomm.

Intellige concurrente interesse petentis Sot. in 4. distinct. 22. quæst. 1. art. 2. versic. 3. Ant. Cordub. in tract. de casibus conscrib. q. 63. Greg. Sayr. locis citatis Tolet. locis etiam citatis Guttierez. lib. 1. canon. qq. cap. 11. num. 38. Vgol de potestate Episcopi part. 2. cap. 45. §. 4. versic. non etiam Giuib. decis. 94. num. 1.

Cuius opinionis ratio fundatur ex pluribus.

2 Tum primo quia pro veritate reperienda editio scripturarum denegari non debet illi, cuius interest l. si quis de argentariis §. ex hoc edicto vbi omnes ff. de eden. cap. quoniam de probat. & declarat. ex Curt. Iun. in l. 1. C. de edendo num. 40. D. Marius Anton. in lib. 1. variat. resol. vltima cas. 11. versic. studium.

Tum secundo quia regulariter autem in his casibus, in quibus iudex secularis re perspecta potest quem compellere ad edendas scripturas; quos latè notat Menoch. de arb. cas. 499. per totum Massin. in l. 1. C. de edendo à num. 53. in his etiam potest Iudex ecclef. in subsidium sub excommunicatione compellere; vt ex decis. & Cordub. tradit Henriquez in summ. tom. 1. libro 13. capit. 18. numero 2. & dicetur infra sect. 3. quæstion. 1.

Exemplificari poterit in sociis, qui societatis libros exhibere tenetur l. quædam in princ. vbi Bar. Bald. Ang. & cæteri ff. de edendo. Alc. Bolognet. Dec. numer. 19. Gilhen. num. 11. Aloys Lego num. 18. & alij in l. 1. C. eodem vbi comm. dixit Rip. num. 8. Mars. sing. 81. Rom. cons. 156. Angel. consil. 286. Bald. consil. 152. vol. 3. Bero consil. 191. num. 35. volum. 1. consil. 128. num. 9. vol. 3. Paris. consil. 89. num. 17. & 25. vol. 1. Soccin. consil. 190. col. 4. volum. 2. Tusc. lit. E. conclus. 41. numer. 5. conclus. 45. num. 7. lit. S. concl. 303. num. 7. Decius consil. 110. num. 8. Ant. Sola ad decr. Sabaud. titul. 24. glos. 2. numer. 43. & 44. Cartar. decis. 112. Pacia. de probat. lib. 1. cap. 66. num. 37. Magon. decis. Lucens. 5. Noni. cons. 63. numer. 1. Felic. de societ. c. 39. num. 41. Stracc. de mercat. part. 2. num. 70. Passerin. de priuata scriptura libr. 4. de libris societ. nu. 20. Burs. cons. 39. Couarr. in prima resol. cap. 1. num. 5. Plot. in l. si quando numero 753. C. vnde vi. Tepat. lib. 2. var. tit. de redit. rationum colum. 2. vers. etiam, Lodou. tit. de li. mercat. 17. Menoch. cons. 23. num. 17. consil. 375. num. 17. Decian. cons. 61. vol. 3. Alban. consil. 547. num. 25. consil. 549. num. 1. Bim. consil. 18?. num. 39. cons. 282. numero 57. Verall. dec. 157. num. 3. parte 2. Paris. consil. 89. num. 17. & 25. volum. 1. comm. dixit Villalob. in thesaur. comm. opin. verb. Rationum librum num. 6. & verb edenda num. 19. adeo vt si librum socius non habere dixerit, nec ei credendum erit Anchar. 4
cons. 317. Socc. d. cons. 190. & consil. 159. col. 4. vol. 2. Roland. cons. 49. nu. 33. volum. 1. Ant. Sola ad decret. Sabaud. tit. de minor. par. 1. Gloss. 3. nu.

12. qui

Digitized by Google

12. qui nec suo iuramento amissionem probat Seraph. de iuram. priuileg.37.Mascard. de probat. conclus. 88.Felic.d.cap.38.num. 42. Honded. consi.19. vol.1. cum nedum officio
5 Iudicis,sed actione pro socio librum exhibere tenetur consocius, Bim.d. consil.182 num.44.Pacian.d. c.66. n. 31. nec excusatur si aliò libros transtulisse dixerit Magon.decis.Lucens. 5.num.12.

6 Non obstat, documenta contra se edere,neminem teneri,l.1. & l.fi. C.de edendo Menoch. d. cas. 499. num.1.& 2. quæ nec à Domo rei harum monitorialium literarum prætextu sumenda sunt, ideo reuocandæ vel suspendendæ saltem illæ erũt,l.nimis graue C.de testam. Thesau.fori Ecclesiæ.cap.38.num.23.Macerat.li.1.resolut.vlt.cas.75.Cost.subsid.remed.14.sub num.5.Neuiz.consil.5.n.3.Raudens.dec.17.n.14. Nauar. tit.de censuris cons.3.nu.3. lib.3.nam respondetur dupliciter.

Et primo quia si fauore fisci edere quis tenetur ciuili in causa excomm. quam firmant Doctores in c.1.numer.13.de probat.& l.1.& l.fin. C.de edendo,vbi Rip.num.11. Gilhen.num.8.Alc. num.19. Purp.num. 18.Curt. Iun.num.27. Bolognet.nu. 49.Cagnol.numer.65. Gram.consil. crim.9.Bero d. c. 1. num.65.Gail.lib.1. obser.106.num.11.Boss. de fiscis num. 10.& 11.Pereg.de fiscis titul. 7. lib. 3. nu.11. Tusc.lit.E.concl.43. Menoch. in add. d. cas. 499.num.68. & aliis passim:eo magis ergo fauorem animæ,vt resipiscat,quo in casu denunciatione Euangelica compelli is poterit post alios Dec.d.cap.1. num.36. Bero col.fin.Rom.cons.398. num. 3. Alexander d.in l.1.num.21. Curt. Iunior num.9.C.eod. Lazar. de monit. sect.1.quæst.17.num.1.sect. 3. quæst. 2. nu.11.Menoch.d.cas.499.numer.137. Guttier.consil.46.num.3. Vgol.d.§. 4.vers. non etiam Xuar. d. disp. 20. sect.3.reg.2. Mars.sing. 271. & in l. de minore §.tormenta numer. 31. ff. de quæst.Cassanæ. consil. 1. numer. 104. Tusc.dict.concl.45.numer. 8. quo in casu posset tunc contra eum, secundum prædictos, Euangelica procedi denunciatione.

Secundo respond.quod his in casibus, quibus secularis Iudex re perfecta potest alium compellere ad edendum, quos latè recenset Menoch.in add.d. cas.499.Massin. l.1. à num.53. C. de edendo: in his etiam potest Ecclesiasticus in subsidium sub censuris illum ad edendum cogere, vt lex, Dec.& Cordub. tradit Henriq.in summa tom.1.li.13.cap. 18. numer.2. sed socius tenetur de iure consocio edere:ergo &c. adeo vt si non exhibeat; requisitus succumbet postea in causa,ex Socio per Socc. & Plot.notat Turret.d.consil.3.numer. 16.Passerin.d.lib.4. num. 26. nec mirum, quia non edentem libros ad quos tenetur iniustam etiam causam fouere asserunt; Afflict. Paris. Crauet. Plot.& alij à Menoch. relati li.1.præsumpt. 91. immò contra eum iuratur in litem,Bald. Stracc. Vbald. Plot.noni, & alij à Turr. relat. dict. consil.3.num. 21.Passer.d.li.4. nu. 23. Bim.consi.50.num.112 Tusc. d. concl. 41.num.4.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria lite pendente non sunt concedenda,& quare.*

2 *Monitoria lite pendente concessa(licet sint iniusta)tenent.*

An lite pendente monitoria concedi possunt.

Digitized by Google

DECISIO CCLXXIV.

1 PLuries fuit decisum in Curia Archiepiscopali Neapolis, monitoria non esse concedenda, lite pendente cuius dec. ratio est, quia excommunicatio non comprehendit eos, qui sunt certi, & litigant Rot.diuers.in decis.383. Fel.in cap. 2.de constitutionibus Rimin. Iun. in consil.357.num.3. Sola ad decreta Sabaudiæ in titul. vt nemo inuitus, gloss. 1. num.7.Gemin. in cap. final. de electione Card.in consi. 76. & in cons. 155. ad idem expenditur decis. Siciliæ 94. vbi fuit dictum quod pendente lite contra aduersarium aut alios, qui sunt certi, monitorium concedi non debet, vt sequitur etiam Riminal. in consil. 122. Costa de remediis subsidiariis c.14. num.1.

2 Est tamen in praxi animaduertendum, quod quamuis pendente lite generalia monitoria contra aduersarium concedi non debent: si tamen fuerint concessa tenent licet sint iniusta glos.est sing. & communiter recepta in c. 1. vt lite non contestata, Sola gloss.1.num. 9. qu. 10.& fundatur ex vi regulæ, multa facta tenent, de qua in l.patre furioso ff.de iis qui sunt sui vel alieni iuris.

SVMMARIVM.

1 *Monitoriales literæ contra testes sunt concedendæ, & quare cum declar. num.3.*

2 *Testis tenetur dicere veritatem pro vtraque parte.*

3 *Præceptum testibus fit quando sunt certi cum limit.*

4 *Monitoria quando sunt concedenda contra testes.*

5 *Praxis in monitorio testium.*

6 *Monitorium contra testes impedientes concedi potest.*

7 *Monitorium contra testes simplicem conuentionem scientes, ac conscios simulati contractus est concedendum.*

Monitorium an sit concedendum contra testes

DECIS. CCLXXV.

MOnitoriales literæ contra testes, qui negotij veritatem sciunt denegandæ non sunt; vt fuit pluries decisum atque quotidie in Curia Archiepiscop. practicari latè refero in decis.eiusdem Curiæ 222. de cuius dec. ratione mirandum quippe non est cum peccatum mortale sit,in testibus tacere veritatem cap.quisquis 11. quæst.3. cap. 1.de crimine falsi, & testis tenetur dicere veritatem pro vtraque parte secundum Bart. in l. generaliter C. de Episcopis, & clericis Franc. March.in decis.835. Castill. in decis. 91. 1

Quam conclusionem procedere intelligunt; cum eorum nomina ignorantur, vel aliter nolint deponere ad tex.in cap. ad nostram el. 2. de iureiurando, quem indistinctè procedere inquit ibi, Abb. numer.2. nedum si de peccati materia agitur, sed etiam vbicunque testes possent compelli, licet coram seculari iudice tractanda res sit Abb. in cap. constitutus de testibus Cog. Sylu. Nuptia.Glo. monitoriæ ampl.5. nu. 46.Vgolin. de potest. Episc. part. 2. cap.45. §. 6.numer.1. Abb. consil.15. numer.1.Rosell. in summ. verb. excommunicatio 25.16. Siluester verb. excommunicatio 25.48.D. Thom.4. sent.dist.19.problem 1.art.16. Apost. ad 2

ad Alexan.consi.55. num. 4. volum. 4.Lazar.dict.sect.3. quæst 11. numer. 26.Anton.Sol.dict.tit.6.gloss.1.num. 5.& 6.& d.tit.vt nemo inuit. gloss.1. numer. 15. Carot. de depos.p.1.cas.4. num.3.

Licet iurassent non reuelare cap. intimauit de testibus, Rip. de pest. tit.de remed.ad curand.pest. à num. 121.Arnal. Albertin. de secret. num. 177.Sol.d.gloss.4 num. 5.6. Cappel. Tholos.decis.241.Nauar.in cap. inter verb.11.quæst.3.& Coroll.66. nu. 779. quia tale iuramentum eos non obligat, vt ex Innocen. Abb. Felin. Ang.& Cappell.Tholos.contra Bal. probat Carot.d.cas.4. num.2. Imò si certi illi sint potest fieri præceptum,
3 quod veritatem ipsi coram sæculari iudice deponent sub pœna excommunicationis Abb. in cap. ad nostram il.2. & consil. 133.num.3. lib. 2. & notat Zabarell.in clem. 1.§. Cæterum de vsuris Abb. d.num. 1. licet tale præceptum fieri non debeat personis qualificatis, nempe titulatis & similibus,& ratio est,quia præsumptio est pro eis quod ob eorum qualitatem nollent tacere veritatem, vt testatur Lazar. canonic. quæst.sect.1.quæst.16. numer. 12. in fine.

4 Hinc vsu receptum est in Curia Neapolitana, quod quando pendet lis & est datus terminus in causa si non sunt citati testes; quia adhuc possunt ignorari conceduntur monitoria, secus vbi sunt citati, quo casu solet fieri præceptum citatis quod veritatem deponant coram eorum Iudice, vt supra dictum est, & tale præceptum fieri potest, non solum quando pars scit testes esse veré informatos de facto, sed etiam si præsumat verisimiliter esse informatos,nempe, si sint vicini, vel similes,& sufficit, quod petens præceptum nominet testes, qui volunt deponere absque, quod probet fuisse ab aliis vocatos in contestes, maximè quia tale præceptum fit in causis ciuilibus.

Practicatur quoque, quod quando testes sunt citati, solet Vicarius 5
concedere monitoria cum clausula dummodo non recipiantur reuelationes testium citatorum, vel testes citati non comprehendantur in monitorio, sed quando testes fuerint citati in numero copioso, puta triginta,vel quadraginta, solet vicarius in totum denegare monitoria, quia non est verisimile, partes non posse scire negotij veritatem.

Amplia primo suprapositam principalem conclusionem, vt concedi possit monitorium siue gene- 6
ralis excommunicatio etiam contra omnes impedientes testes proditos in causa, vt notabiliter voluit Abb. in cap. constitutus il primo de testibus Guttierez. lib. 1.canonicar. qu. cap.11. num.36.Rodriqu. in summa par.1.cap. 79. numer. 5. Lazar. citata q.16.

Amplia secundo etiam contra 7
testes,scientes, quandam simplicem conuentionem vel pactum nudum fuisse factum inter aliquos, Lazar. citata q. 16. Monald. decis.60.volu.1. Lanfranch.decis. 25. Merenda cons. 17.

Amplia tertio etiam contra conscios simulati contractus in graue tertij præiudicium, vt puta si quis fictè & apparenter fecisset donationem & venditionem, vel cessionem prædij alicui exempto, & priuilegiato, vt publico lectori siue professori, vt à collectarum & ruralium onerum solutione liber esset quia cum hoc tendat in præiudicium

Digitized by Google

& damnum illorum, ad quos postmodum pro rata ratione huiusmodi collectæ soluendæ onus spectabit, iuxta tradita per D. Ioan. Baptistam Costan. in Tract. de port. rata q. 14. §. nu. 2. & q. 157. in hoc casu, & similib. ad monitoriales iure recurri potest, vt testes de hac re edocti teneantur manifestare, simulationemque detegere, ne talis fraudulenter cum aliena iactura locupletetur arg. dict. capitul. ad nostram, cum ibi not. per Abb. & deducitur ex supradictis, conferunt etiam tradita per Nauar. cons. 14. de donat inter vir. & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria pro quo rei valore sunt concedenda.*
2 *Excommunicatio monitorij, si pro re leui concedatur non ligat, & quare.*
3 *Excommunicatio non ligat, nisi ex intentione proferentis.*
4 *Excommunicatio lata, pro furto non ligat acus, vel rei paruæ furem licet lethaliter peccat, si graue fuit damnum subsequutum.*
5 *Praxis Romanæ Curiæ circa monitoria concedenda pro rebus subtractis.*

Cuius Valoris esse debeant res pro quibus monitoria concedenda petuntur.

DECIS. CCLXXVI.

ET si iudicis arbitrio relinquendum esse voluit Sancta Synodus de reformatione sect. 25. cap. 3. quando pro re, loco, persona aut tempore, concedenda sit monito-
1 ria, non tamen ex iis includitur, quod pro qualibet parua re decerni posset: siquidem non exigui, sed alicuius valoris esse debet, quod quidem apertissimè patet tum ex verbis eiusdem Concilij ibi, *ex re non vulgari*, tum etiam ex Constitutione Pij V. incipit Sanctissimus ibi, *Quot præcipuè attendendum est minus vulgares res existere.*

Quæ conclusio adeo vera est quod 2
excommunicatio non ligat, si pro re parui momenti concedatur, & ratio est, quia pro re leui videtur nulla ex intolerabili iuris errore cap. per tuas de sententia excommunicationis & maximè quia Sacri Canones prohibent excommunicari pro leuibus culpis c. dilecto de sententia ex communicationis in 6. cap. corripiantur 24. q. 3. Bald. in c. 1. num. 22. de iudiciis Panorm. in c. constituris num. 4. & sequ. de textibus Fel. in cap. venerabilis de exceptionibus Rota diuers. in decis. 199. par. 1.

Facit insuper, quod excommu- 3
nicatio non ligat nisi ex intenione proferentis gloss. communiter approbata in c. Apostolicæ de clerico excommunicato ministrante Codecha in repet. cap. de quo vult deo num. 70. de iudiciis, Lazar. lib. canonicarum quæst. capit. 12. sect. 1. Rodriquez. in sum. tom. 1. capit. 171. Auila de censuris lib. 1. capitul. 23. & verisimile non est iudicem excommunicare voluisse contra dispositionem iurium prædictorum secundum Palat. in repetit. cap. per vestras §. 18. num. 22. de donat. inter virum & vxorem, Menoch. lib. 2. de arbitrariis casu 542. numer. 14. Tolet. in summa lib. 1. cap. 8. numer. 4. in fine Sayr. in claus. lib. 9. cap. 1. numer. 19. vbi dicit si excommunicatio daretur ob furtum, surreptor acus, aut alterius rei paruæ, ex cuius defe- 4
ctu

Digitized by Google

ctu graue damnum est subsecutum, quamuis peccet mortaliter, non tamen incurret excommunicationem etiam si damnum non restituat.

5 Quare stilus Curiæ Romanæ optimè obseruat, vt monitoria minimè concedat nisi rerum subtractarum valor summam saltem quinquaginta aureorum attingat, licet sint separatim subtracti, vt ex tenore Papalis monitorij constat, Graff. consi. 6. de sententia excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria non sunt concedenda, quādo altera pars de Inuentario opponit, & quare.*
2 *Inuentarium contra hæredes probat.*
3 *Probatio contra Inuentarium non permittitur.*
4 *Hæredem omnia bona præsumitur in inuentario annotasse.*
5 *Hæres aliquid dolosè in inuentario ponere omittens, punitur.*

Monitoria cur non concedantur contra scientes bona contenta in Inuentario.

DECIS. CCLXXVII.

COmmunis praxis omnium Curiarum Ecclesiasticarū est, quod quando hæres petit monitoria contra scientes bona hæreditaria, & pars opponit de inuentario, & propterea asserit non esse concedenda,
1 quia veritas alio modo sciri potest, solent ipsarum curiarum Vicarij concedere monitoria contra scientes bona hæreditaria non contenta in inuentario, quare fuit dubitatum cur de præfatis bonis in inuentario descriptis concedi non possint, & fuit dictum rationem finalem esse, 2
quia veritas aliter sciri poterit, & etiam quoniam inuentarium probat contra hæredem, leg. fin. §. fin. C. arbitr. tutelæ, Guido Pap. dec. 173. vnde pro inuentario in dubio præsumitur, præsertim si decretum interuenit, Barto. in l. qui tutores ff. de administ. tut. Hosach. decis. 181. num. 11. Balb. dec. 35. & probat fortius inter eos, inter quos confectum fuit, Rebuff. de inuentario art. 1. glos. 1. num. 10. & præsumptionem inducit omnia descripta esse vera & penes hæreditatem permansisse, secundum Afflict. dec. 245. nu. 12. & idem Afflictus in dec. 224. numer. 14. Milanen. decisio. 18. part. 2. hinc est, quod probatio contra inuentarium, & sic cōtra præfatam præsumptionem fieri minimè potest, Hosasch. citat. decisi. 181. numer. 25. Bald. sing. 75. Castrens. sing. 17. licet Rebuff. citato loco dixit se posse fieri per viam monitorij.

Quibus accedat, quod ob tantarum sollemnitatum obseruationē 3
semper præsumitur: de quibus sollemnitatibus latè Afflict. decisi. 13. & in decis. 44. numer. 30. Ioseph. Ludouic. decisi. 98. Hosach. citat. decision. 18. Decius consil. 63. num. 7. Abbas consil. 73. num. 2. Rebuff. de inuentario artic. 1. Natta consil. 214. numero 12.

Tandem facit quod præsumitur hæredem omnia descripsisse 4
secundum Lanfranch. decisio. 17. vnde hæres omittens dolosè ponere in inuentario vnam vel plures res, tamen valet inuentarium, & punitur pœna dupli Rota Genuens. deci. 35. Chassan. in consuetud. Burg. titul. des droicts rubr. 4. §. 21. gloss. 2. numero 4. vide tamen Bartol. in l. 6. ff. de his, quibus & in l. 2. ff.

Digitized by Google

ad legem Falcid. Abbas consilio 73. num.2.

SVMMARIVM.

1 *Testis iuratus occultans veritatem lethaliter peccat.*

2 *Furem ad indicandum aliquis cogi potest.*

3 *Monitoria in criminalibus non conceduntur, & quare.*

4 *Stilus Curiæ Romanæ in monitoriis concedendis, ac etiam Curiæ Archiep. Neapol.*

5 *Monitoria pro causis criminalibus quando conceduntur.*

Monitoria an concedantur in casibus criminalibus.

DECIS. CCLXXVIII.

VIdebatur prima facie dicendum, quod sic, & ratio est ne crimina remaneant impunita cap. vt famæ de sent. excom. l. ita vulneratus ff. ad legem Aquil. & quia occul-
1 tare veritatem in teste est peccatum mortale: maximè præstito iuramento cap. quisquis 11. quæst. 1. secundum Bald. in l. 4. §. fin. de condi. ob turpem causam, & incidit in pœnam falsi cap. 1. de crimine falsi secundum Bald. in l. Presbyteri C. de Episcopis, & Cler. Quinimo quando testis se subtrahit, timore vel gratia, præsumendum est contra ipsum ex officio inquisitionis, Secundum Bartol. in
2 l. 1. §. sed & si quis ff. de falsi. & quis potest cogi ad indicandum furem seu malefactorem cap. qui cum fure de fur. l. ciuile C. de furt. & ibi gloss. quæ notat argumentum pro literis monitoriis Episcoporum si dicatur & licitè quis recipit pecuniam, aut præmium ad indicandum, seu manifestandum furem vel alium malefactorem d. l. 4. §. final. & l. solent ff. de præscript. verb. vt latè per Franc. Marc. in dec. 852. part. 2.

Cæterum præfatis non obstantibus contrarium fuit dictum, & ratio 3
est, quia inter cætera, quæ concurrere debent, vt concedantur monitoria necesse est vt res non sit criminalis vel criminalis causa, vt latè per Lazarum 1. quæstion. 10. & talis etiam dicitur si agatur tantum de pœna pecuniaria, vbi fisco veniat applicanda l. agraria, vbi gloss. ff. de termin. notat Philipp. Massin. ad l. primam C. de eden. num. 91. quod procedit præsertim, si copia reuelationum sit consignanda Iudici laico, coram quo lis vertitur, tum quia infamiæ notam affert, tum etiam ad euitandam irregularitatem Genuen. in sua praxi Archiep. Neap. d. cap. 1. not. 6.

Vnde ex stilo Curiæ Romanæ, &
generali diocesanorum vsu in ipsis 4
monitoriis ponitur Clausula: nolumus autem, quod ex reuelatione huiusmodi si eam fieri contingat nisi pro ciuili interesse, & ciuiliter tantum agi possit, alias reuelatio ipsa, neque in iudicio, neque extra fidem faciat, quoque statuit Pius Papa V. in constit. incip. Sanctissimus, vt not. Thessaur. for. Eccles. par. 3. c. 38. numero 21.

Et quia aliquando reuelationes etsi non contineant criminalitatem, eas tamen obtinentes vtuntur illis in criminalibus, solet Vicarius Papiensis, & alij in ipsis literis monitorialibus apponere, ne huiusmodi reuelationibus possint vti criminaliter sub pœna excommunicationis, & alia arbitraria, & Neapolit. etiam vi habetur in dicta praxi d. c. 1. numer. 6. quando concedit copiam reuelationum solet imponere pœnam

Digitized by Google

nam excommunicationis latæ sententiæ parti, & Iudici si dicti reuelationibus vtantur in Criminalibus, quæ practica tutior mihi videtur.

Et quamuis Franch. Marc. decis. 855. par. 2. teneat monitoria iuridicè concedi posse super crimine pro habenda veritate, etiam si criminaliter agatur, & ita etiam solere
5 tradit Zecch. in tract. de Repub. Eccles. tit. de Prælat. in genere c. 1. §. 5. vers. excommunicatio verò, dummodo, inquit in huiusmodi causis criminalibus concedantur cum tribus clausulis, primo ne fidem faciant, nisi ciuiliter tantum secundo ad defensionem tantum: tertio quoad interesse, quibus factis Iudex non incurrit irregularitatem, etiam si mors inde sequatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis in monitorio, repeti in iudicio debet, & quare.*

Qui testimonium dixit vigore monitorij, an repeti debet in iudicio.

DECIS. CCLXXIX.

IN facti contingentia respondi affirmatiuè, motus quia actus non debet operari vltra intentionem agentis l. eum qui ff. si certum petatur, & ita fuisse decisum in Senatu Sabaudiæ, testatur Ant. Faber decis. 16. C. de testibus, cuius hæc sunt verba.

1 Per monitorias, quas vocant Iudicis Ecclesiastici literas, testimonium dicere iussus, licet testationem suam propria subscriptione firmauerit, repeti debet, quoniam ad finem, vt aiunt, reuelationis tantum non etiam ad finem plenæ probationis huiusmodi testimonium permittitur: si tamen per absentiam testis factum sit, ne repeti potuerit atque ita euenerit, succumbere illum pro quo testimonium dicturus erat, puta ex contrariis aduersarij probationibus, placet etiam in causa appellationis, adeoque post didiscita testificata repetitionem admitti posse impetrata ex rescripto Principis in integrum restitutione, re fuisse in eam rem dilationum, & frustrationis Sumptibus, sed ita tamen vt nuda simplexque sit repetitio vllo modo deflectat auditionem metu scilicet corruptionis, & vt loquuntur subornationis 7. ita Senatus in causa fratrum Godett. contra D. de la Croix, pridie Id. Maij 1591.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria non conceduntur vbi continent infamiam.*

2 *Positioni continenti turpitudinem non est respondendum.*

3 *Copia reuelationum non conceditur quando continet infamiam.*

Monitoria an sint concedenda quando continent infamiam.

DECIS. CCLXXX.

INter cæteras causas denegandi à Iudicibus ecclesiasticis monitoria principalior est, vt reperiretur in eis aliquod caput infamatorium, vt in propriis terminis voluerunt Probus in cap. 1. numer. 21. de iureiurand. & in consil. 70. volum. 1. Crauett. consi. 71. Neuiz. in sil. nup. libro 3. num. 50. Graffius consil. 6. de sent. excomm. Lazar. lib. 1. Canon. quæst. 1

sect.1. quæst. 10. vnde in praxi nunquam nominatur persona quæ præsumitur rem detinere ne contingat ob id lædi eius famam Franch. March. part. 2. decis. 803. & 854. Menoch. de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 190. num. 35. & sequ. Costa tract. de fact. scien. & ignor. cent. 2. dist. 55. numer. 7. tom. 1. ex Sola super ordin. & decretis Sabaud. tit. 6. sub rub. de trib. compet. gloss. 4. numero 7. post Vital. tract. de reis, & testimon. numer. 22. & tale monitorium, in quo nominatur certa persona, esse abusiuum, & reiiciendum tradit Tepat. lib. 1. var. Iur. de monit. eccles.

2 His accedat à simili, quod positioni continenti turpitudinem, seu infamiam respondentis non arctatur is ad respondendum, secundum Bartol. in l. Marcellus §. 1. ff. de rer. amot. act. & in l. final. ff. de his quibus, vt indignis, & in consil. 187. & in l. 2. §. quod obseruari circa finem C. de iurament. calum. Bald. in l. 1. C. de pœna Iudicis, & in l. 1. C. de confess. Ioann. And. capitul. 2. eod. titul. libr. 6. & idem Bald. in consil. 193. vol. 1. Lanfranch. in capitul. quoniam contra in verb. responsiones circa finem de probat. & latè Felin. in cap. cum dilecti col. 2. de accusat.

3 Imo quando reuelationes receptæ continent infamiam non debet concedi earum copia in Iudicio sæculari, sed sunt concedenda tantum nomina, & cognomina testium qui reuelarunt, quos compellere potest iudex laicus postea ad deponendum, dummodo non deponant super crimine, & infra dicendis, vt visu receptum esse in Cur. Eccles. Neapol. test. eius praxis Archiep. c. 1. not. 5. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria concedi non possunt super facto proprio.*
2 *Obliuio non præsumitur.*
3 *In teste præsumitur obliuio lapso biennio.*

An monitoria concedi possint super facto proprio.

DECIS. CCLXXXI.

PRo huius quæstionis dilucidatione supponatur in facto quemdam dedisse mutuum certum Francisco, posteáque idem mutuans petiit in Curia Archiep. monitorium contra scientes præfatum mutuum, propterea dubitatum an esset concedendum, & fuit resolutum negatiuè ex pluribus. 1

Tum primò, quia obliuio non præsumitur regulariter secundum Bald. in l. cum alienam col. fin. C. de leg. per l. magnam C. de contrahen. & committen. stipul. Guido Papa decis. 127. in camera parlamenti num. 4. 2

Et ratio est, quia memoria non est futurorum, nec præsentium, authore Aristot. lib. de memoria, & reminiscentia, sed præteritorum tantum, vnde sensus est præsentium, spes futurorum, memoria præteritorum. 3

Sed hoc non sortitur aliter locum in teste examinato, lapso biennio, cum obliuio per lapsum ipsius biennij, & minoris temporis præsumatur in teste, ita glos. in cap. si testes 4. qu. 3. per l. si arbiter, de probat. & in l. 2. §. sed quia de vet. iud. enucl. Oldrad. consil. 183. numero. 19. & seq. Crauet. consil. 28. num. 4. vol. 1. Grammat. consi. crim. 42. & consi.

Digitized by Google

47. Subdens ibi quod obliuisci quis facile potest de præterito, etiam de eo, quod ipse fecit, & in voto 36. numero 1. cum aliis sequentibus, Corne consil. 261. volum. 4. & sequitur Cephal. consl. 77. numer. 38. volum. 1. vbi ad propositum plura congerit de teste obliuis. loquens, & Verall. dec. 279. & 16. testis impugnans numero 6. & sequent. in 5. parte, Vbert. de Bobio in tract. de posit. numero 38. Riminald. iunior consil. 344. Dubitatur nu. 75. cum aliis sequentibus volum. 3.

Tum maximè, obliuionis præsumptio cessat etiam in facto proprio recenti cum tunc de gestis de recenti recordari præsumatur absque scrupulo aliquo, vt aperit Cephal. in promemorato consil. 428. numero 38. Decian. consl. 62. ex præmissa num. 67. vol. 3. Memoria enim præsumitur rei paulo ante gestæ Riminald. Iunior. consil. 228. numero 71. volum. 2. Plot. in dicto consil. 60. numer. 13. & Menoch. consil. 263. interrogatus numero 14. volum. 3. Viu. decis. 64.

Tum tandem quia aut testes non fuerunt præsentes; quando fuit factum mutuum, & tunc non est necessarium monitorium, quia non adfuerunt testes, aut testes fuerunt præsentes, & præsumitur, quod pars petens monitorium, cognoscat dictos testes, & sic cum sint certi non conceduntur monitoria generalia, sed fit præceptum supradictum testibus quorum nomina pars exprimit.

Notabilia quædam in materia monitorij.

1 SAcerdos, quæ ei commissa sunt in confessione, etiam si moneatur, detegere non debet Francisc. Marc. q. 772. testes vt veritas habeatur testimonium ferre per censuram ecclesiasticam, & alia remedia, compelli possunt, id Marc. quæstio. 1167. numero 6.

2 Pendente causa coram Iudice seculari potest impetrari monitorium contra testes pro dicenda veritate, & hoc quando testes ignorantur Marc. quæst. 835. parte 2. vide Ægid. Magist. tractat. Appellat. capit. 10. in decis. diuers. fol. 221. Crauett. consil. 181. num. 5. & 6. D. fol. in antiq. constitut. Sabaudiæ titul. vt nemo inuitus super decreto nullus folio 171.

3 Quando aliquid non potest probari, fit monitio generalis, vt saltem quis verecundię rubore suffusus, profateri excessu satisfacere compellatur, Marc. quæstion. 853. parte 2.

4 De monitorio generali in forma maleficiorum publicato, & exequutioni demandato per eum, qui maleficium fecit, & hoc non obstante à Diuinis celebrandis non supersessit vide per Marc. quæstion. 801. parte 2.

5 Monitorium generale solum debet impetrari de rebus occultis, de quibus non potest haberi plena probatio, alias secus, idem Marcus quæstion. 803. & quęstion. 854. parte 2. vide Papon. libro 18. titulo 7. Arrest. 12.

6 Licet dictum monitorium generale sit permissum in genere, non tamen permittitur in specie ideo, quia non potest in illo expresse nominari ibid. Marc. d. quęst. 803.

7 An super crimine, pro habenda veritate etiam si criminaliter agatur, possit concedi monitorium vide Marc. q. 855. par. 2.

8 Qui comprehendantur in monitorio generali virtute illius clausulæ

Digitized by Google

ſcientes, & an principalis teneatur propalare, & quid in aduocato vid. eundem quæſt. 856. & 859. numer. fin. Ægid. Magiſt. tract. appellatio capit. 10. in deciſ. diuerſ. fol. 221. & Papon. libro 18. tit. 7. Arreſt. 13.

9 Procurator fiſcalis an virtute monitorij generalis concluſione, concluſiones accipere poſſit contra aliquos, vide Marc. quæſt. 859. part. 2.

10 Furem an quis virtute monitorij indicare teneatur vide eundem q. 859. numer. 3.

11 Monitorium obtentum pro habenda veritate non extenditur ad priuilegiatos niſi in ſubſidium, quādo veritas aliter haberi non poſſit. Marc. d. 864. parte 2.

12 Monitorium, per quod ſubditi extrahuntur extra patriam pro re merè temporali non valet, alias valeret pro omni re etiam pro laudimiis idem quæſt. 865. 2. part.

13 In cauſa monitorij in forma maleficiorum poſſit tractari, etiam in tempore feriato in honorem Dei, vide eundem quæſt. 898. par. 2.

Contra tutum exceptione legitimæ præſcriptionis, non habet locum remedium denunciationis eccleſiæ Iaff. Lanfr. Balb. deci. 147. ſecus eſt in exceptione iniquæ rei iudicatæ idem Lanfr. deciſ. 149. vide Menoch. conſil. 464.

14 Pariter dictum remedium denuntiationis non habet locum contra filium famil. tutum exceptione Macedoniani idem Iaff. Lanfran. deciſ. 150.

15 Monitorium omne ſcandalum patiens veluti quando in illo nominatur certa perſona, eſſe abuſiuum & reiiciendum, habetur in quadam deciſio Pariſ. in deciſio. diuerſ. folio 234.

16 Poſſeſſor obligatus ratione rei ad certam penſionem, de qua habet tit. apud ſe, poteſt compelli per monitorium, nemine dempto ad oſtendendum ipſum tit. Papon libro 18. tit. 7. Arreſt. 9.

17 Pro rebus immobilibus, & realibus non conceduntur literæ monitoriales ibidem Papon. Arreſt. 11.

Finis Praxis Monitorialium.

PRA-

PRAXIS

CAPIT. ODOARDVS DE SOLVT.

SVMMARIVM.

1 *Clericus admittitur ad iuratoriam cautionem.*

2 *Clericus tenetur seruare indemnem suum fideiussorem.*

Dispositio huius cap. an differat à dispositione c. peruenit.

DECIS. CCLXXXII.

1 QVAMVIS remedia prędictorum textuum videntur fraternizare, secundum Costam de remed. subsid. remed. 30. nihilominus in effectu differunt, quia per cap. Odoardus. fuit dispositum, clericum non habentem vnde suis creditoribus satisfacere possit, & vt, euitetur excommunicationis sententia, atque carcerum seruitus, admittatur ad iuratoriam cautionem, quando ad pinguiorem peruenerit fortunam, vt voluit etiam in capit. si clericus de sent. excomm. in 6. l. miles. cum Gloss. ff. de re iudic. vbi Albert. Ias. & Rip. Felin. consil. 9. Neuizan. consil. 59. Afflict. ad constit. Regn. libro 1. rubric. 66. numero 6. vbi docet, clericum tunc dici non esse soluendo, quando non habet tantum, quod sufficiat ad eius alimenta. additur Couarr. libro 2. variar. resol. capit. 1. Put. decisio. 56. libro 1. Viu. decisi. 529. libro 4. Seraph. de iuramét. priuileg. 91. Ceual. tract. commu. contract. communes, quæstio. 701. & 729. Marchesan. amplissimè tract. de commission. parte 1. capit. 3. Farinac. tract. crimin. parte 1. quæstione 26. & 27. cum nouissimè adductis per Antonin. decision. 71. libro 1. & melius omnibus Guttierez tract. de contract. iurat. cap. 17.

Per capit. autem peruenit, fuit sancitum Clericum esse compellendum per distinctionem canonicam, atque per consignationem suorum beneficiorum seruare indemnem eius fideiussorem, seruare autem indemnitatem nihil aliud est, nisi defendere fideiussorem, iudicium in se suscipiendo, ita vt nil damni sentiat, qui morbo alieno laborat. Bart. ad l. pater, ff. de dot. pręleg. Alexand. consil. 29. numero 22. & consil. 199. num. 3. vol. 7. Afflict. decisi. 318. Gamma decisi. 379. numer. 21. Benintend. decisi. 81. & Magon. Rot. Florent. decisi. 38. imò indemnitatis, & conseruationis iudicium, atq; effectus idem sunt Alexand. consil. 14. volumin. 5. Paris. consil. 109. nu. 37. cum seq. vol. 1. decisi. consil. 551. Honded. consil. 25. 2

Digitized by Google

numero 1. vbi exponit quid sit indemnitas, Crauetta tract de indemnitate mul. in princip. Bertazol. Ciui. consi. 84. num. 34. Cæsar Barz. decisi. Bonon. 34. num. 2. & nuperrime insigniter expendit Carol. Ialong. Racemat. 8. quod plurimum confert ad interpretationem indemnitatis promissæ in causa onerum, quemadmodum planum facit Crauett. cons. 95. 233. & 257. Olas. decisi. 91. iunct. eius cons. 31. Dec. consil. 31. numer. 136. & vltra vol. 2. Alb. consil. 115. num. 9. & seq.

SVMMARIVM.

1 Debitor petēs se admitti ad benefici c. Odoardus non auditur nisi prius se carceratum constituat.

2 Limita in beneficio c. Odoardus.

An pendente lite super concessione cap. Odoardus, sit Clericus debitor carcerandus.

DECIS. CCLXXXIII.

1 FVit dictum debitorem minimè esse audiendum in petitione beneficij cessionis bonorum, quin prius se carceratum constituat, vt voluerunt Iacob. de Aret. sequutus ab Alber. in rubr. Codic. de cession. bon. col. 2. in fin. versic. item quæritur nunquid debitor, & Cyn. d. in l. 1. quæ. 8. Bald. in §. fin. num. 24. instit. de act. & ibi latè Iason, Couarr. d. c. 1. numero 4. & 5. Henr. d. in capit. Odoardus Cancer. d. in cap. 8. numero 24. Rol. consi. 7. num. 9. volu. 2. Brun. de cess. bon. quæst. 7. & 4. princ. commun. dixit Trentacinque d. resol. 27. num. 4. Boer. decisi. 38. numero 8. 9. & 10. Brun. Sole quæstio. 9. numero 21. Intrigl. refert singul. 2. libro 3. vbi sic etiam M. R. C. sæpius iudicasse testatur, & ita in Curia Prætoriana Vrbis Panormit. & fuisse pariter decisum testatur Iurba decisio. 41. at in c. Odoardus contrarium obseruatur in praxi, quoniam audiuntur Clerici illud petentes extra carceres, vt pluries obseruatum vidi. 2

SVMMARIVM.

1 Non nisi pauper clericus gaudet priuilegio c. Odoardus, & suam paupertatem probare debet.

2 Quomodo probetur clerici paupertas num. 3. 4.

An vt concedatur capitul. Odoardus, necesse sit vt in actis constet de clerici paupertate.

DECIS. CCLXXXIV.

INter cætera, quæ incumbunt clericis petentibus ad beneficium huius cap. admitti, illud principale est, vt probent de eorum paupertate, & miserabilitate, & ratio est, quoniam cum paupertas sit causa, atque fundamentum præfatæ concessionis. propterea acerrimè probari debet, ab eo præsertim, qui in ea se fundat. l. si verò §. qui pro rei qualitate; & ibi gloss. Bartol. Castren. Alexand. Iason & reliqui classici, ff. qui satisd. cogunt. Soc. consil. 24. libro 1. de verb. signif. nu. 5. latè Rimin. iun. consil. 377. num. 17. Peregr. consil. 23. num. 11. volu. 2. Carpan. d. numer. 64. Menoch. de arbit. cas. 65. Gabriel. tit. de probat. conclusi. 7. Burg. de Paz consil. 39. numero 18. Cæuall. tract. contra commun. quæst. 849. numero 16. 1

Digitized by Google

16.Cam.Put.suo ordine 81. numero 19.non obstante, quod nudi nascamur, Natt.consil.344.num.3. Surd. de alimentis.tit.1.quæst.24.num.7.& post Mascard.tradit Casanat. consil. 27.num.8.Scacc. de appel. quæst.17. limit.8.sub num.9.iudicis saltem arbitrio,l.paupertas.ff.de excusat. tut. Honded.consil.94.numero 3. & 30. vol.1.Menoch. de arbitr.iud. cas.65. numero 7. Couarr. in 2.resolut.cap. 6.numero 8.Scacc.de appell. quæst. 17.limita.40. numero 9. Mascard.d. concl.1154.numer.8.Bald.cons.5. nu. 5.libr.1.Tusc.to.6.lit.P.concl.164.nu. 6.Sfort.d.quæst.11.num.53.

2 Quoad præfatum tamen effectum paupertas reputatur per communem reputationem, vt quotidie practicatur in Rota, & fuisse pariter in eadem decisum in vna Romana dotis 21.Iunij 1568. * coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec. 58.& iterum in vna Portugallen. pecuniar. 8.Martij 1553.† coram Capisucco, quibus addo in propriis terminis Verallum decision. 293. parte 2.

3 Probatur etiam paupertas clerici quoad eundem effectum ex eo, quod redditus, quos habet, non excedunt scuta 25.Rota in vna Regionen. congruar. 10. Octobris 1572. †coram eodem Illustrissimo Seraph.vt patet in eius dec. 173. facit Verall.dec.65.parte 1.

4 Et diceretur etiam clericus pauper, si ex aliqua arte se substentari potuisset.idem Seraphin.decis.1279. Ratio est, quia clericis ars prohibetur. clement. 1. de vita test. clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus ordinibus admittitur ad beneficium c.Odoardus*

2 *Intellige dummodo inseruiat in diuinis.*

An Clericus in minoribus ordinibus constitutus, gaudeat beneficio c.Odoardus.

DECIS. CCLXXXV.

FVit pluries resolutum in Curia Archiepiscop. præfatum clericũ esse admittendum ad beneficium c. Odoardus, iura enim loquuntur generice de quolibet clerico, vt carcerari per debitum non possit, secundum Io. And.in c.si clericus, de sent. excommun.in 6.ad idem Doct. post glos.in cap.dilectis, de appell. & ibi Franchus, & Dec.in 1. not. Cald. in verb.prælatorum, de sent.excomm. Butr.cons.41.in fin.Nicolaus de Milis in repertorio, verbo cleric. il. 6. Mettesil.in l.consentaneum, colum. 4.versic.prædicta omnia fallunt, numero 18.C.quomodo, & quan. iud. Roder.Soarez Hispanus in titulo *de los gouiernos*, quæst.5.numero 14.pag. mihi 835. Couarr.var. resol. libro 2. capit.1.nu.9.Gaspar. Bactius de debitore inope, quæst.17.numero 1. vbi hoc in Sacerdote, vt verissimum tenet Gomez Leoninus dec.14.& nouissimè Petrus Barbosa Lusitanus, vir, meo iudicio, doctissimus, in l.maritum, nu.2.ff.sol.mat.pag. 225. Dec. in c.reprehensibilis.de appell.Capp. Tholos.& add.Aus.in decis.245. Fel. in c.ex officij, de præscr. Suarez loco cit. Cornelius Benincasius d.8. speciali.numer.13.&in 4. speciali contractu numero 16. pag. 851. Neuiz. d.cons.59.num.2.Couar.d. cap.1.numero 9.variar.resol.Staphileus de literis gratiæ, & iustitiæ, tit. de comm. super reductione pensionis numero 1

Digitized by Google

8.pag.187.Menoch.de arbit.iud. lib. 2.cent.2.caſ.183.numero 29. Hieron. Gigas de penſion.qu.35.Viu. comm. opin.libro 1.cap.99. in nouiſſima editione Matthæus Boanus de ceſt. bon.quæſt.princ. numero 12. & Petrus Barboſa in l.maritum num.2. ff. 2.ſol.matr.

2 Quorum opinionem intelleximus procedere quando præfatus clericus miniſtret,ac inſeruiat Eccleſiæ, aut beneficiatus iuxta terminos Concil. Trident.ſeſſ. 3.capit.6.de reformat. exprimente qualitates, quas debet habere quicunque clericus vult vti beneficio, ſeu priuilegio fori, inter quas debet eſſe in ſeruitio Eccleſiæ, ita ſanè Guttierez d. loc. numero 12. & 3. Couarr. prædicto loco num.9. nouiſſimè Petrus Cabell.crimin.reſolut.caſ.60.id quod in omnibus aliis caſibus reputatur commune,præcipuè verò in criminalibus, Maſcard.de probat.concl.,02. numer.14. Illuſtriſ.Card.Thuſc.practic.iurium concl.38 .vol.2.Couarr.practic. qu. cap.32.& Viu.deciſ.512.lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua reſponſio.*
2 *Limitatur.*

An Clericus, qui negauit debitum,admittatur ad beneficium cap.Odoardus.

DECIS. CCLXXXVI.

1 RESponſio eſt negatiua abſque difficultate propter auctoritatem deciſionum Rotæ Romanæ, vt patet in deciſ.841.numer.1.part.3. diuerſor.Puteus deciſ.321.part. 2. Mohed.deciſ.2.de ſolutionibus, & ad idem facit deciſ. Antonini 41. parta. Afflict.dec.296.

Quorum opinio fundatur, quia beneficium cap. Odoardus reſpectu clericorum eſt ad inſtar beneficij ceſſionis bonorum laicis concedi ſolitorum.Natt.conſ. 219. num. 8. Roland.conſil.38.vol.1.Turret. conſil.28.vol.1.Mandell.conſi. 200.nu. 2. quare cum debitor negans debitum non admittatur ad cedendum bona, l.is qui ff.de ceſſ.bon. nec etiam clericus erit admittendus ad c.Odoard.

Limitarem tamen ſi debitum poſtea agnouiſſet ante ſententiam, vt deciſum refert Afflict.in deciſ. 379. Vrſill.deciſ.296.Arno.dialog.3. & 14. eſt tamen notandum,quod dicta negatione exiſtente ſi clericus ob id fuit condemnatus ad ſoluendum, ſententia ſuperinde lata tranſit in rem iudicatam,Iaſ.in d.§.fin.num.16. Soc.reg.46.fall.16.Affli.dec.296.Farinac.de carcerat.quæſt.27.nu.70.cum ſeq.Put.deciſ.56. Mohed. in nouiſſi. d.deciſ.841.& in deciſ.1188.part. lib. 3.Tertiò,cum dictus Canonicus renunciaſſet in contractu dicto beneficio,& alteri cuique, cum iuramento.Farin.in d.qu.27.nu.7. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Doloſus clericus non gaudet beneficio c.Odoardus nu.2.*
3 *Debitor luxurioſe ſua conſumens non admittitur ad bonorum ceſſionem.*

An beneficium cap. Odoard. competat clerico doloſo.

DECIS. CCLXXXVII.

IN facti contingentia reſpōde negatiue ex doctrina Iaſon. commu- 1

munitèr recepta in §.fi.num.16. Soc. reg.46.fall.16. Afflict.decis.246. Farinac.de carcerat.q.27.n. 70. cum seq. Put.decis.56.Mohed. de solut. decis. 1.& 2. Rot.Rom.in nouissim. decis. 841.& 1188.part. 3. lib. 3. Maceraten. decis.41.lib.1.

2 Quorum opinio corroboratur primo, quia si dolo versatus est filiusfam.dum contraheretur cum eo,aut aliter,beneficio, quod cum eo non gaudet.l.sed & si.§. interdum, & l. eum qui.ff.quod cum eo, Farinac. decis.164.nu.11.& 16.& in decis. 221. num.13.Paris.consil.94.num.8.13.42. 54.vol.4.Socc.reg. 16. Tusc. tom.3. litt.E.conclus.782.num.31.Vrsill.decis.308.num.20. & hanc notabilem ad tex.in l.2.ff.& C.quod cum eo.Limitationem esse dixerunt, Ferrett. caut.54.& Carrot.decis. 8.numer.15. imo si in sola culpa filiusfam. sic à dicto beneficio excluderetur, ex Crot.tradit Paris.d.num. 13. nec mirum, iuris namque est dolosum debitorem insolidũ teneri, vt nec priuilegio gaudeat, deducto ne egeat, quòd aliàs competeret, Farinac. quæst.26.num.5.Natt.cons.361. num. 2.& 7.Laderch.consi.39.num. 4. Macerat.decis.41.lib.1. Costa subsid. remed.28.sub num.7. Marta de iurisd. part.4.cent.2.cas.186.numer.4. Marches. de commiss. part.1 commiss. 4.cap.3.numer.24.Put.decis. 251. & 394.part.1.Brun.Sol.quæst.9.num.6. Lancell.de attent.par.3. cap. 31. num. 44.sic de marito, qui si dolo fecit quominus dotem solueret,eo priuilegio non posse vti,adnotauit tex.l. etiam §.1.ff. solut. matrim. Campeg. de doct.part.3.quæst.262.Surd.de alimentis titu.1. quæst.78. numer. 42. Baez.de debet.inop.cap.15.numer.11. cap.16.num. 21.in fin. idem in socero,voluit text.l.penult.ff. de iur.dot. Campeg.de dot.part.2. q. 250. Palat. Rub. in c. per vestras 3. notab. §. 24. numero 7.de donat.int. vir. & vxor. Anat.decis.16.numero 2.& 13.Couar. in cap.quamuis init.2.Relect. numero 7.Cost.de scient.& ignoran. cent. 2. dist. 32. numero 10. Surd. de alimtit.1.quæst.78. numero 43. Sic etiam in cæteris dolum committentibus, tradit text.in l.sed hoc ita §. fi. ff. de re iudic.d.q.88.numero 42. Baez.d. cap.16. numero 12. in fin. Quod verum licet dolus aduersus tertium fuerit commissus, Bal.in cap. quæ in ecclesiarum col.3.vers. quæro numquid de constit.Baez de inop. debit. cap.8. numero 19. in fin. Imo idem diiudicandum erit si maritus, aut alij, quibus priuilegium hoc datum est, sui culpa facti sunt pauperes. d. l.etiam §.licet,Amat.n. decis. 15. numero 12. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum numero 67. de constit. Surd. d. q. 78. numero 44. & si contrarium dixerit Mart.d.cas.186.numero 4. quibus nec cessionem bonorum competere probauimus decis.41. per totum,Marta de iurid.par.4. cent. 2. cas.123.numero 16. & quamuis dolus consistet in animo, rectè tamen per coniecturas, & exteriora probatur l. dolum,ff.de dolo, Mascard. de probat. concl. 131. 132.133.Franch.decis. 180. num. 4. quæ iuxta personarum, & facti qualitatem Iudici sunt arbitraria,Roginel.par. 1.qq.cap.11.num. 66.Iudicis autem arbitrium desumi iure potest, quando quis ad decipiendum alterum pro sui commodo verum tacet,aut falsum exprimit, & sibi soli cum alieno præiudicio prospicit,cum dolus sit in rebus suis, vel alienis dissimilis conuersatio, Roginel.d.n.66.

Secundò corroboratur, quia debitor à cessione bonorum excluditur,qui omnem suam creditorumq; 3 substantiam luxuriosè consumpse-

Digitized by Google

rit, Neuiz. consil. 5. Rebuff. consil. 184. Thesaur. decis. 36. numero 5. neque clericus cap. Odoardus de solut. gaudet beneficio si in nudo, aut luxuriosè viuendo bona sua consumpserit, Ferret. d. cons. 144. Nec ergo filiusfam. d. l. 2. ff. & C. quod cum eo gaudet, qui creditam pecuniam non in rem patris, sed in proprios casus magno cum dispendio consumpsit, non enim æquitatis benignitas, quæ beneficium hoc filiisfam. indulsit, ex Azon. in summ. tit. quod cum eo Paris. consil. 94. num. 43. vol. 1. Cartar. decis. 7. numero 10. ita in alterius damnum extend. conuenit, vt lata nimis fraudibus patebit via, quibus obuiandum diximus decis. 36. n. 6.

Tandem corroborantur ex decis. Rotæ, de qua per Verallum decis. 278. lib. 1. cuius hæc sunt verba: dolosus non est admittendus ad beneficium cessionis bonorum, vel ad beneficium cap. Odoardus, vel cap. peruenit decis. est in terminis in antiquis 83. alias 22. de restitut. spoliator. quá sequuti sunt Domini in causa Toletana Canonicatus de Palauera, & parochialis de Baratas coram Reueren. D. Episcopo Vectano 14. Martij 1552. vt in eius lib. fol. 109.

Inter coniecturas doli est prima, si clericus, tempore contractus sciebat se non esse soluendo & falsò asseruit se habere idoneas facultates, esse soluendo, ratione doli non debet gaudere, ex tex. not. in l. pen. ff. de regu. iur. Secunda coniectura si clericus, qui in fraudem clericorum bona consumpsit. nam non potest gaudere dicto beneficio Ferret. vbi supra ex l. si quis dolo ff. de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet potest iuri pro se introducto renuntiare.*

2 *Beneficium cōcessum miserationis gratia renuntiari non potest.*

3 *Beneficium c. Odoardus æquipollet beneficio ne quis &c.*

4 *Beneficium cap. Odoardus introductum fuit in faciem totius ordinis Clericalis.*

Beneficium cap. Odoardus an renunciari possit.

DECIS. CCLXXXVIII.

IN hac quæstione videbatur dicendum prima facie, quod sic ex pluribus, primo quia Regula iuris, est quemlibet posse iuri in eius fauorem introducto renunciare l. si quis in conscribendo C. de pactis l. si quis in conscribendo C. de Episcopis, & Cleric. cap. ad Apostolicam de regular. hinc prouenit, quod filiusfam. poterit renunciare beneficio, quod cum eo de Franchis dec. 181. & creditor beneficio præuentionis idem in dec. 670. & spoliatus renuntiare petitioni restitutionis Rot. in dec. 3. 6. & 11. de renuntiat. in antiquis, & fideiussor beneficio fideiussorum. Thoming. in dec. Rotæ Lipsien. prima, & donans beneficio l. si vnquam C. de reuocandis donat. Minsyng. cent. 5. obseru. 63. & mulier beneficio Velleiani modo sit de eo certiorata Thess. in dec. 222. & Venditor beneficio l. 2. C. de rescind. vend. idem in dec. 165. & duo rei debendi beneficio diuisionis Pol. Rip. in obs. 89. & Actor Iuri exequutiuo Mastrill. in dec. 157. part. 2. & filius legitimæ, licet non veniat in generali renuntiat. Affl. in dec. 178. in 2. dubio, & etiam tacit Iuri agendi ad supplementum per spatium 30. annorum Mohed. in dec. . de præscript. & reus renuntiare potest foro, Minsyng. 1

cent.

cent.1.obser. 88. & appellationi, & quomodo vide Gratian. in dec.123. sic dispositioni text in l.de his ff. de transact. Osasch. in dec. 112. & euictioni Thess. fil. in dec.77. etiam si fuerit dictum, quod vẽditor non teneatur ad defensionem quibus cunque casibus vllóve modo, nisi pro facto suo: intellige tamen venditorem teneri non obstante hac renuntiatione, ad pretij restitutionem pro rata rei euictæ & posse renuntiari dispositioni Auth. hoc nisi de solut. de Franchis in dec.81.& potest à reo renuntiari defensionibus existentibus in apicibus Iuris, non tamen iis, ex quibus possit procedere totalis absolutio Triuis.in dec. 1.part.1. & potest renuntiari liti Cam.Imper.in verb. renuntiatio in fine excipe in tribus Farinacc.in dec.33. & in summa potest quisquam semper renuntiare fauori suo, decidit Viuius cum ampliationibus in dec.316.

2 Tum secundo quia cum præfatum beneficium non sit clericis concessum miserationis gratia propterea renuntiari potest glos. communiter recepta in l. 1. verbo excedere C.quand.Imp.int.pup.quam notant ibi Bald.Salicc.& Farinacc.in dec.181. numero 8. Barbos.d.§.eleganter numero 50. Felin. in cap. 51. diligenti numero 16. de for. compet. Barbat. cons.64. col.3. vol.4. Amat.decis. 16. numero 52. Maxia de Tax.Pan.conclus.6.numero 139. Rebuff. ad Reg. const. tit.de sentent.Prouis.art.3.numero 38.

3 Tum tandem quia cessionis bonorum beneficio quod cap.Odoardus æquipollet, renuntiari potest Cappell. Tholos. in dec. 61. post Cinum in l.fin.C.qui bonis cedere possit.

4 **Cæterum præfatis minime obstantibus contrarium obseruatur in** Curia Archiep.vt scilicet cap. Odoardus renuntiari minime possit quæ praxis fundatur in doctrina Ioannis Andreę in cap.Odoardus in 3.notab. Costa de remed. subsid. remed. 29. numero 8.Caroc.dec. 53. numero 14. Ceuall. comm. q. contra comm. 71. numero 11.quam pariter opinionem sequuti sunt Couarr.lib.2. var. resolut.cap.1.numero 38. Parlador. lib.2. rer.quotidianar.part.5.cap. fin. §. 6. numero 24.Paz.in praxi 2.tom.part. 3.cap.vnic.numero 6. Gonsalez. lib. 1.variar.resolut.cap.17. Canger. dec. 13.quicquid voluit, Guttierez. de Iuramento confirmatorio part. 1. cap. 17. & istorum opinio fundatur præsertim, quia renuntiatio præfati cap. tendit in opprobrium totius ordinis clericalis contra text.in cap.diligenti de foro competenti, & remaneret clericus obligatus ad perpetuum Carcerem, quod nec iustum, nec rationi consonum est in contemptum Sacerdotij, & sine vtilitate, & creditoris commodo, & sic non est faciendum, quod nocet debitori, & creditori non prodest. l. 2. §.item Varus de aqua pluuia arcenda.

Non obstant contraria, quia beneficium prædictum non in fauorem vnius, sed totius ordinis clericalis fuit introductum, & propterea cessat regula suprapo sita, quod quilibet potest renunciare fauori pro se introducto ad textum in c. ad nostram de regul.

Nec obstat; quod beneficio cessionis bonorum renunciari possit, quia in contrarium est magis communis opinio secundum DD. in l. alia §. eleganter ff. solut. matrim. Bald.& ibidem Salicet. in l.1. C. qui bon.ced.poss.& iuxt. hanc sentent. pluries fuit decisum, teste Balbo dec. 4.Tess.dec.36. Rot.in dec. 4. de re-

Digitized by Google

nunt.in antiq.& in dec.31.de sent.rei iudicatæ Guido Papa dec.211.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones, quæ competunt principali, competunt etiam fideiussoribus.*

2 *Beneficium cap. Odoardus est personale.*

3 *Exceptio declinatoria competens principali extenditur ad fideiussores, beneficium cessionis bonorum non proficit fideiussori.*

An beneficium cap. Odoardus proficiat laico fideiussori clerici.

DECIS. CCLXXXIX.

1 SVpponatur in facto pro huius quæstionis dilucidatione, laicum fideiussisse pro obligatione cuiusdam Clerici, qui cum decoctus decesserit eius creditores egerunt contra laicum fideiussorem qui eisdem creditoribus opposuit beneficium cap. Odoardus, quare fuit dubitatum an præfatus fideiussor esset audiendus, & videbatur prima facie dicendum, quod sic, quia exceptio, quæ competit principali, fideiussori quoque competit l.exceptiones ff.de except.Bald.cons.370.vol.2. Paul.de Castro cons.22.Alexandrin. cons. 16. vnde fideiussoris obligatio accessori adest obligationis principalis l. fideiussor obligari ff.de fideiuss.& pro vna eademque reputatur l. fideiussor. §.propterea ff.eod.Bart. in l. §. tutores ff.de suspectis tutor.hinc est quod fideiussore existente soluendo non potest carcerari eius fideiussor secundum Valasc.decis.Lusit.21.

2 Cæterum præfatis non obstantibus contrarium consului, & motus fui ex pluribus.

Primo quia præfatum beneficium est personale,& propterea personam clerici non excedit argumento tex. in cap. priuilegium de reg. Iur.in 6.& facit text.in l.hæres à debitore ff. de fideiuss. & in propriis terminis tradit Ceuall. lib. 1. communium contra communem quæst. 701.numer.14. Costa de remed. subsid.remed.29.num.8.Guttierez. de iuram.confirm.part.3.cap. 15. num. 15.cum sequenti, Mancin. de absol. iuram.quæst.7.hinc est, quod beneficiũ restitutionis in integrum sit personale,propterea non extenditur ad fideiussores minores secundum Fabrum dec. 1. C. de fideiuss. minor. 3 Lanfranch.decis.15.prout à simili diximus de exceptione Velleiani,quæ fideiussori minime conceditur l.mulieres C.ad Vell.

Tum secundo quia exceptio declinatoria, quæ competit clericis, 4 non extenditur ad eorum fideiussores secundum Roman.sing.645. Colerus dec.90.Afflict.decis.206. Minsyng.dec.15.cent.1.Faber.dec.1. C. de fideiuss.Guid.Papa dec.562. & Vrsill.dec.206.

Tum tandem, qui beneficio cessionis bonorum,quod quoad laico æquipollet.cap.Odoardus,non proficit fideiussori text. est in propriis terminis in §. fin. de except. institutionum Barz. dec. Bononiæ 79. & Lanfranch.dec.525.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio peremptoria potest opponi in executione sententiæ.*

2 *Cap. Odoardus beneficium non potest opponi in executione sententiæ.*

3 *Odoardus beneficium æquipollet illo ne quis,&c.*

4 Ex-

4 *Exceptio quæ non impugnat sententiam potest opponi in executione.*

An beneficium capituli Odoardus peti possit in exequutione sententiæ.

DECIS. CCLXXXX.

1 EXceptio peremptoria licet opponi non possit, post sententiam ad text. in l. peremptoria C. sentent, rescendi non posse late Maran. in suo spec. part. 6. memb. 9. numero 11. cum. simili post innumeros, quos congerit Caualc. in dec. 10. num. 19. part. 1. Mastrill. in dec. Rotæ Siciliæ 23. & in dec. 51. vol. 1. & Antonia in dec. 41. tamen.

2 Tamen hoc minime procedit in beneficio capituli Odoardus, quod quidem peti potest etiam post rem iudicatam, & in exequutione sententiæ, vt in terminis voluit Costa de remed. subsid. c. 29. numero 6. Buculten. consil. 9. vol. 1. Artaman. cons. 17. num. 4. & iuxta hanc opinionem ego pluries consului, & motus fui ex pluribus.

3 Tum primo quia præfatum beneficium cap. Odoardus æquipollet beneficio ne quis conueniatur vltra quam facere possit secundum Surd. dec. 190. & tale beneficium opponi potest non tantum pendente Iudicio, sed etiam post sententiam Iason in §. sed si quis num. 13. de actionibus Roland. cons. 19. Cefal. cons. 60. Nizol. alleg. 4. num. 3. & Costa remed. 2[illegible]. num. 6.

4 Tum secundo quia ita obseruatur in omnibus exceptionibus, quæ non impugnant sententiam, sed moderantur solum exequutionem ac eam minuunt, vel limitāt, quia quādocunque possunt opponi etiam post rem iudicatam nisi iam ante sententiam oppositæ reiectæ fuerint Glos. & Bart. ad l. 1. C. de iuram. & fact. ignoran. Ripa ad l. 2. num. 9. & 10. ff. de re iudicata Alex. cons. 89. ad fin. lib. 1. Castren. cons. 1000. numer. 5. col. 1. Signorol. cons. 146. & Gayl. obseruation. 113. n. 5. lib. 1.

Tum tandem quia iuxta prædictam opinionem obseruatur in quamplurimis exceptionibus pro vt in exceptione Velleiani Mastrill. dec. 51. in except. discussionis inuentarij, quæ licet sit peremptoria opponi potest in exequutione sententiæ, idem in dec. 23. in exceptione rei non traditæ quę quandocunque opponi potest. Surd. in dec. 53. & tandem in exceptione compensationis secundum eundem in dec. 191. quoniam sunt exceptiones mortificatiuæ sententiæ.

SVMMARIVM.

1. *Excommunicatus non potest agere.*
2 *Frustra legis auxilium implorat, qui legem committit.*
3 *Beneficium c. Odoardus non actio, sed receptio dicitur.*
4 *Clericus excommunicatus gaudet priuilegio fori.*

An clericus excommunicatus gaudeat beneficio cap. Odoardus.

DECIS. CCLXXXXI.

VIdebatur dicendum, quod non, ex pluribus. 1

Tum primò, quia excommunicatus non potest agere, nec in iudicio aliquo modo comparere cap. intelleximus de iudic. cap post cessionem de probat. cap. decernimus de

sent.excomm. lib. 9. de iure regio probatur in l.4.titu.10.lib.2. fori. & in l.176. circa quam regulam vltra Doct.in supradictis locis, vide Nepotem à Monte Albano in tracta. exceptionum art.6. per totum. Ioannes de Pigliano in tract.de censura Ecclesiastica numero 26. & 27. Paris.in cap.non inter, & in cap. fin. numero 1. de except. Gigantem in tracta.de pens.quæst.14. Chassan. in consuetud. Burgund.tit. *Desiustices*, rubr.1.§.vi folio 65.col.4. numero 15. Selua in tract.de benefic.in 3.part.q. 4.Gome.in cap.1.numero 16. de rescriptis in 6.hanc regulam cum quatuor limitationibus ponit Socin.in reg.132. hanc item cum quatuordecim limitationibus, ponit Fel. in d. cap.intelligimus, & numero 7.vsque ad finem, eandem cum duodecim limitationibus ponit Montaluus in d.l.4. titu.20.lib.2. fori in glos.4. in verb.Demandar, ex quibus quindecim ante eum ponit Dominicus de Sancto, Geminia in cap.1.de rescrip. in 6.& circa hanc regulam vide 61. pœnas excommunicationis per Rebuffum in glos. concordatarum, in rub.de excommunicat. non vitan. pag. 383. col.2. cum 8. sequentibus.

Tum secundò, quia excommunicatus dicitur membrum Diaboli extra Ecclesiam deiectus, cap. omnis christianus, 11.quæst.3.& cap. seq. & de his, quæ foris sunt nihil ad nos cap.multi 2.q.1.

2 Tum tertiò, quia frustra legis auxilium implorat, quia in legem committit, cap. quia frustra de vsuris, l.1. C.de hæred.l.auxilium. ff. de minoribus, & facit tex.in cap. fin. de immunitate ecclesiæ. Sed clericus excommunicatus contemnendo claues Ecclesiæ dicitur in legem committere, secundum Calderinum de sent.excomm. igitur frustra priuilegio legis vti poterit.

Cæterùm præfatis minimè obstantibus contrarium iudicaui in quadam causa mihi delegata, & mouebar præsertim, quia beneficium cap. Odoardus non dicitur sub se continere actionem, sed potius exceptionem, quia contra petentem quod sibi debetur, solet opponi exceptio præfati capituli, sed excommunicatus potest esse in iudicio vti reus ad text. in terminis in cap.intelleximus, vbi Doctores omnes de iudic.& sic per modum exceptionis, secundum quod adnotauit text. in cap.cum inter de except.

Item quia clericus excommunicatus gaudet priuilegio fori, & canonis, Franc.Marc.decis.418. part.2. Innocent.in cap.si verò numero 3. de sent.excomm. Panormit. in cap. contingit circa fin.eod. Felin. in c. à nobis, il secondo numero 1.Decian. in tracta.criminali libr.6. cap. 7. numero 20. 2

Et hanc dicit esse communem opinionem. Duendas reg. 99. ampliat.8. Villalob.in sua Collect.communium opinion.litt.C. numero 81. Clarus in §.fin. quæst.77. & ibidem Maynard.numero 16.& facit text. in cap.dictum 71.dist. & ita est tutior, & verior opinio, secundum Henric.Boic. & communiter Doctores in cap. ecclesia de immunitate ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Qui non habet in ære, debet luere in corpore.*

2 *Debitor Cameræ Apostolicæ non admittitur ad beneficium c. Odoardus.*

3 *Saluusconductus non extenditur ad delicta.*

4 *In*

4 *In delictis non habet locum cessio bonorum.*

An Clericus gaudeat beneficio c. Odoardus in delictis.

DECIS. CCXCII.

1 SVpponatur in facto, quòd quidam clericus ratione delicti esset condemnatus, instante fisco, in pœna relegationis per decennium, ac etiam in pœna centum aureorum parti læsæ pro interesse, qui clericus allegauit se nulla, vel perpauca bona possidere, quæ non sufficiebant ad exsolutioné dicti interesse, quare ad euitādam excommunicationem, petiit se admitti ad beneficium cap. Odoardus, fuit dubitatum, quid iuris, & prima facie videbatur dicendum, quòd non sit admittēdus, propter regulam iuris, qui non habet in ære, luat in corpore, l. fin. ff. de in ius vocando, l. 1. §. fin. ff. de pœn. cum aliis concordantibus per glos. allegatis in capit. finem litibus, in glos. fin. de dolo, & contum. & de Franch. in dec. 358. & Peguer. in dec. 59. Thes. in dec. 382.

2 His accedat, quòd debitor Cameræ Apostolicæ, & per consequens fisci non potest vti beneficio c. Odoardus, quemadmodum debitor fisci vti priuilegio cessionis bonorum, Socc. reg. 65. in verb. cedens bonis, Diaz. reg. 25. eod. verb. Beat. de inope debitore c. 11. Guido Papa. dec. 211. n. 3. Boer. decisi. 341. Thes. cit. dec. 182. & ita seruari in Curia Delphinatus scribit Rebuff. consi. 164.

3 Tertiò, pro eadem opinione facit, quod generalis saluus cōductus, seu induciæ debitori concessæ non vendicant sibi locum in debitore ex causa delicti, vt per Gram. in add. ad Afflict. decisi. 5. Brun. in tract. de cess. bon. quæst. 27. numero 4. Bald. latè consil. 400. libro 1. Cuch. in tract. de morat. præscript. numer. 39. & in hoc casu nullum est dubium quin locus sit mutationi pœnæ, vt per Menoch. de arbit. iud. cas. 447. cen. 5. Hinc est, quòd quando quis tenetur ad solutionem pecuniæ ex causa delicti nō admittitur cessio, per ea, quæ latè congerit Nat. cons. 361. Boer. d. decisio. 341. Clar. §. fin. quæst. 95. & Didac. var. resol. lib. 2. cas. 1. num. 8. vbi idem Didac. ampliat. dictam regulam procedere non solum si agatur de pœna erga fiscum, sed etiam si illa pœna sit æstimatio damni parti applicanda dicens de hoc esse text. not. in d. c. finem litibus vbi Abb. & Io. Fab. in §. fin. instit. de act. & de iure ciuili est text. in l. 1. de in ius vocan. ibi inofficiosus litigator, à quo puto extractum dictum cap. finem litibus & hanc opinionem tenuit Menoch. libro 2. de arb. cent. 8. cas. 447. numero 17. post Alberic. Dec. Cæpoll. & Clar. quos allegat Seraphin. de priuileg. iurament. priuilegio 91. in fine.

Cæterum præfatis non obstantibus, in contrarium est verior sententia, vt per Boer. decisi. 349. Put. decisi. 56. lib. 1. Farin. de delict. quæst. 18. numero 56. & ratio est quia lex admittens debitorem ad beneficium cap. Odoardus loquitur in quocunque debitore §. fin. instit. de actionib. ergo etiam in hoc debitore, & ita videtur velle idem Brun. quæst. 17. 4. part. princip. numer. 2. & clarius hoc vult Cuch. in tract. de morat. præscr. post Boer. dec. 349. numero 8. Ludouic. à Peguera inter quæstiones suas criminal. cas. 6. vbi ita iudicatum in concilio Barcinonæ testatur.

Nec obstant allegata in contrarium, & primo ad reg. illam genera- 4

lem respondetur, quod Doctores loquuntur quando pœna pecuniaria applicatur fisco, & sic inducta est ad vindictam publicam: tunc enim certum est, quod qui non habet in ære luit in corpore secus vero quando illa pecunia applicatur parti nō tanquam interesse ciuile, ita Io. Andr. & Abb. in d. c. Odoardus, idem Abb. in d. capitul. finem litibus, Couarr. in d. capit. 1. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 447. & hæc est veritas, quicquid alij dixerunt, quos refert Couarr. in d. cap. 1.

Nec obstat illa Doctorum opinio, vt priuilegium principis non extendatur ad debitorem ex causa delicti, quia illa opinio non est certa, & contra illam multi tenuerunt præsertim Bar. & Dec. in l. 1. D. si cert. pet. quos sequitur idem Brunus d. q. 27. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio in forma Cameræ habet exequutionem paratam.*
2 *Obligatio in forma Cameræ nullam admittit exceptionem præter tres.*

An in obligatione in forma Cameræ habeat locum beneficium c. Odoardus.

DECIS. CCXCI.

1 INter cætera, quæ pro opinione negatiua adducuntur est, primo quod præfata obligatio exequutionem habet paratam secundum Alexander. in l. ait prætor §. iudex de re iud. qui tamen non loquitur ita expresse, vt Castrens. in l. potest rem Cod. imo eo casu condemnatus non potest appellare Soccin. Iun. consil. 138. nu. 5. lib. 3. & de hoc instrumento plura ex professo scribit Gales. in tractat. ad formul. Cameral. obligat. qu. 3. iuxta quorum opinionem pluries censuit Rot. Roman. & præsertim in vna nullitat. obligationis Cameralis 4. Iulij 1574. † coram Cotta & iterum in vna Romana prætensæ executionis 27. Martij 1594. coram Litta. †

2 Secundo adduci solet pro eadem opinione scilicet, vt excludatur beneficium præfati cap. est quia hæc obligatio regulariter loquendo nullam admittit exceptionem præterquam falsitatis solutionis, & pacti de non petendo Cassad. decisi. vnic. de mutuis petition. Gall. citat. tract. 4. parte quæstione 1. Rot. in nouissimis in decision. 86. & in decisi. 122. & eadem Rota in vna Romana executionis 6. Martij 1592. * coram Orano, * & iterum in vna Illustrissimorum de Sforcia 12. Aprilis 1593. * coram eodem. * hinc est quod eius executio minimè impenditur per exceptionem non numeratæ pecuniæ secundum Mohed. in decisione 1. & 3. de exception. neque per exceptionem compensationis, Sessa Rota Arag. decisione 90. neque per exceptionem absolutionis à iuramento secundum eundem Mohed. decisione 6. eodem titulo & pariter per exceptionem enormissimæ læsionis secundum Parisium consi. 99. numero 29. volumine 1. Alexand. consilio 92. numero 15. & in consilio 35. volum. 6. & tenuit Rota in dicta Romana exequutionis 6. Martij 1592. † coram Orano. † vnde cum præfatum beneficium capit. Odoardus sapiat naturam potius exceptionis quam actionis propterea dicendum, non posse opponi contra præfatam obligationem cum sub regula supra posita non censeatur adiecta personis limitatio pro limitatione, licet limitetur

retur quando ex ventre instrumenti obligationis Cameralis oritur defensio, & nullitatis exceptio quia tunc impeditur exequutio Bartol. in l.1.§.& parui numero 3. ff. quod vi aut clam Alexand. cons. 20. num. 2. & 3. volum. 6. Saren. in compend. numero 84. Achil. dec. 3. Felin. in rubric. de exception. num. 2. Soc. consil. 27. numero 3. versic. 2. compulsus libro 4. Ias. consil. 170. versic. & si diceretur, libro 2. Cassad. dec. 50. de rescriptis, quia nullitas instrumenti probationem reddit nullam qua sublata non potest dici constare de obligatione Afflict. decision. 285. numero 1. Roman. consil. 42. & ita tantum fuit in vna Romana domus, & nullitatis coram Paleotto.

Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium obseruatur in praxi, vt refert Galles. de obligat. in for. Cam. parte 6. quæst. 7. Merenna consil. 22. Artam. consil. 63. Rubin. consil. 21. & ratio est secundum Couarr. libro 1. variar. resol. cap. 1. quia nulla congrua ratio assignari potest cur clericus gaudere non debeat prædicto beneficio inducto in fauorem totius ordinis clericalis, vt sequitur etiam Beat. de inop. deb. cap. 17. numero 6. quare non obstant contraria allegata de exequutione parata quia procedunt in aliis casibus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati gaudent priuilegijs Canonis & fori.*

2 *Clerici coniugati non gaudent reliquis priuilegijs clericis à Iure concessis.*

3 *Clerici coniugati tenentur ad solutionem Collectarum, & Gabellarum.*

4 *Clericus coniugatus ad effectum obtinendi beneficium Capituli Odoardus æquiparatur puro laico.*

An clericus coniugatus, vti possit beneficio Capituli Odoardus.

DECIS. CCXCII.

Dubitationem mihi non mediocrem faciebat pro opinione affirmatiua, quod clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali ad text. notabilem, in cap. 1. vbi omnes Doctores de clericis coniugatis glos. in cap. 1. in versiculo omni de Bigamis in 6. Imola in cap. Ioannes numero 4. de clericis coniugatis, Afflict. in constitut. Regni Apostantes versic. sed iuxta hoc quæro Caranita Rito 66. Clarus quæst. 36. numer. 7. Cappell. Tholos. decis. 64. & in decis. 277. Gramat. decis. 10. de Franchis dec. 417 latissimè Farinac. de inquisitione quæst. 8. nu. 9. 1

Cæterum hoc non obstante contrarium est tenendum in praxi. Tum primò, quia licet clerici coniugati sicut alij clerici in Sacris ordinibus constituti gaudeant priuilegio fori ac etiam canones, si quis suadente, & non tamen gaudent aliis priuilegiis clericorum, glossa est communiter recepta in capit. vnico in verbo cæteri, & ibidem Franchus numer. 5. Card. in clementina prima de vita, & honestate clericorum Aufrerius in clement. 1. in 3. notabili de officio ordinarii Bominius in cap. 1. col. fin. de offi cio Vicarij in 6. Parisius consil. 40. numer. 20. volum. 4. & hanc esse communem opinionem testatur Couarr. practicarū quæstionum cap. 31. num. 9. Farinac. cit. quæst. & ea particulariter quod isti cen- 2 3

Digitized by Google

iugati clerici non sint exempti à collectis gabellis aliisque Principis obsequiis notant in specie Gloss. in d. capit. vnico in eodem verbo cæteris, & ibi DD. Abbas, in cap. ex parte de clericis couiugatis, Bertachinus in tractatu de gabellis part. 2. num. 17. Capra in dicta conclusione 87. numero 95. Guido Papa dec. 383. & est communis opinio teste Couarr. & Farinacc. loc. cit.

4 Tum tandem quia de præfato clerico quod ad hunc effectum iudicatur vti de puro laico vt in propriis terminis voluit Natta conc. 356. Bulcu ten. consilio 90. Cephalus conc. 22. num. 1. & Costa de remediis subsidiariis cap. 29.

SVMMARIVM.

1 *Tres sententiæ conformes in maxima habentur consideratione.*

2 *Præsumptio oritur contra renuentem soluere debitum.*

3 *Attendi debet, vt imponatur finis litibus.*

4 *Clementina, vt calumniis non excludit beneficium capit. Odoardus.*

An Beneficium capituli Odoardus peti possit post tres conformes sententias.

DECISIO CCXCV.

1 SVpponatur in facto quendam clericum fuisse per tres sententias conformes ad soluendum condemnatum, quare aduersus illarum exequutionem petitur se ad Beneficium capituli Odoardus admitti: vnde fuit dubitatum si eius petitio de iure subsisteret, & sic admittenda esset, & ratio dubitandi pro opinione negatiua erat multiplex. Prima quia in iure in maxima consideratione habetur numerus trium sententiarum conformium, vt latè per DD. in l. & post tres ff. de iudiciis. vnde contra tres conformes non admittitur exceptio nullitatis, Clementina prima de sententia, & de re Iudicata, de cuius intellectu, ampliationibus, & limitationibus latè Thesaurus in dec. 122. & in dec. 228. de Franchis decisio. 135. Gratian. Rotæ March. decision. 82. Cappella Tholosana dec. 430. Thomas Triuisan. decision. 68. parte 1. Mynsing. 2
d. 15. cent. 1. Secunda quæstion. maxima oritur præsumptio contra effugientem, & renuentem soluere debitum cap. suscitata de in integrum substitutione cap. nullus de præsumptionibus Cassador. dec. 1. de restitutionibus in integrum de Laurentiis Rota Auenion. in decis. 2.

Tertio quia alias non imponeretur finis litibus, contra text. in cap. finem litibus de dolo, & contumacia, & l. terminato C. de fructibus, & litium expensis cum tot laboribus fuerunt obtentæ, vt malitiis hominum obuietur l. in fundo de rei vendicatione Cappella Tholosana decision. 54. Capicius decis. 53. Couarr. practicarum quæstionum 25. num. 7. 3

Cæterum, præfatis non obstantibus, contrarium consului, & iuxta hanc opinionem fuit etiam resolutum, de cuius decisionis ratione non est quippe mirandum ex pluribus.

Tum primo quia clementina vt calumniis, non videtur excludere beneficium dicti capituli Odoardus de quo non loquitur, & tanquam exorbitans non est extendendum, Parisius consil. 119. volum. 4. Alexander consil. 62. num. 17. volum. 4. & in consil. fin. numero 4. volum. 6. & in cons. 46. num. 6. volum. 1. post 4

Barto-

Digitized by Google

Bartolum in l. fin. hærede per l. Lucius ff. de administratione Tutorum, & latè Canonistæ omnes in capitulo constituto de in integrum restitutione, sicut communiter personæ priuilegiatæ non includuntur, quoties idem sermo indefinitè profertur à lege vel à statuentibus glos. Alexan. & Iason in l. sciendum ff. qui satisdare cogantur, & idem Iason in l. 1. in 3. notabili, & ibidem Ripa numer. 14. ff. soluto matrimonio Alexander consil. 80. num. 4. volum. 1.

Tum secundo, quia iuxta hanc opinionem tenuerunt Iason. in §. si quis in fraudem numer. 13. de Actionibus, Couarr. lib. 2. variarum resolutionum capitul. 1. numer. 9. Guttierez lib. 1. de iurament. confirmat. capitul. 15. numer. 33. Thomas. Triuisanus decis. Rotæ Venetæ 8. num. 1.

Tum tandem, quia ita tenuit Rota in vna Alboren. 25. Nouem-
4 bris 1540. † coram Marco Antonio, vt testatur Puteus decis. 56. lib. 1. reprobata distinctione Bald. in l. 1. C. qui bonis cedere possint, quod sequutus fuit Gomes in compendio vtriusque signaturæ columm. vltim.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum obligat pracisè.*
2 *Obligatio augetur virtute iuramenti.*
3 *Iuramentum debet adimpleri in forma specifica.*
4 *Instrumentum iuratum habet exequutionem paratam.*

An beneficium cap. Odoardus locum habeat in contractu iurato.

DECIS. CCXCVI.

HVic quæstioni quamuis nonnulli respondeant pro opinione affirmatiua: ego tamen consultaui contrarium, & motus sui ex pluribus.

Tum primo quia iuramentum obligat præcisè ad factum; com- 1
muniter citatur gloss. in l. si pecuniam in principio, super verbo, necesse ff. de condict. cau. data, & est communiter receptum, vt patet ex innumeris, quos refert Gabriel. conclus. 8. de iureiurando Gozad. consi. 32. num. 12. Alex. cons. 91. num. 6. lib. 2. Imol. qui valde commendat in capitul. 1. num. 34. de iudic. de communi Ias. l. quoties, numer. 36. C. de re iudicata, & consil. 9. num. 10. lib. 1. & l. eum qui §. si iurauero, num. 6. de iureiurand. Natta consil. 426. num 31. Dec. l. fin. numer. 10. ff. si cert. pet. Pedemon. decis. 92. nume. 19. Riminald. Iun. consil. 575. nume. 6. lib. 5. Felin. in cap. ad nostram numer. 12. vers. ex quo intellectu, de iureiurando: estque communis sententia legistarum & canonistarum, teste Ias. in l. si pecunia, num. 25. in fin. ff. condict. cau. data Rolan. consil. 6. num. 32. li. 1. Aymo. cons. 12. qui videatur.

Tum secundo, quia propter ad- 2
hibitum iuramentum obligatio augeatur, & efficacior reddatur, vt multis exemplis comprobat Ias. in l. si conuenerit, num. 8. & seq. de iurisdictione omn. Iud. exornat Roland. cons. 6. num 40. & sequenti lib. 1. & consi. 8. num. 38.

Tum tertio, quia quando in con- 3
tractu interponitur, iuramentum debet obseruari atque impleri in forma specifica, neque adimpleri poterit per æquipollens, Roland de communi consil. 6. numer. 29.

Digitized by Google

& consil.53.numer.40.& sequ. libr.1. Simon de Præt.consil.138. numer.34. Brun. de cession. bonorum quæst. 73.princip.numer.16.Gozadin.cons. 22.num.11.& 12.Ias.in l.eum, qui §.si iurauero,nume.6.& sequ.de iureiuran.Felin.in cap.ad nostram numero 12.vers.ex quo intellectu eod. titul. Cęsar de Grassis decis.148.numer.15. iuramentum enim importat formam,Neuizan.consil.50.num.18. & non verificatur in casu ficto de communi Gozad.consil.32.num.15. & 16

4 Tum quarto, quia Iuramentum appositum in instrumento facit illud habere paratam executionem Ripa in l.2. numer. 50. ff. solut. matrim.Ias.in l.fin.numer.6. vers.quartus casus C.de edict.diui Adrian. & in l.nulli nume.8.C. de Iudic.& in l. 2.num.9.& sequ.de iureiuran. Marsil.sing.256.Gram.consil.ciuili 11.numer.3.Ias. consi.9.numer. 1.& in vltima responsione addict. consil.num. 3.cum congestis à Tiraqu.in l. si vnquam super ver. donatione numer. 104.C. de reuoc. donat. Ioannes de Amic. consil. 31.numero 2. Seraphin.priuileg.77.numer. 2.qui alios citat.

Notabilia quædam in materia capitulo Odoardus.

IN obligationibus pensionum locum non habet, Gonrez. Ioann. possess.quæst.53 1

Clericus conuentus in actione reali non potest vti beneficio prædicto,Brun.de cess.bonorum quæst. 3. num.14. 2

Clericus hæres non confecto inuentario non potest vti beneficio cap.Odoardus, Thomas Triuis. in decis.8.part.1. 3

Clericus exercens illicitam negotiationem non potest vti præfato beneficio,quia tunc priuari debet priuilegio clericali cap.fin.de vitę honestate clericorum. 4

Qui intendit gaudere hoc beneficio tenetur præstare cautionem iuratoriam, vt Boich.hic nume.14. Abbas in initio, & Anau. & talis cautio necessario requiritur, quia si quis ob paupertatem vult hoc beneficium,quomodo fideiussores inuenirent, & hoc colligitur ex clausula, quę in tali rescripto apponitur constituto summariæ de paupertate, vt Staphyll.de litteris, &c. folio 156.

Finis Praxis Cap.Odoardus de solut.

Digitized by Google

PRAXIS
SACRAMENTI ORDINIS.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus suis subditis ordines conferre tantum debet.*

2 *Episcopus ordinans non suos subditos suspenditur.*

3 *Clericus ordinatus à non suo Episcopo gaudet priuilegio Clericatus.*

4 *Episcopus excusatur à suspensione ab ignorantia.*

A quo Episcopo conferendi sunt ordines.

DECIS. CCXCVII.

1 EPISCOPVS suis subditis ordines conferre tantum debet: ita habetur in cap. cum nullus, & tot. tit. de tempor. ordin. in 6. vbi prohibetur ne alterius subditis ordines conferantur, ergo suis conferre debet, idem habetur in capitul. nullus primas 9. quæst. 2. & per totam eam quæstionem, & in capitulo 1. cum duobus sequen. distinct. 91. & nouissimè in Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 8. ibi vnus quisque à proprio Episcopo ordinetur, & cap. 10. ead. sess. vers. Qui regularibus subditis non sit, & capitu. 3. versicul. subditos suos nō aliter Nauarrus consi. 39. & cons. 31. de tempor. ordinat. Sayr. decisione 23. & in decisione 32. eodem titulo & hoc ampliant procedere etiam in collatione primæ tonsuræ, quæ si subditis alienis conferretur, contrahitur suspensio Graff. consilio 2. de tempor. ordinat.

Vnde Rota Romana teste Verallo in decisione 126. parte 1. dixit 2
per hæc verba Clericus promotus à non suo ordinario est malè promotus capitul. 1. & capit eos, qui Clericos, vbi Doc. de tempor. ordin. libro 6. Paris. consilio 136. numero 4. libro 4. & 9. quæstio. 2. per totum, & quamuis malè promotus habeat characterem clericatus, tamen non habet executionem illius, Doctores in locis supra allegatis, & Paris. consilio 69. numero 21. libro 4. & Rebuff. in tract. nominationum quæ. 22. numero 12. Siluester in verb. irregularitas num. 10. versic. 10. quicquid in contrarium dixerit Guido Papa decisio. 449. cum contra eum sit gloss. in cap. primatus 71. distinct. super verb. obtineat, & Rebuff. vbi supra licet ordinarius possit ratificare ordinationem factam ab alio cap. Salonitanæ cum gloss. in verb. ac si me 63. distinct. & in capitul. illud. in

Digitized by Google

gloss. fin. 71. distinct. Tamen requiritur, vt ratificatio fiat per ordinarium, vel eius officialem habētem speciale mandatum, vel Episcopus agat in remotis, & Vicarius sit etiam in spiritualibus Franc. in c. cum nullus in 4. not. de tempor. ordin. in 6. & ibi Geminian. in §. Episcopo num. 1. & quia ratificatio quando fit, debet fieri in tempore antequam Clerico sic promoto conferantur beneficia, alioquin collatio non valet Imol. in cap. 2. num. 29. de Instit. & Franc. in cap. si eo tempore num. 8. de rescriptis in 6. Probus in cap. nullus num. 16. de tempor. ordin. in 6. Nec ista ratificatio retrotrahitur in præiudiciū tertij gloss. Bart. & alij in l. bonorum ff. rem. rat. haberi, Dec. consi. 226. nu. 6. Paris. consi. 12. nu. 17. lib. 4. Sarnen. in regul. de iur. quæst. non tollen. qu. 11. num. 8. & sequ. & ita fuit tentum
† die 10. mensis Ianuarij 1552. † coram D. Romano in vna Burgiensi dimidiæ portionis, prout in eius libro fol. 4.

3 Et præfatum clericum taliter ordinatum gaudere priuilegiis clericalibus, refert Francisc. March. in dec. 175. par. 1. Borrell. consi. 15. Sayr. decisi. 27. de tempor. ord. Nauar. consil. 29. eod. tit.

4 Limita supra positam conclusionem, quatenus de suspensione loquatur non procedere, vbi probabiliter Episcopus alterius diœcesis clericum esse ignorauit, vtpote quia parentes eius de sua diœcesi eum esse dixerunt, vel communiter pro tali habebatur, nam per citat. capitul. eos, requiritur, vt ex præsumptione id fuerit, ob verbum illud præsumpserit, præsumptio autem dolum requirit, quo caret hic Episcopus ob probabilem ignorantiam facti, atque sic respondit Sacra Congregatio in eodem capitulo 8. & Nauarr. in consilio 40. de tempor. ord. & Vgol. de potest. Episc. numer. 26. §. 21.

SVMMARIVM.

1 *Subditus quis efficitur quatuor modis.*
2 *Ciuis dicitur ille, qui in aliquo loco ortus est.*
3 *Ciuis allectus dicitur propriè Ciuis.*
4 *Filius sequitur originē Patris quoad ordines suscipiendos.*
5 *Nepos non sequitur originem aui quoad præfatum effectum.*
6 *Filius non sequitur originem patris naturalis.*
7 *Natus in peregrinatione sequitur domicilium Patris.*

De originis Episcopo.

DECIS. CCXCVIII.

ET quia de Iure communi quatuor modis subditus Episcopo quis dicitur, habito respectu ad ordines, scilicet primo ratione originis; secundo ratione domicilij, tertio ratione beneficij Ecclesiastici, quod quis habet in diœcesi Episcopi, vt dicitur in capit. 1. & capitul. nullus de tempor. ord. libro 6. quarto ratione habitationis triennalis cum Episcopo, vt habetur apud Tridentin. Synod. sess. 23. de reformat. cap. 9. ob eam rem de his omnibus modis agamus, & prius de subiectione habito respectu ad originem. 1

Vnde originarius, seu ciuis dicitur ille, qui natus est in aliquo loco l. 1. ff. ad municipalem l. ciues C. de incol. libro 11. Afflict. decision. 284. Boer. decision. 272. post Bart. in l. 3. C. de naturalibus libro & in consil. 62. volum. 1. Ioseph. Ludou. in decisione Perus. 2

Digitized by Google

Peruſ.3.num.15.Ant. Faber. deciſ. 17. C.de verb.ſignif.& hac ratione ſubiectio acquiritur Epiſcopo ſcilicet ob ortum,qui fuit in ſua diœceſi, vt dicitur in cap. cum nullus de temp. ord. lib. 6. qui ergo Neapoli ortus eſt,quoad ordines ſuſcipiendos,ſubiectus eſt Archiepiſcopo Neapolitano.

3 Et quamuis Ciuis dicatur etiam ille,qui in ciuilitatem allicitur, ſeu recipitur ſecundum Afflict. in deciſ. 384.num.14. Boer. deciſ.282. cap.11. deciſ.202.num.16.Gaball. Milleloq. 571. nihilominus in materia ſtricta prout eſt receptio ordinis iudicatem non comprehendi hunc ciuem allectum quoad ordines ſuſcipiendum ab Epiſcopo illius loci à quo fuit allectus,ſecundum Boer.in dec. 13.num.24.

4 Amplia primum onclusionem procedere etiam in origine patris, qui ipſa quoque inſpicitur quaſi ad ordines ſuſcipiendos, quare ab Epiſcopo Dioceſis, in qua pater natus eſt,ordines ſuſcipere filius poteſt, ita gloſſ. in capitul. 1. in verb. alienigenas de vſur. lib.6. & Franch. ibidem in fine Geminian. & Anchar. poſt Iaſon.in l. huiuſmodi §. legatur ff.de leg.1. Nauar.in conſil. 9.de tẽp. ord.& ratio eſt quia filij ſequũtur originem patris l.aſſumptio §. 1. ff. ad municipalem l.ſi vt proponis C. de incol. lib. 10. & ciuilitatem paternam retinet filius, eſto, quod alibi ſit.natus,quam in loco patris,Grammat. in deciſ.103. numer. 113. Gomez Leo deciſ.20.diuerſ.tom.2. quare igitur,quis ordinibus initiari non ſolum ab Epiſcopo diœceſis, vt qua Pater,Graff.deciſ. 25. in titul. de approbat. contrarium aſſeruit ſcilicet. ſuam, & non patris originem, ſpectandam eſſe, Doctores autem in cap. cum nullus ante factum, opinionem hanc tenendam concludunt,poſt factum priorem ad excuſandos ordinatum, & ordinantem, & ita refert, Addit. ad ſumm. Bullar. Quarant. in verb. ord. 2. pag.

Amplia ſecundò procedere etiam in profeſſis in aliqua Religione, à qua eiecti ob delicta,fuerunt ordine & habitu exuti, nam ordines ſuſcipi debent ab Epiſcopo originis, modo alias habiles ſint, ita dixit Nauarrus in conſil. 82. de regul.& deciſum refert Villaut. in deciſ. 21. non enim amiſerunt ſubiectionem originis, ex quo à natura eſt. argument. §. ſed naturalia in inſtit. de iur. nat.gent. & ciu.

5 Nunc limita primo non procedere in origine aui, qui nepos non ſequitur eius originem quoad acquirendam ſubiectionem pro ordinum ſuſceptione. Vgol.de poteſt. Epiſc. cap. 26.§.1.poſt nu. 4. Couarr. ſuper 4. decretalium par. 2.c.7.§. 1. numer. 15. & fuiſſe deciſum in Rota Rom.refert Cæſar de Graſſ. deciſ. 5. qui filij ſint leg. & per eandem Rot. in vna Legionenſis Cappellaniæ 8. † Martij 1577. † coram Illuſtriſſimo Seraphino, & ratio eſt ſecundum Luc. de Penna in l.ſi filias, in fine. C.de municip.& orig.poſt Bartol. in l.aſſumptio. §. 1. circa fin. ff. ad municip.quia ipſe non eſt natus in poteſtate dicti aui.

Limita ſecundò id, quod de origine patris diximus non procedere in filio concepto atque nato, poſt quam eius pater deſerta Prouincia, vel loco originis, domicilium aliò tranſtulit, quia non poteſt dici originarius, vel naturalis loci iam prius deſerti à patre, ſecundum Bald. in auth. ſed omnino col. 8. C. ne vxor pro mar. Alex.conſil.13.volum. 1. & fuiſſe in Rota deciſum ſcribit idem

Cæsar de Grassis in decis. 15. de pro- [illegible] dict. cit. decis. nu. 4. & 6. & fuit [illegible] na Legionen. Cappella- [illegible] 1576. † coram eod. de Gra[illegible]

6 Limita tertio in patre naturali, quia eius origo non inspicitur quoad præfatum effectum. l. 1. in fine, ff. ad municip. l. is, qui ff. eod. & ratio est, quia appellatione patris non venit naturalis, secundum Bald. in consil. 23. vol. 1. arg. tex. in l. fin. C. de natur. lib. & in l. fin. ff. de iur. delib. & in tali casu filius originem matris, non autem patris sequitur. Alex. consil. 50. vol. 1.

7 De eo verò, qui in peregrinatione nascitur, quod sequatur paternæ originis domicilium tenuit Bart. in l. 1. in fi. ff. ad municip. Boer. in decis. 13. num. 4. Faber decis. 20. de verbor. signif. post Bald. in capitul. 1. de conuers. infid. Vgol. cit. cap. num. 5. communiter Canonistæ in cap. Rodulphus de rescript. & hanc communem nuncupat Viu. in sylua opin. 804.

Limita tandem suprapositam conclusionem minimè procedere in ciue ficto, prout in Officiali, & Doctore acta legentibus, qui præsumuntur ciues Ciuitatis, quam regit, & in qua legit, Anna singul. 365. Guid. Pap. dec. 631. Diaz c. 6. & in relegato, qui dicitur ciuis illius loci, vbi relegatus est. l. filij §. relegatus ff. ad municipalem.

SVMMARIVM.

1 *Ratione beneficij quis efficitur subditus.*

2 *Amplia etiam si beneficium esset tale, vt non eximeret a iurisdictione.*

De Episcopo Beneficij.

DECIS. CCXCIX.

SEcundo habito respectu ad ordines suscipiendos, quis subiectus est Episcopo Diœcesis, in qua beneficium ipse habet, id est Episcopus loci, in quo quis beneficium ecclesiastieum habet, superior eius est, & ei conferre ordines potest, vt dicitur in c. cum nullus de temp. ord. li. 6. & DD. ibi communiter notant. Nauarr. de orat. num. 11. Felin. & Gemin. d. cap. cum nullus, num. 2. Rot. in decis. 70. de rescrip. in antiquis, & ratio est, quia respectu beneficij acquiritur domicilium, secundum Felin. Butr. & Panor. in cap. postulasti, de foro compet. Diaz. in praxi capitul. 30. 1

Amplia primo locum habere, etiam si ad titulum eius beneficij ordinatus non sit, nam cit. c. cum nullus, non distinguit, ergo nec nos distinguere debemus. l. de pretio, ff. de publ. in rem act. atque sic sentit glos. in eod. cap. cum nullus, in verb. ecclesiasticum.

Amplia secundo locum habere, etiam si esset tale beneficium, vt non eximeret à iurisdictione primi Episcopi, vt pote vel quia beneficium hoc non requirit residentiam, ita dixit Franch. in ead. gloss. & add. ad summ. Bullar. Quaranta in verb. ordo pag. 350. versicul. circa secundum. 2

Amplia tertio pariter locum habere, licet beneficium huiusmodi annexum habeat aliquem ordinem certum, vtpote subdiaconatum, nam Episcopus, vbi est hoc beneficium, poterit ei non solum ordinem conferre Subdiaconatus, verumetiam alios ordines, atque sic sentiunt, gloss. ibi. & Franch.

Ampliatur quarto in præstimonio, cùm & ipsum quoque loco beneficij

neficij habeatur. Siluester domicil. §.2.& 9.vbi Angel. & Tabien. Nauar.c.25.num.111.col.6.Panor. in c. fi. de parochis nu.8.Host. tit. de parochial.num.6.Franch.& Toming.d.c. cum nullus.

SVMMARIVM.

1 *Ponit sex requisita ad hoc, vt beneficium dicatur ecclesiasticum.*

Vt beneficium ecclesiasticum dicatur ad effectum, de quo supra, quæ concurrere debeatur.

DECISIO CCC.

1 IN facti contingentia respondi, quod ad hoc vt sit aliquod beneficium ecclesiasticum, debent insimul sex requisita concurrere, quæ tradit Abb.consil. 47. illud de iure num.1.par.2.Dec.in rub. de rescript. nu.3.vers.& ibi concludit,Gigans de pensionib.qu.86.num.7. & 8. & alij infrà citandi.

Quorum primum est, quòd sit fundatum, Episcopi auctoritate interueniente,gloss. in verb. si beneficiorum in fi.in clem. 2.de decim.& ibi communiter omnes, & Abb. in c.significatum num.5.in fi. de præb. Felin.in c.ex parte,il secondo, num. 2.de rescript.Dec.cons.210.viso puncto num.4.Guido Papa in decis. 187. nu.1.Ripa in c.decernimus num. 69. vers.in isto puncto de iud.Bertrand. consi.379.num.1.li.6.Rebuff. in praxi tit. quare instituta sint beneficia nu.10.Gomez.in reg. de annali qu. 20.Spin.de testam.gloss.4.princ. nu. 36.Lambert.de iurepat. li.1.q. 9. art. 3.num.1.& per totum. Rot.in decis. 509.num.1. par.1. diuers. Cæsar de Grass.decis.13.num.9.de præb. Ratio est,quia nullus priuatus, sine Episcopi auctoritate,potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere,c.ad hæc de relig.domib. Guido Papa d.decis.187.num.1.

Secundum requisitum est, quòd habeat quid spiritualitatis annexum, nam propter diuinum officium datur beneficium, cap. fin. de rescript.in 6.Abb.d.consil.47. num. 1.vers.tertium consideratur.Anchar. in reg.beneficium nu.4. de reg.iur. in 6.Barbat.in c.in nostra numer. 74. de rescriptis. Rebuff.in tract. de pacif.poss.num.287.vers.tertio cognoscitur.Lambert.de iurepatr. lib.1. q. 9.art.3.sub num.3. vers. tertio requiritur.

Tertium requisitum est, quòd sit conferendum clerico, non laico, c. cum adeo de rescript. c. ex litteris de transact.c.2.de inst.Anchar.Abb. & reliqui vbi supra,Sylua de benefic.in princ.num.2.

Quartum requisitum est, quòd conferri non possit, nisi ab ecclesiastica persona,Episcopo,vel Prælato, non verò à laico, c si quis deinceps, c.si quis nullus 16.q.7. & ibi gloss. in summa Anchar.in dict. reg. beneficium,cum nu.3. Abb.nu.1.in d. ca. 4. num.1.Lamber.d.art.3.num. 10. post princ.Rebuff.de pacific.poss. d. nu. 287.in princ.

Quintum requisitum est,quod si perpetuum hoc est, quod non conferatur ad certum tempus, sed perpetuo,& ad vitam eius, cui confertur hoc proprium beneficiorum est, c.Sanctorum 70. distinct. c. penult. de clerico ægrotante, c.si gratiosæ, de rescriptis lib.6. Milius in repertorio,verb.beneficium numer. 24. Gigans d.qu.86.vers. quintum requisitum Rebuff. cum aliis, vbi supra vers.5.dignoscitur Achill.decis. 1. nu. 4.de offic. Vicarij.

Digitized by Google

Nam sicut matrimonium carnale est perpetuum, est enim viri & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens §. 1. Instit. de patria potest, sic & hoc matrimonium, quod contrahitur inter beneficiatum, & Ecclesiam cap. inter de transaction. Episcopis Rebuff. in praxi tit. requisita ob bonam collationem. Sextũ requisitum est, quod conferens non possit sibi illud conferre nec retinere cap. fin. de instit. cap. relatum de præbendis, & ibi notatur.

SVMMARIVM.

1 *Substantia beneficij consistit in tit. non autem in quantitate.*

2 *Iura loquentia de beneficiis locum sibi vendicant in beneficiis exiguis.*

An text. in cap. cum nullus de tempor. ord. in 6. locum sibi vendicet in beneficio tenuit.

DECIS. CCCI.

SVpponatur in facto, quod quidam clericus Neapolitanus aliquod obtinuisset beneficium in Diœcesi Nolana: verum tenue, atque insufficiens ad victum; quare fuit dubitatum an potuerit Episcopus Nolanus illum ordinare? & prima facie videbatur dicendum, quod sic ex pluribus.

Tum primo, quia text. in cit. cap. cum nullus simpliciter ac indistinctè loquutus fuit, quod quis efficitur subditus ratione beneficij: ergo nec nos distinguere debemus, an beneficium sit pingue ac tenue; argumento tex, in l. de pretio ff. de publie. in rem act. & lex generaliter loquens, generaliter etiam debet intelligi l. filium ff. de leg. præstand. & in proprtis terminis ita videtur quoque seruire gloss. in dict. c. cum nullus in verb. ecclesiastico.

1 Tum secundo, quia substantia beneficij ecclesiastici non consistit in quantitate seu redditu, sed in ipso potius iure seu tit. argumento gloss. in cap. vnic. vri Eccles. benef. & propterea dicebat Hartaman. in consi. 22. quod in beneficiis ecclesiasticis, non plus & minus, non differunt specie.

2 Tum tertio, quia iura loquentia de beneficiis locum sibi vendicent etiam in beneficiis exiguis secundum Rub. in consil. 17. hinc est quod si impetrans rescriptum ad beneficia non fecit mentionem de beneficio tenui vitiatur rescriptum capitul. si proponente de rescript. & taciturnitas etiam tenuis beneficij vitiat dispensationem super pluralitate cap. non potest de præbend. in 6. & etiam in beneficio tenui tenetur quis ad residentiam capitul. conquerente de cler. non residentibus.

Cæterum præfatis minime obstantibus contrarium fuit dictum non posse scilicet præfatum Episcopum Nolanum clerico Neap. ratione beneficij tenuis Sacros Ordines conferre, & motus fui ex tacita mente Concilij Trident. sess. 21. de reform. capitul. 2. vbi postulat, vt istud beneficium sit sufficiens ad victum honestè, vt quis possit sacris ordinibus insigniri, & hanc opinionem tenuerunt Vgolin. de potest. Episcopi capitul. 26. §. 3. in fin. Nouiss. in summ. Bullar. in verb. ordo, & Piaseg. in sua praxi Episcopali part. 1. cap. 1. quicquid voluerit Hendriqu. cap. 22. §. 22. de sacram ord.

Digitized by Google

ord. est tamen bene verum secundum præcitatos, quod si beneficio tenui ordinandus vellet adiungere patrimonium sufficiens ad victum possit ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Ratione pensionis quam quis possidet in aliena diœcesi non potest ab illius Episcopo ordinari.*
2 *Pensio non dicit beneficium ecclesiasticum.*
3 *Pensio, & beneficium ponuntur vt diuersa.*
4 *Pensio aut datur in titulum, aut in stipendium.*

An ratione pensionis, quam quis obtinet in aliena diœcesi possit ab illius Episcopo ordinari.

DECIS. CCCII.

1 IN facti contingentia respondi negatiue, motus præsertim quia tex. in capit. cum nullus. constituit tantummodo subiectionem ratione beneficij, & propterea non est extendendus ad pensionem; pensio enim est quoddam ius temporale separatum, formale, & per se distinctum ab ipso beneficio, Gigans de pensionibus d. quæst. 28. Crescent. decisio. 14. de re iudicata Cæsar de Grassis in decis. 3. numero 8. de præben. Rot. de decis. 425. numer. 2. par. 1. diuers. hinc est quod priuatus, & inhabilitatus ad obtinenda beneficia, non est priuatus ad obtinendas pensiones Nauarr. consil. 12. numero 15. de rescriptis & pœna extrauagantis, cum detestabile de simonia contra committétes simoniam in beneficiis non extenditur ad pensiones, Nauarr. consil. 16. numero 2. de sim. & consil. 46. numer. 1. de præbend. Gigans de pensionibus vbi multa adducit quæst. 99. à numer. 6. & 10. & per totum, & Clement. 1. de sequestrat. poss. & fructuum disponens, quod sequestretur possessio, & fructus beneficij litigiosi statim, quod pronuncietur prima sententia diffinitiua in possessorio, vel petitorio, ad fauorem actoris, & contra reum possessorem, non habet locum in pensione, quia non est Ecclesiasticum beneficium, Gigans de pension. quæst. 46. per totum. Hinc est quod licet in beneficiis Ecclesiasticis, non admittatur successio patris in filium cap. 1. cum aliis, de præbendis, tamen Pater clericus habens potestatem transferendi pensionem, quam possidet, potest illam transferre in filium suum clericum, etiam illegitimum Gigans de pensionibus quæst. 86. numero 5. versic. prædictis tamen non obstantibus. paris. de resignat. lib. 6. q. 4. numer. 21. item in narratiua valoris non est detrahenda pensio imposita super beneficio, cum pensio sit onus temporale, & non perpetuum Put. decis. 202. libro 3. Rota decis. 184. numero 3. lib. 2. part. 3. diuers. item pensiones, etiam plures non inducũt incompatibilitatem aliquam cum beneficiis, Imola in Clement. gratiæ num. 10. de rescriptis, Gigans de pensionibus q. 42. Duennas in regul. 71. limitat 5. Benedict. Capra reg. 90. num. 90. Alphonsus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum 2. part. cap. 7. numero 1. & per tot. sic quoque Constituens Pij IV. & Pij V. loquentes de confidentiis beneficiorum non habent locum contra transferentes pensiones per confidentiam, Nauarr. consil. 2. numero 6. versic. an autem de constitut. & consil. 16. de simonia & consil.

Digitized by Google

46.numero 3.verſ.3.de præbend. Pariſius de reſignatis libro 6. quæſtio. 4.numero 52.cum ſequentibus.& in tractat.de confidentiis quæſt.23. per totum vbi plura cumulat. & fuit reſolutum in vna Burgien. prætenſæ
* confidentiæ 5. Iulij 1591. * coram R.P.D.Pegna doctiſſimo Rotæ Auditore.

2 Et quod penſio non dicatur beneficium eccleſiaſticum patet ex textu in cap.quamuis il 1. de præbendis libro 6. vbi probatur, quod quando mandatur alicui prouideri de beneficio vigore dicti mandati non poteſt prouideri de penſione. Ratio eſt,quia penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum, & ita notat Geminian.ibi numero 2. quod appellatione beneficiorum non comprehenditur penſio,Anchar. ibidem 3.not.& communiter omnes Rebuf. in tract.de pacif.poſſeſſ. numero 92. & ſeq.

3 Idem etiam probat text.in cap. ad audientiam il.1.de reſcriptis,ibi, annuas penſiones,ſeu beneficia ex quo tex.clare patet,quod penſio , & beneficium ponuntur, vt diuerſa & ita notat ibi Abbas not. 1. Felin. numer.2.& latè reſoluunt,Selua de benefic.1.parte quæſt.3.numero 3. Caccialup. in tractatu de penſionibus quæſt.28. per totum, vbi reſpondet ad Barbatiam contrarium tenentem in d.cap.ad audientem, & ſatisfacit tribus fundamentis per eum adductis, Alphonſus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum 2. p. cap. 7.numer.4.cum ſequent. Gomez.de expectatiuis,num.92.Staph ileus de lit.grat.tit.de expectatiuis forma 9. numero 25.Acebedus in l.1.tit.4. numero 5.libro 5. recopilationis , Rebuff. in tractat. de nominationibus num.39.Greg.Tholoſ.d. c. 11. numero 5.

Quod etiam procedit ſiue penſio detur in titulum, vt communiter fieri ſolet , quando reſeruatur ſuper fructibus alicuius clerici ad vitam illius,ſiue detur in ſtipendium, puta pro patrocinio præbendo, pro negotiis ſollicitandis , propulſandis campanis , vel aliis ſeruitiis , vt Gigans d.quæſt.28.numero 2.Mandoſ. ibidem quæſtion.11.num.11. & in regula de annali quæſtio. 9.verſic.ego verò vbi propterea tenent,quòd regulæ de infirmis reſignantibus , & de annali non habent locum in penſione,quæ datur in titulum,Nauarr. conſilio 11. numero 2. de præbendis. 4

Et pro hac etiam ſententia facit, quod ad titulum penſionis quis ordinari non poteſt,niſi neceſſitas, aut commoditas Eccleſiæ aliud ſuadeat prout Epiſcopus iudicauerit , vt diſponitur in Concil. Trident.ſeſſ.21. de reformat. capit. 2. verſiculo patrimonium verò , vel penſionem, vbi apertè docetur , penſionem, non eſſe beneficium eccleſiaſticum.

Et penſionem habens , non gaudet priuilegio fori , ſicut habens beneficium eccleſiaſticum, in terminis Concilij Tridentini ſeſſ.23.cap.6.requirentis beneficium eccleſiaſticum,vt quis fori priuilegio gaudeat, quamuis nec habitum , nec tonſuram deferat , vt Sacra Congregatio, cenſuit 19. Iunij 1586. ſub his verbis vt tradit Pariſ.de reſignat. libro 1. q. 11.numer. 70. & libro 2. quæſtion.15. numero 15. Acebed.in d.l.1. titul. 4. libro 1. recopilationis ſub numero 5.verſic. ſed an penſio. & ita declarauit Sac.Congregat.per hæc verba: *Cui reſeruata fuit penſio , vt Clerico ſi non incedit in habitu,& tonſura , non gaudet priuilegio fori.*

Tandem his omnibus accedat, quod

quòd scriptum reliquit Vgol. sæpius citat. loc. per hæc verba excipitur tamen primò, vbi pensionem quis haberet etiam in titulum, non tamen Episcopus illius loci, vbi est beneficium, vnde pensio habetur, ius habebit in pensionarium quo ad ordines, quare nec Episcopus poterit ordinare clericum, ob id quod patrimonium in sua Diœcesi habeat, ad cuius titul. vult ordinari, si ratione alia subditus ei non sit.

SVMMARIVM.

1 *Nemo debet ex suo delicto commodum reportare.*

2 *Ordo co atus ratione beneficij obtenti in fraudem tenet.*

An beneficium obtentum in fraudem iuuet quoad susceptionem ordinum.

DECIS. CCCIII.

IN facti contingentia respondi negatiuè ex pluribus. Tum primo, quia ita tenuerunt Quaráta in summaBullar. in verb. ordo, Piaseg. in praxi Episcop. parte 1. capite 1. per hæc verba, & caueri debet ne beneficium conferatur in fraudem, ad hoc quis extrahatur ex aliena Diœcesi, talis enim fraus non prodesset c. eos, qui de temp. ord. in 6. iuncta Gl. verb. figniento.

1 Tum secundò, quia nemo debet ex suo delicto commodum reportare l. siue hæreditaria. ff. de negot. gest. & fraus, & dolus nemini patrocinari debeat. l. cum causa de probat. & malitiis hominis est obuiandum, l. in fundo ff. de rei vend. & pœna suos debet tenere auctores, l. sancimus C. de pœnis.

Bene tamen verum est, quòd si ratione præfati beneficij ordo collatus fuerit, tenet, & valet collatio, secundùm Guid. Papa decis. 449. Franch. March. decision. 455. parte 1. Borrell. consil. 15. volum. 1. & ratio est, quia quod fieri non debuit, factum tamen tenet, l. 2. §. biduum ff. quando appell. sit, & in l. relegatorum §. ad tempus ff. de interdict. & releg. 2

SVMMARIVM.

1 *Quis efficitur subditus Episcopo ratione domicilij.*

2 *Domicilium contrahitur solo animo, qui animus ex coniecturis colligitur.*

De Episcopo domicilij.

DECIS. CCCIV.

TErtiò habito respectu ad ordines suscipiendos, quis etiam Episcopo subditus domicilij ratione efficitur, quod quidem contrahitur si quis transferat se ad habitandum in aliquo loco, & declarat expressè se habere animum contrahendi ibi domicilium, statim enim illud acquirit absque aliqua temporis expectatione, ita But. in c. ad Apostolicæ de decimis, Abb. in c. fin. de parochiis. Franch. in cap. cum nullus de temp. ord in 6. Felyn. in c. dilectus filius, il secondo de rescrip. Petr. de Vbald. in tract. de canon. port. Episc. & Parochial. cap. 7. Mascard. de probat. conclus. 534, Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. cent. 1. casu 86. & aliqua tradit Afflict. decis. 384. & Henriq. in supradict. c. 22. §. 2. 1

Quando verò non declarat animum, tunc recurritur ad coniectu- 2

ras, quarum prima est, cùm quis in locum aliquem maiorem partem bonorum transfert, & ibi contrahit sic, Bart. in l. placet ff. ad municip. aliter enim sola emptio domus, vel alicuius partis bonorum domicilium non facit, c. dilectus de rescriptis, capit. si Episcopus de paroch. cap. cum nullus in 6. cit. iuncta gloss. Host. in sum. cit. de foro comp. num. 4. Ang. Arm. versic. domicilium, si verò nihil habet in bonis habitatio decennij cum animo habitandi, perpetuò requiritur, l. 2. C. de incol. Quod intellige concurrente aliquo actu, seu signo significatiuo assumpti domicilij Abb. in cap. fin. de paroch. Fely. in c. dilect. numero 11. de rescript. & ita iudicauit Rota Roman. in decis. 150. parte 2. In Curia tamen Archiepiscop. Neapol. seruatur; quòd clerici exteri, qui cum dimissoriis suorum Ordinariorum in ciuitate Neapol. morantur, quamuis declarent se habere animum contrahendi domicilium in ea, & per longum tempus in ea habitauerint, non admittuntur ad ciuilitatem Neapol. nisi capta informatione, quòd in eorum patria non habeant aliqua bona, & tamdiu Neapoli habitauerint, quòd præsumptio sit amplius non habere animum redeundi ad patriam, & postea, mediante decreto, declarantur ciues Neapol. & nisi prædicta fiant, non habentur pro talibus, nec conferuntur eis ordines sine dimissoriis suorum Episcoporum, nec etiam permittuntur celebrare Missas in Ciuitate, & Diœcesi.

SVMMARIVM.

1 *Pluribus in locis potest domicilium haberi.*

2 *Filiusfamilias potest acquirere domicilium.*

An quoad ordinum susceptionem, possit quis pluribus in locis domicilium habere.

DECIS. CCCV.

IN hac quæstione respondendo dicebam, de iure veriorem esse sententiam, posse quem pluribus in lo- 1
cis domicilium acquirere; idque ostendebam auctoritate, iure, & ratione.

Auctoritate enim probatur primò per Gloss. in capit. 1. de sepult. & gloss. in c. cùm nullus in verb. domicilium de temp. ord. in 6. & in l. Senatores in verb. adiectionem ff. de Senat. & in l. in adoptionem Cod. de adopt. Abb. in c. ad nostra numer. 10. de sepul. Affl. decis. 384. numer. 4 & seq. Gaball. milleloq. 561. Thepat. libro 2. var. iuris sent. tit. 319. Mascar. concl. 535. Vgol. de potest. Episc. cap. 36. §. 2. hoc autem contingit, vbi in locis pluribus quis æquè habitat, exempli gratia. quis æstiuis temporibus in hoc loco, hyemalibus verò in illo arg. text. in cap. is, qui de sepult. cui accedat Rot. diuer. decisio. 674. par. 2. Item potest tradi aliud exemplum, cùm quis plura beneficia residentiam requirentia obtinet, secundum Fely. in ca. dilectus numero 3. de rescript. Nauar. consil. 4. de consti. Piasegium citato loco ampliat. 1.

Ratione autem sic probo; nam 2
filiusfamil. potest domicilium acquirere, l. placet ff. ad municip. & tamen subiungit Iureconsultus in l. non vtique ff. ed. non vtique, vbi pater habet, ergo pater posse quem duo domicilia habere, scilicet proprium & patris, stante præsertim regula iuris, quod filius sequitur domicilium patris, l. assumptio §. si filius

lius ff. ad municipal.l. filiis. eod. de municip.libr.10.Diaz. c.9. & Salzed. cap.54.numero 26.Ruiz.decis.3.Rot. Lituan.Fely.in c.Rodulphus numer. 14.de rescript.Boer.cit.dec.13.n.16.

Iure enim probatur per text. expressum in l.eius qui §.1. ff. ad municip. vbi potest quis plura domicilia habere, & probatur etiam per text. in l. Labeo ff. eo. vbi non est in iure dissonum, vt quis duo domicilia acquirat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habet electionem, à quo venit ordines sumere.*
2 *Variatio cuilibet permittitur.*
3 *Quando vni competunt plura iura, vno sublato seu electo, alia illæsa remanent.*
4 *Exceptio, seu limitatio firmat, atque constituit regulam.*

An per electionem vnius istorum Episcoporum censeatur præclusa via, quo minus pro reliquis ordinibus recipiendis possit ad alios Episcopos accedere.

DECIS. CCCVI.

SVpponatur in facto, quod quidam clericus Neapolitanus habebat beneficium Diœcesi Auersana, & domicilium in ciuitate Nolana: & consequenter omnes isti Episcopi sunt eius superiores, quare cum idem clericus sumpsisset quatuor ordines minores in ciuitate Neap. fuit dubitatum, an potuisset accedere pro reliquis ordinibus recipiendis ad reliquos Episcopos superiores, & videbatur prima facie dicendum, quod sic, ex pluribus.

Tum primo, quia certum est præfatum clericum habere electionem 1
à quo ordines sumere vellet, vt probatur in d. c. cum nullus, & qui potest eligere potest etiam variare, l. eum qui certarum, ff. de verb. obligat. Tiraquellus in l. boue §. hoc sermone numero 24. cum sequenti ff. de verb. significat. Afflict. in constitutione statuimus, vt magnę in 6. notabili quæst. 23. numer. 25. & varians, eligere dicitur, secundum Carau. in tit. 228. num. 17. & 233. num. 9. Achill. de Grass. decis. 15. & in decisio. 14. de pens. Balb. dec. 25.

Tum secundo, quia regulariter 2
cuilibet permittitur variare, nec censetur prohibita nisi in casibus à iure expressis, secundum Hartam. in decis. 3. de renunc. Affl. in decision. 146. Hinc est primò, quod in causa appellationis possit quis variare agendo alia actione, vt in casu Afflict. decision. 53. vbi egit quis prius ex testamento, & non potuit obtinere, voluit postea agere in causa appellationis ab intestato, & fuit dictum, quod potuerit. Item testis potest vnum extra iudicium, & aliud in iudicio affirmare, & non iudicabitur falsarius, Guido Papa in decisio. 593. Itē patronus potest variare, & quomodo, vide Polyd. Rip. obser. 197. licet non possit lite pendente. Crescent. decis. 10. de iurepatr. Item qui detulit iuramentum alicui potest variare, illudq; reuocare. Thes. Fil. decis. 16. & vicinus, qui ius congrui petiit, potest pœnitere, & recedere à sua petitione inuito emptore rei possessore, Vinc. de Franch. in dec. 346. par 2. Hinc est, quod ille, qui produxit, & præsentauit testes, potest pœnitere, & reuocare suam productionem, ne examinentur. Rot. Auen. decis. 116. & in decis. diuers. tom. 3. & renuncians liti antequam pars sciuerit, vel ratum

habuerit, pœnitere. Capyc. decisi. 133. num. fin.

Tum tertio, quia quando vni competunt plura iura, vno sublato, seu electo, alia illæsa remanent, l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. quia per electionem vnius iuris quis non videtur alteri renunciare. Bart. in l. 1. Codic. de furt. & in l. 1. ff. de condict. indeb. & in authen. hoc loco C. si secundò nupserit mulier. Hinc est, quòd si creditori competit actio hypothecaria, & personalis electa hypothecaria, non tollitur ipsa actio personalis l. aduersus C. de act. & obligat. quemadmodum actio communi diuidundo per actionem pro socio, l. actum ff. pro soc. & conditio furtiua per actionem furti, l. si pro fure ff. de condit. furt.

4 Tum tandem, quia exceptio, seu limitatio firmat, atque constituit regulam, sed inter cæteras limitationes, quas tradunt DD. in hac re est, vbi clericus ab vno ex præfatis Episcopis ordinatus esset ad titulum beneficij, quod residentiam postulet, vel ad titulum patrimonij pro vtilitate, & necessitate Ecclesiæ, tunc enim episcopus domicilij, nisi prius habeat à primo episcopo, qui ordines contulit, an cesset causa iusta, ob quam fuit ordinatus, ordines ei conferre debet, sed remittere ad ipsum Episcopum, vt inseruiat Ecclesiæ, cuius gratia ordines ei collati sunt, ita addit. ad summam Bull. Steph. Quaranta in verb. ordo.

Cęterum supradictis non obstantibus contrarium cõsului nonnullis Episcopis domicilij, & beneficij, cupientibus ordinare quosdam clericos, qui sumpserant ordines ab eorum originis Episcopis: quare non obstant in contrarium adducta, quia respondetur, quòd magis communis opinio est, quòd in dubio variatio prohibetur & maximè in ordinibus, & beneficialibus, secundum Archidiaconum in cap. nec captandæ de concess. præb. Achil. de Grass. dec. 13. de pension. sic clericus habens facultatem nominãdi, nequit variare, Rot. dec. 1. de præb. in antiq. sic reseruatario non licet variare, Put. decisi. 193. lib. 3. sic etiam in resignatione nõ habet locum variatio. idem dec. 114. eod. libro. Vnde creditor, qui egit semel assistentia super certis bonis, nequit postea super aliis variare, Capy. dec. 33. sic quoque agens contra principalem, nequit variare agendo contra fideiussores, Guid. Pap. decision. 348. sic denique Actuarius semel electus, non potest variare, Polyd. Rip. obser. 141. & cui permittitur electio, denegatur variatio, vt pulchrè dicit Thes. lib. decisi. 65.

SVMMARIVM.

1 *Subditus quis efficitur ratione triennalis habitationis.*

2 *Limita in tribus casibus.*

De Episcopo habitationis triennalis.

DECIS. CCCVII.

POstremò subditus est communi iure Episcopo quoad ordines, qui triennium cum eo moratus est, id est Episcopus cõferre ordines ei potest, qui triennium secum moratus est, modò beneficium statim ei conferat. ita habetur apud Triden. Synod. sess. 23. de reform. can. 9. & Nauarr. in consil. 4. qu. 1. de temp. ord. 1

2 Limita nunc primo procedere in eo familiari, qui cum Episcopo fuerit commoratus, & præsens interfuerit, alioquin si absit, esto, sumptibus

ptibus Episcopi vixerit, priuilegium hoc non habebit, ex quo ab eo cognosci non potest quoad mores, & reliqua, quamobrem triennium est præscriptum. Ita Lopez ad Diaz. cap. 26. vers. tertius casus Maior. de irregularitate lib. 4. cap. 2. numer. 5. Burgas. eiusdem nominis tractatu, quæst. 27. num. 13. Quaran. in verb. ord. vers. limita in eo pag. 352. Vgol. de potest. episcop. c. 26. §. 4.

Limita secundo non procedere in Episcopis titularibus isti enim ratione familiaritatis neminem ordinare possunt, tex. expressus Conc. Triden. sess. 14. can. 2. de ref. in illis verbis, *etiā prætextu familiaritatis continuæ commensalitatis suæ*, & hoc, quia nō habet diœcesim, in qua familiaris fiat domiciliarius, cum neque ipsi dicantur esse in domicilio proprio, neque habent beneficia, de quibus prouideāt ordinatis. Quaran. loc. citat. Immo Pius Quintus decreto suo consistoriali ordinauit, ne tales Episcopi titulares Pontificialia exercere possint absque expressa licentia Sedis Apostolicæ, nisi in Diœcesi, ad quam fuerint dati suffraganei, & quod de cætero non dentur, nisi Ecclesiis Cardinalium, & illis, quæ solitæ fuerunt eosdem habere, & cum assignatione certi stipendij ad minus ducatorum auri ducentorum de Camera, quos propria auctoritate percipere possint, vt testatur Leo in sua praxi cap. 39. numero 17.

Limita tertio, vt nequeat dispensare super interstinis temporum, neque si quis esset illegitimus ad minores ordines illum habilitare possit, vt per plura in vtroque negatiuam partem sustentando deducit Nauarr. in consil. 27. & 29. de tempor ordin. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *Verba Concilij ad vnguem sunt obseruanda.*

2 *Verbum statim, denotat celeritatem.*

An collatio beneficij facta post sex menses ab Episcopo familiari triennali prosit quoad ordines susceptos.

DECIS. CCCVIII.

SVpponatur in facto, quòd cum quidam clericus Diœcesis Neapol. ratione triennalis familiaritatis fuisset ordinatus à quodam Episcopo Regni, qui non contulit ei beneficium, nisi post sex menses à die ordinationis, quare fuit dubitatum in Curia Archiepisc. an huiusmodi collatio sit ritè, rectéque facta, & nemine discrepante fuit tentum pro opinione negatiua ex pluribus.

Tum primo, quia verba Concilij relata in can. 10. sess. 23. sunt ad vnguem obseruanda, secundum Monald. consi. 120. vnde cum Concilium 1
vult, quod statim re ipsa conferri debeat beneficium, videtur, quòd validitas collationis ordinis fundatur, ac dependeat à collatione beneficij, quia aliàs non efficeretur de eius foro, & consequenter subditus, Gemin. & Franch. in c. cum nullus de temp. ordin. iuxta quam opinionem tenuit Rot. vt patet. in decis. 731. numer. 11. par. 1. diuers. Merenda cons. 23. Quar. in summa Bullar. verbo ordo, Ceual. quęst. 731. Paris. de res. beneficio, lib. 4. quæst. 2. num. 92.

Tum secundo, quia verbum statim, adiectum in Concilio, excludit tempus sex mensium, secundum Balb. in consil. 34. num. 10. volu. 5. vbi voluit, quòd dictio statim, denotet celeritatem, vel voluit etiam Host. in c. significasti il secundo. extra de domic. Soc. consil. 65. num. 16. libro 1. &

Digitized by Google

est communis opinio, secundum Panormit. in cons. 62. num. 7. lib. 2. Bal. in d. cons. 34. num. 10. lib. 5. Castilliol. cons. 14. supposito, num. 7. Hieronymus Tortus cons. suo post cons. But. num. 16. vbi dicit communem, quòd etiam extendit in materia reuocationis positionum, vel confessionum factæ in iudicio, nam dicitur statim factum, quod incontinenti, nó post & facit quod voluit Alex. cons. 71. numer. 7. & seq. vol. 3. quod id, quod fit infra decem dierum spatium, dicitur fieri statim: quod verò post decem dies, dicitur ex interuallo, quam opinionem refert, & sequitur Rom. cons. 179. nume. 11. vers. secundo moueor. Rub. cons. 123. Cacher. cons. 180. num. 3. & seq. Bolognett. con. 16. Tandem facit, quod scriptum reliquit Bart. in l. 1. C. vnde vi, & in l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arm. vbi videtur sentire, quòd tunc dicatur statim quid fieri, quando fit infra biduum, vel triduum, allegat gloss. in l. fin. C. de error. aduoc.

SVMMARIVM.

1 *Fines mandati non sunt excedendi.*
2 *Verbis Episcopi asserentis, quem esse familiarem, non creditur.*
3 *Tempus in dubio præsumitur continuum.*
4 *Familiaritas vt prosit, debet esse continuata.*

An tempus triennalis familiaritatis ad effectum suscipiēdi ordines ab Episcopo non suo, deberet esse continuus.

DECISIO CCCIX.

SVpponatur in facto, quòd quidam clericus Diœcesis Neap. si familiaris Episcopi Nolani, & cùm vellet ratione præfatæ familiaritatis ordines suscipere, fuit oppositum non suffragari ipsi tale tempus, nisi se absentasset per aliquos menses, quare fuit dubitatum coram me an tale tempus triennale debeat esse in necessitate continuum, & respondi, quòd sic, motus ex pluribus.

Primò, quia ita expresè videtur dispositum per Conc. Trid. sess. 14. cap. 2. de reform. ibi, *etiam prætextu familiaritatis continua commensalitatis suæ*, ex quo verbo continuè arguitur hanc facultatem, seu potestatem esse limitatam, & propterea non debet excedere limites, l. diligenter ff. mādati tradunt latissimè Moderni in c. cū ordinem, & in c. si quando, de rescript. qualitas enim necessariò probanda erit, not. Lapp. alleg. 59. Bellam. dec. 747 Mynsing. dec. 1. cent. 3. Affl. decis. 240. 1

Nec verbis narratiuis Episcopi asseuerantis, quem esse continuum triennalem familiarem fides adhibenda sit, vt probat Paris. cons. 157. num. 31. vol. 4. 2

Tum secundo quia si alias diceremus, cessaret mens, atque ratio finalis Concilij, scilicet cognoscendi mores illius clerici per tale tempus. ita Maioll. de irreg. libr. 4. cap. 2. numer. 5. Lopez. Adiaz. capit. 28. Vgol. de potest. Episcopi cap. 26. 26. §. 4. Nauarr. cons. 1. de tempor. ordin. Suarez. tom. 5. disputat. 31. sect. 1. numero 15. Henriq. lib. 10. in c. 22. numero 2. Fornar. de sacr. ord. c. 5. Quar. in summa Bullar. verb. ord. Praleg. in prax. Episcop. part. 1. cap. 1. numer. 15. dicitur triennalis familiaris Episcopi, qui præsens semper assistit eidem Episcopo, non qui in aliquo loco moratur per aliquod tempus; etiam si ibidem sumptibus Episcopi viuat Maioll. cit. loco numero 5. Hartam. consil.

Digitized by Google

fil.6.Rub.concl.90.

3 Tum tertio, quia in dubio tempus præsumi debet esse continuum, secundum Bart.in l. siue possidetis C.de probat.Bald.cons.50.vol.1. Menoch.cons.22.eod.volum.Cassan.in consuet. Burgund.in tit.*des iustices*, rubr.1.§.8.glos.6.numero 13. & idem Bart.in §. aliud quoque in auth.de hered.& falcidia Thepat.libro 1.variarum Iuris sent.fol 335.hinc est quod annus nouitiatus ab vltimo in gressu continuo requiritur,Nauarr. cons.17.de regularibus. & in cons. 3. de conuers.coniug.Sayr.dec.40.&in dec.90.de regularibus.

4 Tum tandem quia familiaritas vt prosit debet esse continuata Bellam.dec.612.Crescent.dec. 16. de rescript.& in dec.18.de probat. Achill. de Grass.dec.13.de præbendis & continuatio dicitur proprie quãdo nullo modo apparet de intermedio l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad legem aquiliam, vnde continuatæ præsentationes in materia iurispatronatus dicuntur,quando vna sequitur alteram secundum Borgn. in dec. 17. est enim continuatio rerum coniunctio,& subordinatio,quarum extrema inuicem se contingunt, vt late per Bardum in tract.de tempore vbi cap.1.Paris.quæst.28.quare fuit resolutum ex supradictis præfatum tempus omnino continuum esse debere & interruptum nihil suffragare. limitaui tamen non procedere si per modicum tempus abesset, quia de modicis non curatur l. scio ff. de in integrum restit.vel si ea causa legitimi impedimenti abesset, puta infirmitatis,& simil.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest ordinare familiarem suum non subditum, nisi per triennium secum moratus fuerit.*

2 *Qualitas adiecta verbo debet referri ad tempus verbi.*

3 *Tempore in dubio non coniunguntur.*

Huiusmodi triennium à quo tempore numerandum.

DECIS. CCCX.

PONE quod quidam fuisset in seruitio alicuius clerici per aliquod temporis spatium, qui clericus postmodum fuit effectus Episcopus, & cum dictus eius famulus vellet ab eo vti familiaris,ordines suscipere, fuit oppositum non esse familiarem triennalem: vnde fuit dubitatum coram me an sufficiat, quod triennium incepisset antequam Dominus esset factus Episcopus,vt ordinari possit; & respondi negatiuè motus ex pluribus.

Tum primo quia Concil. Trident.sess.23.canon.9.loquitur de familiaritate triennali habita penes Episcopum.*Ibi: Episcopus familiarem suum non subditum ordinare nõ possit nisi per triennium secum fuerit commemoratus*:igitur non debet extendi ad familiaritatẽ habitam penes personam priuatam quamuis postea consequatur Episcopalem dignitatem. 1

Tum secundo quia qualitas adiecta verbo debet intelligi ad tempus verbi l.diuus ff.de milit. testa.l. si extraneus §.1.ff.de extran.Bal.con. 22.vol.1.Alex.cons.13. 2

Tum tertio,quia si alias diceremus tempore coniugerentur contra tex. in l.Pomponius §.1.& seq.ff. de acq. poss.& in l.in id tempus ff.de vsucapion.verum quicquid sit ex supradictis contrarium est in praxi hodie tenendum,cum iuxta præfatam opinionem declarauit Sac.Congreg. Illustrissimorum Cardinalium, teste 3

Fornar.cap.5. & quidam Nouiss. in sua praxi c. 81.

SVMMARIVM.

1 *Clerici debent esse litteris instructi, & his, quæ pertinent ad exercendum ordinem.*

2 *Defectus in litteratura est indispensabilis.*

3 *Ordinandi ad sacros ordines debent scire ea, quæ eorum ordini conueniũt.*

Quæ scientia requiratur in ordinandis.

DECIS. CCCXI.

1 RESpondetur de hoc agi in Conc. Trident. sess.23.can.12. *ibi dignos dumtaxat*, & in eadem sess.can.14. *ibi diligente examine præcedenti*, & ca. 13. dum vult quod instructi debent esse litteris, & his quæ pertinent ad exercendum ordinem; idest vt sciãt quænam pertineant ad illum ordinem, quem volunt suscipere, & ratio est, quia illiterati ordinari prohibentur cap.fin.de ætat. & qualitat.c. illateratos 36.distinct.

2 Et ista litterarum idoneitas est adeo necessaria, & de Iure diuino, vt Papa non possit dispensare in eo, vt dicit Felin.in cap. si quando colum. penult.vers. sed dicas, de rescriptis Gom.in cap. 1. numero 113. de cons. tit.lib.6.Nauar.cap. 27. numero 205. notab. 2. dicit Papam rarò aut nunquam in hoc dispensare defectu directo, nec minus potest Episcopus Sylu. tract. de benefic.4.part. q.7. numero 8.vers.28.cap.fin. de temp. ord. lib.6.cap.illitteratos 99.distinct. Diaz. pract.crim.can. cap. 18. Sot. sent. distinct.25.q. 1.artic.4.conclus.3. Astens.lib.1.tit.13.& vt à primo ordine incipiamus dicas, quod ad primam tonsuram quidem ordinandus sufficit si sciat fidei rudimenta, legere, scribere Concil.Trident. sess.23. cap. 4. de refor. at alij minores promouendi linguam latinam intelligere debent ibid.c.5.& 11.

3 Ad Sacros maiores ordinandi scire debent ea quæ exercendo eorum ordini conueniunt ibi cap.13.ad presbyteratum talis scientia requiritur, vt ordinatus Sacramenta administrare, & populum in his, quæ ad salutem scitu necessaria sunt instruere valeat ibidem cap.14.licet ad summum in presbyterio requiritur, & sufficit vt sciat cantare, legere, construere, & intelligere illius idiomatis, in quo est missaturus glos.in Clem.1.de concess. præb. distinct.6. Gemin.in cap.si pauper.de præb.lib. 6.Nauarr.in c.1.§.caueat nume.19.de pœnit.dist.6. sed Conc. Tridentin. sess.23.cap.14. de reform. plus requirit, nempe circa Sacramenta ministranda, & ad alios docendum.

SVMMARIVM.

1 *Nullus ordinari debet absque tit.beneficij seu patrimonij.*

2 *Idem dicendum in regularibus non professis.*

3 *Ordinatus absque tit. est irregularis*

De tit.Ordinandorum.

DECIS. CCCXII.

ABsque titulo aut beneficij, siue patrimonij neminem ordinari posse adnotauit tex.in c. non licet de præb. & dignit. & ordinando Episcopus tenetur de suo prouidere c. si Episcopus eod. tit. quæ obligatio transit etiam ad eius successores, Abb. in c. per tuas el. 3. numero 5.& Soc. numero 1. de simonia tex. & 1

DD.

DD.in c.cum secundum inf. hoc tit. Abb.in cap.vel non est Compos.numero 4.de tempor.ordinat.Cordub. de Lara in l.si quis à liberis §.& si impubes,numero 33. Ioan.Matienco li. recoll.tit.6.l.1.gloss.9.numer.8. Ant. Burgar. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ nu. 37.de constit.Rebuff.in prax. Crim. de rescripto in forma Communi num.1.

2 Amplia primo procedere dictum principale, vt neque regulares non professi, sine titul. possint ordinari, quinimo isti maiore prohibitione ligantur, & contra venientes ipso facto incurrunt suspensionem propter ordinationem Pij V. nomine autem religiosorum professorum comprehenduntur etiam patres Societ.Iesu, & vere sunt religiosi professi, licet tantum simplicia vota emiserint, & ordinari possunt non obstante constitutione huiusmodi, vt declarauit Gregor.Pap.8.& const.sua incip. Ascendente,anno 1591.Kal.Iul.verb.autem const.huius Greg.8.

3 Amplia secundo vt sic ordinati irregulares,recenset Maioll. de irregul.lib.4.cap.15.& allegat ad id conc. Trident.sess.21.de reform. c.2.& Zeued.in collect.33.par.2.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas patrimonij est arbitraria.*
2 *Ponuntur coniecturæ ex quibus Episcopi arbitrari debent.*

Patrimonium Clerici quantum esse debeat.

DECIS. CCCXIII.

1 QVantitas patrimonij ad cuius titulum ordinem sacrum, qui suscepturus est, quænam esse debeat communiter concludunt arbitrariam,vt in specie voluit Menoch. de arb.Iud.lib.3.cas.380.Graff. de arbitr. Confess.lib.2.c.49.Paris.de resignat. benef.libro 4.q.2.numer. 93. Gened. in collect.canon.par.2.cap. 21. Graff. de temp.ord.consil.4.vol.1. Vgol. de potest Episcopi cap.26.§.12.in princip.Nouiss.in sua praxi Episcop. cap. 81.

In arbitrando verò maximæ considerationis in primis esse debet, vt tanta sit patrimonij quantitas, vt fructibus inde perceptis honestè se substentari possit, vt disponitur in Conc.Trid.sess.21.cap.2.de refor .ibi valeat absque mendicitate alimenta sibi ministrare, ne mendicare cogatur in ordinis clericalis ignominiam, iuxta text.in cap. Episcopus, & ibi Doctor.extra de præben.

Intellige hoc procedere de clericis promouendis ad ordines sacros, seu ad aliquem ordinem sacrum, non autem de promotis ad maiores ordines, vt communiter concludunt canonistæ in cap. 2. extra de præbendis, & ratio est,quia existens in minoribus potest retrocedere ab ordine clericali cap.1.extra de cleric. coniug. secus in promotis ad sacros.

Secundo debet esse in consideratione locus originis clerici, quandoquidem in vno loco minorem impensam, quàm in alio fieri contingit,minus enim patrimoniũ clerico sufficere videtur, qui moratur in oppido, seu moratur in villa, quàm qui in ciuitate:& aliud ei, qui moratur in ciuitate magna quàm qui in parua,vel ei qui in metropoli,Lãph. dec.222.Hartaman.decisi.3.de prob. Graff.capitul.49.& Neapoli secundum Nouis.loc. cit. non ordinantur nisi habentes ad minus annuos redditus ducatorum triginta sex.

2 Tandem considerari debet dignitas ordinandi secundum glos. cap. Episcopus verb. victu 10. quæst. 2. facit tex. in l. plenum §. præter habitationem, vers. & ex his, ibi largius cum vsurario est pro eius dignitate agendum, cui relictus est fundus ff. de vsu, & habit. ex quo text. adnotauit Andreas Bartolus in constitut. Siciliæ incip. minoribus & ibi post eum Afflict. in 4. quæst. quod ratione nobilitatis, quę multa habet priuilegia, nam si inuestiatur nobili de emphyteusi operatus quod non admittatur spurius ignobilis, vel rusticus, quia de eis non videtur cognitum licet inuestitura loquatur pro se, & quibus dederit. nam intelligitur de personis habilibus, & paris conditionis, Bald. cons. 207. quæstio est numero 3. vers. sed considera an in delictis puniendis minor pœna imponitur nobili, quam vili personæ, quia nobiles ignominiosis pœnis non subiiciuntur Fulgos. cons. 157. supposito statuto col. pen. num. 4. pariter in beneficiis Ecclesiasticis assequendis facilius datur dispensatio ad plura incompatibilia nobili, quam ignobili cap. de multa extra de præben. in fine cum ibi notatis. sic intuitu nobilitatis, vberius interpretatur quis relictus esset vsus alicuius rei nobili, quam si plebeio: cui adde semper & dignitate legatarij legatum augeri per text. in l. sed & si susceperit §. sed & si proponant vbi glos. notab. ff. de Iudiciis & l. si seruus plurium §. vlt. ff. de leg. 1. & bene facit text. in l. si longius in fine ff. de Iudic. Vbi augetur vtilitas propter dignitatem, & quod scribit Bald. in d. l. filiusfam. per illum text. ff. de donat. cum quid conceditur nobili intelligitur prius esse concessum, & Angelus per tex. in d. §. sed & si proponãt dicit quod si testator paruum suum patrimoninm iussit distribui inter pauperes, non potuerit inter nobiles pauperes distribui, licet pauperes, quia de nobilibus sensisse non videtur donans modicum quidpiam.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ad cuius titulum quis est ordinatus resignari non potest.*

2 *Limita si quis haberet aliunde ex quo se alimentare posset.*

An beneficium, ad cuius titulum quis sacris ordinatus possit resignari.

DECIS. CCCXIV.

RESponde negatiue vt ex communi, & ab omnibus recepta 1
sententia etiam in praxi est negatiua, quam tenet Nauarr. in manuali cap. 22. nu. 18. Meda in l. vlt. glo. 3. num. 312. C. de legib. Nauarr. cons. 14. nu. 2. de temp. ordinat.

Et probatur expresse in capit. 2. Conc. Trident. de reform. sess. 21. ibi, id vero beneficium resignari non possit & loquitur consilium de beneficiis, ad quod quis fuit ordinatus, & facit text. in cap. Sanctorum dist. 70. & in qua Ecclesia quilibet titulus est, in ea perpetuo perseuerat, ergo illam non potest renunciare, cum in ea debeat perpetuo perseuerare, hinc est, quod patrimonium nõ potest alienari, nisi consequatur ordinarius illud beneficium vel habeat aliunde, ex quo possit viuere Nauar. cons. 13. n. 3. de temp. ord. & ideo renuntiatio dicti patrimonij est nulla, idem consi. 42. eod. tit.

Limita, vt possit beneficium, ad quod quis fuit ordinatus renuntiare, quando ille haberet aliunde viue-

viuere facta mentione de duobus scilicet, quod ad illud beneficium sit promotus, & quod habet vnde viueret, vt probatur in d. decreto Cõc. Trident. sess. 21. cap. 2. de reform. ibi, id vero beneficium resignari non possit nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur nisi constito, quod aliunde viuere commodè possit, & aliter facta resignatio nulla sit, quòd etiam colligitur ex c. Sanctorum ex capit. neminem distinct. 70. ex cap. Episcopus ex cap. i suis de præbend. cum aliis supra allegatis. ratio quod in d. casu admittatur resignatio est quia tunc quoties habet aliunde, ex quo viuere possit cessat ratio sacrorum canonum de mendicitate, ergo debet cessare prohibitio, c. cum cessante de appell. l. adihere, §. quamuis de iurepatronat. latè Tiraquel. in tractat. cessante causa.

Et ratio cur debeat exprimi, quòd fuit ordinatus ad titulum illius beneficii, est quia Papa potest ex hac narratione moueri ad non admittendam renunciationem, arg. d. cap. Sanctorum, & tamen regulariter debent narrari illæ qualitates, ex quibus posset moueri concedens negare, vel ne, Felin. in c. in nostra de rescrip. Sylua de benef. parte 3. Menoch. de arbit. iud. casu 201. & communiter Doct. in c. ad aures de rescript. Sebast. Med. de addition. ad Abbatem antiq. in c. admonet de renunc. vbi loquitur in terminis nostris, ideo si de hoc non fuerit facta mentio, nulla est resignatio, vt censuit Sacra Conc. Triden. Congregatio de anno 1588. & fuit resolutum in Rota in vna Salamantin. coram Orano Auditore Rotæ doctissimo mense Maii eiusdem anni 1588. Hinc est, quòd beneficio concesso miserationis gratia, facienda sit specifica mentio, Vinc. de Franch. decision. 181. numero 8.

Quæ ratio etiam concludit, vt debeat exprimi, quod habet aliunde, 2
ex quo viuere possit; nam alioquin non concederetur, & non admitteretur resignatio, prout quotidie fieri videmus, & ideo hæc clausula apposita in supplicatione, quia resignans habet aliunde vnde viuat, respicit substantiam gratiæ, nam attento stylo, aliis non solet concedi, iuxta d. c. 2 sess. 23. Conc. Trid. de reform. & ideo fuit resolutum † coram Orano †
5. Decembris 1586. in vna Lucana. Quamuis Nauarr. in consil. 23. in fin. vers. 2. de præben. teneat cõtrarium, cuius opinio posset procedere in foro conscientiæ, vt ipse paulò ante in d. consil. firmauerat in eo, qui renunciauit beneficium, ad cuius titulum fuerat ordinatus, reseruata pensione centum, vt sit tutus in foro poli, cùm habeat vnde viuat, licèt non expresserit, quod fuerat ordinatus ad titulum illius beneficii, & hæc si fuerit facta resignatio coram Summo Pontificè, si verò Ordinarius admisit resignationem extra hunc casum, vtique tenetur de suo ministrare, argum. d. cap. Episcopus de præben. nam sicuti adest culpa in ordinando sine titulo, ita adest hoc casu. hinc Conc. Congreg. alias rescripsit his verbis; Ordinarius, qui admisit resignationem factam ab aliquo Presbytero, qui nihil aliud præter illud beneficium habebat vnde commodè substentari possit, tenetur eum alere, nec potest eidem beneficium illud resignatum restituere, sed in eo institui debet ille, qui præsentatus fuit à patrono, ergo si fuerit collatum huiusmodi beneficium, tenet collatio facta, alias eadem Congregatio Concilij censuit,

quòd si Ordinarius non habens facultatem admittendi resignationes, nisi in certis casibus, iuxta constitutionem Pii V. si illam admiserit extra illos casus de beneficio habito in titulum beneficium vacat, sed Ordinarius de proprio illi prouidere tenetur & aliàs fuit decisum per eandem Congreg. Concil. quòd si quis habens beneficium, ad quod fuit in tit. ordinatus, iurauerit illud resignare, vel constituit procuratorem ad resignandum, & iurauit illum non reuocare, non compellitur renunciare, & poterit procuratorem reuocare, præmissa absolutione à dicto iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium clerici debet esse in rebus immobilibus.*

Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, quomodo esse debeat.

DECIS. CCCXV.

1 IN hac quæst. respondetur, quòd super re immobili cõstitui debet, quemadmodum etiam beneficium ecclesiasticum est, & pensio, quæ nititur beneficio, vt Nauarr. in consil. 34. de temp. ord. & Azor in instit. moral. parte lib. 3. cap. 4. versic. septimo quæritur, & ratione id probatur, si enim super rebus mobilibus, non satisfactum esset Trident. Synod. res enim mobiles facilè vel extinguuntur, vel consumuntur, non igitur super merces, non super animalia, non super obligationem personalem constitui debet. Hinc Sac. Congreg. eodem capit. 2. declarauit, non esse admittendum ad ordinem sacrum eum, qui non habens patrimonium sufficiens, promissionem habuit de aliquo, quod suppleret ipse, quod deerat, si tamen statim bona mobilia possunt conuerti in bona stabilia, tunc secus dicendum esset, vt dixit Azor ibid. vt voluit etiam Graff. consilio 4. de temp. ord. Piaseg. parte 1. capit. 1. Gonsalez gloss. 5. §. 6. numero 40.

SVMMARIVM.

1 *Ordo clericalis probatur modis, de quibus infero.*

Ordo clericalis quomodo probetur.

DECIS. CCCXVI.

REspondetur, quod cum qualitas hæc sit extrinseca, propterea non præsumitur. Innocent. in cap. super his de accus. Felin. numer. 2. & alij in cap. fin. de præsump. & Coras. 3. part. cap. 1. numero 4. 1

Probatur primo non solum litteris testimonialibus Episcopi, seu titulo ordinum l. si qua C. de Epis. & Cler.

Secundo probatur testibus. cap. 1. & 2. de cler. peregrin. Corras. ibi, & Probus ad Monachum in capit. 1. de temp. ord. in 6. numero 12. Farin. in praxi crim. 1. par. quæst. 8. numer. 40. & 41. post Guid. Papa decis. 74.

Tertio probatur per publicam vocem, & famam; nam ad approbandum clericum sufficit probatio de communi reputatione, & fama Rota decis. 4. & 14. de probat. in antiq. Sarnen. de annal. quæstion. 58. Caputaq. dec. 277. num. 8. 1. parte Mohed. decisio. 21. num. 3. de renunc. cap. his sane dec. 26. in manuscript. Rot. decisio. 1163. numero 5. libro 3. par. 3. diuers. & in decis. 139. eodem libro & Rot. in vna Hispalen. & Corduben. bene-

Digitized by Google

benefic.2.& 16.Iunij 1597. coram D. Gipsio,& in aliis plurib.causis, & facit dec. Ægid.113.& 114. quā sequuta est Rota in vna Legionē.Præstimon. 27.Nouemb.1592. corā D.Pāphilio.

Quarto probatur per argumenta, & indicia,seu coniecturas.Boer. dec. 171.num.25.Gabriel concl. 1. de testibus numero 69.Mascard. de probat. concl.305.numer.5.& Pacian. eodem tract.libro 2.capit.34.num.70.& per semiplenas vel leues probationes probatur, Mandos.regul.18.quæst.11. numero 10.& ita seruat Rota in possessorio,& petitorio, vt per Guidobon.decis.132. & 133. in manuscriptis Rot.decis.8.de cau.poss.in antiq.Parisius de resign.benef.libro 4.quæst. 2.num.70.quicquid velit Rebuff. in praxi tit.de form.litter. tonsuræ numero 26.Mascar.de probat.conclus. 304.num. 8.& 19.& Farin. d. quæst.8. numer.44.& obseruantia Rotæ per eum adducta procedit in clericatu illegitimi , vt patet ex allegatis per eum ,& quamuis idem Rebuff. de nominat.quæst.22.num.13. Aym. de antiq.3.p.sect.vidimus in genere nu. 33.& consil.134.num.40. Boer. decis. 271.num.13.& Menoch. de præsump. libro 6.præsumpt.76.num. 23. Farin. d.numer. 44. & Perez de Lara libro 2.capit.5.numero 6.post Bald.in cap. dudum 1.de elect. dicant quasi possessionem clericatus non prodesse in agente,vt sibi adiudicetur beneficium , & longam quasi possessionem , ac bonam famam clerici requirat.Pacian.supra num.46.

Limitatur tamen prædicta doctrina, vt non procedat in materia obiectus. Rota decis.2. de prob. in antiq.Guidobon. vbi supra 4. Aut vbi præsumptio est contra aliquem, puta,qui est illegitimus,qui debet probare suum clericatum per litteras, Guidobon.ibi;& facit d.dec. Caputaq.277.n.10.tunc enim non sufficit communis reputatio Sarnen. supra, Put.decis.359.num.1.li. 1. Rota decis. 76.li.2.par.3.diuer.Mandos.de sign. gratiæ tit.de prouis. versic. clericatus vbi ait,quòd clericatus illegitimi ex Rotæ obseruantia non probatur per communem famam,& reputationē, per cons.Cornel.91.lib.1.Pontan.vbi supra,Mascard.concl.305.num.13.nisi probetur dispensatio , Rota decis. 129.lib.3.part.3. diuers. Papaz. in addit.ad Rot.dec.2.de fil. presbyterorum in nouis num.13.Pontan. supra, quę non probatur per narratiuam litterarum Ordinarii.Verall. decis. 128. lib.2.in manuscriptis.

Probatur etiam clericatus vnico teste,Bald. & Fel. in c.licet vniuersis de testibus ad fin. Ias. in repert. l. admonendi ff. de iureiur.nnmer.198. Boer.d.dec.571.Petr. Gerar. sing. 49. Rebuff.de nominat.quæstion.22. n. 14.Corras.d.c.7.num.5.Mandos. reg. 18.quæstion.11.num.10.Mohed. d.decis.21.de renunc.num.3. Guidobon. d.dec.132.& reddunt rationem,quia iste actus de se,& sui natura nemini principaliter præiudicat , & vt ait Paris.d.libro 4.quæst.2.& 69.inspicitur initium, & tempus ordinis collati , non beneficium , aut pensio de qua postea litigatur. Vnde ista probatio sufficeret etiam in iudicio etiam quando lis esset super beneficio.Sicut etiam sufficit probatio per communem reputationem,quæ etiā est semiplena,vt dictū est. Quamuis in hoc contrarium & teneat Rebuff. in praxi d.ti.de forma litterarum tōsuræ num.24.& denominatio quæst. 14.numero 54.alias 32. Mascar. conclus.303.à numero 4.Gab. conclus. 1. de testibus num.70.Pacian. d. lib. 2. cap.34.numer.64. Quibus consonat Cou.pract.c.33.num.3. quem sequitur Graff.in dec. aureis casuum con-

scientiæ libro 4.cap.18. numero 155. & Farinac.d.quæstione 8. numero 43.& in tract.de testibus quæst.63. numer. 27.& sequent.quos vide & Menoch. de præsumpt. libro 6. præsumptione 66.

Et solo sigillo Episcopi recognito probatur clericatus etiam collatus non subdito, Mohed. dicta decisio. 21. de renunc. quamuis contra Mascard. conclus. 305. num.2.

SVMMARIVM.

1 *Cl ricatus non probatur per bullas superiorum ordinum.*

An clericatus probetur per ostensionem superiorum ordinum.

DECIS. CCCXVII.

1 FVit dubitatum an probetur clericatus per bullas, seu ostensionem superiorum ordinum, puta Sacerdotij, seu Diaconatus, & non probari, nec satis esse ostendere litteras Sacerdotij tenet Rebuff.d.tit.de forma litterarum tons.nnmer.5.28.Corras.d.cap.1. numero 5. Aymon consil. 134. numero 45. Ferrer. consilio 354. numero 8.Mascard. concl.304. à numero 13.& concl.1145. à numero 6. & Menoch.d.libro 6.præsumpt.76. numero 3. Pacian. supra quæst. 42. post Gemin. consilio 91. & allegant Bart. in l.illud ff.de acq.hæred. & reddunt rationem, quia per saltum posset esse promotus.

Contrarium tamen fuit resolutum ex sententia Didac. Perez. in l. 1. titulo 8. libro 5. ord. Salz. in praxi, Bern. Diaz. capit 24.litera A. qui ait, non dubitare, hanc opinionem esse communiter receptam, Put.dec sio. 144.libro 2. numer. 5. vbi fuit resolutum in vna Conchen. paroch, quod clericatus sufficienter probaretur per ostensionem quatuor minorum, in quibus episcopus promouens narrabat eum per prius ad clericalem tonsuram promotum, quia probatis maioribus, probantur minora, ex Baldo in l. si solemnibus C.de fide instr.numero 1. maximè vbi illa narratiua fit à persona fide digna, Innocent. in cap.1. circa fin. de cler. peregr. & in vna Leodicen. canonicatus 6. Decembr.1589. coram Pamphilio fuit dictũ non posse dubitari de clericatu stante susceptione maiorum ordinum, Put.decisio.144. & fuisse dictum in causa Meten. canonicatus 25. Iunij 1584. coram D. ViceComite, & in Bononien. canonicatus de Anna 1591. coram D. Pamphilio fuit resolutũ, clericatum probari ex litteris Hostiariatus, quia cùm non præsumatur ordinatus per saltum, ideo &c. & presertim cum agatur de clericatu incidenter, & per litteras ordinantis dicentis, se ordinasse de licentia Ordinarij sufficienter dici constare de tali licentia, presertim cum sint ordines celebrati in ecclesia Cathedrali publicè, vt fuit consideratum coram D. Seraphino in causa Neapoli.canonicatus,& decis.87. Cæsaris de Grass.&c. Et idem fuit resolutum coram eodem D. Pãphilio in vna Burg. benefic. de portugalete 13. Nouembris 1595. nempe ex litteris Subdiaconatus probari clericatum, cum regulariter nõ præsumatur quis per saltum promotus, Put.d. decis. 149. in fin.libro 2. quod sine difficultate procedit, quando Ordinarius est discretus, & prudens taliter, quod nisi sibi de præcedentibus ordinibus constitisset, verisimiliter sequentes non contulisset; vt fuit resolutum in d. Bononien. 24, Maij 1589. coarm D. Pamphil. & habili-

bilitatem ad beneficium simplex constare, quia idoneus censendus est, qui aliàs ad sacrum Subdiaconatum fuit approbatus. cap. accepimus de ætat.& qual. vt in causa Calaguritana portionis de Amarita 27. † Ianuar. 1576.† coram Laurera, Caputaquen.decis.367.par.2.

Quod quidem procedit etiam in clericatu illegitimi, vt in vna Astoricen.paroch. S. Briss. quæ habet in decis..24.par.3.lib.2.diuers. vbi fuit resolutum, quod clericatus illegitimi probantur per litteras Diaconatus, vbi enim dicitur per litteras Decani, debet dicere per litteras Diaconatus, etiamsi non fuerit promotus à proprio Episcopo, sed per alium dicentem habere facultatem à proprio Episcopo sequitur Mascard. d. concl.305.num. 3.

SVMMARIVM.

Ordinarius per saltum, est irregularis.

2 *Non tamen procedit hoc quoad ordines susceptos.*

An ordinatus per saltum sit irregularis etiam quoad ordines legitimè susceptos.

DECIS. CCCXVIII.

1 SVpponatur in facto, quòd quidam fuisset legitimè ordinibus minoribus insignitus, & cum postmodum omissis ordinibus Subdiaconatus, & Diaconatus, ad Sacerdotalem ordinem per saltum ascenderit, vnde fuit dubitatum, an præfatus Sacerdos sit censendus irregularis etiam quoad quatuor minores ordines, quos legitimè susceperat; in qua quæstione dicebam, quod licèt per saltum promotus sit irregularis, cap.1.vbi DD. de cler.per saltum promoto, Conc.Trid.sess.23. de refor.cap.14.in fi.Spec.tit. de dispens. §. iuxta sub num 13. Villadieg. de irregul. cap. 8. de cler. per saltum promo.Diaz & Salzed.in prax. c. 24. num.242. & Ferret.d. consi.354. nu. 8.Maiol.de irregul.lib.4.c. 12. Vgol. eod.tract.cap.38.§.1.num.1. Cerol. in praxi Episc.2.par. verb. irregularitas §.3.Lopez instruct.conscient.tom. 2. par.2.cap.29.Ledesma in summa de Sacram.Ordin.c.60.8.concl. 2. difficultate. Vega in sum.c.12.num. 224. & sic intraret doctrina, de qua infra c.1:.numer.2. quod collatio irregularis facta est nulla. Quamuis Tolet. in summa li.11.cap.71.Suarez 1. tom. de censuris, disp.31.sect.1.à num.44. Auila eod.tit.7.disp.9.dub. 2. cùm alij doceant, istam non esse irregularitatem, sed suspensionem. Sed & Nauar.c.25.num.7..& consi. 1. de Sacramentis non iter.num.11.& Sayr. de censuris li.4.cap. 14.num. 26. qui tamen li.7. c. :0.num.39. cum dicit irregularem, seu suspensum, quod tamen ad propositum parum refert, nam etiam collatio suspenso facta, est nulla, vt infra dicetur.

Non tamen est irregularis per saltum promotus respectu ordinum inferiorum, quos legitimè susceperat, nam ab vsu eorum non est suspensus, vt apparet ex d.c.1.&d. cap. sollicitudo 25. dist. & tenet Henriq. in summa lib.14.c. 6. num. 3. & sensit Siluester versic.irregularitas §.11. & Abb.d.c.1.vlt.not.dicens, quòd ordinatus præposterè non potest absque dispensatione administrare in ordine sic suscepto, & nouissimè docet Suarez d. disp. 3 1. sect.1.numer.48.& Auila vbi supra. 2

Vnde quod dictum est, non valere prouisionem beneficij ei factam, non procedit in prouisionem bene-

Digitized by Google

ficij, non procedet in prouisione beneficij, quod non requirit alium ordinẽ præter illos inferiores, quos legitime susceperat, vt aliàs in simili docet Suarez supra disp. 42. sect. 3. numer. 38. dicens, quando irregularitas non est totalis, sed respectu alicuius actus, aut temporis, tunc non reddere clericum incapacem cuiusque beneficij, sed tantum illius, quod habet annexam obligationem tali irregularitati oppugnantem, quia cum hæc prohibitio nascatur ex prohibitione circa exercitium ordinis non potest amplius, quàm illa, ex qua nascitur, & id procedere non solùm in irregularitate sine peccato contracta, vt ait Nauar. d. cap. 27. num. 252. sed etiam in alia, nam ratio generaliter facta, probat, si culpa non obstante, talis irregularitas, non impedit omnem actum ordinis, sed aliquem, vt in casu cap. 2. de cler. non ord. ministrante.

Notabilia quædam in materia Sacramenti Ordinis.

PRimo: Fœmina non est capax ordinis, & si fortè ordinetur non recipit characterem, vt probat Tolet. l. 1. c. 57. neque hermaphroditus, nisi vigeat in eo virilis sexus, vt idem lib. 1. cap. 63. esset enim contra Christi Domini institutionem, vt probat Valentia dis. 9. q. 4. puncto 1. & Henriq. l. 10. cap. 16. Suarez tom. 5. disp. 51. sect. 2. ex D. Thom. q. 39. art. 1. & ex aliis contra errorem Cataphrigarum, de quo gloss. in cap. diaconissam 27. qu. 1. Silu Ordo 4. Soto d. 25. q. 1. art. 2. & Valentia loco iam citato dicẽs an hermaphroditus in quo viget virilis sexus, sit irregularis. Respondet Suar. loco citato, qui putat esse irregularem propter monstruositatem, sed Tolet. d. capitul. 63. num. 6. tenet non esse irregularem: addit tamen, quod si res est notoria, non esset ordinandus propter scandalum.

Secundo Masculus non est capax ordinis, nisi fuerit antea baptizatus, vt patet ex cap. veniens de presb. non bapti. item ex D. Thoma quæst. 35. art. 3. & communi sententia.

Atqui ordo characterem confirmationis præsupponit de necessitate præcepti, non autem de necessitate sacramenti, vt Conc. Trident. sess. 23. c. 4. de reformat. Nauar. c. 22. num. 9. quamuis aliqui exponant, quod solum requiratur ad decentiam, non autem de præcepto lege Henriqu. l. 10. c. 14. num. 2.

Debet propterea ordinandus esse initiatus prima tonsura, vt eligitur ex Concil. Trident. sess. 23. c. 4. de reform. & ordines gradatim suscipere, idque solum necessitate præcepti, vt Tolet. l. 1. c. 71.

Debet etiam habere legitimam ætatem de necessitate præcepti, nempe, vt nemo suscipiat primam tonsuram ante septennium completum, iuxta cap. nullus de tempor. ordin. lib. 6. & ibi gloss. aliàs Episcopus suspenditur per annum ab eius collatione, nisi initiatus religionem ingrediatur Tolet. l. 1. capit. 61. num. 1.

A septennio, & deinceps possunt ordines minores suscipi, vt colligitur ex cap. de iis d. 28. & ex cap. in singulis d. 77. vbi tempora quædam, & interstitia designantur, quæ iam in vsu non sunt, sed in arbitrio Episcopi commissum est. Nam in Conc. Trident. sess. 23. c. 11. de reform. statuitur ne minores ordines conferãtur, nisi iis, qui saltem Latinam linguam intel-

telligunt, & cap. 6. supponitur ante annum 14. aliquem posse suscipere omnes ordines minores, prohibet tamen ante dictum ætatis annum beneficium obtinere, & in capitul. 5. iubet fieri inquisitionem de ætate eorum, qui initiandi sunt minoribus, non tamen præfigit certam ætatem, relinquitur ergo arbitrio Iudicis.

At verò in cap. 12. præfigit annum ordinibus sacris, ita vt nullus ad subdiaconatus ordinem ante 22. ad diaconatum ante 23. ad presbyterium ante 25. ætatis suæ annum promoueatur. Verum in his satis annum esse inchoatum, vt Nauar. cap. 25. num. 116. Tol. lib. 1. c. 61. Quid autem de hoc statuerint Iura antiqua, lege in clem. vnic. de ætate & qualit. &c. & apud Sil. V. ætas q. 2. Tab. ord. 4. qu. 1. Tol. lib. 1. c. 61. & alios. ad Episcopatum denique requiruntur 30. anni completi, iuxta cap. cum in cunctis de electione, cum nihil fuerit de eo innouatum. Porro Vniuersum cum præscribitur determinatum tempus, an requiratur completus annus, an verò sit satis esse inchoatus, & quomodo in dubio hoc cognosci possit, non est huius loci exponere, sed lege glos. in Clement. generalem de ætat. & qualit. Sil. ætas quæstio. 2. & 5. tempus, Nauarr. consil. 9. de temp. ord. vbi notat. quod regulariter dies cœptus habetur pro completo, sed annus cœptus non semper habetur pro completo, nisi cum in iure exprimitur debere esse completum, vt iam dixi in Episcopatu.

Quoad interstitia verò sacrorum ordinum, de quibus Conc. Trident. sess. 23. cap. 13. & 14. nota in illis annum esse computandum, non mathematicè, sed ecclesiasticè, hoc est, esse attendendum cursum quatuor interstitiorum, non autem tempus 12. mensium completorum, puta à quadragesimo propter veritatem festorum mobilium occurrunt priusquam duodecimus mensis compleatur, vt Sixtus V. ex congregationis sententia declarauit, sed de his plura cap. 8. §. 5. nunc restat soluere dubia: primum an pro ætate legitima ordinis computandus sit dies Bissexti. Respondeo non esse computandum, quia annus à Iure determinatus intelligitur ex 365. diebus continuis, vt Panormit. in c. quærenti de offic. deleg. nec curandum de bissexto sequitur. Sil. V. ætas qu. 3. & Henriq. li. 10. c. 19. & alij, attamen ipse Panorm. in c. quæsiuit de verb. sign. limitat hoc in odiosis, ex quo sequitur eadem ratione, ad professionem in Religione annuo bissextili, satis esse ad probationem compleuisse dies 365. vt Sil. relig. 3. q. 19. §. 3. Henriqu. cit. litt. K. sequitur item, quod si quis suspenditur per mensem Febr. Bissextilis potest vltima die eius mensis celebrare, vt Silu. V. ætas in fine.

Oportet denique eos qui ordinibus initiantur esse probatæ vitæ, & in litteris sufficienter instructos iuxta Conc. Trid. sess. 23. c. 4. & 13. de refor. mundos item à peccato mortali, vel saltem contritos, vt D. Tho. in q. 36. art. 1. Sil. ord. 4. q. 2. Cord. l. 1. qu. 2. & alij.

Verumtamen si quis bona fide ordinetur, putans se rectè dispositum, & contritum esse, quamuis verè non ita sit:, excusabitur à peccato, vt Caiet. V. contritio Nauar. cap. 27. num. 3. Cordub. l. 1. quæst. 2. Henriq. lib. 1. c. 22. numer. 6. Suar. tom. 4. disp. 20. sect. 1. numer. 20. & disp. 41. sect. 1. sed notat. hæc habere locum in illis, qui in ordinatione non sumunt Eucharistiam, cùm enim

Digitized by Google

hæc esset sumenda iuxta ritum Ecclesiæ præmittenda esset confessio sacramentalis, nempe ei qui haberet conscientiam peccati mortalis. vt statuit Concil. Trid. sess. 13. c. 7. & can. 11. de Sacramento Eucharistiæ l. Tholetum l. 6. c. 16.

Ordinari non possunt bigami c. acutius d. 26. Sil. ordo 4. q. 2. Tolet. l. 1. c. 65. Suar. to. 5. disp. 49. vt alios omittam, quos illi adducunt solemniter pœnitentes c. ex pœnitentibus d. 50. Sil. loco cit. Tolet. c. 64. num. 7. Suar. disp. 42. sect. 2. num. 5. sed iam non est in vsu, quia non solent iniungi tales pœnitentiæ lege Bellar. l. 1. de pœnitentia. cap. 21. & 22. Neophiti, vt c. 1. & 2. d. 48. Sil. loc. citat. Tolet. c. 64. Suar. disp. 43. sect. 3. qui notat horum filios, qui baptizati sunt ante vsum rationis non habere hoc impedimentum, curiales, id est qui ratione officij obligati sunt Curiæ, vt Iudices, Aduocati forẽses, Notarij milites, & similes ministri c. 1. & 2. d. fi. absoluti verò à Curia hi possunt ordinari nisi infames fiant vel alia ratione irregulares, Silu. q. 2. citata Tolet. c. 60. Suar. disp. 47. sect. 4. num. 5. & eadem ratione arceantur ij. qui sunt ratiociniis obligati, vt auctores, executores, procuratores, curatores & alij qui habent publicas administrationes forenses, de quibus Silu. V. ratiocinia Tolet. c. 6. Suar. disput. 51. sect. 3. Henriq. l. 14. c. 5. & extat tit. in decretal. de oblig. ad ratiocinia.

Serui ordinari non debent ext. de seruis non ordinat. & d. 54. per tot. sil. seruitus §. 6. Tol. c. 59. Suar. disp. 51. sect. 3. Henriq. l. 14. c. 5.

Corpore vitiati repelluntur d. 55. per multa cap. & in tit. de corppr. vitiat. & tit. de cler. ægrot. de quibus sil. 5. corpore vitiatus Tolet cap. 63. Suar. disp. 51. sect. 2. Tales autem sunt, qui laborant morbo caduco, vel morbo corporis sunt truncati, aut notabiliter debilitati, ita vt impediatur exercitium ordinis, & monoculi, quibus deest oculus Canonis, item energumeni, seu obsessi à dæmone, & mente capti, & alij, qui ex defectu corporis, horrorem vel scandalum generarent, & denique hermafroditi de quibus supra c. 3 §. 1. dixi.

Illegitimi c. 1. de 56. & cap. 1. & vlt. de fil. presbyt. silu. 5. Illegitimus Tolet. l. 1. capitul. 58. Suar. disp. 50. sect. 3.

Peregrini nisi habeant litteras authenticas, dicuntur autem tales, qui non sunt oriundi de Episcopatu, vel non habent ibi domicilium vel beneficium, iuxta c. cum nullus de tempor. ordin. l. 6. ignoti verò dicuntur, quorum vita & origo non est nota Episcopo c. Episcopus d. 24. & c. quærendum 2. q. 7. sil. ordo 4. qu. 2. Tol. c. 48. Suar. disp. 42. sect. 3. num. 5. Henriq. l. 10. c. 22.

Infames à promotione, & ordinum exercitio repelluntur c. laici d. 33. & c. qui in aliquo d. 51. &c. Infames 6. q. 1. Silu. 5. Infamia q. 3. Tolet. c. 63. Suar. disp. 48. sect. 1. & sequ. eademque ratione prohibentur ij qui sunt obligati ad indecentia, vt sil. ordo. 4. qu. 2. Suar. sect. 3. loco cit. qui addit filios.

Ordo collatus ab Episcopo excommunicato, vel præciso, interdicto, suspenso, vel simoniaco validus, vt quia talis potestatem ordinis non admittit c. non nocet par. quæst. 1. & c. baptismus de Consecrat. d. 4. diuus Thom. qu. 38. art. 2. Sot. dist. 25. q. 1. art. 1. Duran. qu. 1. Henriq. li. 10. c. 21. veruntamen si Episcopis esset denuntiatus, talis nominatim vel esset notorius percussor Clerici ab eo ordinatus esse suspensus.

Epi-

Digitized by Google

Episcopus non potest ordinare nisi suos subditos tantum, & si ordinauerit non sibi subditos absque licentia ordinarij illorum suspenditur à Collatione ordinum per annum, & ab eo sic ordinati suspenduntur arbitrio proprij ordinarij iuxta Conc. Trident. sess. 23. c. 8. reformatione & extenditur hoc etiam ad titulares vti in sess. 14. c. 2.

Finis Praxis Sacramenti Ordinis.

PRAXIS
IMPLORATIONIS
BRACHII SECVLARIS.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio ecclesiastica est distincta à seculari.*
2 *Brachium seculare in nonnullis casibus implorandum.*

Brachium seculare quibus in casibus implorari possit.

DECIS. CCCXIX.

ETSI ecclesiastica iurisdictio distin-
1 cta, atque separata fuerit à seculari per Dominū nostrū Iesum Christum, attamen cum ab eodem fonte processerunt, proinde vna per aliam, si opus fuerit, adiuuari debet, vt ait gl. in c. statuimus in verb. potestatem de maledictis, Bellug. in spec. Princ. rub. 11. §. tractandum n. 1. vers. vulgari interdicitur, & Franc. Marc. in decisi. 269. in princip. part. 1. Vnde dicebat Inn. & gl. in cap. 1. de offic. ord. quòd per potentiam secularem adiuuari debet potestas ecclesiastica, vt voluit etiam tex. in c. administratores cum capitulis sequentib. 23. q. 5. Archidiac. in cap. de pers. 11. q. 1. Bald. in l. 2. C. de his, qui lat. occult. Fel. in c. significasti de off. deleg. & in c. cum sit generale nu. 8. de foro comp. Marcus cit. decis. 69. nu. 3. & in decisi. 763. par. 1. Oldra. consilio 86. 89. & 319. Feder. de Senis consi. 251. nu. 5.

Et proinde constituenda est hæc regula, quod Iudex ecclesiasticus potest implorare brachium seculare, cui seculari illud impartiri debet, cap. 1. & ibi omnes capit. quoniam in plerisque de off. ord. cap. statuimus de maledict. Archid. in ca. periculoso n. 5. de sta. regul. in 6. & Gul. de Ludo in sing. 51. & Put. in tract. de synd. in verb. brachium in princ. n. 2. verus

Digitized by Google

1.nu.26.verſ. nouo, quia, & Roland. in conſ.37. dubitatio exoritur, nu.2. volu.4.vbi dixit, quod iura canonica prouident in executione iuſtitiæ, Epiſcopum debere implorare auxilium brachij ſecularis.

2 Et hoc in quamplurimis caſibus, prout primò, quando inuenit reſiſtentiam, Marſil.in tract. de band. in verb.Iudice nu.179.

Secundo, cauſa cogendi ſchiſmaticos reuerti ad Eccleſiam, Decian.c. 69.num.6.li.6.rer.crim.

Tertio, quando fecit quicquid potuit excommunicando, & interdicendo pro executione ſuæ ſententiæ, illam executioni mandare non poteſt, Afflict.in proœmio conſtitut. nu.54 .verſ. quando exequitur ſententiam, Fel.in c. ſignificaſti num. 4. de offic.deleg.Lup.in c.per veſtras in 2.notab.num.48. de donat. inter vir. & vxo. Decian.c.26. num.5.lib.4.rer. crimin.Berret.conſ.6.

Quarto, contra renitentes dare cautionem de non offendendo, Herculan. in tract. de caut. de non offenden.par.5.num.8.

Vbi Chriſtianus fuiſſet negligens confiteri peccata ſua ſemel in anno, nam cogendus eſt per cenſuram eccleſiaſticam, & poſtea ad eccleſiaſtici Iudicis requiſitionem per brachium ſeculare, vt ait Lup. in c. per veſtras, in notabilibus, notab. 2.§.ſed eſt pulchra dubitatio, num.12.de don.inter vir.& vxor.

Contra contendentem ſententiam excommunicationis, & dicitur contendere, ex quo infra diem per hominem aſſignatum non ſatisfacit, vt ait Anchar.in cap.poſtulaſti num. 1.de homic. & ibi Fel.num.1. vbi tamen ait, quòd dicitur contemnere, ſi animo indurato eam tolerat per annum, quia eſt ſuſpectus de hæreſi.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopis, & quibuſcunque aliis Prælatis competit ius implorandi brachium.*

2 *Quæ facultas competit etiam Iudici delegato.*

3 *Iudex ſecularis tenetur ſuum brachium impartiri etiam ſi non fuerit petitum.*

4 *Imploratio brachij poteſt etiam peti a Iudice tyranno, ſeu excommunicato.*

Ius implorandi brachium ſeculare quibus perſonis competat.

DECIS. CCCXX.

EPiſcopis, & aliis inferioribus Prælatis competere præfatam 1
facultatem voluerunt Bald.conſ.322. volu.1.Hartam. conſ.23. Rodulphin. var.reſol.q.1. & quod competat etiam Abbatibus voluit Archidiac. in c.periculoſo ſub nu.4. in verb. inuocato, & ibi quoque Franch.in 6. & quoniam in 3.notab.& Folle.in praxi crim.can.in Miſcel.n.28.verſ. Prælatus inferior, & Philipp.Prob.ad Io. Monachum in d.c.periculoſo nu. 26. verſ.ſed quid quando de ſtatu regul. in 6.vbi ait, quod Epiſcopi & alij Ordinarij inferiores iuriſdictionem cõſuetudine, vel ex priuilegio habẽtes, poſſunt inuocare brachium ſeculare, & ſub num.18.verſ.& per hoc non placet, ait, quod inferiores Prælati ſi habent poteſtatem excommunicandi, poſſunt inuocare brachium ſeculare.

Et de Iudice delegato, quod ei 2
pariter competat huiuſmodi facultas voluit Abb.& per illum text.in c. 1.vbi Innocen. & reliqui de off. ord.

Dec.

Digitized by Google

Dec. in cap. significasti de off. deleg. Nauar. in c. cum contingat remed. 1. de rescrip. Costa de remed. subsid. c. 21. Zened. collect. 13. par. 3. & istud patet euidenter ex vi clausulæ vsitatæ apponi de rescripto relegatorio, inuocato, si opus fuerit auxilio brachij secularis, de qua in indiuiduo, apud Fed. de Sen. cons. 16. nu. 3. & in cons. 251. num. 4.

3 Quæ conclusio ampliatur dupliciter. Primo, vt procedat etiam si brachium seculare non esset petitum, nam illud Iudex secularis concedere potest, atque tenetur ex suo officio, vt ait Arch. in c. administratores sub n. 3. in verb. conuenti. 23. q. 5.

Secundo amplia, vt iudex ecclesiasticus possit in casu hęresis implorare brachium secularis etiam excommunicati, vt Tyranni, & qui de facto occupauit dominium illius loci, vel Magistratus dummodo sine periculo moræ non possit recurrere ad legitimos Dominos, vt ait Gundisal. in tract. de hæret. q. 19. sub nu. 8. & ver. & est aliud speciale, & Decian. in cap. 20. nume. 34. lib. 5. rerum criminal.

4

SVMMARIVM.

1 *Index secularis ex Iudicis officio tenetur impartiri brachium.*
2 *In his, quæ potest Iudex ex officio, non requiritur citatio partis.*
3 *Brachium seculare imploratur cōtra contumacem.*
4 *Contumax ad sui præiudicium habetur pro præsente.*
5 *In inuocatione brachij secularis nō requiritur citatio.*
6 *Præsens non est citandus.*

An in imploratione brachii sit necessaria citatio partis aduersæ.

DECIS. CCCXXI.

ET videbatur prima facie dicendum, quod sic, ex doctrina Bellug. in spec. Princ. rub. 11. §. tractandum sub num. 8. in fin. verb. & ideo, & Natta in cons. 519. n. 14. cum pluribus sequentibus vol. 3. & Gayl. in obseruat. 115. sub nu. 6. li. 1. practic. obseruat. & Boss. in titul. de foro compet. nu. 88. versic. & quicquid sit.

Cæterum, quicquid sit in praxi, est contrarium obseruandum, & ratio est multiplex. 1

Prima, quia iudex secularis potest, atque tenetur ex suo officio concedere brachium seculare, secundum Archidiaconum in c. administratores, sub numer. 3. in verb. conuenti 23. quæst. 5.

At in his quæ potest facere Iudex ex officio, non requiritur citatio partis, vt ait post multos Marsil. in l. de unoquoque num. 65. vers. sed teneas ff. de re iud. nisi iudex faceret ad instantiam partis, quia quotiescunque iudex aliquid facit, etiam ex officio, sed tamen ad instantiam partis, semper citatio requiritur, vt ait Benintend. in decis. 55. num. 2. versicul. sed in tali petitione. Cogita an istud fundamentum sit verum, cum videris ea, quæ scripsit Gabriel in tit. de citat. concl. 1. num. 329. vers. 14. limita. 2

Secunda ratio est, quia brachium seculare inuocatur, & conceditur contra contumacem; vt ait Feder. de Senis in cons. 164. super inuocatione num. 5. vers. cum ergo, & Petr. Foller. in praxi crim. cano. in verb. non comparentes num. 15. vers. item imploratur, & Martin. de Fano in tract. de brach. secul. implor. num. 2. vers. quando autem, nisi in casu specialissimo falsitatis commissæ in lit- 3

teris Papæ, nam eo casu brachium seculare implorari, & concedi debet absque eo quod delinquens sit contumax, vel incorrigibilis, vt ait Martin. de Fanò in tract. de brachio seculari implor. sub nu. 2. vers. alias nisi persona.

4 Sed contumax habetur pro præsente ad sui præiudicium, vt est tex. in auth. qua in prouincia in fin. C. vbi de crim. agi opor. & ibi nota Bald. nu. 16. & voluit gloss. in l. de vnoquoque in verbo præsentibus ff. de re iudic. & iterum Bald. in l. cum fratrem, sub num. 8. sub ver. tu tene C. de his, quibus, vt indign. & in c. præterea sub nu. 4. sub vers. vel dic. melius, de dilat. & Marant. in titul. de contumacia num. 28. vers. decima octaua pœna est in 6. par. de ord. iud.

5 Et præsens de necessitate non est citandus, vel monendus, vt statim dicam, ergo de necessitate non requiritur citatio in inuocatione brachij secularis, arguendo à primo ad vltimum, quod argumentum validum est in iure, vt ait Euerard. in loco à primo ad vltimum in sua top. legal.

6 Quod autem præsens regulariter non sit citandus, hoc voluit Speculat. in tit. de libell. concept. §. 13. nu 16. vers. item dicunt aliqui, & Ioann. And. in c. fin. num. 4. de electis, in 6. quia, vt ipse dicit, cum effectus vocationis sit, vt veniat citatus, ex quo præsens est, cessat citandi necessitas, & hanc partem tenuit quoque Bart. in l. prolatam, num. 7. vers. causæ autem cognitio C. de sentent. & Bald. in l. consentaneum, numer. 36. vers. in prima glossa, C. quom. & quandò iudex, & in l. si accusatoribus, sub num. 13. vers. contrarium est veritas, C. de accusat. & in auth. offeratur: num. 9. vers. venio ad verbum, C. de lit. contest. & Ang. in l. & post edictum nu. 5. versicul. nota quod iudex, ff. de iud. vbi ait, quod fatuus est iudex, qui habet partem, vel testem in conspectu, & iubet nuncio, vt citet.

Et quod præsens non sit citandus, voluit Mascard. in qu. 5. num. 31. de probat. & Alex. in l. de vnoquoque, numer. 2. vers. item nota, ff. de re iudic. vbi dixit, hanc esse veriorem opinionem, & Marsil. ibi num. 7. ver. modò vlterius, vbi dixit, quod cum citatio fiet solum vt citatus compareat, ideo si præsens citaretur, talis citatio nihil operaretur, & frustra expectaretur illud, cuius euentus nihil operaretur, & multos allegauit Ant. Gabr. in titul. de citat. conclus. 1. numer. 496. & 398. vbi dixit, hanc opinionem esse non solum communem, sed etiam magis communem, etsi aliqui pauci contrarium voluerunt.

SVMMARIVM.

Imploratio brachij non habet locum quando à sententia fuit appellatum.

2 Appellatione pendente, nihil est innouandum.

Brachium seculare an sit præstandum pendente appellatione à sententia iudicis ecclesiastici.

DECIS. CCCXXII.

IN facti contingentia respondi negatiuè, vt scilicet non habeat locum imploratio brachij, quando à sententia iudicis ecclesiastici ritè, & rectè interposita fuit appellatio, nam ea pendente, non tenetur iudex secularis præbere auxilium imploratum, vt ait Oldr. in cons. 89. n. 3. 1

Maran.in disputat.1.numer.26.vers. hoc præsupposito, in fin. & Franc. Marc.in decis.259. sub numer.1.versic.si verò quis appellasset, in 1.parte & Alber.in l.Episcopale, numero 3. versic.sed circa hoc quæro, C.de episcop.aud.& ibi Pau.de Cast.sub numero 4.in fin.versic.& dicit hoc, & Sbroz.in tract.de Vicar. Episcopi libro 2.cap.190.num.11. & Grammat. in consil. 109. in causa vertente per totum, & maximè numero 17. & sequent.in ciuilibus,& Vrsill.in decis. 24.de materia numero 16.& Dec. in c.significasti, numer. 15.versic.secundo limitatur, de officio delegat.& Gayl.in obseruat.115. numer. 4. versic.legitimæ exceptiones, lib.1.pract. obseruat.& Abb.in c.si quando sub numer.2. de offic. deleg. & ibi Felin. sub num.2.versic.fallit primo & iterum Abb.in c.1.sub num.12.versic.& per hoc deciditur.de offic.ordin.vbi dixit, hanc esse communem opinionem, quam tenuit Afflict. in procemio constit.Regni sub numer. 54.in fine,& Menoch.in tract. de retinen. possess.remed.3.sub numer.360.in fine, vers. debet etiam animaduertere, vbi intelligit, hoc esse verum, quando illi appellationi nihil obstat; & ante ipsum sic declarauit Nauarr.in c.cum contingat, remed. 1.sub num.5.de rescript.

2 Quia appellatione pendente, nil innouandum est, l.1.in princip.ff. nil no.appellat.pend. Immo plus dixit Roland.à Valle in dicto consil. 37. numero 13. vers. plus dicit volum. 1. quod si Iudex secularis sciret fuisse appellatum à sententia Iudicis ecclesiastici, & appellationem non fuisse admissam, quæ debeat admitti, & à tali non admissione appellatum, quod non deberet concedere brachium seculare, subdens, sic aliàs ex hoc fundamento fuisse vocatum, & decisum in Concilio Montisferrati contra agentes pro episcopo Albæ, idem scriptum reliquit ante ipsum Afflict.in proœm.constit. Regni sub num.61.

Amplia istam limitationem, vt procedat etiam si agatur de re merè ecclesiastica, vt ait Alciat.in cap.1. numero 112.vers.tertio limitatur, de offic.ord.vbi ait, sic transire communiter Doctores.

Amplia rursus, vt subditus resistere possit, si pendente appellatione Iudex procedere velit, vt ait Alberic.in l.Episcopale, sub num.3.in fin. C.de episc.aud.

Amplia quoque, vt iudex procedens, pendente appellatione, peccet, & puniatur, vt ait Alber.in d. l. episcopale, num.4.C. de epis. audien. & Oldrad.in consil.89.sub num. 3.vers. immo procedens.

SVMMARIVM.

1 *Brachij imploratio est remedium subsidiarium*

Imploratio brachij secularis an sit remedium subsidiarium.

DECIS. CCCXXIV.

IVdex ecclesiasticus omnem adhibere debet diligentiam ritè, rectéque administrandi ecclesiastica, & vti remediis opportunis, & tandem in subsidium pro supplemento iustitiæ petere brachium seculare, & hoc vt per potentiam secularem adiuuetur potestas ecclesiastica, secundum Glossam, & Innocentium in capitulo primo, de officio Ordinar. cap.administratores, cum ea seq.23. quæst.5.Archidiac. ad cap.de persona 11.quæst.1.Bald.ad.l.2.C. de his, 1.

qui latrones occultauerunt, Francis. Marc. in decis. 269. numer. 3. ad decisionem 773. num. 3. parte 1. Felin. ad capitulum significasti, de officio deleg. ad capitulum cum sit generale, num. 8. de foro competenti, Oldrad. consil. 86. 89. & 319. Feder. de Senis d. consil. 163 & 251.

SVMMARIVM.

1 *Iudici nulliter procedenti, denegatur brachium.*
2 *Iudex non tenetur brachium suum impartiri, quando sententia iudicis implorantis est iniusta.*

An iudex teneatur brachium suum impartiri, quando euidenter constet de iniustitia sententiæ Iudicis requirentis.

DECIS. CCCXXV

1 SVpponatur in facto, quod pro executione sententiæ fuisset imploratum brachium cuiusdam Iudicis, cui cum euidenter apparuisset de iniustitia, atque nullitate sententiæ Iudicis requirentis noluit suum impartiri brachium, quare fuit dubitatum an iure hoc fieri possit, & respondi affirmatiue motus, quia quando iudex requirens nulliter processit, & consequenter quando eius processus esset nullus tunc iudex requisitus non tenetur brachium suum impartiri: ita Rolan. à Valle in consil. 37. numer. 14. vers. 5. & vltimo adducitur vol. 1. Gail. in obseruatione 115. sub numer. 4. libro 1. pract. obseruation. Natta in consil. 529. nume. 9. vol. 3. Menoch. in tract. de retinen. possess. remed. 3. sub num. 360. versic. debet etiam Iudex laicus, & Bertazzol. in consil. criminal. 200. executio num. 5. vers. etiam volum. 1. & Iacob Sbrozz. in tractat. de Vicar. Episcopi libro 2. quæstion. 192. sub num. 7.

His accedat quod scriptum reliquit Oldrad. consil. 89. sub num. 3. ver. ad denotandum voluit quod quando iudex cuius brachium imploratur videt casum super quo imploratur esse iniustum tunc non tenetur illud impartiri, imo potest impune non parere vt ait Oltrad. in consil. 89. sub numero 3. versic. & ad denotandum Francisc. Marc. in decisio. 269. sub num. 1. vers. & ad hoc verum in 1. part. & Maram. in disput. 1. num. 26. vers. hoc præsupposito, & Rolan. à Valle in cons. 37. n. 7. terzo quia vol. 1. vbi dixit quod Iudex debet adhibere aliquā causę cognitionē an iustū sit quod petitur ab eo quod idem pariter notauit Ancharā in cons. 382. retento ordine num. 8. vers. item canon. & Feder. de Sen. consil. 251. Iacob. de Cremona sub numer. 3. vers. quid plus in casu nostro, vbi dixit, quod Iudex inuocatur, sententia nulla præcedente, non debet dare brachium suum nisi iuste inuocetur, & summatim hoc examinabit, & quod Iudex non teneatur concedere brachium suum pro exequutione sententiæ iniustæ, voluit Innoc. in cap. 1. sub num. 2. de offic. ord. ibi Abb. numero 11. Imol. num. 17. Alciat. numer. 110. & Bartazol. in cons. crimin. 200. executio, num. 5. vers. sic etiam vol. 1. & Vrsill. in decis. 220. circa primum dubium, sub n. 9. vbi dixit quod iudex non debet exequi sententiam iniustā, & Marsi. in sing. 367. nemo prudens circa mediū vbi dixit quod iudex non tenetur exequi preceptū iudicis si scit vel suspicatur de eius iniustitia. 2

Accedat secundo in propriis terminis decis. Balb. 88. cuius hæc sunt formalia verba, Iudex requisitus in iuris

iuris subsidium per litteras alterius Iudicis non superioris vt exequatur, non tenetur exequi, si sententia, cuius petitur exequutio dicatur iniqua not. singulariter Inno. in c. 1. extra de offic. ordin. in c. cum in Iure extra de offic. delegat. sentit. Panorm. in d. capit. 1. & sequitur Dominus Cato in l. cum quædam ff. de iurisd. omn. Iud.

Cuius conclusionis principalis ratio est quia illud, quod est nullum nullam meretur exequutionem l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. cum simil. & hãc rationem adduxit Gail. vbi supra, reliquos, vero recẽset Roland. à Valle in loco præcitato.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an possit ad Iudicem auxilium implorantem.*

Appellatio, an sit facienda ad superiorem Iudicis inuocantis auxilium, an verò ad superiorem Iudicis illud præbentis.

DECIS. CCCXXVI.

1 IN hac quæstione respondetur ex mente Bart. in l. à diuo Pio §. sententiam ff. de re iudic. quam sequitur Abbas in capit. quoad consultationem eod. titul. & Cappella Tholos. in dec. 412. vbi distinguũt, quod aut Iudex præstat auxilium facti, puta concedendo 1. Iudici familiam, milites, & similia, & tunc ad superiorem requirentis auxilium appellabitur, quia ipse primus Iudex est ille, qui lædit ministerio alterius, merito ab eo appellabitur ad suum superiorẽ, aut præstat Iuris auxilium puta interdicendo, vel iurisdictionem denegando, & tunc ad Superiorem Iudicis auxilium præbentis appellabitur, quia actus ipsius iudicis auxilium præbentis, est ille, qui lædit, & ideo ab ipso appellatur ad suum superiorem.

Addit Abb. quoad hoc secundum membrum distinctionis, quod etiam appellari à primo Iudice ad suum superiorem, quia etiam ipsemet grauat implorando iniustè auxilium Iuris, nam qui causam damni, vel excessus dat, damnum dedisse videtur c. fin. de iniuriis & damno dato l. qui occidit §. in hac ff. de l. Aquil. cum aliis similibus adductis ibi gl. in verb. fecisse videtur, prout sic scriptum reliquit in c. quoad consultationem sub numer. 29 de re iudic. & sequitur Iason, comprobando Abbatis opinionem in l. à Diuo Pio §. sententiam nu. 20. versf. 5. quærit ff. eod.

SVMMARIVM.

1 *Brachium seculare potest implorarẽ contra successorem.*

An brachium seculare possit exequi contra successorem.

DECIS. CCCXXVII.

IN hac dubitatione placuit mihi inserere ad verbum decision. Rot. Rom. de qua per Moedan. decis. 1. de sentent. & re iudic. quæ his complectitur verbis in causa eadem Romæ Vineæ de qua supra titul. praxi decisi. 1. eod. tempore, & anno fuit dubium propositum an executoriales decretæ vel brachium seculare obtentum contra prędecessorem, cum quo est super vinea litigatum possit exequi contra successorem in ead. vinea lite pendente immediatum, vel mediatum, quia fuerunt plures

successores, & vltimus fuit Societas Sancti Ambrosij, & fuit decisum quod possit exequi brachium seculare contra successorem mediatum, vel immediatum: principale fundamentum fuit Bart.in l. creditoris C. de pign.col.7.& 8. qui loquitur simpliciter de habente causam à litigante, & non distinguit an mediatè vel immediatè, & per sent.in cap.ecclesia Sanctæ Mariæ el primo vt lit. pendent. loquens simpliciter, quia quando res est litigiosa quę non potest alienari absque nouo iudice potest contra tertium possessorem exequi Abb.in cap.fin.de alienat. iudic. mutandi cau.fact.& in d. capitu. Ecclesia el 1.col.penult.vt lit. pendent. Nec obstat quod vitium litigiosi est personale l.1.C. de lit. quia loquitur in tertio non habente causam aliquā à colligantibus,& sic loquitur l.1. C. eodem tit &DD.ibi in l.Pomponius §.cum quis ff.de acquir.poss.

SVMMARIVM.

1 *Quando Iudex non requirens est incōpetens tunc non tenetur eidem brachium suum impartiri.*

2 *Iudices exequentes sententias incompetentium puniuntur.*

3 *Episcopus non potest excommunicare templarios, & hospitalarios.*

Brachium an sit impartiendum quando iudex requirens est incompetens.

DECIS. CCCXVIII.

1 INter cæteros casus traditos per Doctores denegandi brachium est quando Iudex requirens est incompetens, quia tunc Iudex non tenetur eidem brachium imploratum impartiri, nec debet ibi præbere ministerium alicuius obedientiæ, vel excommunicationis, vt ait Oltrad.in consil.89.Episcopus numero 5. vers. contrarium & Bald.in l.in criminali, numero 3.versic.vlt. not.C. de iurisdict.omn.Iud.& ibi Salyc.numer. 2. vers. item quod exequentes vbi admonet, Iudicem cautum esse debere, quādo ab eo implotatur brachium, vt videat, an ille sit Iudex competens, vel ne, & Calcan. in consil. 119. Sanctissimus maxime sub numer.5. versic.præterea, Roland. à Valle in consilio 37.omisso multiloquio, numer.4.vers.& subdunt vol.1. & Gail. in obseruatione 115.numero 10.in fin. libro 1.pract.quæstion.vbi dixit, brachium non habere locum in ecclesiastico, nisi prius iudici fidem faciat de sua competentia, & idem tenuit Natta in consil.529. Iudex num. 37. vers.non omitto etiam, vol.3. & Menoch.in tractatu de rer. possess. remed.3.sub num.360.versic. debet tamen iudex.

Et in tantum ista limitatio procedit, vt puniantur Iudices exequentes sententias incompetentium vt 2 ait Bald.in d.l.1.in criminali, numero 3.versic.vltim.nota C. de iurisdict.omn. iudic. &ibi Salicet. numero 2. vers.item quod exequentes, & Calcan.in d.consil.119.numero 6. & Roland.à Valle in d.consil. 37. numero 3. volum. 1. & Natta in d.consil.529. numer.37.vol.3.

Hinc est, quòd Episcopus nequibit excommunicare templarios & hospitalarios & alios exemptos, qui non habent superiorem nisi iudex incompetens vt scripsit Innocent. in capit.1.numero 3. versic. si vero talis sit de offic. ordinat. & ibi Bald. numero 18.versi.quæro nunquid, & Alciat.num.126.versicul.tertio quæstio est,

est,qui & si ibi,& numer.127. arguat contra hoc,subdit tamen esse cogitandum,& non recedendum à communi.

Aduertendum est autem, quod licet Episcopus non possit excommunicare templarios & hospitalarios, & alios exemptos,poterit tamen supplicare coram Papa, vt eos compellat ad præstandum sibi auxilium suum,vt ait Alciat.in d.c.1. sub num. 126.de offic.ord.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur discrimen inter implorationem Brachij, & familiæ accommodationem.*

An brachij impartitio differat ab accommodatione familiæ.

DECIS. CCCXXIX.

1 IN cuiusdam causæ discursu quæ coram me ventilabatur, ego distinguebam inter præstationem brachij, & accommodationem familiæ,nam primo est generalius,cōprehendens sub se diuersas species, quibus præstatur,pro vt primo in exequutionem rei iudicatæ, vel pacti exquutiui,dummodo prius liqueat, quod Iure exequibili,quod &quantum sit: ita quod omnino procedat liquidatio l.hæc autem §.1.ff.ex quibus causs.in poss.ait Bart.ad l. si finita §.Iulianus ff.de dam.infect.Alex. cons.130.& 131.lib.4.& hoc est,quod appellant associetatis auxilium,quia iudex concedat familiam ad tollenda scandala associari postulanti, & timenti ab aliquo etiam resistētiam cum armis,aut quoquo modo iniutiosam l.vlt.C.de erogat. milit. Arnob.lib.12.vt in associatione vigore pactorum exequutionem etiam cōtra tertium non liquidato negotio in associatione exui constituti possessorij Natta in cons.378.col.1. Viu. dec.44.lib.1.Afflict.dec.326.Magon. sub Rota Luca dec.87.numero 14.& 15.late Carpan. ad stat. Med. cap. 462.part.1.sic quoque in associatione contra vsufructuarium dolosa fructiferas incidentem arbores Pero cons.54. vol.3. & contra conductorem non soluentem intra annum, vbi ac tempore non sit conuētum Alex.cons.130.& seq.vol.4. Burs. cons. 23.ad fin.vol.1.cons.233.& 253. vol.3. Ber.cons.150.vol.1. & Carp. ad stat. Med.c.409.num. 116.cum seq. part. 2.Maluas.cons.87.nec desunt alia exempla apud Magon. Rot. Lucens. dec.87.& Carp.cap.232.num.13. cum seq.part.1.

Et in supradictis casibus quando petitur scilicet tantum familiam accommodari, tunc Iudex requisitus non excusabit ministros tradere secundum Vulpell. in tract. de libert. Eccles.par.3.num.31. Beret. in cons. 4.numero 15.Meren.in cons.22. Bursat.cons.40.numero 3.Rodolf. citat. tract.Alciat.c.20.num. 120. de offic. ord. Suarez. in praxi 20. tom. in procem.nu.90. Lopez ac Diaz. cap. 154. nec poterit de viribus sententiæ.

At secus est in imploratione brachij,quia vltra quod non est remedium ita generalius, quemadmodum accommodatio familiæ potest Iudex requisitus cognoscere de viribus sententiæ, & petere processum ad finem, de quo supra secundum Iaffred.dec. 105. & late Doctores in cap.1.de offic.ord.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis tenetur stare processu facto in crimine hæresis.*

Digitized by Google

2 *Cognitio criminis hæresis, est mere Ecclesiastica.*

Iudex secularis cuius brachiũ imploratur tenetur stare processu compilato super crimine hæresis.

DECIS. CCCXXX.

1 EST enim communis, atque recepta omnium sententia in cap. 1. de offic. ord. quod Iudex secularis, cuius brachium imploratur, statim debeat impartiri pro exequutione sententiæ latæ per Iudicem Ecclesiasticum super crimine hæresis testatur Afflict. in procem. const. reg. post mundi machinam in glos. in verbo gladij. numero 58. per Doctrinam de Abb. & post eum Imol. & ceteros in cap. 1. de offic. ord. Bald. in auth. cleric. C. de Episcopis & cleric. Salic. in l. ea quidẽ q. 10. C. de accusat. Angel. in l. 1. C. de exhib. reor. Ias. in l. magistratibus ff. de Iur. omn. Iud. & latè Afflict. in loco præallegato. vnde Octau. Vulpell. in tract. de libertat. Eccles. part. 3. nu. 37. ait quod Iudex secularis non debet moram facere in exequendo sententiam Iudicis Ecclesiastici super crimine hæresis, & ita etiã refert decisum Balb. in dec. 88. & 105. Gars. in dec. 2. & Guidop. dec. 30. quare Boer. in dec. 90. voluit, quod Iudex secularis tenetur stare processu facto contra hæreticum per Iudicem Ecclesiasticum condemnatum allegat Felin. in cap. ad abolendam de hæretic.

2 Cuius opinionis vera ratio est, quia cognitio criminis hæresis est mere Ecclesiastica, & priuatiue ad Iudices Ecclesiasticos spectet text. est in terminis in c. inquisitionis §. prohibemus de hæret. neque potest Iudex laicus aliquid in personas hæreticorum secundum communem opinionem Alciat. in cap. 1. de offic. ordin. Calder. in consil. 4. de hæret. Mill. prax. crim. cap. 75. numero 38. Lupus in rubr. de donat. inter vir. & vxorem post numer. 22. & Clar. qui pariter hanc communem nuncupat in §. hæresis numero 4. ac de magis commeni Roland. in cons. 20. nu. 10. vol. 3.

Notabilia in materia implorationis brachij.

IVdex secularis potest brachium ecclesiasticum implorare aduersus eos, in quos non habet coercitionis ius, vt ait Hostiensis in c. 1. sub numero 5. de offic. ord. & Alberic. in l. Episcopale sub numero 2. versiculo. & è conuerso cod. de Episc. audientia, & ibi Paulus de Castro numero 4. versiculo allegatur etiam, & Federicus de Senis in cons. 264. super inuocatione numero 5. & Alexander in l. Titia sub numero 8. ff. soluto matrimonio, & Natta in cons. 529. numero 8. & Gail. in obseruat. 115. num. 8. lib. 2. practicarum obseruatio, & Martin. de Fano in tractatu de brachio seculari imploran. sub numero 19. ver. restat ergo, & Couarruuias lib. practicarum quæst. c. 10. sub n. 1. vers. ead. ratione.

Et ideo si Imperator non sit negligens, & subditi sunt sibi inobedientes, ita quod non potest facere iustitiam Papa debet eum adiuuare, & domare rebellionem subditorum, vt ait Iason. in cons. 9. arbitror. num. 2. volum. 3.

Præterea si imperator non potest cogere duces, & alios eius vassallos, propter eorum potentiam ad cauendum inter ipsos de non offendendo, poterit implorare brachium Ecclesiasti-

siasticum, vt ait Herculan. in tractatu de caut. de non offenden. c. 5. sub numero 8.

2 Insuper dico quod iudex secularis si negligat brachium suum præstare, vt delinquentium audacia reprimatur, Iudicis arbitrio punitur, vt ait Menochius in Cassa 452. num. 3. vers. ita quoque existimarem de arbitris iudicum, & Ioannes Segura Daualos in direct. iudic. Ecclesiastici fori, cap. 13. nume. 32. in 2. part. vbi tamen subdit ex mente Menochij in loco nuper citato, quod Praxis solummodo admisit vt inobediens excommunicatione plectatur donec mandatis Ecclesiæ paruerit.

3 Et possunt concedi represaliæ, petito prius quod fiat iustitia iuxta naturam represalium, vt ait Boss. in tit. de foro compet. sub num. 91. vers. 3. quod si non exequitur vbi sub n. 88. ait alias concessas fuisse contra mercatores Mediolanenses.

4 Ad brachium seculare nunquam peruenitur nisi quatuor menses post latam sententiam lapsi fuerint, vt ait hic Anton. Grauat. ad vestr. in sua practica lib. 8. cap. vlt. sub numero 41. versic. ad quod quidem seculare, quia vt subdit quadrimestre regulariter ad soluendum dari condemnari consueuit, idem dixit Felin. in cap. quærenti numero 2. de off. deleg. & Iacob de S. Georg. in l. si debitori numero 19. ff. de iudic. vbi numeris sequentibus limitat hoc dictum septem modis, prout limitat Iason in l. debitoribus nu. 6. vers. in glos. cum num. seq.

Scias præterea quod quando Vicarius seu officialis Episcopi improbat brachium seculare ad vtilitatem priuatam partis coram eo litigantis, debet vti literis requisitis, non autem præceptis, sub pœna excommunicationis, vt concludit Franciscus Marchus in d. 147. quæritur quando Vicarius in 1. par. quod sequitur Hieron. Giachar. in addition. ad Clarum in l. fin. quæst. 37. in fin. lib. 5. sententiar. 5

Scias insuper quod brachium seculare obtentum contra eum qui primo possidebat, potest exequi cōtra eius successorem mediatum, vel immediatum, qui lite pendente rem super qua litigabatur, emit absque nouo processu, vt ait Lancellot. in Tract. de attentis in 1. parte cap. 3. de attentat. à tertio n. 22. versiculo hinc videmus. 6

Forma implorationis Brachij secularis habetur apud Petr. Folleriū in praxi criminali cano. in verbo non comparentes nu. 68. & apud Iacob. Sbrozz. remissiue in tractatu de Vicario Episcopi q. 190. num. 2. lib. 2. & breuiorem formam seu practicam ponit Anton. Mass. Gales in tractatu de form. Cam. obligat. in titulo de processu §. dato igitur instrum. n. 55.

Finis Praxis Implorationis Brachij secularis.

PRAXIS ABSOLVTIONIS A IVRAMENTO.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à iuramento quotuplex.*
2 *Habilitatio à iuramento non tollit vires contractus.*
3 *Absolutio à iuramento quibus in casibus concedatur.*

Absolutio à iuramento quotuplex.

DECIS. CCCXXXI.

1 DVPLICEM absolutionis speciem omnes fatentur in c.2.de iureiuran. vna quæ dicitur plena, & hæc propriè absolutio nuncupatur, altera verò simplex, quam habilitationem appellant & differunt ad inuicem, nam per primam supplicans simpliciter à præstito iuramento absoluitur, & hæc prorsus tollit eneruatque vires iuramenti.

Per secundum vero absoluitur quis ad effectum agendi id est agere, & contrauenire possit in iudicio absque labe periurij, & hæc non tollit, neque debilitat vires iuris iurandi, & declarat Couarr. var. resolut. cap.4.numero 5.vers.verum vt lib.1. Corneus consil.6.col. penult. libr.1. Cabr. consil. 127. numero 33. lib. 1. hinc prouenit quod inhabilitatione semper adducitur clausula, saluo remanente contractu, qua solum aperiatur via ad agendum & excipiendum.

Et quod huiusmodi habilitatio 2 ad effectum agendi iuramenti vires non eneruet, notauit Aym. cons.7. num.7. Cephal.cons.51.numero 22. lib.1.Cagnol.l. 2. numero 101. C. de rescindenda vendit. Menoch. cons. 24.numero 18. lib.1. licet Riminald. Iun.cons.5.numero 148.lib. 1. dixerit post obtentam absolutionem iusiurandum remanere frigidum, & inane, quod verum si intelligas de plenaria absolutione. notat autem Berous in cons.17. numero 37. libr.1. quod quando sumus in contract.1. nullo ex iuris dispositione, sed obseruandus, tunc obtenta absolutione à superiore remaneret elisa virtus iuramenti, & contractus restat in suo statu, ac si iuramentum fuisset propositum, & consequenter nullus, quod notabile est, vide deducta per Seraphinum de priuileg. iuram. priuil.61.num.3.

Et quandoque vt notat Borgn.in 3 dec.9.numer.33. vel simpliciter conceditur ad effectum agendi, vel sub conditione si læsio probata fuerit, quamuis nunquam viderim in practica sub huiusmodi conditione concedi.

Re-

Digitized by Google

3 Requiritur autem iusta causa ad eam concedendam, & læsio sufficit, non autem exiguari; Ias.in l.si opus. numero 7.de oper.nou. nunciat. Alex.cons.66.numero 16.& seq. lib. 6. Borgn.dec.6.num.4. Menoch. cons. 24.num.13.lib.1. Tiraquel. res inter alia acta limit.30.vers. & hoc multis Curt.Iun.cons.141. numero 16. Neuic.cons.22.num.10. Natta cons.14. numer.5.vers.decimo adduco lib. 1. Maranta in practica in 2.actu 3.part. 6.princip.num. 115. Roland. consil. 99.num.21.lib.3. Ponderareque debet iudex qualitatem eius, qui iurauit ex notatis per Mancinum de iuram.effectu 36.

Et vbi iusiurandum continet iniquitatem, vel quid turpe semper est concedenda absolutio.Socin.iunior cons.144.numero 40. lib.1. Staphil. de lit iust. §. 1. sciendum numero 13.Seraph.priuileg.59.num. 7. Natta in cons.144. numero 5. vers. decimo adduco,lib.1. Milis in suo repertor. super verb. iuramentum semper debet relaxari,Seraph. de priuileg. iuram.priuileg.59.n.7.

Prout concedenda est quandocunque sit captiosum, vel iniustum Natta d.cons.144.numer.5.in priuileg. Milis super verb. iuramentum semper debet

Pro vt quando res non permanet in eodem statu, potest dari habilitatio à iuramento,quia sic intelligi debent Doct. in c. cum contingat de iureiur. Guido pap. dec.199. num.3.

Item absolutio à iuramento datur ratione enormissimæ læsionis Capyc.decis.159.num. 25. nec obstat cap.quamuis de pact.lib.6. quia intelligitur quando læsio esset mediocris, & non enormissimi similiter respondetur ad cap.contingat de iuiuran.

Tandem à iuramento super contractu datur habilitatio,quando absolutionem petens intendit probare quod id quod promiserat in contractu soluebat ob turpem causam c. dec.95.

SVMMARIVM.

1 *Enumerat ea quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento.*

Quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento.

DECIS. CCCXXXII.

RESpondeo quod sex clausulæ, seu conditiones apponi debent. 1
Prima Clausula, iuramentum videlicet non habere esse vinculum iniquitatis cap. quinto de iureiurando gloss.in cap. dilecti in verb. iuram.de maior.obed. c. inter cætera 22.q.4.Guidopap.loc.cit.nu.2.debet.

Secunda vbi verbo habilitari, seu relaxari non absolui, Staphil. loc.cit.Ratio est quia ille non absoluitur ab obseruatione iuramenti, sed habilitatur adhoc, vt possit agere,& excipere absq; incursione periurij, & aperitur ei via ad agendum seu excipiendum in iudicio. si enim plenario iudicio postmodum pronuncietur contractum esse validum, non obstante habilitate ad illius contractus obseruationem astringitur.Couar.loc.cit.num.6. Sot.lib. 8. q.1.art.7.&10.addit.

Tertia debet poni à iuramento, seu iuramentis,& maxime quando quis iurauerit non venire contra contractum, quia modo sunt duo iuramenta, vt patet ex dictis. Af-

Digitized by Google

flict.dec.30.n.6.alias esset.

Quarta debet addi circa præiudicium tertij, quia in hoc non posset relaxare Papa.loc.cit.art.9.

Quinta quod adsit causa rationabilis Sot.loc.cit.Syluester in verb. iuramentum 5.§.2.in fine, quæ causa habitationis debet inseri instrumento relaxationis, Guid.Pap. dec. 140. Abb. in cap. à vobis numero 4. de decim.& in c.inter numero 9. de renunciat.

Sexta vt inseratur tenor totius instrumenti in relaxatione, seu habitatione,ita Anna in sing.2. & sic seruatur Neapoli,Paris. cons. 43. vol.1. numero 18.& 19. vbi ex mente aliorum Doctorum confirmat tot necessarias esse relaxationes, quot iuramenta fuerunt.Pereg. dec. Paduæ 112.num.21.

SVMMARIVM.

1 *Citatio partis an sit necessaria in absolutione à iuramento, refertur duplex opinio.*

2 *Existente stilo contrario citanda est pars.*

3 *In absolutione à iuramento, debet fieri mentio de pacto inito non petendi absolutionem.*

De obseruantia Curię Archiepiscopalis Neapol. in absoluendo à Iuramento.

DECIS. CCCXXXIII.

1 QVamuis controuertitur opinio illa an in habilitatione à iuramento requiratur citatio partis, in qua quæst. licet duæ reperiantur diuersæ Doctorum sententiæ, quarum prima est quod citatio partis prorsus sit necessaria, vt firmat Ias. in l. si opus numero 7.de oper. no. nunciat. vbi in verbo prædictis subtiliter, inquit concessam absque Causæ cognitione ipso iure esse nullam, etiam si data sit ad effectum agendi tantum, quia posset pars ostendere, quod calumniosè petatur, Alex. cons.66.numero 13.& 14. lib. 6. Cefal.cons.51.numero 23. lib. 1. Couar. var.resolut.lib.1.cap.4.numer.5. Menoch.cons.24.numer.11. & seq.lib.1. Bursat.cons.29.limit.92.vbi de communi lib.3. Ias.l.nec quicquam §. vbi decretum,num.49.de off. proconf. Roland.de communi cons.12. numero 15.lib.1. Cappella Tholos. in decis.62.Gozadin.cons.59. numero 22. Caputaq.dec. 291. incip. Absol. in manuscriptis Feli.cap.1.nu.113.& seq. de iureiuran.

Et iuxta hanc opinionem refert etiam fuisse decisum Guid. Papa in decis.140.Rubin.dec.22.

Altera est opinio prorsus contraria,vt minimè requiratur partis citatio,vt voluit Oldrad.cons. 120. Couar.lib.1.var.resol.cap.4. Anna sing. 2.Gagliard.de absolut. à iuramento §.1.nu.1. Caranita super Pragmat. Macedoniana.§.12.numer. 70. Trois. in Pragmatica 21.de reclamat. laudi. num.4.Muscat.in praxi.lib.1. par. 4. Gloss.periurij nu.39.

Et hanc opinionem seruat Curia Archiepiscop. nam concedit absolutionem absque partis citatione ex stilo antiquo eiusdem Curię sumpto ex cons.Oldrad.120.

Et iuxta hanc opinionem Curiæ Archiep. nonnulla varia tribunalia deciderunt, vt videre est apud Afflict.decis. 220. Mynsing. decis. 84. cent.6.Ioseph.Lud. in decis. Perus. 18.Valas.decis. Lusit. 130. Triuis. in decis.64.par.1. Cacheran. decis. 125. Gratian.Rotæ Marchiæ in decis.165. Polid.Rip.in decis.150.

Est ta-

2 Est tamen animaduertendum, quod si alibi reperitur stilus contrarius, quod pars sit citanda seruari debet; secundum Gagliard. cit. tract. part. 1.

3 Vlterius notandum, quod absolutio à iuramento obtenta parte non citata non valet, nisi fuerit facta mentio de pacto inito, hoc est non petere absolutionem, nec contrauenire contractui, nisi prius absolutio præcesserit circa talem pactum non petendi absolutionem: & ita decisum patet penes Afflict. in decis. 220. sub numer. 11. versic. tamen si sumo, quem citat & sequitur Paris. consil. 43 volum. 1. n. 14. & faciunt addita super eo verbo absolutio.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstito Deo, pars relaxare nequit.*
2 *Iuramentum cum est incursum periurium, non potest relaxari a parte.*
3 *Periurus repellitur ab agendo.*

An pars relaxare possit iuramentum ad eius fauorem præstitum.

DECIS. CCCXXXIV.

BReuiter dicas posse à parte remitti, quando ad eius fauorem præstitum est iusiurandum. Abb. per illum tex. in c. 2. nu. 3. de sponsalibus. Oldrad. conf. 241. in fine Roland. cons. 99. num. 26. lib. 3. Coccin. cons. 21. nu. 28. lib. 4. Ruin. cons. 212. n. 1. lib. 1.

1 Dixi præstitum ad commodum partis, quia quandoque præstatur, Deo, & tunc ab homine remitti nequit, vt declarat Abb. vbi supra numero 6.

Nec dicas omne iuramentum principaliter fieri intuitu Dei, cui iurans promittit, quoniam in his terminis inspicitur, an sit præstitum ad commodum partis, vt bene declarat Abb. ibidem in finalibus verbis, & tunc ab ea remitti valet.

Aduertendum est autem id procedere antequam pars contraueniat, & periurium incurrat, quoniam post incursum periurium, à parte remitti amplius non potest, Alex. cons. 26. num. 5. lib. 3. Ias. in l. penult. num. 2. vers. limita prædicta de iureiuran. Borgn. d. dec. 9. nu. 35. Roland. cons. 34. numero 3. lib. 1. Afflict. dec. 36. numero 2. 2

Cæterum, licet huiusmodi sententia sit communis, & receptissima, nihilominus Socin. in consil. 37. num. 28. lib. 4. asserit quod veluti pars remittere valet ad eius vtilitatem præstitum iuramentum, ita & pari ratione videtur quod periurij exceptionem scaturientem ex eo iuramento, quod præstitum est ad sui fauorem, remittere possit, cum aliis. de quibus Aymo consil. 151. numero 9.

Et sanè crediderim hanc sententiam esse iuridicam, & sequendam, cum indubitatum sit, esse in facultate partis, an velit excipere, vel non opponere de periurio.

Quod solidissima, & passim admissa conclusione probatur, periurus enim ab agendo repellitur Pedemont. decis. 142. numer. 13. Roland. consil. 26. num. 28. lib. 3. cum aliis triuialibus. Sed hoc ita ponente auditur, & processus valet, vt per Lap. alleg. 25. numero 3. versic. ad 4. canonizata per Rotam in lib. diuers. decis. 22. incip. die 2. Aprilis in fine in manuscript. 3

Et quamuis Doctores ita generaliter tradant iuramentum posse à parte remitti, Alciat. tamen in l.

Digitized by Google

teris Papæ, nam eo casu brachium seculare implorari, & concedi debet absque eo quod delinquens sit contumax, vel incorrigibilis, vt ait Martin. de Fanò in tract. de brachio seculari implor. sub nu. 2. vers. alias nisi persona.

4 Sed contumax habetur pro præsente ad sui præiudicium, vt est tex. in auth. qua in prouincia in fin. C. vbi de crim. agi opor. & ibi nota Bald. nu. 16. & voluit gloss. in l. de vnoquoque in verbo præsentibus ff. de re iudic. & iterum Bald. in l. cum fratrem, sub num. 8. sub ver. tu tene C. de his, quibus, vt indign. & in c. præterea sub nu. 4. sub vers. vel dic. melius, de dilat. & Marant. in titul. de contumacia num. 28. vers. decima octaua pœna est in 6. par. de ord. iud.

5 Et præsens de necessitate non est citandus, vel monendus, vt statim dicam, ergo de necessitate non requiritur citatio in inuocatione brachij secularis, arguendo à primo ad vltimum, quod argumentum validum est in iure, vt ait Euerard. in loco à primo ad vltimum in sua top. legal.

6 Quod autem præsens regulariter non sit citandus, hoc voluit Speculat. in tit. de libell. concept. §. 13. nu 16. vers. item dicunt aliqui, & Ioann. And. in c. fin. num. 4. de electis, in 6. quia, vt ipse dicit, cum effectus vocationis sit, vt veniat citatus, ex quo præsens est, cessat citandi necessitas, & hanc partem tenuit quoque Bart. in l. prolatam, num. 7. vers. causæ autem cognitio C. de sentent. & Bald. in l. consentaneum, numer. 36. vers. in prima glossa, C. quom. & quandò iudex, & in l. si accusatoribus, sub num. 13. vers. contrarium est veritas, C. de accusat. & in auth. offeratur: num. 9. vers. venio ad verbum, C. de lit. contest. & Ang. in l. & post edictum nu. 5. versicul. nota quod iudex, ff. de iud. vbi ait, quod fatuus est iudex, qui habet partem, vel testem in conspectu, & iubet nuncio, vt citet.

Et quod præsens non sit citandus, voluit Mascard. in qu. 5. num. 31. de probat. & Alex. in l. de vnoquoque, numer. 2. vers. item nota, ff. de re iudic. vbi dixit, hanc esse veriorem opinionem, & Marsil. ibi num. 7. ver. modò vlterius, vbi dixit, quod cum citatio fiet solum vt citatus compareat, ideo si præsens citaretur, talis citatio nihil operaretur, & frustra expectaretur illud, cuius euentus nihil operaretur, & multos allegauit Ant. Gabr. in titul. de citat. conclus. 1. numer. 496. & 398. vbi dixit, hanc opinionem esse non solum communem, sed etiam magis communem, etsi aliqui pauci contrarium voluerunt.

SVMMARIVM.

Imploratio brachij non habet locum quando à sententia fuit appellatum.

2 *Appellatione pendente, nihil est innouandum.*

Brachium seculare an sit præstandum pendente appellatione à sententia iudicis ecclesiastici.

DECIS. CCCXXII.

IN facti contingentia respondi negatiuè, vt scilicet non habeat locum imploratio brachij, quando à sententia iudicis ecclesiastici ritè, & rectè interposita fuit appellatio, nam ea pendente, non tenetur iudex secularis præbere auxilium imploratum, vt ait Oldr. in cons. 89. n. 3. 1

Maran.

Maran.in disputat.1.numer.26.versi. hoc præsuppoſito, in fin. & Franc. Marc.in deciſ.259. ſub numer.1.verſic.ſi verò quis appellaſſet,in 1.parte & Alber.in l.Epiſcopale, numero 3. verſic.ſed circahoc quæro,C.de epiſcop.aud.& ibi Pau.de Caſt.ſub numero 4.in fin.verſic.& dicit hoc, & Sbroz.in tract.de Vicar. Epiſcopi libro 2.cap.190.num. 11. & Grammat. in conſil. 109. in cauſa vertente per totum, & maximè numero 17. & ſequent.in ciuilibus,& Vrſill.in deciſ. 24.de materia numero 16.& Dec. in c.ſignificaſti,numer. 15.verſic.ſecundo limitatur, de officio delegat.& Gayl.in obſeruat.115. numer. 4. verſic.legitimæ exceptiones,lib.1.pract. obſeruat.& Abb.in c.ſi quando ſub numer.2. de offic. deleg. & ibi Felin. ſub num.2.verſic.fallit primo & iterum Abb.in c.1.ſub num.12.verſic.& per hoc deciditur.de offic.ordin.vbi dixit,hanc eſſe communem opinionem, quam tenuit Afflict. in proœmio conſtit.Regni ſub numer. 54.in fine,& Menoch.in tract. de retinen. poſſeſſ.remed.3.ſub numer.560.in fine, verſ. debet etiam animaduertere, vbi intelligit, hoc eſſe verum, quando illi appellationi nihil obſtat, & ante ipſum ſic declarauit Nauarr.in c.cum contingat, remed. 1.ſub num.5.de reſcript.

2 Quia appellatione pendente, nil innouandum eſt,l.1.in princip.ff. nil no.appellat.pend. Immo plus dixit Roland.à Valle in dicto conſil. 37. numero 13. verſ. plus dicit volum. 1. quod ſi Iudex ſecularis ſciret fuiſſe appellatum à ſententia Iudicis eccleſiaſtici, & appellationem non fuiſſe admiſſam, quæ debeat admitti, & à tali non admiſſione appellatum, quod non deberet concedere brachium ſeculare,ſubdens, ſic aliàs ex hoc fundamento fuiſſe vocatum, & deciſum in Concilio Montisferrati contra agentes pro epiſcopo Albæ,idem ſcriptum reliquit ante ipſum Afflict.in proœm.conſtit. Regni ſub num.61.

Amplia iſtam limitationem, vt procedat etiam ſi agatur de re merè eccleſiaſtica, vt ait Alciat.in cap.1. numero 112.verſ.tertio limitatur, de offic.ord.vbi ait,ſic tranſire communiter Doctores.

Amplia rurſus,vt ſubditus reſiſtere poſſit, ſi pendente appellatione Iudex procedere velit, vt ait Alberic.in l.Epiſcopale,ſub num.3.in fin. C.de epiſc.aud.

Amplia quoque, vt iudex procedens,pendente appellatione,peccet, & puniatur,vt ait Alber.in d. l. epiſcopale,num.4.C. de epiſ. audien. & Oldrad.in conſil.89.ſub num. 3.verſ. immo procedens.

SVMMARIVM.

1 *Brachij imploratio eſt remedium ſubſidiarium*

Imploratio brachij ſecularis an ſit remedium ſubſidiarium.

DECIS. CCCXXIV.

IVdex eccleſiaſticus omnem adhibere debet diligentiam ritè, rectéque adminiſtrandi eccleſiaſtica, & vti remediis opportunis, & tandem in ſubſidium pro ſupplemento iuſtitiæ petere brachium ſeculare, & hoc vt per potentiam ſecularem adiuuetur poteſtas eccleſiaſtica, ſecundum Gloſſam, & Innocentium in capitulo primo, de officio Ordinar. cap.adminiſtratores, cum ea ſeq.,23. quæſt.5.Archidiac. ad cap.de perſona 11.quæſt.1.Bald.ad.l.2.C. de his, 1.

Digitized by Google

qui latrones occultauerunt, Francis. Marc.in decis.269.numer.3. ad decisionem 773.num.3.parte 1. Felin. ad capitulum significasti, de officio deleg. ad capitulum cum sit generale, num.8.de foro competenti, Oldrad. consil.86.89.& 319. Feder.de Senis d. consil.163& 251.

SVMMARIVM.

1 *Iudici nulliter procedenti, denegatur brachium.*

2 *Iudex non tenetur brachium suum impartiri, quando sententia iudicis implorantis est iniusta.*

An iudex teneatur brachium suum impartiri, quando euidenter constet de iniustitia sententiæ Iudicis requirentis.

DECIS. CCCXXV

SVpponatur in facto, quod pro executione sententiæ fuisset
1 imploratum brachium cuiusdam Iudicis, cui cum euidenter apparuisset de iniustitia, atque nullitate sententiæ Iudicis requirentis noluit suum impartiri brachium, quare fuit dubitatum an iure hoc fieri possit, & respondi affirmatiue motus, quia quando iudex requirens nulliter processit,&consequenter quando eius processus esset nullus tunc iudex requisitus non tenetur brachium suum impartiri:ita Rolan. à Valle in consil.37. numer.14.vers.5.& vltimo adducitur vol.1. Gail. in obseruatione 115.sub numer.4.libro 1.pract.obseruation.Natta in consil.529.nume. 9.vol.3.Menoch.in tract.de retinen. possess.remed.3. sub num.360.versic. debet etiam Iudex laicus, & Bertazzol.in consil. criminal. 200.executio num.5.vers. etiam volum. 1. & Iacob Sbrozz.in tractat. de Vicar.Episcopi libro 2.quæstion.190.sub num.7.

His accedat quod scriptum reliquit Oldrad.cons.89.sub num.3. ver. 2
ad denotandum voluit quod quando iudex cuius brachium imploratur videt casum super quo implorato esset iniustum tunc non tenetur illud impartiri, imo potest impune non parere vt ait Oltrad. in consil. 89.sub numero 3. versic. & ad denotandum Francisc. Marc. in decisio. 269.sub num.1.vers.& ad hoc verum in 1.part. & Maram. in disput.1.num. 26.vers.hoc præsupposito,&Rolan. à Valle in cons.37.n.7.terzo quia vol. 1.vbi dixit quod Iudex debet adhibere aliquã causę cognitionẽ an iustũ sit quod petitur ab eo quod idem pariter notauit Ancharã in cons.382. retento ordine num.8.vers. item canon.& Feder.de Sen. consil. 251. Iacob.de Cremona sub numer. 3.vers. quid plus in casu nostro, vbi dixit, quod Iudex inuocatur, sentẽtia nulla præcedente, non debet dare brachium suum nisi iuste inuocetur, & summatim hoc examinabit,& quod Iudex non teneatur concedere brachium suum pro exequutione sententiæ iniustæ,voluit Innoc.in cap.1. sub num.2.de offic.ord. ibi Abb.numero 11.Imol.num.17. Alciat. numer. 110. & Bartazol. in cons. crimin.200. executio,num.5.vers.sic etiam vol.1. & Vrsill.in decis. 220. circa primum dubium,sub n. 9. vbi dixit quod iudex non debet exequi sentẽtiam iniustã,&Marsi.in sing.367. nemo prudens circa mediũ vbi dixit quod iudex non tenetur exequi prçceptũ iudicis si scit vel suspicatur de eius iniustitia.

Accedat secundo in propriis terminis decis.Balb.88. cuius hæc sunt formalia verba, Iudex requisitus in iuris

iuris subsidium per litteras alterius Iudicis non superioris vt exequatur, non tenetur exequi, si sententia, cuius petitur exequutio dicatur iniqua not. singulariter Inno. in c. 1. extra de offic. ordin. in c. cum in Iure extra de offic. delegat. sentit. Panorm. in d. capit. 1. & sequitur Dominus Cato in l. cum quædam ff. de iurisd. omn. Iud.

Cuius conclusionis principalis ratio est quia illud, quod est nullum nullam meretur exequutionem l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. cum simil. & hāc rationem adduxit Gail. vbi supra, reliquos, vero recēset Roland. à Valle in loco præcitato.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an possit ad Iudicem auxilium implorantem.*

Appellatio, an sit facienda ad superiorem Iudicis inuocantis auxilium, an verò ad superiorem Iudicis illud præbentis.

DECIS. CCCXXVI.

1 IN hac quæstione respondetur ex mente Bart. in l. à diuo Pio §. sententiam ff. de re iudic. quam sequitur Abbas in capit. quoad consultationem eod. titul. & Cappella Tholos. in dec. 412. vbi distinguūt, quod aut Iudex præstat auxilium facti, puta concedendo 1. Iudici familiam, milites, & similia, & tunc ad superiorem requirentis auxilium appellabitur, quia ipse primus Iudex est ille, qui lædit ministerio alterius, merito ab eo appellabitur ad suum superiorē, aut præstat Iuris auxilium puta interdicendo, vel iurisdictionem denegando, & tunc ad Superiorem Iudicis auxilium præbentis appellabitur, quia actus ipsius iudicis auxilium præbentis, est ille, qui lædit, & ideo ab ipso appellatur ad suum superiorem.

Addit Abb. quoad hoc secundum membrum distinctionis, quod etiam appellari à primo Iudice ad suum superiorem, quia etiam ipsemet grauat implorando iniustè auxilium Iuris, nam qui causam damni, vel excessus dat, damnum dedisse videtur c. fin. de iniuriis & damno dato l. qui occidit §. in hac ff. de l. Aquil. cum aliis similibus adductis ibi gl. in verb. fecisse videtur, prout sic scriptum reliquit in c. quoad consultationem sub numer. 29 de re iudic. & sequitur Iason, comprobando Abbatis opinionem in l. à Diuo Pio §. sententiam nu. 20. vers. 5. quærit ff. eod.

SVMMARIVM.

1 *Brachium seculare potest implorarē contra successorem.*

An brachium seculare possit exequi contra successorem.

DECIS. CCCXXVII.

IN hac dubitatione placuit mihi inserere ad verbum decision. Rot. Rom. de qua per Moedan. decis. 1. de sentent. & re iudic. quæ his complectitur verbis in causa eadem Romæ Vineæ de qua supra titul. praxi decisi. 1. eod. tempore, & anno fuit dubium propositum an executoriales decretæ vel brachium seculare obtentum contra predecessorem, cum quo est super vinea litigatum possit exequi contra successorem in ead. vinea lite pendente immediatum, vel mediatum, quia fuerunt plures

successores, & vltimus fuit Societas Sancti Ambrosij, & fuit decisum quod possit exequi brachium seculare contra successorem mediatum, vel immediatum: principale fundamentum fuit Bart. in l. creditoris C. de pign. col. 7. & 8. qui loquitur simpliciter de habente causam à litigante, & non distinguit an mediatè vel immediatè, & per sent. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ el primo vt lit. pendent. loquens simpliciter, quia quando res est litigiosa quę non potest alienari absque nouo iudice potest contra tertium possessorem exequi Abb. in cap. fin. de alienat. iudic. mutandi cau. fact. & in d. capitu. Ecclesia el 1. col. penult. vt lit. pendent. Nec obstat quod vitium litigiosi est personale l. 1. C. de lit. quia loquitur in tertio non habente causam aliquã à colligantibus, & sic loquitur l. 1. C. eodem tit & DD. ibi in l. Pomponius §. cum quis ff. de acquir. poss.

SVMMARIVM.

1 *Quando Iudex non requirens est incõpetens tunc non tenetur eidem brachium suum impartiri.*

2 *Iudices exequentes sententias incompetentium puniuntur.*

3 *Episcopus non potest excommunicare templarios, & hospitalarios.*

Brachium an sit impartiendum quando iudex requirens est incompetens.

DECIS. CCCXVIII.

1 INter cæteros casus traditos per Doctores denegandi brachium est quando Iudex requirens est incompetens, quia tunc Iudex non tenetur eidem brachium imploratum impartiri, nec debet ibi præbere ministerium alicuius obedientiæ, vel excommunicationis, vt ait Oltrad. in consil. 89. Episcopus numero 5. vers. contrarium & Bald. in l. in criminali, numero 3. versic. vlt. not. C. de iurisdict. omn. Iud. & ibi Salyc. numer. 2. vers. item quod exequentes vbi admonet, Iudicem cautum esse debere, quãdo ab eo imploratur brachium, vt videat, an ille sit Iudex competens, vel ne, & Calcan. in consil. 119. Sanctissimus maxime sub numer. 5. versic. præterea, Roland. à Valle in consilio 37. omisso multiloquio, numer. 4. vers. & subdunt vol. 1. & Gail. in obseruatione 115. numero 10. in fin. libro 1. pract. quæstion. vbi dixit, brachium non habere locum in ecclesiastico, nisi prius iudici fidem faciat de sua competentia, & idem tenuit Natta in consil. 529. Iudex num. 37. vers. non omitto etiam, vol. 3. & Menoch. in tractatu de rer. possess. remed. 3. sub num. 360. versic. debet tamen iudex.

Et in tantum ista limitatio procedit, vt puniantur Iudices exequentes sententias incompetentium vt 2
ait Bald. in d. l. 1. in criminali, numero 3. versic. vltim. nota C. de iurisdict. omn. iudic. & ibi Salicet. numero 2. vers. item quod exequentes, & Calcan. in d. consil. 119. numero 6. & Roland. à Valle in d. consil. 37. numero 3. volum. 1. & Natta in d. consil. 529. numer. 37. vol. 3.

Hinc est, quòd Episcopus nequibit excommunicare templarios & hospitalarios & alios exemptos, qui non habent superiorem nisi iudex incompetens vt scripsit Innocent. in capit. 1. numero 3. versic. si vero talis sit de offic. ordinat. & ibi Bald. numero 18. versi. quæro nunquid, & Alciat. num. 126. versicul. tertio quæstio est,

est,qui & si ibi,& numer.127. arguat contra hoc,subdit tamen esse cogitandum,& non recedendum à communi.

Aduertendum est autem, quod licet Episcopus non possit excommunicare templarios & hospitalarios, & alios exemptos,poterit tamen supplicare coram Papa, vt eos compellat ad præstandum sibi auxilium suum,vt ait Alciat.in d.c.1. sub num. 116.de offic.ord.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur discrimen inter implorationem Brachij, & familiæ accommodationem.*

An brachij impartitio differat ab accommodatione familiæ.

DECIS. CCCXXIX.

1 IN cuiusdam causæ discursu quæ coram me ventilabatur, ego distinguebam inter præstationem brachij, & accommodationem familiæ,nam primo est generalius,cōprehendens sub se diuersas species, quibus præstatur,pro vt primo in exequutionem rei iudicatæ, vel pacti exquutiui,dummodo prius liqueat, quod Iure exequibili,quod &quantum sit: ita quod omnino procedat liquidatio l.hæc autem §.1.ff.ex quibus causs.in poss.ait Bart.ad l. si finita §.Iulianus ff.de dam.infect.Alex. cons.130.& 131.lib.4.& hoc est,quod appellant associetatis auxilium,quia iudex concedat familiam ad tollenda scandala associari postulanti, & timenti ab aliquo etiam resistētiam cum armis,aut quoquo modo iniuriosam l.vlt.C.de erogat. milit. Arnob.lib.12.vt in associatione vigore pactorum exequutionem etiam cōtra tertium non liquidato negotio in associatione exui constituti possessorij Natta in cons.378.col.1. Viu. dec.44.lib.1.Afflict.dec.326.Magon. sub Rota Luca dec.87.numero 14.& 15.late Carpan. ad stat. Med. cap. 462.part.1.sic quoque in associatione contra vsufructuarium dolosa fructiferas incidentem arbores Pero cons.54. vol.3. & contra conductorem non soluentem intra annum, vbi ac tempore non sit conuētum Alex.cons.130.& seq.vol.4. Burs. cons. 23.ad fin.vol.1.cons.233.& 253. vol.3. Ber.cons.150.vol.1. & Carp. ad stat. Med.c.409.num. 116.cum seq. part. 2.Maluas.cons.87.nec desunt alia exempla apud Magon. Rot. Lucens. dec.87.& Carp.cap.232.num.13. cum seq.part.1.

Et in supradictis casibus quando petitur scilicet tantum familiam accommodari, tunc Iudex requisitus non excusabit ministros tradere secundum Vulpell. in tract. de libert. Eccles.par.3.num.31. Beret. in cons. 4.numero 15.Meren.in cons.22. Bursat.cons.40.numero 3.Rodolf. citat. tract.Alciat.c.20.num. 120. de offic. ord. Suarez. in praxi 20. tom. in proœm.nu.90. Lopez ac Diaz. cap. 154. nec poterit de viribus sententiæ.

At secus est in imploratione brachij,quia vltra quod non est remedium ita generalius, quemadmodum accommodatio familiæ potest Iudex requisitus cognoscere de viribus sententiæ, & petere processum ad finem, de quo supra secundum Iaffred.dec. 105. & late Doctores in cap.1.de offic.ord.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis tenetur stare processu facto in crimine hæresis.*

Digitized by Google

2 *Cognitio criminis hæresis, est mere Ecclesiastica.*

Iudex secularis cuius brachiũ imploratur tenetur stare processu compilato super crimine hæresis.

DECIS. CCCXXX.

1 EST enim communis, atque recepta omnium sententia in cap. 1. de offic.ord. quod Iudex secularis, cuius brachium imploratur, statim debeat impartiri pro exequutione sententiæ latæ per Iudicem Ecclesiasticum super crimine hæresis testatur Afflict. in procem. const. reg. post mundi machinam in glos. in verbo gladij.numero 58. per Doctrinam de Abb. & post eum Imol. & ceteros in cap.1.de offic.ord. Bald.in auth. cleric.C. de Episcopis & cleric.Salic.in l.ea quidẽ q.10. C. de accusat.Angel.in l.1. C. de exhib. reor. Ias.in l.magistratibus ff.de Iur. omn. Iud.& latè Afflict.in loco præallegato.vnde Octau.Vulpell. in tract. de libertat.Eccles.part.3.nu.37.ait quod Iudex secularis non debet moram facere in exequendo sententiam Iudicis Ecclesiastici super crimine hæresis,& ita etiã refert decisum Balb. in dec.88. & 105. Gars. in dec. 2. & Guidop.dec.30.quare Boer. in dec. 90.voluit, quod Iudex secularis tenetur stare processu facto contra hęreticum per Iudicem Ecclesiasticum condemnatum allegat Felin. in cap. ad abolendam de hæretic.

2 Cuius opinionis vera ratio est, quia cognitio criminis hæresis est mere Ecclesiastica, & priuatiue ad Iudices Ecclesiasticos spectet text. est in terminis in c. inquisitionis §. prohibemus de hæret. neque potest Iudex laicus aliquid in personas hæreticorum secundum communem opinionem Alciat.in cap. 1. de offic. ordin.Calder.in consil. 4. de hęret. Mill.prax.crim. cap. 75. numero 38. Lupus in rubr.de donat. inter vir. & vxorem post numer. 22. & Clar.qui pariter hanc communem nuncupat in §.hæresis numero 4. ac de magis commeni Roland.in cons.20.nu. 10.vol.3.

Notabilia in materia implorationis brachij.

IVdex secularis potest brachium ecclesiasticum implorare aduersus eos, in quos non habet coercitionis ius,vt ait Hostiensis in c. 1. sub numero 5.de offic.ord.& Alberic. in l. Episcopale sub numero 2. versiculo. & è conuerso cod. de Episc. audientia, & ibi Paulus de Castro numero 4.versiculo allegatur etiam,& Federicus de Senis in cons. 264. super inuocatione numero 5. & Alexander in l.Titia sub numero 8.ff.soluto matrimonio, & Natta in cons. 529. numero 8.& Gail. in obseruat. 115.num.8. lib. 2. practicarum obseruatio,& Martin.de Fano in tractatu de brachio seculari imploran. sub numero 19.ver.restat ergo,& Couarruuias lib. practicarum quæst. c. 10. sub n.1.vers.ead.ratione.

Et ideo si Imperator non sit negligens, & subditi sunt sibi inobedientes,ita quod non potest facere iustitiam Papa debet eum adiuuare, & domare rebellionem subditorum, vt ait Iason.in cons. 9.arbitror. num. 2. volum.3.

Præterea si imperator non potest cogere duces, & alios eius vassallos, propter eorum potentiam ad cauendum inter ipsos de non offendendo, poterit implorare brachium Ecclesiasti-

siasticum, vt ait Herculan. in tractatu de caut. de non offenden. c.5. sub numero 8.

2 Insuper dico quod iudex secularis si negligat brachium suum præstare, vt delinquentium audacia reprimatur, Iudicis arbitrio punitur, vt ait Menochius in Cassa 452. num.3. vers. ita quoque existimarem de arbitris iudicum, & Ioannes Segura Daualos in direct. iudic. Ecclesiastici fori, cap. 13. nume. 32. in 2. part. vbi tamen subdit ex mente Menochij in loco nuper citato, quod Praxis solummodo admisit vt inobediens excommunicatione plectatur donec mandatis Ecclesiæ paruerit.

3 Et possunt concedi represaliæ, petito prius quod fiat iustitia iuxta naturam represalium, vt ait Boss. in tit. de foro compet. sub num. 91. vers. 3. quod si non exequitur vbi sub n. 88. ait alias concessas fuisse contra mercatores Mediolanenses.

4 Ad brachium seculare nunquam peruenitur nisi quatuor menses post latam sententiam lapsi fuerint, vt ait hic Anton. Grauat. ad vestr. in sua practica lib. 8. cap. vlt. sub numero 41. versic. ad quod quidem seculare, quia vt subdit quadrimestre regulariter ad soluendum dari condemnari consueuit, idem dixit Felin. in cap. quærenti numero 2. de off. deleg. & Iacob de S. Georg. in l. si debitori numero 19. ff. de iudic. vbi numeris sequentibus limitat hoc dictum septem modis, prout limitat Iason in l. debitoribus nu. 6. vers. in glos. cum num. seq.

Scias præterea quod quando Vicarius seu officialis Episcopi improbat brachium seculare ad vtilitatem priuatam partis coram eo litigantis, debet vti literis requisitis, non autem præceptis, sub pœna excommunicationis, vt concludit Franciscus Marchus in d. 147. quæritur quando Vicarius in 1. par. quod sequitur Hieron. Giachar. in addition. ad Clarum in l. fin. quæst. 37. in fin. lib. 5. sententiar. 5

Scias insuper quod brachium seculare obtentum contra eum qui primo possidebat, potest exequi cōtra eius successorem mediatum, vel immediatum, qui lite pendente rem super qua litigabatur, emit absque nouo processu, vt ait Lancellot. in Tract. de attentis in 1. parte cap. 3. de attentat. à tertio n. 22. versiculo hinc videmus. 6

Forma implorationis Brachij secularis habetur apud Petr. Folleriū in praxi criminali cano. in verbo non comparentes nu. 68. & apud Iacob. Sbrozz. remissiue in tractatu de Vicario Episcopi q. 190. num. 2. lib. 2. & breuiorem formam seu practicam ponit Anton. Mass. Gales in tractatu de form. Cam. obligat. in titulo de processu §. dato igitur instrum. n. 55.

Finis Praxis Implorationis Brachij secularis.

PRAXIS ABSOLVTIONIS A IVRAMENTO.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à iuramento quotuplex.*
2 *Habilitatio à iuramento non tollit vires contractus.*
3 *Absolutio à iuramento quibus in casibus concedatur.*

Absolutio à iuramento quotuplex.

DECIS. CCCXXXI.

1 DVPLICEM absolutionis speciem omnes fatentur in c.2.de iureiuran. vna quæ dicitur plena, & hæc propriè absolutio nuncupatur, altera verò simplex, quam habilitationem appellant & differunt ad inuicem, nam per primam supplicans simpliciter à præstito iuramento absoluitur, & hæc prorsus tollit eneruatque vires iuramenti.

Per secundum vero absoluitur quis ad effectum agendi id est agere, & contrauenire possit in iudicio absque labe periurij, & hæc non tollit, neque debilitat vires iuris iurandi, & declarat Couarr. var. resolut. cap.4.numero 5.vers.verum vt lib.1. Corneus consil.6.col. penult. libr.1. Cabr. consil. 127. numero 33. lib. 1. hinc prouenit quod inhabilitatione semper adducitur clausula, saluo remanente contractu, qua solum aperiatur via ad agendum & excipiendum.

Et quod huiusmodi habilitatio ad effectum agendi iuramenti vires non eneruet, notauit Aym. cons.7. num. 7. Cephal.cons.51.numero 22. lib.1.Cagnol.l. 2. numero 101. C. de rescindenda vendit. Menoch. cons. 24.numero 18. lib.1. licet Riminald. Iun.cons.5.numero 148.lib. 1. dixerit post obtentam absolutionem iusiurandum remanere frigidum, & inane, quod verum si intelligas de plenaria absolutione. notat autem Berous in cons.177. numero 37. libr.1. quod quando sumus in contract.1. nullo ex iuris dispositione, sed obseruandus, tunc obtenta absolutione à superiore remaneret elisa virtus iuramenti, & contractus restat in suo statu, ac si iuramentum fuisset propositum, & consequenter nullus, quod notabile est, vide deducta per Seraphinum de priuileg. iuram. priuil.61.num.3. 2

Et quandoque vt notat Borgn.in dec.9.numer.33. vel simpliciter conceditur ad effectum agendi, vel sub conditione si læsio probata fuerit, quamuis nunquam viderim in practica sub huiusmodi conditione concedi. 3

3 Requiritur autem iusta causa ad eam concedendam, & læsio sufficit, non autem exiguari; Ias.in l.si opus. numero 7.de oper.nou. nunciat. Alex.conf.66.numero 16.& seq. lib. 6. Borgn.dec.6.num.4. Menoch. conf. 24.num.13.lib.1. Tiraquel. res inter alia acta limit.30.vers. & hoc multis Curt.Iun.conf.141. numero 16. Neuic.conf.22.num.10. Natta conf.14. numer.5.vers.decimo adduco lib. 1. Maranta in practica in 2.actu 3.part. 6.princip.num.115. Roland. consil. 99.num.21.lib.3. Ponderaréque debet iudex qualitatem eius, qui iurauit ex notatis per Mancinum de iuram.effectu 36.

Et vbi iusiurandum continet iniquitatem, vel quid turpe semper est concedenda absolutio.Socin.iunior conf.144.numero 40. lib.1. Staphil. de lit iust. §. 1. sciendum numero 13.Seraph.priuileg.59.num. 7. Natta in conf.144. numero 5. vers. decimo adduco,lib.1. Milis in suo repertor. super verb. iuramentum semper debet relaxari,Seraph. de priuileg. iuram.priuileg.59.n.7.

Provt concedenda est quandocunque sit captiosum, vel iniustum Natta d.conf.144.numer.5.in priuileg. Milis super verb. iuramentum semper debet

Pro vt quando res non permanet in eodem statu, potest dari habilitatio à iuramento,quia sic intelligi debent Doct. in c. cum contingat de iureiur. Guido pap. dec.199. num.3.

Item absolutio à iuramento datur ratione enormissimæ læsionis Capyc.decis.159.num. 25. nec obstat cap.quamuis de pact.lib.6. quia intelligitur quando læsio esset mediocris, & non enormissimi similiter respondetur ad cap.contingat de iuiuran.

Tandem à iuramento super contractu datur habilitatio,quando absolutionem petens intendit probare quod id quod promiserat in contractu soluebat ob turpem causam c. dec.95.

SVMMARIVM.

1 *Enumerat ea quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento.*

Quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento.

DECIS. CCCXXXII.

RE Espondeo quod sex clausulæ, seu conditiones apponi debent. 1
Prima Clausula, iuramentum videlicet non habere esse vinculum iniquitatis cap. quinto de iureiurando gloss.in cap. dilecti in verb. iuram.de maior.obed. c. inter cætera 22.q.4.Guidopap.loc.cit.nu.2.debet.

Secunda vbi verbo habilitari, seu relaxari non absolui, Staphil. loc.cit.Ratio est quia ille non absoluitur ab obseruatione iuramenti, sed habilitatur adhoc, vt possit agere,& excipere absq; incursione periurij, & aperitur ei via ad agendum seu excipiendum in iudicio. si enim plenario iudicio postmodum pronuncietur contractum esse validum, non obstante habilitate ad illius contractus obseruationem astringitur.Couar.loc.cit.num.6. Sot.lib. 8. q.1.art.7.& 10.addit.

Tertia debet poni à iuramento, seu iuramentis,& maxime quando quis iurauerit non venire contra contractum, quia modo sunt duo iuramenta, vt patet ex dictis. Af-

2 Est tamen animaduertendum, quod si alibi reperitur stilus contrarius, quod pars sit citanda seruari debet; secundum Gagliard. cit. tract. part.1.

3 Vlterius notandum, quod absolutio à iuramento obtenta parte non citata non valet, nisi fuerit facta mentio de pacto inito, hoc est non petere absolutionem, nec contrauenire contractui, nisi prius absolutio præcesserit circa talem pactum non petendi absolutionem: & ita decisum patet penes Afflict. in decis. 220. sub numer. 11. versic. tamen si sumo, quem citat & sequitur Paris. consil. 43 volum. 1. n. 14. & faciunt addita super eo verbo absolutio.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstito Deo, pars relaxare nequit.*
2 *Iuramentum cum est incursum periurium, non potest relaxari a parte.*
3 *Periurus repellitur ab agendo.*

An pars relaxare possit iuramentum ad eius fauorem præstitum.

DECIS. CCCXXXIV.

Breuiter dicas posse à parte remitti, quando ad eius fauorem præstitum est iusiurandum. Abb. per illum tex. in c. 2. nu. 3. de sponsalibus. Oldrad. cons. 241. in fine Roland. cons. 99. num. 26. lib. 3. Coccin. cons. 21. nu. 28. lib. 4. Ruin. cons. 212. n. 1. lib. 1.

1 Dixi præstitum ad commodum partis, quia quandoque præstatur, Deo, & tunc ab homine remitti nequit, vt declarat Abb. vbi supra numero 6.

Nec dicas omne iuramentum principaliter fieri intuitu Dei, cui iurans promittit, quoniam in his terminis inspicitur, an sit præstitum ad commodum partis, vt bene declarat Abb. ibidem in finalibus verbis, & tunc ab ea remitti valet.

Aduertendum est autem id procedere antequam pars contraueniat, & periurium incurrat, quoniam post incursum periurium, à parte remitti amplius non potest, Alex. cons. 26. num. 5. lib. 3. Ias. in l. penult. num. 2. vers. limita prædicta de iureiuran. Borgn. d. dec. 9. nu. 35. Roland. cons. 34. numero 3. lib. 1. Afflict. dec. 36. numero 2. 2

Cæterum, licet huiusmodi sententia sit communis, & receptissima, nihilominus Socin. in consil. 37. num. 28. lib. 4. asserit quod veluti pars remittere valet ad eius vtilitatem præstitum iuramentum, ita & pari ratione videtur quod periurij exceptionem scaturientem ex eo iuramento, quod præstitum est ad sui fauorem, remittere possit, cum aliis. de quibus Aymo consil. 151. numero 9.

Et sanè crediderim hanc sententiam esse iuridicam, & sequendam, cum indubitatum sit, esse in facultate partis, an velit excipere, vel non opponere de periurio.

Quod solidissima, & passim admissa conclusione probatur, periurus enim ab agendo repellitur Pedemont. decis. 142. numer. 13. Roland. consil. 26. num. 28. lib. 3. cum aliis triuialibus. Sed hoc ita ponente auditur, & processus valet, vt per Lap. alleg. 25. numero 3. versic. ad 4. canonizata per Rotam in lib. diuers. decis. 22. incip. die 2. Aprilis in fine in manuscript. 3

Et quamuis Doctores ita generaliter tradant iuramentum posse à parte remitti, Alciat. tamen in l. 2.

Digitized by Google

1.§.ead.num.24. versic. item facit de verb.oblig. intelligendum fore existimet, vbi Iudex etiam ipse consentiat,ibi vide.

Quinimo,& non tantum pars. valet remittere iuramentum, sed ad illud remittendum etiam in vita per capturam personæ compelli potest, vt habes infra quæstio.11.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à Iuramento impartienda est ab Episcopo iurantis.*

2 *Fertur stilus curiæ Archiepiscopalis Neapoli.*

Absolutio à iuramento coram quo Iudice sit petenda.

DECIS. CCCXXXV.

1 RESpondetur, quod si actor vel reus sint eiusdem Ciuitatis, res nullam habet difficultatem, quoniam ab ordinario erit impetranda.

Dubium tamen est, quid si sint diuersi fori, vt puta Neapolitanus cum Mediolanense, & factum est instrumentum Mediolani, in quo Neapolitanus qui se ad certæ summæ solutionem adstrinxit, enormiterque se læsum contendit, prætendit rescindere contractum obtenta absolutione à iuramento. Quæritur an Archiepiscopus Mediolanensis eam concedere possit,& Fel. in cap. 1.numer.31.de iureiuran.discutit huiusmodi quæstionem, refertque discordantes Calder. & Cardinal. opiniones,& tandem concludit in casu quo necessaria non sit citatio partis vt procedat opinio Cardinalis, quod possit Archiepiscopus absoluere Borgn.dec.9.nu.30. Contar. in l.diffamari,in quæst.numero 6.C.de ingen.& manumiss.

Licet nonnulli indistinctè teneant absolutionem à iuramento ab Episcopo iurantis siue originis,siue domicilij fuerit præstari posse Calder.consil.1. de off. ordin. & in cons.6.de iureiuran. Lapus alleg.10. Aret.cons.142.Couar.lib.1. var. resolut.c.4.nu.5. Capyc.dec. 18. Gagliar. de absol.à iur.§.4.nu.55. 2

In Curia tamen Archiepiscopali Neap. ex antiquissimo stilo absoluantur omnes exteri à Iuramentis præstitis etiam extra Regnum, cuius obseruantiæ ratio est, quia actus absolutionis est pœnitentialis secundum Anton.de Butr. in cap. debitores nu.7.de iureiur. & vbique locus est pœnitentiæ; cùm anima non circumscribatur loco,vt notatur in ca. omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remiss.Calder. cons.6. de iureiur. Anna alleg.83. 3

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nil est innouandum.*

2 *Sed quid in sententiis secum trahentibus executionem.*

3 *Vbi agitur de ligamine animæ,appellatio non suspendit sententiam.*

An pendente appellatione à decreto habitationis à iuramento impediatur in causa procedere.

DECIS. CCCXXXVI.

SVpponatur, quod per decretum Curiæ Archiep. Neapol. fuisset quidam habilitatus à iuramento. quod præstiterat in contractu inito cum aliquo, à quo decreto habilitationis cum fuisset appellatum, dubitabatur an prædicta appellatione

tione pendente posita in Curia seculari procedi in causa rescissionis petitæ dicti contractus.

1 Dubium faciebat, primò quia appellatione pendente nil est innouandum, toto titulo nil nouare appellatione pendente, quare si procederetur in causa præfata, in dubium esset, quod appellatione prædicta pendente innouaretur, igitur procedi non potest.

Secundo, nam appellatio extinguit sententiam l.1. in fine ff. ad Turpilia. latè Ias. in l.1. col.4. nu.9. ff. de re iudicata Padilla in l. si causa cognita in primo notabili ff. C. de transactio. de Franch. decisio. 370. Verallus decisi. 34. vnde textus in capit. pastoralis §. verum de appellationibus ait, quod tantum sententia dormit. igitur virtute decreti prædict. aliud fieri non potest & proinde in causa procedi.

Cæterum præfatis minimè obstãtibus cõtrarium fuit dictum auctoritate deç. de Franchis 602. vbi refert ita iudicasse 5. Neapolit. consilium & ad argumentum de suspensione sententię per appellationem respondetur dupliciter.

2 Primo, quod non procedat in sententiis, quæ secum trahunt executionem, vt notatur in c. pastoralis §. fin. Afflict. in proœmio constitutionum quæst.10. columna fin. versic. quia respondetur, Gam. decis. Lusitaniæ 133. Vitalin. in clementina, prima col. fin. de sententia & re iudicata, Innocen. in cap. ab excommunicato col.2. de rescriptis.

Secundo respondetur, quod vbi tractatur de ligamine animæ prout in casu nostro, tunc nunquam appellatio suspendit seu extinguit iudicatum secundum Angelum, in l. tale pactum §. qui prouocauit col.7. ff. de pactis Fel. in rubrica de appellationibus col.3. vers. limita ista post Bartolum in l. furti §.1. colu.2. vers. circa primum ff. de his qui notantur infamia.

Non obstat secundo, quod si procederetur pendente appellatione dicitur innouare, quia stante conclusione, quod in spiritualibus appellatio non suspendit, poterit ad vlteriora procedi: hinc est, quod lata sententia per Iudicem ecclesiasticum super validitate Matrimonij licet ab ea sit appellatũ, iudex secularis prouidere potest mulieri super præstatione alimentorum pendente appellatione, Corduba in l. si quis à liberis §. si vel parem num. 47. ff. de liberis agnoscendis, Pontanus de alimentis c.19. n.5. Barbosa. in l.1. in 1. par. nu. 80. ff. soluto matrimonio, & iuxta hanc opinionem iudicasse Sacr. Consilium scribit Afflict. dec.152.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatio à iuramento an impediat liquidationem instrumenti.*

Habilitatio iuramenti in contractu in quo est renuntiatum exceptioni præuentionis an tollat quin instrumentum possit via ritus liquidari.

DECIS. CCCXXXVII.

IN hac quæst. respõdetur negatiuè ex decis. de Franchis 670. vbi dicit 1
hanc habilitationem operari tantummodo quod non obstante iuramento potuisset reus comparere in iudicio, & peruenire, non autem, vt ex hoc tollantur vires renũtiationis præuentioni prædictæ, quin suum effectum interim operaretur, & propterea posse procedi ob liquidationem instrumenti, ex late deductis 4.

Digitized by Google

Felin.in ca.1.in 5.quæst. de iureiuran. & per Butr.in c. ad nostram il.2.eod. tit.Couar.lib.1.variar.resolu.c.4. nu. 16.Gomes.variar.resolut.14. versicul. item quæro, Guttierez in auth. Sacramenta puberum num.20.vers. ex quibus infero c.si aduersus vendit.

Item facit pro eadem opinione doctrina Carauitæ in titulo 168. numer.95.qui tenet, quod data denunciatione præuentionis cum iuramento non impediri exequutionem virtute ritus,etiam quod de iuramẽto super dicta renunciatione præstita præcesserit habilitatio, ad finem agendi, vt voluit etiam Gagliard. in tract.de absolut.iuram. §. 3. nu.37.& Thesau. dec.165. quod procedit tam de instrumentis,quam de obligationibus penes acta paratam exequutionem habentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

2 *Iuramenti absolutio conceditur stante læsione.*

Iuranti omnia, & singula instrumenta contenta esse vera, & in nullo contrauenire, an sit danda absolutio.

DECIS. CCCXXXVIII.

SVpponatur in facto, quod quidam promiserit alicui centum ex instrumento facto, & iurauerit cuncta, velle in eo contenta esse vera, & ea obseruare,atq; facere, deinde aliqua non vera iudicans, seq; grauiter offensum,cupit ab eo iuramento absolui, vt agere possit ad cõtractus rescissionem, dubitatur an absolutio sit ei facienda, & Roland. consilio 47.num.31.& sequ.lib.4.ait, non esse cõcedenda,& hanc esse communem Doctorum sententiam ait Borgn. in dec.sæpe citat.9. nu. 26. sequitur Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 59. nu.7.& nouissimè Dec.in cons. 56. n. 90.lib.4.

Et tanta quidem est authoritas tot,tantorúmq; Patrum,qui in hanc 1 sententiam venerunt, vt me deterreat contrariam opinionem sequi, tamen salua illorum reuerentia puto oppositam veriorem, vbi iurans sit turpiter læsus, cum solidissima sit conclusio, quod huiusmodi iuramẽtum non tollit hanc grauem offensionem, cum vinculum iniquitatis esse non debeat, vt latissimè per Pedamontanum dec. 41.num.1. & sequ. & Rimin.Iunior.in cons.5. nu.119. & seq.lib.1.

Et stante enormi læsione, quod 2 concedẽda sit absolutio à iuramento docet Bald.in l.fin.nu.3.C.de non nu.pecun.vide Borgnin. dec.9. n.42. Viui.opinio.532.Bero.in cons.39. nu. 13.libro 2.

Nec facit ponderatio plurium iuramentorum de qua Roland.d.consil.5. prope finem, quoniam etiam si quam plura iuramenta concurrant, de omnibus est petenda absolutio & est concedenda,vt proxime deducetur in quæst.4.

His alludit Riminald.Iun. cons.5. numero 144. libro 1. volens vbi quis medio iuramento renunciauit omni iuris, & legum auxilio non ob id prohibere quin petere possit absolutionem à iuramento, & agere ad contractus rescissionem ex authoritate Cornei, Alex. & aliorum, quos citat & sequitur Soccin. Iun. consil. 144.numero 42.libro 1. Paris. consil. 12.num.87.lib.2.Roland. cons.7. nu. 52.lib.3. Viuius opinio.129.num. 2. &

opin.532. Riminald. Iun.con.5.num. 149.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex incõpetens in causa principali non est incompetens in causa incidenti.*
2 *Articulus Spiritualis incidens coram iudice laico remittendus vt Iudici Ecclesiastico.*
3 *Conditio super veritate iuramenti est remittenda Iudici Ecclesiastico.*

Cognitio nullitatis absolutionis à iuramẽto an sit remittenda ad iudicem Ecclesiasticum.

DECIS. CCCXXXIX.

SVpponatur in facto, quod quidam obtinuisset ab Episcopo absolutionem à iuramento ad effectum agendi, mouitque litem coram iudice laico contra quẽdam pro rescissione contractus secum celebrati, asserens se enormiter læsum, excipit conuentus absolutionem esse nullam, & subreptitiè obtentam replicat actor, iudicem secularem non habere iurisdictionem neque cognitionẽ super huiusmodi exceptione. Quare fuit dubitatum, quid iuris, & dubium faciebat mihi pro opinione, quod causa non esset remittenda text. in l. quoties C. de iud. vbi iudex incompetens in causa principali non dicitur incompetens in incidenti.

1 Cæterum hoc non obstante contrarium dixi, & consequenter causam esse omnino remittendam ad iudicem ecclesiasticum, & mouebar præsertim primo per conclusionem iuris fundatissimam, quod quando in causa ciuili, quæ pendet coram iudice seculari emergit articulus aliquis, qui est mere ecclesiasticus licet incidens sit non cognoscit de eo sed illum remittit ad iudicem ecclesiasticum, & interim supersedere debet super expeditione causæ, ita Gamma in decis. 194. num. 162. & in dec. 207. numero 5. de Franch. decis. 522. & in decis. 502. vnde Bolognet. in l. 2. numero 44. ff. de iurisd. omn. iudic. voluit, quod causæ incidentes spirituales remitti debent ad Curiam ecclesiasticam decidendę puta causa matrimonij, & similium, & cum in quadam causa ageretur de successione cuiusdam de Religione Hierosolymitana, & dubitatur an esset absolutus à religione fuit remissa causa ad iudicem ecclesiasticum. 2

Hinc est, quod punctus validitatis ordinis incidens in captura clerici, est remittendus ad iudicem ecclesiasticum, & consignanda persona clerici, & eidem Curiæ restituenda, declaratione facta super inualiditate ordinis, ita de Franch. dec. 89. Ioann. Gram. de Bell. exul. in prædicamento, Pati, quæst. 3. special. 97. Tapia in ritu 235. numero 6. & numero 8. qui concludit Sacrum Concilium semper remittere puntum sapientem spiritualitatem ad iudicem ecclesiasticum, & demum refert fuisse per iudicem appellationis circa incapacitatem beneficij in fauorem clerici decisum, ad quod vide etiam Malcard. de probat. conclus. 302. numer. 20. Caual. decis. 10. numero 20. & in dec. 21. num. 22.

Amplia suprapositam conclusionem, vt iudex secularis in remissione huius articuli non possit præcipere, quod infra certum tẽpus causa expediatur per Iudicem Ecclesiasticum, quia hoc casu iudex secularis se intromitteret in spectantibus

Digitized by Google

ad iurisdictionem ecclesiasticam, ita Bart. in l. præses colum. fin. C. de appell. idem Bart. col. 2. Immol. col fin. Alexand. co. 2. versic. in gloss. 1. Iason col. 4. vers. ex hoc infero in l. 2. ff. de iurisd. omn. Iud. Innoc. in cap. tuam de ordine cognit. Dec. ex insinuatione de procurat. Aufrer. in clement. 1. reg. 5. fall. fin. de off. ord.

3 Secundo pro hac eadem opinione mouebat, quoniam cognitio super validitate iuramenti non spectat ad iudicem secularem secundum Curtium seniorem in consil. 65. numero 66. Purpurat. consil. 367. nume. 8. & sequenti volum. 1. Vrsil. decisio. 220. numero 9. Borgnin. deci. 9. num. 45.

Tum quoniam nouissimis temporibus iuxta hanc opinionem iudicauit Sacrum Concilium vt testatur Ioan. Angelus Pisanell. in addit. ad Afflict. in decis. 220. & voluit etiam ante eum Marsil. sing. 367.

Ex quibus omnibus apparet deceptum fuisse Afflictum, qui in decis. 220. numero 8. & 9. asseruit, quod vbi ecclesiasticus parte vocata, & causa cognita processit ad absolutionem tunc iudicem secularem non posse de illius validitate cognoscere, at secus si esset concessa absolutio parte inaudita, nam huic distinct. arridet Roman. consilio 299. numero 2. & seq. Soccin. consil. 83. numero 16. vol. 4. & Hippolytus sing. 363.

SVMMARIVM.

1 *Contractus non firmatur iuramento existente enormi læsione.*

2 *Sed quid si fuit præstitum à maiore.*

Absolutio à iuramento an sit necessaria vbi extat enormis læsio.

DECIS. CCCXL.

FVit à me quæsitum an stante enormissima læsione non obtenta absolutione contrauenire non liceat, & esse non necessariam, voluit magna caterua illustrium Doctorum, mota, quod vbi adest enormis læsio iuramentum non ligat. Hinc inferunt posse contrauenire nulla petita absolutione Dec. in consil. 180. numer. 6. & seq. Gabriel. conclus. 3. num. 38. de arbitr. Maran. in practica in 2. actu 3. part. 6. par. princ. num. 115. Corn. consil. 189. colu. pen. versic. sed d. Auth. & consil. 166. colu. 2. Ratione ergo, & vers. cum itaque libro 1. Barbat. consilio 53. num. 21. in fine libro 2. Grammat. consil. ciu. 128. nu. 11. vbi de communi Roland. cons. 7. num. 53. li. 3. Angel. consil. 218. in fine Cephal. consil. 499. num. 35. & seq. libro 4. Alexan. cons. 125. numer. 1. versic. fortius etiam libro 1. Cagnol. in l. 2. num. 92. vers. quando tamen C. de rescin. vendit. Alexander cons. num. 54. late Neuizan. consil. 21. nu. 5. & 6. Pedemont. dec. 41. Socc. iun. consi. 3. nu. 41. lib. 2. Gram. dec. 76. nu. 21. Gozad. cons. 72. n. 6. Socc. iun. de magis communi in cons. 3 nu. 42. & 45. li. 2. Simoncell. qui permultos congerit, & testatur de magis communi in suo tractatu de Decret. lib. 3. tit. 8. nume. 231. Adde Rimin. Iunior. in consil. 5. num. 20. li. 1.

Cuius conclusionis Ratio est quoniam contractus non firmatur iuramento, quando est enormis læsio, ita Afflict. decis. 322. numer. 9. & seq. Capic. decis. 158. numero 25. Gram. dec. 101. numer. 53. Pedemont. decisi. 41. col. 1. & seq. Cassad. decisio. vnica de empt. & vendit. Gomes. decis. 96. lib. 1. in manuscriptis, Perus. decis. 18. numer. 66. Non. cons. 57. nu. 20. Pur- 1

purat.

purat.consil.21.lib.1.Corneus consil. 258.littera N.column. 3. vers.vbi autem iurans lib.4.Cæphal.consi.466. numer. 45.& 494.num.lib. 5. Decius consil.180.num.6.& consil.551. num. 5.Roland.consil.7.nume. 43.& sequ. lib.3.

Nec obstat, quod in decis.Pedemont.41.num.8.&seq.fuerit tentum
2 contrarium,quoniam plura ibi concurrebant, & quod iuramentum erat præstitum à maiore ex certa scientia, & quod expressè renunciauerat enormi læsioni, etiam vltra dimidiam iusti pretij exceptioni doli,& omni legatum auxilio, & quod plus refert, non erat probata enormis læsio, vt dicitur numer. 11. in vers. Attamen in casu. Quibus concurrentibus dec. satis innititur iuri, quam pariter opinionem sequutus fuit iterum Senatus, testatur Thes. decis.165.

Quamuis tutius sit, vt imprimis illa impetretur, & ita Bald. in l.fin. numer. 3. C. de non numer. pecun. Borgn.decis.9.num.42. Viuius opin. 132. Bero consil. 37.numer.13.libro 2. quemadmodum à simili iurans per metum, licet contractus sit nullus, melius est, vt petat absolutionem, Crot.in consil.17.numer.4.libr.1.vbi arbitratur esse necessariam asserens ita communiter tenere canonistas Natta consil. 144. num. 4. lib. 1. Aymon.cons.191.num.7. asserens etiam ex contractu nullo periurium incurri, si contraueniatur ex iuribus ab eo citatis & firmat Afflict. decis. 122. num 6. Milis super verb. iuramentum licet sit dolo declarant Iacobin. videndus in l. si quis maior num.65. C. de transact. Neuia. consil.21.num.13. Gramm. consi. ciu.97. num.6.Angel.in l. si quis pro eo nu. 8.de fideiussoribus, Couarr.in epitom. de spons. cap.3.part.2.§.3.nu.2. Capra Reg.87.numero 120.Aym. de antiqu. tempor.§. videamus modo num.14.

SVMMARIVM.

1 *In obligatione in forma Cameræ, an sit concedenda absolutio à Iuramento.*

An in obligationibus in forma Cameræ concedatur absolutio à iuramento.

DECIS. CCCXLI.

SVpposito quod ab omnibus iuramentis, in quibus læsio aut iniquitas prætenditur absolutio concedi soleat,quæro quæ sit causa,quod vbi partes se obligauerint in forma Cameræ,medio iuramento non soleat à tali iureiurando absolutio cõcedi,vt potest Staphil.&alios annotauit, Couarr.lib.1.var.resolut.c. 4.nu.6.vers.3.aduertendum,& Cassad.decis.vnica de mutuis probationibus.

Verum præfatum dictum, Starelatum in Couarr. vbi supra intelligendum fore quod non detur ab- 1
solutio ad effectum impediendæ executionis, vt bene declarat Galles de Cameræ obligat. in 2.par.tractat. & 6.forma quæstio 2. quoniam esset tollere & impedire commercia, si statim obtenta absolutione talium obligationum, executio retardaretur, & propterea Auditor Cameræ speciales habet facultates procedendi ad talium obligationum executionem, absolutionibus à iuramento non obstantibus, vt refert Galles ibid. & habes per Mohed. decis.29. in fine, quæ incipit, Ioannes Melendec.Thomæ decis.32. cuius initium est, Romana obligatio-

Digitized by Google

nis, & rursus in dec.45.incipien.Romana obligationis,&iterum dec.66.

SVMMARIVM.

1 *Periuro non est concedenda absolutio à Iuramento.*

Absolutio à Iuramento, an sit concedenda periuro?

DECIS. CCCXLII.

SVpponatur in facto, quod quidam pro obseruantia contractus interposuerit iuramentum, quare cum egisset, & consequenter contrauenisset iuramento ante absolutionem obtentam, fuit dubitatum, an stante periurio iam incurso absolutio sit concedenda, & antequam ad huius quæstionis dilucidationem veniamus, necesse erit inprimis supponere, quod præfatus contraueniens debet non tantum absolutionem à iuramento petere, verumetiam narrare periurium iam incursum, vt ab eo quoque absoluatur ita Afflict.in decis.220.numer. 17.Vrsill.dec.8.n.3.Iaffred.dec.17.Alban.consil.39.Merenda cons.22.

Et redeundo vnde progressi sumus, dico quod stante periurio iam incurso absolutio non est concedéda, vt consuluerunt Alex. cons. 66. num.21.Fel.cap.1.numer. 28.de iureiurando Cagnol.l.si quis maior. numer.153.C. de transact. Roland consil.34. numer. 2. vbi de communi lib. primo in manuscriptis. Alex. consil.17. numer.4.libr.3.Borgn.decis.9.numer.35. Corn.consil.6.colu. penult.versicul.in casu autem libr.1. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. vlt.nu.9.

Quæ opinio communior, ab omnibus est recepta, vt testatur Fel.c.1. num.28. de iureiurand. vbi limitat quando iurans incurso in periurio ob motam litem non perseuerat in peccato, sed recurrit ad superiorem narratóque iuramento, & eius contrauentione, petit tam à iuramento, ad effectum agendi, quàm ab ipso iam incurso periurio absolui, quoniam tunc est absolutio indulgenda, prout passim vidisse concedi in signatura gratię, testatur Mancin. de Iuramento par.7. quæstio.6. pro vt vidisse pariter, nec vnquam denegatum testatur Cagnol. in l.si quis maiori numer. 154. C.de transact.

Facit etiam, quod refert idem Mancin. loc.cit. quod cum commissa fuisset de anno 1593. quædam causa Tudertina discessionis Illustriss. D. Card. Blanchetti tunc Rotæ Auditori, & pro parte Tarquinij Sanctę Crucis fuisset oppositum de periurio stante quod causa fuisset commissa non obstante absolutione à Iuramento fuit recursum ad signaturam, qua proponente coram Clemente VIII.fuit concessa absolutio non obstante periurio iam incurso.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Concubinarius non est cogendus, ad abiurandam concubinam.*
2 *Iuramentum non debet deferri ei quē verisimile vt deierare.*

An clericus concubinarius possit cogi ad abiurandam concubinam.

DECIS. CCCXLIII.

FVit decisum in Curia Archiep. Neapol. non potuisse clericum con-

concubinarium cogi ad abiurandam concubinam, quæ decisio fulcitur iure, & ratione.

1 Iure enim probatur per tex. expressum in capit. clericos de cohabitatione clericorum, vbi non debet Prælatus clericum cogere ad concubinam abiurandam, sed eam nolentem dimittere, potest excommunicare; quem text. ad hoc pro singulari commendat Bald. consil. 123. vol. 1. Cach. consil. 53. num. 5. & seq. Scrader. consil. 90. numero 3. Henriqu. cons. 60.

Ratione enim probatur primo, quia non debet compelli ad abiurandam concubinam, hoc est, ad renunciandum cum iuramento de non redeundo, quia de facili posset sequi periurium, cum durum sit assueta relinquere capit. quorundam 34. distinct. & cap. fin. 28. quæstio. 6. & iuramentum non est deferendum il-
2 li, contra quem vehementer præsumitur de transgressione capit. ex tuarum, vbi Panorm. & reliqui qui clerici vel vouentes Felin. in c. querelam numero 7. de iureiurando, Rubeus consil. 90. numero 3. & facit tex. in capitul. ita ergo 27. quæstion. 1. vbi non est iniungendum alicui per iuramentum quod verisimile est, quod non debeat illud obseruare; quare deferens iuramentum præfatis personis peccat, quia est causa interitus animæ illorum. cap. illic. & ibi gloss. 22. quæst. 5. Rubeus consi. 23. Azeued. cons. 80. Guttierez cõs. 29. vnde speculator in tit. de Iuramento calumniæ in principio voluit quod in iuramento calumniæ debet omitti clausula illa de non petendis dilationibus frustratoriis: quoniam rarò contingeret quod litigantes non essent periuri. sequitur Abb. in capit. 1. col. 4. de Iuram. calum. Felin. in cap. 1. in princip. de offic. ordin. in consilio 23. num. 4.

Et quod iuramentum non debet deferri ei quem verisimile est deierare tradit optimè Bald. per illum tex. in l. ambiguitate C. de indict. viduit. tollenda. & Bald. in cons. 23. colum. 1. Ioannes Andr. in capit. relatum ne clerici, vel monachi Seraphin. de Iuramen. 9. 35. & facit text. in capitul. ex tenore de sent. excommun. hinc Panorm. in citato cap. clericos, in principio dicit pulchrum verbum contra eos, qui in Iudicio dicunt, iuret aduersarius, & bibat sibi hoc iuramentum, quare quod tunc præsumatur de transgress. & ob hanc causam iuuenibus non iniungitur solemnis pœnitentia cap. pœnitentes. 50. distinct. & gloss. in cit. capit. clericos.

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur mota cum fuerit contestata.*

2 *Per solam libelli oblationem incidit quis in periurium.*

3 *Intellige cum ampliationibus & limitationibus.*

An quis dicatur periurus ad effectum denegandi absolutionem iuramento per solam libelli oblationem.

DECIS. CCCXLIV.

SVpponatur in facto quod quidam pro obseruantia contractus iurauit omnia, & singula esse vera, & 1
in nullo contrauenire; quare cùm porrexisset libellum, siue rescriptum Iudici antequam absolutionem à præfato Iuramento petiisset; fuit dubitatum an per so-

Digitized by Google

lam oblationem libelli fuerit effectus periurus taliter quod non sit ei concedenda absolutio à iuramento; & dubium faciebat pro opinione negatiua tex. in c. ex parte el primo de verb.signif.vbi probatur quod lis tunc dicitur mota cum fuerit contestata; vnde cum contestatio non efficiatur per solam libelli oblationem l.1.c.de litis contestat c.1.eod. tit. igitur non potest dici quis incidisse in periurium.

2 Cęterum hoc non obstante contrarium fuit dictum moti ex auctoritate Pauli de Castro in l. si quis maior. col.4. & ibi Iason num.17. & Iacob.in num.13. eod. de transact. ad idem Alex.in consi.34. viso themate colu.2. vers. 3. principaliter volum.1. post Baldum in auth.habita capit.ne fil.pro patre,& in citat. l. si quis maior.C.de transact.idem Alex. in consil.52.vol.2.Ruin.cons.181. volu.1. Felin.in capit.ex tenore numer.1.de rescript.Anna alleg.83.post num. 6.Verall.decisi.233.par. 1. & latissime Doctor.in l.tutius §. tres hæredes. ff. ad Trebell.

3 Cuius conclusionis Ratio est, quia contrauenire dicitur, qui Iudicem adit,& controuersiam facit,cit. d. l. tutius. §. tres hæredes in verb. mouerit ff. ad Trebell.Cach. consil. 6.numer.4.& sequent.Alciat. consil. 41. Quod procedit etiam per solam citationem l.libertus ff. de in ius vocand. vel per oppositionem exceptionum secundum Bald.in l. fin. §. in computatione col.vlt. ver. de illo non est dubitandum C. de iure delib.Alban.consil.30. numer. 4. Ruin. cons.181.colu.2.in fin.vers.videndum est ergo col.1.

Suprapsita tamen conclusio limitatur dupliciter.

Et primo,vt non procedat,quando quis libello porrecto non fuerit vsus l.libertas l. 2.ff. de in ius vocando, vnde non sufficit, vt sit datus libellus ad effectum incidendi in periurium, nisi pars aduersa fuerit legitimè citata, vt notatur communiter in auth.qui semel C.quomodo & quando Iudex Iaso.in cit.l. si quis maior.post numer.17. & in consi.90. numer.1.Menoch.cons.522. vol.4. & propterea dixit Anna in alleg. 83. quod incidit quis in periurium maximè qando post oblationem supplicationis expediri fecit citationem contra supplicata, & prosequutus est,donec fuit sibi oppositum de exceptione periurij.

Hinc est,quod per solam impetrationem rescripti non inciditur in pœnas legis, si quis maior C. de trāsact.nisi vtatur ipso rescripto. Alex.in cons.34.vol.1. & Cardinalis in consi. 24.col.3.voluit,quod ille,qui prohibetur impetrare Iudicem sub pœna, si impetrat non per hoc punitur,nisi vtatur rescripto cōueniendo Reum alleg.tex.in cap.cæterum §.verum in verb. aduers. suum de rescript. hinc gloss.in clement.in verb.vexare eod. tit.tenuit,quod qui promittit, & iurauit venire contra transactionem, non incidit in pœnam impetrando rescriptum, & ad idem facit, quod voluit Io.And.in c.ex conquæstione de restitut.spol. quam sequitur Bald. in l. postquam liti ad finem, & in l. 1. Cod. vt lite pendente, quod personæ impetratione rescripta non est acquisitum aliquod ius aduersarium,nec cogitur vti rescripto si non velit.

Limita secundo principaliter, quando quis per ignauiam ignorans iuramentum ab eo præstitũ, & consequenter absque dolo porrexisset libellum, quia tunc non incidit in periurium, & erit concedenda absolutio secundum Artamanum in cons.

conſ.30.cuius ratio, quoniam requiritur, quoque doloſe, & malo animo fuit controuentum, non autem factum bona fide, vt quis incidat in pœnam. Baldus in l.1.nu.27.C.de his, quæ pœn.nomine Dec.conſ.581. nu. 10.& ſeq.ſicut etiam in pœna contrauentionis inducta à Iure requiritur dolus, vt ex quacunque cauſa licet minima, & beſtiali non poſſit excuſari, Bald.in l.obſeruare §. proficiſci ff. de off.proconſ.Alex.& alij, cum quibus pertranſit Curt. in l. ſi quis maior col.4.de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatio à Iuramento exigit aliam abſolutionem.*
2 *Actus abſolutionis non debet operari vltra Intentionem abſoluentis.*

An habilitatus à iuramento ad effectum agendi intelligatur etiam abſolutus ad effectum reſcindendi contractum.

DECIS. CCCXLV.

SVpponatur in facto, quia quidã fuit habilitatus à Iuramento appoſito in contractu ad effectum agendi, quare fuit dubitatum an ſi conſtare fecit de iuribus ſuis, ſi exigatur alia abſolutio, vt poſſit poſtea venire contra contractum, dubium faciebat mihi pro opinione negatiua Doctrina Paul. de Caſtro in cõſ. 139.colum.3. vbi ſingulariter voluit quod per dictam relaxationem Iuramenti, ad effectum agendi licet à principio talis abſolutio non ſit plena, tamen poſtea ex probationibus factis, vocata parte repletur. Nec eſt neceſſe iterum abſolutionem petere, & ſufficere debet prima: Faciebat, ſecundo, quia ſi per relaxationem Iuramenti fuit ſibi data licentia, vt agat, videtur etiam data, vt peragat, parte tamen vocata in peragendo l.qui procuratorem dat ff.de procurat.l.ſi quis inſtituatur ff.de hæredibus inſtit.

Cæterum præfatis minimè obſtantibus contrarium fuit deciſum vt neceſſe ſit iterum abſolutionem petere, & quod non ſufficiat prima abſolutio, ita Felin.in c.1.col. pen. de iureiuran.& in c.debitores in 3. & 4. q.eod.tit.Bald.dec. 23.Beninten.dec. 14.vbi reddit duplicem rationem. 1

Prima, quia actus limitatus parit effectum limitatum l. in agris ff. de agr.rer.domin.

Secunda ratio; quia actus abſolutionis non debet operari vltra intentionem abſoluendi l. non omnis ff.ſi cert.pet. nam relaxato vno iuramento petitur abſolutio alterius iuramenti, & perſona prius eſt habilitanda, quæſtio cumulanda, ideo in iſto caſu præfatus remaneat abſolutus ſolum ab iſto capite 5. in quo iuramentum obſtabat, igitur in alio ligatus remanere videtur.

His addo tertiam rationem, quia habilitatio ad effectum agendi non operatur circa reſciſſionem contractus, ſed dolum, vt valeat is de ſuis iuribus experiri, non obſtante iuramẽto, ſecundum Caſtrenſ. in conſ. 259. vol.1. Aymon.in conſ.7.nu.6. Grammat.conſi.88.in ciuilibus, Afflictum in deciſ.220.5. dubio, & Vrſilium deciſ.31.

Vnde non obſtat tex.in c. veniens il ſecondo de teſtibus, quia loquitur in probatione ad effectum agendi Summariæ facta, quia tunc bene requiritur plenior ad finem obtinendi.

Tamen quicquid ſit, fuit deciſum

Digitized by Google

in Sacr.Consilio absolutionem à iuramento obtentam suffragari, ita, & taliter, quia non sit necesse alia absolutione ad obtinendum, vt dicit Afflict.in decis.322. num.12. Bilotta de absolut.iuram.li.1.c.8.num.3.

Notabilia quædam in materia absolutionis à Iuramento.

1 SOlus Papa concedere potest absolutionem, quando est dubium Alex.consil.66.num.16.lib.6.Viu. opin.2.num.1.Neuiz. consil. 23. num. 31.Borgn.decis.9.num. 25. in fine. Seraphin.de priuil.iuram.priuil.60.nu. 10.vers.3.& notandum.

2 Iudex laicus potest compellere partem ad relaxandum iuramentum si est iniquum Couar. post plures ab eo relatos in c.4.var.resol.nu. 5.verum, vt res ista lib. 1. affirmat compellere posse, quod placuit etiam & boni præsides faciunt iniqua iuramenta relaxari per capturam personæ, vt notabiliter dicit Bald. quem refert, & sequitur Aymo.cons. 192.num.2.Roland.consi.-. num.10. li.3.cum congestis per Neuiz. consil. 21.num.25.Felin.in cap.1.num.22. de iureiurando.

3 Absolutio potest peti tempore feriarum; quoniam cum in eius concessione summariè procedatur feriæ non prębent obstaculum, vt post Calder & alios ab eo citatos, adnotauit Fel.in c.1.nu.32.de iureiur.

Absolutio non est necessaria hæredi iuranti, Gabr. de iure dot. conclus. .nu.18.Pedem decis. 142. num. 5. vers.3. quando Menoch. consil. 24. num.2.li.1.Ratio manifesta est, quoniam quoad reatum periurij iuramentum est personale, Paris. consil. 57.num.23.lib.3. adde Cagnol. in l. si quis maior nu. 206.C. de transact.

Non est necessaria absolutio in iuramento erroneo, Menoch. in consil.24.nu.7.li.1.

Absolutio concessa ex falsa causa tenet, extat dec.Rotæ 7. de sentent. excom.in nouis, Caputaq.1.part.1. in impressis. quæ habentur in manuscriptis decis.9. incipiens Absolutus ex falsa causa li.1. quod ex falsa causa absolutus semper remanet absolutus, & absolutio tenet proinde quæstio non eget vlteriori discussione.

Non est necessaria absolutio si præstitum est iuramentum in casibus, quibus de iure non ligat. Cardinal.in cons.35.nu.1 in fine vers. ad secundum facil.

Necesse est petere absolutionem si iuramentum est temerariu m remissiue, Anchar.in c. cum quidam nu.5.& 6.de iureiurando.

Moroso non implenti non est cõcedenda absolutio, Gabriel de solut.concl.9.& conclus. 1. de transact. Decian.consil.10.num.5. & pluribus seq.li.1.cum aliis triuialibus.

Absolutio à iuramento non potest concedi sine mandato Felin. in c.1.de iureiurand. Miles in repertor. in verbo ratificatio.

Absolutio à iuramento non est concedenda quando tempus imminet, vt periurium incurratur secundum Neuiz. consil. 23. & Afflictum decis. 31. qui refert Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam non esse solitam concedere absolutionem à iuramento nisi, supersint viginti dies termini solutionis, quæ obseruantia hodie cessat, cum per eandem curiam concedatur, etiam si vnus dies termini superesset.

Finis Praxis Absolutionis à Iuramento.

PRAXIS.

POENARVM.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles decapitantur, ignobiles suspenduntur.*

2 *Popularis Honestus non impediatur.*

An clericus popularis ex diuitibus & honestioribus parentibus ortus sit pœna ignobilium puniendus.

DECIS. CCCLXVI.

1 FVIT dubitatum in Curia Archiepiscopali Neapolit. quanam pœna Clericus esset puniendus pro homicidio ab eo patrato, qui clericus, & si non sit nobilis, ex honestis tamen atque diuitibus parentibus natus erit, dicebat vnus ex Dominis, quod erat ei pœna ignobilium infligenda ad tex. in l. motis §. sed enim sciendum vers. furcæ subiici ff. de pœnis ad idem in l. capitalium §. non omnes ff. eod. tit. gloss. in l. desertorem §. pœna versicul. torquetur ff. de re militari, Bald. in c. cum quid num. 3. de iureiuran. & alii innumeri quos recenset Duendas in reg. 190. in 6. ampliat cum addictis per Clarum in quæst. 60. vers. prodest etiam.

Hinc est quod in hoc regno nobiles decapitantur, ignobiles verò furcis suspenduntur licet in Francia alias obseruetur, vt tradit Bart. in d. l. desertorem §. pœna Bald. in rubr. extra de offic. deleg. col. penult. nu. 17. vers. contra notorium, & in l. omnes, vbi etiam Ioannes de Plat. numer. 1. C. de decur. lib. 10. & multorum Auctorum testimonio egregiè comprobat Tiraqu. de nobilit. c. 20. numer. 110. & sequ. & probat etiam Marsil. in tractatu de Bannitis versicul. nobilissima numer. 19. & in hac Ciuitate Neapol. sunt diuersi Carceres, in quibus nobiles detinentur ab iis in quibus detinentur ignobiles: item quando committuntur delicta intus carceres pro prima vice nobiles includuntur in quodam loco dicto la gaiola, pro vice secunda, & cæteris torquentur quatuor ictibus corde in Camera corde secretè, ignobiles verò tam pro prima vice, quam pro sequentibus puniuntur quatuor ictibus corde publicè ante fores M. C. V. 2

Sed supradictis omnibus minimè obstantibus fuit decisum in Curia Archiepisc. prædictum clericum minimè esse ad triremes admittendum, & moti fuimus, quod nedum nobiles, sed etiam populares diuites, & honestiores ad pœnas ignominiosas condemnari non possunt

Digitized by Google

ita in specie, Bartol. in d. l. capitalium §. serui cæsi ff. de pœn. cuius doctrina probatur insigni text. in d. l. capitalium §. non omnes vbi iureconsultus loquitur per verb. honestiores, quo vocabulo ne dum nobiles, sed alij populares comprehenduntur, vt ex Doctrina Bart. apertè colligitur, vbi dum ampliat ad honestiores, præsupponit, quod minus sit esse honestior, quam nobilis, & hanc Bartol. traditionem sequuntur, Cæpoll. consil. 40. Lucius col. 5. in crimin. & in tract. de Imper. milit. delig. §. nobilitatis num. 27. versicul. 5. rubr. 312. & §. diuites nu. 8. rub. 314. in 16. nom. tract. nouissimæ additionis, & Gramm. super Camera Regni ad hoc, vt nostrorum num. 24. rubr. 122. Panorm. in cap. pastoralis num. 5. de off. deleg. Felin. in cap. cum quidem col. 3. versic. declaratio de iureiuran. quos allegat, & sequitur Lup. in rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 9. numer. 19. Anna in consil. 34. & fuisse quandoquidem seruatum refert de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fieri solitis §. 2. numer. 1. in princip.

His omnibus accedat, Gars. de nobilit. glos. 1. num. 13. Azeued. lib. 8. tit. 23. l. 3. num. 5. & li. 8. tit. 4. l. 5. in fine, Sessa in decis. 11. Rotæ Aragoniæ, vbi dicunt distinguendos esse in pœnis infligendis ignobiles à personis nobilibus, honestioribus, atque honorabilibus, ex quibus patet personas honorabiles atque honestas nobilibus æquiparari.

SVMMARIVM.

1 *Crimen sodomiæ est atrocissimum.*
2 *Fricatio non inducit sodomiam.*
3 *Consuetudo generalis, quod non punitur, & cap. cessit in crimine sodomiæ.*

Qua pœna veniat puniendus ille qui tentauit habere accessum cum alio contra naturam, & non immisit membrum in partes pudendas, quia non potuit, sed immisit semen per crura.

DECIS. CCCLXVII.

QVidam Clericus dum moram traheret in Cameris suis tentauit habere accessum contra naturam vim faciendo in accessu cum nonnullis pueris vulgo Sbarbati, verum non immittebat membrum in partes pudendas quia non poterat, emittebat tamen semen per crura quare fuit dubitatum in Curia Archiep. Neap. an præfatus veniret puniendus, vt sodomita pœna ordinaria delicti, vel extraordinaria iudicis arbitrio.

Dubium mihi faciebat, quod cum delictum sodomiæ sit atrocissimum 1
cum vir C. de adulteriis Angelus ibidem numer. 3. Afflictus in 3. parte constitutionum Regni rubrica 42. in principio numer. 13. Iodochus in par. practica criminali cap. 46. num. 12. & in atrocissimis delictis punitur solus conatus, etiam si effectus sequutus non fuerit, vt dicit gloss. in l. 1. §. hæc verba in verbo putamus ff. quod quisque iuris, & hanc dicit esse communem opinionem, Felin. in c. 1. numer. 9. de officio delegati, Couarr. in Clementina, si furiosus nu. 72. de homicidio, & ideo secundum eos in crimine læsæ Maiestatis, falsificationis monetæ punitur solus conatus, Grammat. decis. 74. Triuisan. decis. 51. Antonius Faber decis. 21. de pœnis, Papon. decis. 10. li. 23. prout in crimine assassinij, Capicius in decis. 112. Grammat. voto 9. nu. 12. & seq. in conap-

conanteattentare aliquid contra pacem publicam, Gail.libro 1. obseruatione 14. Mynsing.cent.3. obseruatione 9.& faciunt deducta per Viu. decisio.487. & Grammaticum decisio 2.

Cæterum hoc minime obstante contrarium fuit decisum in Curia Archiepiscopali: nam fuit habitum pro vero crimen hoc nõ esse verum, ac proprium contra naturam secundum Gomez.in l. 80. tauri numero 34.in vers. ex quibus rationibus, ad committendum enim peccatum cõtra naturam necesse est, secundum scribentes, quod membrum in ipsas partes pudendas ponatur, ita Plotus consil.132.numero 22.volum.1. inter consilia criminalia diuersorum, Artaman.consil.32. numer.3. Medenda consil.14. Bomin.consil.65. Peguera decis.72.vnde Afflictus super 3.parte constitutionis Regni rub.42.in principio post numer.15. refert se vidisse iudicatum per Magnos DD. quod si quis actum non consumasset, quia scilicet membrum in ipsas partes pudendas non posuisset,sed tantum extra eas,non deberet puniri pœna mortis,sed alia extraordinaria, secus autem si membrum imposuisset, licet intus semen non emisisset, idem attestatur Iulius Clarus in §. sed omnia versic. quæro nunquid dicens ita Senatus in facti contingentia iudicasse, in causa cuiusdam Iosephi Cauariæ,quem tantummodo virgis cædi iussit 10. Februarij 1595. quam Afflicti opinionem sequitur Soccinus consil.7.vol.3.& Afflictus in constitutione aspiritatem, quicquid voluit Grammaticus eadem constitutione qui multum reuerenter contra Afflictum loquatur.

Et hunc coitum esse contra naturam aduersus opinionem Gomez supra citatam voluerunt, Barbatius cons.64.&in consil.sequenti volum. 1.Alexand.de Neuo cons.85. Calcan. consil.110. Decius consil. 9. Butrius consil.58.Marsilius consil.28. Grammaticus consil.65.Soccin.iun. consilio 7.libro 3. Parisius consilio 173.libro 4.

Et quod præfatus reus non veniat pœna ordinaria sodomię puniendus tenet Lopez loc.cit. vbi dicit quod quando simplex frigatio interuenit, huiusmodi delinquentes,citra mortem puniendos,& sic refert fuisse iudicatum in ciuitate Granatæ in qua asserit hunc casum de facto contigisse,& mulieres agentes vna cum alia,sine aliquo instrumento, pœna flagellorum condemnatas & punitas fuisse refert quoque Boerius in d.decis.316. circa fin. de facto fuisse propositam accusationem contra duas mulieres, quæ inter se actum venereum faciebant,frigando, & se corrumpendo, & in fine dicit quosdam fuisse condemnatos ad questionem. 2

Et cum supradictus casus contingeret in Ciuitate Cataloniæ in persona cuiusdam, qui plures actus venereos cum multis pueris frigando inter crura,manibus abutendo,& semen emittendo commisit, fuit condemnatum per Regium eiusdem Ciuitatis Senatum, quod fustigetur testatur Peguer.in decis.72.& cum idem casus in eadem ciuitate contigisset in persona Alexandri Azarch.qui cum,vt dictum fuit,attentasset habere accessum cum alio contra naturam, & membrum in vas nõ imposuisset,quia non potuit,sed tantum extra dictum vas, & per crura se polluisset non fuit punitus pœna mortis,sed alia mitiori pœna scilicet ad seruitium Regiarum triremium remigando ad decennium.

Ex quibus omnibus fuit dictum

quod præfatus Parochus exulet per biennium, & sit suspensus cura pro eodem tempore, & deinceps ad arbitrium Illustrissimi Domini.

3 Quæ decisio corroboratur ex doctrina, Paris. in consil. 163. num. 2. & seq. volum. 4. reiecta opinione Barbat. in consil. 64. num. 10. & sequent. vbi voluit, quod consuetudo illa generalis qua non punitur eadem pœna, crimine non consumato, non habet locum in hoc nefando crimine verum primã opinionem tenuerunt Carerius in practica criminal. in tit. de homicid. §. circa igitur quartum num. 10. Monteleo. in prax. part. 4. fol. 204. nu. 10 Gomez. loco cit. nu. 38. Menoch. de arb. iud. casu 286. nu. 18. Petrus Gabal. lib. 1. criminal. resol. c. 16. vbi loquitur in quodam medico, qui pluries se corrupit cum puero septem annorum virilia sua in manibus illius, & intra femora ponendo, & in ore emungendum præbendo, post multa deducta fuit in voto eum esse ad triremes condemnandũ quæ opinio probatur etiam per tex. in l. 1. §. fin. ff. de extraordinar. criminibus in illis verbis. *Perfecta flagitia punitur capite imperfecta insulam deportatur*; qui textus canonizatus per cap. sollicitatores §. qui puero 33. quæst. 3.

Tandem ratio decis. est, quia sicut extraordinariè deliquit ita extraordinarie puniri debet secundum Monald. in conf. 62. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Pueros sollicitans non debet puniri, ea pœna, qua punitur attentans.*

2 *Sollicitatio puerorum connumeratur inter species delictorum.*

3 *Persuadens malum pueris, in insulam deportatur.*

4 *In maleficiis, voluntas potius, quam exitus spectatur.*

Qua pœna puniatur sollicitans pueros de crimine nefando.

DECIS. CCCXLVIII.

NOn loquor hic de eo, qui attentauit pueros vel cũ eis consumauit crimen nefandum: nam de his late diximus in præcedenti, quæstion. sed de illo, qui pueros sollicitauit, vulgo *Dar tentatione, & andare approsso a putti*, quare cum in Curia Archiepiscopali reperiretur quidam Clericus, de hoc crimine inquisitus fuit dubitatum qua pœna esset plectendus, & prima facie videbatur dicendum, quod eadem pœna qua punitur attentans hoc crimen ex pluribus.

Tum primo, quia sollicitare pueros connumeratur inter species delictorum l. aut facta ff. de pœnis, capit. aut facta de pœnit. dist. 1. Borab. consil. 90. numer. 3. Caualc. decis. 13. numer. 1. vol. 5. Graff. de adulter. consil. 1. volum. 1. Enriquez cons. 23. vol. 4.

Tum secundo, quia textus in cap. sollicitatores §. qui puero de pœnitent. dist. 1. voluit, quod qui puero malum persuaserit, in insulam deportatur voluit etiam tex. in l. 1. §. qui puerum ff. de var. & extraord. criminibus, & ita Gomez. in l. tauri. 80. numero 14. & Farin. de delictis carnis, quæst. 147. numero 60. hinc est quod dicitur attentare ille, qui delictum persuadet cap. noli putare de pœnit. dist. 1. & dicitur facere autem ille, qui ad faciendum mouetur cap. homicidium eodem tit. & non ideo minus deliquit, cui sola deest facultas capit. si cui de pœnit. distinct. 1. hinc est quod furti tenentur qui solo timore non furantur, cap. si propterea eodem tit.

Tum tertio, quia in maleficiis, volun-

voluntas potius, quam exitus spectatur l. diuus ff. ad leg. Cornel. de Sicar. c. omnis de pœnit. dist. 1. vnde cum præfatus clericus sollicitando censeatur habuisse animum consumandi delictum cum per eum non stetisset, puniri debet pœna de qua supra.

4 Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium fuit decisum de qua decisione mirandum quippe non est quoniam contra inquisitum non aderant indicia, sed tantummodo dictum cuiusdam pueri sollicitati, cui non est standum in hoc crimine l. fin. cap. de accusat. l. quoniam liberi C. de testibus, Paris. consil. 63. col. 1. vol. 4. Peguer. in decis. 5. Grammat. decis. 18. & in propriis terminis, Mart in decis. 138.

Est tamen notandum, quod tentans seu sollicitans de hoc nefando crimine impunè potest interfici à tentato, seu sollicitato, vt tenet Ferret. in suo tractatu de re militari folio 155. num. 67. quem refert, & sequitur, Scap. in tractatu iuris non scripti lib. 5. cap. 143. numero 12. vbi dicit quod ipso patrocinante fuit liberatus, quidam pictoris famulus Bononiæ, vt refert Baiardus in §. Sodomia numer. 15.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest clericis pœnas pecuniarias imponere.*

2 *Potest etiam Episcopus pœnas pecuniarias sibi applicare.*

3 *Episcopus quoque debet pro euitanda auaritiæ suspicione pecuniariam pœnam conuertere.*

Pœnam pecuniariam an possit Episcopus suis clericis imponere.

DECIS. CCCXL.

IN hac quæstione constituo tres conclusiones. 1

Prima sit conclusio posse Prælatum suis clericis pecuniarias pœnas imponere, & hæc est communis opinio secundum Panormitan. & reliquos, in capit. vt clericorum numero 10. de vita & honestate clericorum, Vgolin. de potestate Episcopi c. 56. numer. 5. par. 2. Baiard. quæstione 80. in principio, Iaffredus Balbus decis. 63. Cephalus consil. 30. numer. 4. vol. 1. & Hartaman. consil. 21. & Peregrinus de iure fisci libro 1. cap. 2. cuius conclusionis vera ratio est quoniam hodie Episcopi de generali consuetudine habent fiscum, vt scribit Pauinus quem refert Diaz. practica criminali canonica cap. 134. numero 2. vbi in capitulo 124. in fine dicit hanc opinionem esse veriorem, & consuetudine roboratam, & hanc etiam opinionem esse vsu comprobatam testatur Felin. in cap. irrefragabili §. 1. numer. 11. de officio ordinarii, Viuius qui de communi peritu testatur in opinione 255. & Clarus in quæstione 80. num. 5.

Quam conclusionem intelligas tunc esse clericum pœna pecuniaria puniendum quando id fieret correctionis zelo, præsertim vbi ea magis timeretur quam corporalis Glossa in capit. licet ibi Panormitanus de pœnis Follerius in pract. criminali canonica cap. 133. numer. 26. Vrsillus decisio. 49. num. 3. Coler. decis. 40. & secundum Quar. nouissime in summa Bullarij verb. pœna pecuniaria enim debet adhiberi ob cautelã ne in illa imponenda modus excedatur, sed personarum qualitas attendatur, vt ante præcitatus voluit Hostiensis in §. quid pertinet de officio ordinarij.

2 Secunda sit conclusio, potest Episcopus pœnas pecuniarias sibi applicare, vt dicit Bald. in authen. bona damnatorum libro 2. Cod. de bonis proscriptorum, Anna in cap. excommunicamus in principio numero 9. de hæreticis Angelus de Maleficiis in verbo eius bona numero 30. Barbatius consil. 22. numer. 12. volum. 3. Gomez super l. 7. tauri nu. 75. Franciscus Marcus d. 339. numero 12. & hanc opinionem dicit communem Couarr. libro 2. variarum resol. cap. 9. nu. 11.

Amplia procedere etiam si contra laicos lata sit, vbi delictum Ecclesiasticum commissum est ab ipsis, ita Diaz cap. 142. Sbrozz libro 2. de Vicario Episcopi quæst. 80. Guid. Papa cons. 23.

3 Tertia & vltima sit conclusio, licet hæc omnia possit episcopus, tutius tamen esset, ac honestius pro euitanda suspectione auaritiæ pecuniariam pœnam deputare ac conuertere ad pios vsus, ita Hostiensis in citato §. quid pertinet de officio ordinarij, Panorm. in cap. irrefragabili de officio ordinarij, Couarr. citato loco numero 13. & Clarus citata quæst. 80. numer. 5. vnde Concilium Tridentinum sess. vigesima quinta de reformatione cap. 3. præcipit, vt multæ pecuniariæ eo ipso, quod exactæ fuerint piis locis assignentur, & Sacra Congregatio Concilij interpres censuit, de ipsis Episcopum nō posse portionem aliquam assignare Vicario pro sua mercede.

Limita vbi Episcopus admodum pauper esset, tunc enim eas sibi assumere potest secundum DD. citatis locis, præsertim in cap. irrefragabili, & ratio est quia, prima charitas incipit à se ipso l. præses eodem de seruitutibus, & aqua. Hinc est quod obligatus facere eleemosinam nomine alterius potest sibi ipsi illam facere, si est in necessitate, Felin. vbi supra & Armil. in sum. in verbo eleemosinæ numer. 3. & obligatus ad restituendum pauperibus potest sibi retinere tanquam vnus ex pauperibus Nauarr. in manuali c. 7. numero 91. & in consilio vnico de mendicantibus validis, quare licet inquisitores pœnas pecuniarias non possint sibi retinere, sed in pios vsus conuertere, permittetur tamen eis pro necessitate, & vtilitate officii retinere.

Quicquid tamen sit in omni casu est consulenda Sacra Congregatio explicando ei redditus, & onera Episcopalia.

SVMMARIVM.

1 *Omnis Sacerdos animarum curam obtinens debet Deo Omnipotenti rationem reddere.*

2 *Parochus etiam debet habere alium vt in necessitatibus occurrere possit.*

Qua pœna puniatur Parochus permittens mori aliquos de sua parochia absque Sacramento.

DECIS. CCCL.

IMputabatur cuidā Parochoquod eius culpa nonnulli suæ parochiæ 1
filij spirituales absque Sacramentis Ecclesiæ decesserint, quare introducta causa, & compilato processu, cum ex eo appareret de negligentia eiusdem parochi, fuit dubitatū quanam pœna veniret plectendus, dicebam ego, quod omnis Sacerdos habens curam animarum suorum Parochianorum quoad sacramenta, & alia pro animarum salute debet Deo omnipotenti rationem reddere de

de omnibus suis, iuxta Hostiens. in sum. tit. de paroch. & alien. parochi post principium, cum ibi per eum annotatis, & reus efficitur pro fructibus amissis cap. si presbyter cum sequenti 26. quæst. 6. nam qui oues sibi commissas spernit pascere, non dicitur Deum amare cap. in scripturis 8. quæstio. 1. quia si Christus pro nobis mortuus est, nos non debemus ab illo recedere, qui dixit, si amas me, pasce oues meas, vt Abb. in d. c. vers. & pastor.

2 Item parochus debet habere alium, qui in necessitatibus possit occurrere cap. illud 7. quæst. 1. c. vt quisquis presbyter de vit. & honest. cler. & tenebatur saltem perquirere, quia semper est danda esca exurientibus in tempore opportuno, qui enim huiusmodi officium exercet debet esse mundus ab omni sanguine secundum Apostolum in capit. 20. de act. Apost. id est mundus à peccato, vt exponit gloss. in capit. Ephesis. 43. dist. & ibi text. dicit quod ille non est mundus, qui consilium Dei non denunciat, & agit, pro omnibus enim quilibet in tempore opportuno debet animam suam ponere capit. suggestum 7. q. 1. & hoc maximè conuenit parocho, qui nedum Sacramenta suis Parochianis debet dare, sed infirmos quotidie visitare cap. 1. de celebr. Miss. & licet Nauarr. in consil. 3. de paroch. & in cons. 3. de pœnis, & Sayr. decis. 3. eod. titu. dicunt pœnam parochi, cuius culpa Parochianos ponitur arbitrari esse: nos tamen arbitrauimus pœnam suspensionis ad biennium ab eius cura, cuius dec. ratio fuit, quia cum delinqueret in officio consequenter debet in eo puniri ad text. in capit. ex parte de Cleric. ægrot.

* * *

SVMMARIVM.

1 Sacerdos non habens legitimam causam celebrandi duas missas acriter puniri debet.

Qua pœna puniatur Sacerdos eodem die duas Missas celebrans.

DECIS. CCCLI.

IN facti contingentia dicebam, quod cum sacerdos hic, de quo verba facimus, non habebat legitimam causam celebrandi duas missas, proinde veniebat, acriter puniēdus, ac verior Doctorum sententia asserētium esse prohibitam celebrationem plurium missarum eodem die per c. sufficit de cons. distinct. 1. & cap. consuluisti de celebr. miss. ita Arch. & Card. de Turrecrem. in d. c. sufficit Angelus in verb. miss. nu. 46. Sil. in verb. miss. el 2. num. 7. Nauar. c. 25. n. 87. Menoch. de arbitr. centur. 5. cas. 407. qui alios refert. 1

Et inter legitimas causas vltra Sacratissimam noctem Natalis Dominici connumeratio etiam secundum aliquos causas subsidij, vt in casu incapacitatis loci, id est si esset Ecclesia parua, & populus frequens, vel in magna Sacerdotum penuria, vel quando quis preest duabus Ecclesiis vnitis, & in his indigentibus duabus missis in quibus consistit, cibus spiritualis ministrandus parochianis, sicut contra illi in subsidium paroch. tenentur ad cibum temporalem, nec est in eo loco alius qui celebret, tunc enim duas missas etiam extra Sanctissimum Natale Domini Nostri Iesu Christi impune celebrari permissum esse affirmant venerabiles patres: sicuti necessitate vrgente po-

Digitized by Google

test quis dicere missam in loco non Sacro c.consuluisti, vbi gloss.de celebr.miss.capit. sufficit de consecrat. distinct.1.Nauarr.in Manuali cap.25. numero 87.iuncto consi. 4. numer.5. & consil. 9. de celebr. missis libro 3. Summa Syluester tit. de missa quartum ad celebratam, parte 2. vbi vndecim casus reseruātur, quibus præter diem Natalis Domini ponunt tantum duæ missæ celebrari; ita tamen, vt sacerdos secundam missam celebrans, in priori purificationem non susceperit,& sit omnino ieiunus Nauarr.d.cap.25. numero 88.Summa Syluester loco annotat.vers.3. quando Thes.for.eccles.par.3.c.35.numer. 65.cum seqq.

Hodie tamen cautius agendum est, neque ita facile admittuntur in supradictis casibus ad celebrationem missarum presbyteri potissimum suspecti, quia sunt parum docti,vel pauperculi, vt tradit Sotus. 4. sentent.dist.13.quæstio.2.col.5. Diaz. pract.crim. cap.30. ideo abstinēdum esse à celebratione duarum missarum. Laudat Franch. loc. prædicto numero 64. in fine Diaz. pract. cap. non crimin.capitu.30.& Menoch.de arbitr.iudic.cas.407. vbi declaratum d.cap.sufficit Durand.in rational.diuin.libro 4.c.1.

Quare cum præsens casus pluries accidisset in Curia Archiep. Neapo. in persona cuiusdam Sacerdotis,qui extra supra citatos casus eodem die plures missas celebrauerat; fuit per eandem curiam imposita pœna triremium per triennium,& suspensionis à celebratione missæ: de cuius decisratione mirandum quippe non est quoniam secundū Diaz.in pract. crim.c.35.potest iudex pro facti qualitate, & populi scandalo pœnam, quam sibi malit plures missas codē die celebrantibus infligere, & ita etiam voluit Maiol.de irreg.libr.3.c.15. num.6.Menoch.in addit.ad 2. lib. de arbitr.iud.casu 402.Hendriq. consil. 83.nu.5.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur varia pœna sodomiæ.*
2 *Sodomia committitur etiam præpostera venere mulieres cognoscentes.*
3 *Sodomia pœna an locum habent per vnicum actum.*

Qua pœna puniatur clericus sodomita.

DECIS. CCCLII.

IN hac quæst. respondendo considerabam,quod licet de iure sit pœna mortis, tam in agente, quam in patiente,vt tex.in l. cum vir nubit in fœminam C. de adulteriis, & est cōmunis conclusio, vt dicit Socin. iun. in d.consil.7.num. 3, Anton. Gomes nuper l. 80. Tauri num. 32. & quamuis text. ille videatur imponere pœnam gladij, id est amputationis capitis, tamen de consuetudine est quod sodomitæ igne comburantur, & dicit Angel.in d.l.cum vir nubit in fœminam,quam refert Afflict. super 3.parte constitut. Regni, rubric. 42. in principio post numer. 13. practic. Iodoc.cap.96.numer. 12. & ita in facto pluries seruari vidit Clar.in §. sodomia numer. 52. & Bomb.in consilio 65.

Circa tamen materiam, & pœnam istius nefandi criminis contra naturam tam de iure ciuili, quam Canonico vide Doc.in capitul.clerici extra de excess.prælat. Aret. malefic.titul. *che has adulterato la mia moglie* numer.53.& 54.Bonifac.in tract. malefic.rub.de adulterio num. 10. & se-

Digitized by Google

ſequenti cart.391. & rubr. de raptor. numero 4. & ſeq. Lancell. Corrad. de offic. prætor rubr. de ſodomia Lamber. de iurepatron. lib. 2. artic. 18. q. 9. in 1. part. Maiol. de irreg. c. 13. lib. 5. latiſſime Iodoc. pract. crim. rub. de peccato contra naturam, Bermond. in tract. de public. concub. rubr. de peccato ſodomiæ numero 33. & ſequenti, & 37. non ius conſil. 104. & Plot. conſ. 50. lib. 1. Mant. conſ. 127. lib. 1. Scot. conſil. 32. lib. 4. volu. 2. Bertazol. conſ. 71. numer. 63. 64. 65. 66 & ibi Apoſtilla libro. 1. crimin. Diaz. pract. crim. tit. nefandi criminis c. 80. Clar. pract. crim. §. ſodomia col. 1. Alfer. alleg. 1. Decius conſil. 83. Nonius conſil. 104.

Vbi clericus priuatur omnibus beneficiis, ſuſpenditur ab ordinibus & detruditur in perpetuos carceres, & non poteſt promoueri ad alios ordines ſine diſpenſatione, & ſit irregularis, ſi celebrat poſt hoc delictum commiſſum, etiam quod ſit occultum ſecundum Foller. in practica crimin. de ſodomia Clar. pract. crim. §. ſodomia col. 1. verſ. item clericus Maiol. d. cap. 43. lib. 5.

De iure verò nouiſſimo per Bullam Pij V. ſancitum eſt quod clerici exercentes ſodomiam debent tradi Curiæ ſeculari, vt moriantur & omni priuilegio clericali, officio, omni dignitate, beneficio eccleſiaſtico & ipſo iure priuatus ſit exercens tale facinus vide Nauar. c. 27. à numero 248. Couarr. de ſponſ. 2. part. cap. 7. §. 5. numero 7. & impedit ordinis exequutionem, Staph. fol. 140. num. 5. ratio vero vt priuetur beneficio eſt ob grauitatem criminis cap. mulier. 15. q. 1. cap. per odia, & quæ allegat Rebuff. de mod. amit. benef. numer. 30. quod tamen limita, & intellige, iuxta notata, per Nauarr. in man. cap. 27. numero 249. vbi refert partem Bullæ Pij V. per quam priuat ipſo iure omni beneficio, dignitate eccleſiaſtica, & quod degradatus per Iudicem Eccleſiaſticum tradatur Curię ſeculari vide Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 80. vide clerici de exceſſione Prælatorum cap. flagitia 32. quæſt. 7.

2 Amplia primo procedere non ſolum in clerico ſodomita maſculorum concubitore, ſed & in eo, qui fœminam præpoſtera venere cognouerit, cum in hoc caſu ſodomia proprie committi dicatur, ſicuti præ aliis voluerunt Afflict. in conſt. Regni legum aſperitate lib. 3. rub. 42. numero 15. Clar. qui de communi opinione atteſtatur in §. ſodomia vbi retulit per Senatum fuiſſe combuſtas tam ipſas mulieres, quã viros qui ad eas præpoſtera venere acceſſerant, refert Gomes ſup. l. 80. tauri numero 83. quod in oppido Talaure fuit combuſtus quidam qui propriam vxorem contra naturam carnaliter cognouerat, quibus omnibus addo Menoch. de arb. Iud. lib. 2. caſ. 286. numer. 5. & in addit. ad eundem caſum nu. 40. Couar. in epitome de ſponſ. & matrimoniis par. 2. §. 5.

Nunc limita procedere tantum in clerico habente copulam ſodomiticam, quæ non alias conſummari dicitur, niſi intra vas contra naturam ſemen effunderetur argumento tex. in cap. fin. de ſponſ. & ita declarat Nauarr. vbi ſupra, quem ſequitur Lopez & Rodriq. tam in ſumma, quam in tom. 1. quæſt. reg. q. 30. ar. 18 Vgolin. loc. proxime citato. ſecus autem ſi extraordinariam pollutionem cum puero haberet, quamuis inter actus ſodomiticos computetur.

Limita ſecundo procedere tantum in eos, qui quaſi ex vſu continuo talem actum exercent, & hoc probatur per illud verb. exer-

centes positum in bulla ita Nauarr. in manuali cap.27.num. 249.Nouissim. in praxi cap. 67. Quaranta in summa Bullarij in verb.sodomia reiecta opinione Salzedi ad Diaz.c.88. contrarium asserentis.

SVMMARIVM.

1 *Iudices diuersas sententias proferentes attendi debet sententia in minori summa.*

2 *In pœnis benignior pars est interpretanda.*

Quænam pœna exequi debet inter plures, à diuersis Iudicibus inuictos.

DECIS. CCCLIV.

QVia sæpissimè euenit, vt inter pares Iudices numero facile dissentitur ad tex.in l.item si vnus §. propter ff. de arbit. & natura omnium prona est ad dissentiendum l. quia poterat ff. ad Trebell. cap. super litteris de rescript. gloss. in cap. fin.63.dict.& Cagnol.in l.2. numero 163.ff. de orig. iur. iux. illud comici vbi ex trib.cōsultorib.vnus ait, alter negat, tertius deliberandum censet, & tot capita, tot sententiæ, vnde Horat.lib.1.sermonum satyrarum, quot capitum tot studiorum milia, & in his magis quandoque creditur vni, qualis & inter Theologos magis creditur auctoritati Augustini. Alber.in l.1.nu.3.C. de veteri iure enucleand. Quare cum ex omnibus Iudicibus Curiæ Archiepiscopalis quandoquidem euenit diuersas pœnas inferri, ea propter fuit dubitatum, quid esset faciendum. in primo casu, dicebant aliqui, qui in criminalibus humaniorem interpretationem accipiendam esse ad tex. in capit.odia de reg.iur.in 6. & tex.in l.in pœnis ff.eod.titul. vbi in pœnis benignior, vt facienda interpretatio, & in obscuris minimam pœnam exigendam ait tex. in l. in obscuris ff. eod.tit.&proprietate dicebatur quia in casu, de quo agebatur in minorem pœnam Domini Iudices inclinasse l. diem proferre §. si plures arbitri ff.de arbitr. vbi quærit ibi iureconsultus si ex tribus arbitris vnus in quindecim, alius in decem, tertius in quinque condemnet, cuius sententiæ stetur, & Iulianus scribit quinque debere præstari, quia in eam summam omnes consenserunt & subdit: nam maiori summæ minor inest.l.inter pares ff. de re iudic. & ibi Iason.& tex.in cap.1.de arbitr. in 6.Surdus cons.472.numero 73.vo. 3.Roland.cons.132.volum.1. Alban. cons.60.numero 4.& seq.Lanfranc. ne arbitr.q.12.Lauerius cons.173.vol. 2.hinc Mastrill.in dec.138.voluit qui si ex sex iudicibus duo pecuniariam sententiam pronuntient, duo autem in exilium mittunt, duo tandem capitis damnant, non vtique media, quæ est exilij, sed minima sequenda est: quoniam non sunt plures, qui capite, vel exilio cōdemnēt quàm qui per pecuniam, non inquam grauior exigenda, quia mortes inflixit: nec media ex eo, quia iam fuit exclusa grauior, sed illud restat, vt relatio fiat inter mediam, & minorem. & ita etiam voluit tex.in l.diem §.queritur ff.de arbit.de cuius intellectu plura per Gratian. in tractat.de expens.Galiotta in sua marg. cap. 12. numero 9.pact.Alciat.l.9. Parerd.cap. 14. dicens in criminalibus humaniorem interpretationem loquendam esse, licet ipse mediam opinionem accipi debere arbitretur, quem impugnat

Digitized by Google

pugnat Cuiacius libro. 2. obseruat. c. 15.

SVMMARIVM.

1 *Pœna semel dicta amplius reuocari non potest.*
2 *Non potest Episcopus vti iudex sententiam ab eius Vicario latam reuocare.*
3 *Sententia mutatio regulariter, siue additio, siue diminutio, est prohibita.*
4 *Non potest iudex conuersam pœnam pecuniariam in corporalem, pœnam pecuniariam exequi & corporalem dimittere.*

An pœnam impositam delinquentibus per sententiam Vicarij possit Episcopus mutare, seu vulgo aggratiare.

DECIS. CCCLIV.

HVic disputationi respondi negatiue ex pluribus.

1 Primo, quia pœnam semel dictam amplius reuocare non potest l. pœnam C. de pœnis l. si operis C. eod. facit tex. in l. diui ff. eod titulo de pœnis.

2 Tum secundo, quia cum Episcopus & Vicarius faciant vnum & idem Tribunal. cap. Romana de appellatio. in 6. cap. non potest de consuetudine eod. tit igitur non potest Episcopus vti iudex sententiã ab eius Vicario latam reuocare ad tex. in l. iudex postquam ff. de re iudicata cum similibus, Sola. in cõstitutione Sabaudiæ in titulo de falsis glos. vltima numero 11. Beatius de inope debitore cap. 18. numero 5. vbi post Felin. Iason. & Tiraquel. voluit quod Episcopus, & sic Iudex ante sententiam potest auocare sententiam ex causa, secus post: quibus addi possunt, quæ in hac materia scripsit de Franchis in dec. 348. numero 6. quare in prætorio Pedemontan. fuit dictum, quod cum Senatus ille sit loco Principis, propterea potest post latam sententiam commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad instantiam fisci, quod quidem non procederet, si non haberetur loco principis.

3 Tum tertio quia sententiæ mutatio regulariter siue additio, siue diminutio est prohibita secundum Artamanum decis. 1. de sentent. vnde Thesaur. in dec. 135. voluit quod iudex qui in sententiæ prolatione de interesse nihil dixit. nõ possit postea iterum illud adiudicare parte actiuè petente, per tex. in l terminato C. de fructibus & legitimis expensis, & ibidem Bald. colum. 18. qui voluit, quod neque possit adiudicare fructus neque expensas secundum speculatorem titulo de exceptionibus §. pœnam Bettachin. in Repertorio in verbo iudex numero 172. Crauetta consi. 50.

Tum quarto, quia ex dec. Rotæ Cataloniæ 91. non potest iudex conuersam pœnam pecuniariam in corporalem, pecuniariam exequi, & corporalem dimittere. 4

Cæterum præfatis non obstantibus contrarium quotidie obseruatur in praxi, nam Episcopi hodie faciunt gratiam de omnibus delictis, & consequenter videntur reuocatę ipsorum Vicariorum sententiæ, & hodie in Curia Archiepiscopali Neap. in sententiarum probatione adiicitur (clausula) in fine sententiæ (salua moderatione, & commutatione Illustrissimi Archiepiscopi) quæ clausula sumpta est ex Bald. in authentica interdicimus C. de E-

Digitized by Google

piscop.& clericis, Felin.in cap. qualiter & quale il 2. §. ad corrigendos de accusationibus, & virtute præfatæ clausulæ omnia argumenta supra inducta facile tolluntur, quamuis secundum Alban.consilio 74. n. 66. Archiepiscopi faciunt gratiam de omnibus delictis.

SVMMARIVM.

1 *Clerico pro delictis ab eo patratis pœna fustigationis infligi potest.*
2 *Iura generaliter loquentia, generaliter debent intelligi.*
3 *Iudex ecclesiasticus potest mandare verberari clericum.*

Pœna fustigationis an clericis infligi possit.

DECIS. CCCLV.

FVit dubitatum an clericis pro delictis ab eis patratis infligi possit, pœna fustigationis, vulgo *la frusta*, & prima facie videbatur dicendum, quod sic ex pluribus.

1 Tum primo quia iura generaliter loquuta fuerunt circa impositionem huius pœnę ad tex.in l.ictus fustium C. quibus ex caus. infam. irrog. igitur generaliter intelligi debent nullis personis exceptis.

2 Tum secundo, quia pro hac eadem opinione habemus tex. in c.vniuersitatis de sent.excom.vbi habetur, quod iudex ecclesiasticus potest mandare verberari clericum, sed non per laicum, igitur per clericos poterit fustigari facere.

3 Tum tertio, quia præfata fustigatio fit ex causa correctionis, & consequenter vergit in morum moderationem, sed ex causa correctionis percutiens clericos non incidit censuras ca.cum voluntate §.si qui vero de sent.excomm.igitur.

Tum quarto, quia per tex.in c. 1. de calumniat.habetur, quod à Beato Gregorio Magno, Subdiacono calumniose Diaconum accusanti fuit imposita publica pœna verberum, de qua etiam pœna vide text.in c.beatus 45.distinct. & in c.ante omnia 35.distinct.

Cæterum præfatis non obstantibus contrarium fuit resolutum ex doctrina Clari in sua practic.crim. §.fin.q.70.& vbique seruari testatur. Salzed.ad Diaz, cap. 135. & ratio est secundum Perez super compilatione legum Hispaniæ lib. 1.tit.3. l.1.clericis non sunt imponendæ pœnæ ignominiosæ, & non sunt vti plebei dehonestandi, quia cum fustigatio sit tam grandis, & grauis pœna vt inferat infamiam cum non nisi pro turpibus, & infamatoriis delictis irrogari soleat secundum Menoch.de arb.Iud.quæst.8?.numero 4?. & 41. & in consil.125. numero 4. volum.1. Cacher.cons.1?.numero 3. Iosephus Ludouic. in sua dec. Lucens. par.1. morti æquiparari dixit Rubin. dec. 40.vnde pœna fustigationis,& catenæ hodie imponi solet pluribus mariolis, incisoribus bursarũ, truffatoribus falsis testibus, blasphematoribus,& similibus facinorosis, vilibus, & infamibus personis Farin. quæst. crim.quæst.19.num.29.& factis text. in l.ictus fustium ff. de his, qui not. infam.Nauarr.in con. 16.de hęredit. quam tamen pœnam publice clericis imponi nunquam vidisse testatur Vgolin.cap.56. de Potestate Episcopi, nec debere ob honorem testatur Nouar.in sua praxi cap.7.

Vnde clericum laico, quem offendit non debere genu flectere, sed alias ei satisfacere testatur Hostiens. in cap.contingit de sentent. excom.

non

non tamen irregularis fit Iudex eam inferens, ea quo, nec mutilatio, nec mors interuenit.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans cum armis non punitur pœna delationis armorum, & vulneris.*

2 *Quando pœna vulneris est maior quã pœna delationis armorum, tunc pœna minor confunditur.*

3 *Limita vt non procedat vigore bannimentorum generalium.*

Pœna delationis armorum, an confundatur cum delicto.

DECIS. CCCLVI.

PLuries fuit iudicatum in Curia Archiepi. quod si quis vulneret
1 cum armis non punitur duplici pœna, videlicet delationis armorum, & vulneris, sed pœna tantum vulneris plectetur per glos. communiter receptam in l. qui de crimine, in verb. plurima cap. de accusat. quam gloss. communiter sequuntur Doctores, sicuti testantur Iod. in pract. crimin. cap. 77. numero 4. Marsil. in l. si in rixa numero 3. ff. de sicar. & in l. vnica numer. 54. C. de rap. virg. Afflict. decis. 95. Viu. in com. opin. vers. statutum puniens, Bertaz. d. consi. 520. post num. 1. libr. 2. Clar. in pract. d. quæst. 84. versic. alius est casus. vbi etiam, quod ita seruauit Senatus Mediolani in quodam Io. Baptista de Fornariis. qui proiecerat pilam ferream in suum aduersarium, & deinde ensem euaginauerat, hunc enim vnica tantum pœna puniri iussit idem Senatus. Cuius decisio. ratio est quia pœna delationis armorum confunditur cum ipso delicto ex doctrina Bart. in §. denunciamus in fine numero 3. in Auth. de armis Ioann. de Platea §. item lex Iulia il 2. colum. 2. versic. sed quæro, Inst. de publ. iud. Plaga in epitome delict. libro 1. cap. 8. post numer. 18. Iodoc. in Pract. crim. post nu. 77. numero 4. Barbat. in tract. de Cardinal. quæstione 5. numero 25. Cephal. consilio 204. nu. 42. & sequent. libro 2. Bonacoss. in quæstion. crim. in verb. de armis vers. item si statuto caueatur, Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 4. n. 19.

Et potest poni exemplum si extent in ciuitate tria statuta vnum puniens delationem armorum in centum, aliud puniens vulnus in centum, & aliquis insultet alium cum armis, & vulneret: certe non est in omnibus istis pœnis puniendus, sed solummodo puniri debet in centum ita Arno. in dialog. 47. per constitutionem, & Clar. cit. quæst. 84. & propterea Curia Archiep. Neapol. nunquam consueuit contra clericos arma deferẽtes, & cum eis delinquentes duplicem inferre pœnam, sed vnicam tantum scilicet pro ipso delicto patrato.

2 Declara tamen, vt hæc conclusio procedat, quando pœna vulneris est maior, quam pœna delationis armorum, tunc enim pœna minor confunditur cum maiori, secus si pœna delationis armorum esset maior, quam pœna vulneris, secundum Decian. in tract. crim. libro 8. capit. 4. numero 19. Artaman. consil. 122. Merenda consil. 23. Bab. consil. 90.

Quidquid dixit Cephal. in consil. 142. numero 42. & seq. volum. 2. volens, quod si maior esset pœna de-

Digitized by Google

lationis armorum, quam insultus, vel percussionis, nihilominus attenditur pœna insultus, vel percussionis, vt in casu delationis archibusetti parui ad rotam, cum quo fuerat factus insultus, & licet pœna delationis archibusetti esset triennium, tenuit tãtummodo esse imponendam pœnam insultus, quæ opinio nõ placet Baiard. ad Clarum cit. quæst. 83. quia secundum eum sequeretur absurdum, quod deterioris conditionis esset ille, qui simpliciter archibusettum detulisset, quam ille, qui cum eo deliquisset, verum secundum addentes ad Bertazol. in cons. 105. vers. ad vtramque pœnam teneretur. & ibi attestatur, quod Bertazol. eius pater ita iudicauit.

3 Limita secundo non procedere vigore bannimentorum generalium status ecclesiastici, emanatorum de anno 1599. capit. 24. quibus expresse cauetur pœnam delationis armorum non esse confundendam cum pœna delicti eisdem armis commissi. ita Farinac. variar. qu. 108. numero 169.

Declara tertio secundum eundem loco cit. vt procedat quando quis arma detulerit contra prohibitionem, & non ad effectum aliquem vulnerandi, si postea cum illis aliquem vulneret duplici pœna puniendus esse videtur secundum Ioa. de Plat. in d. §. item lex Iulia il seconda col. 2. in fine vers. sed quæro, an si aliqui instituta de public. iud. post Iacob. de Bellauis. quem allegat, & est subtilis declaratio.

SVMMARIVM.

1 Episcopus non potest aggratiare exulem.

2 Pœnam inflictam iudex reuocare nequit.

3 Aggratiare post sententiam est de reseruatis Principis.

4 Capitulum succedit in omnib. quæ Episcopo competere debent.

5 Archiepiscopi Neapolitani factum grauiori de omnibus delictis.

An capitulum Sede vacante possit aggratiare in remittendo pœnas condemnatis per Episcopum.

DECIS. CCCLVII.

FVit dubitatum in Cur. Archiepiscopali Neapolitan. tempore quo sedes vacabat ob mortem Felicis recordationis, & nunquam satis laudati viri Domini Cardinalis de Aquauiua, an capitulum potuisset aggratiare, & consequenter remittere pœnas inflictas delinquentibus per curiam prefati Illustrissimi Domini, dicebant aliqui quod non, & mouebantur ex pluribus.

Tum primo, quia si Episcopis hoc denegatur, igitur & capitulis: vnde 1
Episcopus non potest reuocare exulem, vt voluit Diaz. in praxi canon. in verb. exilium mittit Foller. in praxi canon. in verb. & si committi nu. 125. Rodolphin. de ducibus, Ital. qu. 23. Balb. consil. 90. Artaman. cons. 23. Bononien. cons. 206.

Tum secundo, quia pœnam inflictam nemo reuocat, vt voluit tex. 2
in terminis in l. pœnam C. de pœnis, & tex. in l. si operis C. eod. facit text. in l. præses ff. eod. tit. de pœnis, & latissime Lanar. cons. 5.

Tum tertio, quia facere gratiam post sententiam est de reseruatis Principis secundum Bart. in l. acta ff. 3
de ampl. ff. de re iud. oblationi in inuestitura priuil. 17. vt in l. Imperium in prima lectura ff. de iurisdiction. omn. iudic. Salicet. in l. cum indulgen-

gentiæ numer.2. C. de sentent. pass. vnde Bossius in sua prax. in titul. de remed.ex solu Clement.Principi numero 41.voluit quod domini quibus non competunt iura Imperij non possunt aggratiare post sententiam allegat Bald.in l.seruos l.ad iul.de vi public.

Cum tandem quia secundum glos.in clem.1.de hæretic. quam sequitur Felin.in c.cum olim de maioritat. & obedien. capitulum non succedit nisi in his quæ sunt iustitiæ, & quoties actus de necessitate expediendus veniret, secus autem in his quæ sunt merè gratiæ prout in casu nostro: ita enim voluit Ioan. Monac.in c.vnic.de maioritat. & obedien.libr.6.& in c.fin.de suspend. negligent. Prælat. eod. libro Geminian.in d. capit. vnic.sub numero 4. Felin.in c.cum omnes numero 10.de constit.

4 Cæterum præfatis non obstantibus contrarium fuit resolutum, per eandem curiam, & moti fuimus ex reg.iur.generalissima, quod capitulum succedat in omnibus quæ sunt iurisdictionis tã competentiosæ quã voluntariæ secundũ cit.Gloss.in clement. 1.de hæretic.Panormitan. in capit. cum olim de maiorit. & obedient.post Innoc.& Hostiens.in cap. abolendæ de hæretic.Federic. de Senis in consil. 130. hinc est quod capitulum Sede vacante potest dispensare in casibus Episcopo permissis secundum Panormit.in cas.an si cleric.numer.16.de iudic.Zabarell. in c. cum omnes quæst.10. de constit. Pauin.par.1.quæst.5.

Ex quibus omnibus capitulum aggratiauit nonnullos pro variis delictis condemnatos.

5 Quare non obstant contraria quia supradicta firmata conclusione soluuntur: non obstat, quod Episcopus non possit facere gratiam, quia contraria opinio est verior ac iuri consonans: nam Archiepiscopi faciunt gratiam de omnibus delictis secundum Alban. consil. 44. numero 66.

SVMMARIVM.

1 *De delicto commisso Sede vacante quisnam cognoscet Nuntius Apostolicus an Episcopus successor.*

Aduerte tamen, quod non loquimur hic de pœnis pecuniariis quæ etiam Sede vacante non debentur Cameræ Apostolicæ, sed locis piis applicantur iuxta mentem Concil. Trident.

De pœna clerici committentis delictum Sede vacante.

DECIS. CCCLVIII.

SVpponatur in facto quod quidam clericus Neapolitanus Sede Archiepis. vacante cum delictum perpetrasset, & postmodum à successore in Archiepiscopatu bona eiusdem clerici ob falsam monetam vel ob alios casus in iure expressos essent confiscata, dubitatur an dicta confiscatio pertineat ad Nuntium Apostolicum quasi tempus delicti inspici debeat, vel ad Episcopum condemnantem, & prima facie videbatur dicendum quod ad ipsum Nuntium ex regula iuris, quod in omni re principium sit attendendum l.3.§. scio vbi Bartol.& alij concomitantes ff.de minor.Afflict.decis. 220. num.3.vbi plura congerit Cæsar de Vrsill.in addit.ad eum atque actum principio attribui ex Philip. Dec.in cap.licet post numero 15. de probat. 1

Digitized by Google

quo loco asserit testem in termino iuratum examinari posse post terminum ex quo ad iuramentum trahitur multa docuit Decian. consilio 20.numer.13.arg.eorum quæ scribit Menoch.consilio 717. numero 10. libro 8.& alias scriptum reperitur vbicunque principium est licitum illud in consideratione habetur Bartol. in l.quòd ait ff.quidam ait ff. de adulter.idem quoque quando est illicitum minus tamen quam sit finis Alexan. cons.75.libro 3.& obiter multa rescribi poterunt,quod idem iudicamus de principiante , quo de his quæ sequuntur ex principio , Curt. Iun.consil.172.consil.154.consil. 145. & an in delictis attendatur initium videndus est Alexand.consil.216.lib. 6. quibus omnibus addo Menoch. consil.684.num.21.libro 7. cum concordantibus,rursus si ex forma legis municipalis pars quarta pœnas prætori sit concessà quas redegerit in ærarium,& alter condemnauerit, alter vero exegerit,partem prelibatam illi soluendam fore qui condemnauit,ex quo exigendi præcipua causa fuit Philipp.Decc.consil.654.Sallilia consil.212.numero 8.libro 2. & post alios recentioribus,Afflict.in auth.si quis in aliquo documento Cod.de eodem d.numer.30. vbi numero 31. inquit,vt si iudex , primus condemnauit,& reus appellauerit, appellationis quę iudex sententiam primam approbauerit quartam partem primo tribuendam esse iudici ex Paridis sententia de sindicat.in verb.prouentus numero 4.vt ibi per eum,cui addo Cephal.cons.136.numero 7. n. 8.libro 1.& quod idem iudicetur de principio , quod de argumento annotat Philipp.Dec.consil.331.cum similibus à Menoch. concultis consil. suo 684.numer.21.libro 7. & alias actus censetur factus ab initio,si ab initio fuit conuentum de illo actu faciendo Iacob.Mandel.cons.4. num. 51.cum similibus, & accedat id quod notabiliter voluit Soccin.consil. 70. num.9.& Imperius lib. 4. vt si scholaris prius fuit licentiatus & post modum Doctoratus quia Doctoratus in quandam venit cósequentiam ad licentiam ipsam atque ab ea dependentiam habet licentiæ tempus inspicitur,& ob id Doctoratus salarium illi priori debetur qui erat tempore licentiæ,facit Cephal.eruditio consil.suo 136. vbi supra numero 7. & paulo post faciunt quoque superiores effiunis insignia pronuntiata, Decian.consil.123. numero 70. libro 3.& consilio 11.num. 24.libro si idem cons.8.num.201.lib isto vt de principio contractus Menoch. consil.843. num.37.libro 9.Sauil.consil.331.num. 8.& Inserius lib. 3. & quid de eo qui participat de duobus extremis , Alexandr. Tangit.consil.108. lib. 4 & de fine,vt dignior sit omni eo quod ordinatur ad ipsumfinem Sauilia comsil.261.num. 2. idem consil. 131. num. 8.lib.3.cum similibus à Vallens.consil.suo 77.lib.4. vbi de iurio ipso respectu delictor.Cephal. consil. 224. lib.2. vbi de bannitis in diuersis territoriis.

Principalis conclusionis ratio est quia statim commisso delicto dicitur ius acquisitum fisco l. quocunque ff.de act.& oblig.Bart.in l.quod ait lex fin. ff. de adulter. vbi dicit quod in delictis initi inspectandum est , vt sciamus ad quem pertineat punitio.

Secunda ratio est quia tempore delicti arcta est obligatio ad pœnam l.vlt.C.de sentent & pass.vbi quis ex delicto efficitur seruus pœnæ, l.Imperatores ff. de iur. fis. vbi quis delinquendo pœnæ se subdit. & text. in l.aufertur §.fictus ff.eod.tit.quem

alle-

allegat Alber. in l. post contractum col.fin.de donat.col.fin. vbi ex illo text.ait quod continuo, quam quod quis delictum commisit incipit obligari fisco, quem refert, & sequitur Tiraquell.de retract. conuent. §. 5. gloss. 4. & propterea cum dicta actio sit quæsita tempore delicti confiscatio non videtur spectare nisi ad Nuntium Apostolicum.

Sed contrarium est tenendum, quod imò huiusmodi confiscatio non spectet ad primum sed ad successorem, ita Bald. sibi contrarius in l.fin.C.de frust. & lit. expens. Imol. & Aretin.in d.l.si vir in fundo, Rebuff.in l.3.eodem de suspect. & Archidiacon.libro 10.Soccin.Senior d. consil.100.sub numero 2.vers. sed his non obstantibus Guid.Pap.decis.535. dicens ita in Gallia seruari Beltram. in consil.214.libro 2.Mastril. ad Alexand.in consil.7.libro 3.lit.B. vbi dicit hanc esse veram veritatem & probari ratione, quia huiusmodi pœnæ finales ante factam condemnationem fructus nedum percepti sed tātum veluti seminati esse censentur ideoque non ad illum cuius tempore delictum commissum fuit spectare debent cum ante sentētiam nullum ius ad pœnam ipsam finalem acquisitum fuisse dici potest l. ex iudicio.ff.de accusat. Bart. in d.l.aufertur ff.fiscus DD. & maxime Alexan. in l.rescriptum ff.de pact. quam rationem veram esse licet opinionem damnatam dixit Surd.cons.84. num. 6. & in puncto iuris hanc opinionem esse substentabilem dixit Alexand.in l.diuortio ff.si vir numer. 11. solut. matrimon. & post eum Pall. in l. Imperium numero 26. ff.de iurisdict.omni.iudic.Paris.de Puteo in tractat.de sindicat. in verb. prouentus, Riminald. in l. hæres quandocunque colum.2. ff. de acquirend. hæredit. Peregrin. de iure.fisc. libro 6.titul.5.num.44. vbi dixit hanc veriorem ibidem Surd.in consilio 227. nu.21.volu.1.& post alios concludit Molin.de primogen.Hispan. cap.11. num.20.libro 3.

SVMMARIVM.

1 *Non infligitur pœna portantibus arma quando in illis ea non reperiuntur.*
2 *Limita in subsidium.*
3 *Limita hoc non procedere in causis leuibus, secus in grauibus seu capitalibus.*
4 *Limita etiam non procedere in cursoribus Curiæ Archiep.Neap.*

Pœna constitutionis Synodalis Neap. contra deferentes arma an locum habeat si cum eis non fuerint inuenti.

DECIS. CCCLIX.

IN Curia Archiepiscop. Neap. pro absoluto habetur pœnam constitutionis Synodalis eiusdem Curiæ contra deferentes arma locum sibi minime vendicare in eis, qui cum armis non fuerint inuenti atq; capti.

Cuius decisio.vera ratio est, quia statutum puniens portantem arma non habet locum in eo qui cum armis captus non fuerit, ita firmauit Bartol.in l. si Barsatoram per illum text.C.de fideiussoribus, & ibi Baldus in l.item lapilli in fin. ff. de rer. diuis.Alex.consil.152.num.2. & consil.216.numer.2.volum.6.Bart. in l.1. col.9.ff.de acq.possess. & ibi Soccin. Iunior numer.413.versic. sed tuendo communem Ias.num.57.Socc. in capit.dilecti filij num.31. de foro com-

pet.Corn.in consil.20.volum.3.Rip. in tract. de pest. cap.de remed. ad conseruandum, Vbert. numer.104. & hanc esse magis communem opinionem attestantur Bellon.in consil. 94 numero 4. & Clar. in pract. crim.quæst.82.vers.quæro stat statutum.

Et licet contrariam opinionem conetur probare Menoch. de arbit. cas.394.numer.49.vers. ergo opinor, propter aliquos Doctores ab eo relatos,& à Soccin.Iun.in d.l.1. numer. 412.de poss.& Marsil. sing. 395. præsertim, quia nunquam appellatione inuenti venit captus, ex proprietate verborum.vt probat Soc.in d.l.1. numero 415. nisi secundum subiectam materiam, vt in casu d.l.si barsatorem.

Nec obstat, quod isti proiecerint arma prope pedes,quia hoc nõ constat ipsos proiecisse,Nec potest constare,quia erat obscura nox, & ipsi Birruarij deponunt solum inuenisse arma prope eorum pedes, & ideo eos non cepisse vltra quod Birruarij nullo modo sunt idonei testes præsertim ad condemnandum in criminalibus,Bald.in l.fin.num. 47. C.de edict.diui Adr.toll. Clarus in pract. quæ.7.vers.habes igitur, & statutum loquens de portante arma intelligitur de eo, qui realiter apprehensus est cum armis, vt post alios probat Ripa in d.cap.de remed. ad conseruand.Vbert.numer.105.vers. secus si dicat.

Et quod autem Birroariis deponentibus in criminalibus non credatur tanquam personis vilibus, & infamibus voluit Marta in vot. 80. numer.6.& Gram.in voto 21. numer. 1. Bero in quæst.84.num.1.Ioseph. Lodouic.in decis.Lucens...num.3. Mascard.de probat.consil. 189. in princ. vol.Viu.in decis.19.nume.6.latissimè omnium Farinac.in titul. de opposi. contra testes,quæst.57.art.11. numer. 370.cum seq. & propterea de Franchis,in decision.89.refert fuisse decisum in Sacram. Consil. depositionibus alguzeriorum non esse credendum ad finem conuincendi sed ipsis credere ad finem torquendi tantum.

Limita primo in subsidium, vbi aliter veritas haberi non potest, 2.
Gramm.cons.58.numer. 4. & in consil. seq. Baiard. loco infra allegando, qui distinguit circa delicta leuia, & grauia.

Limita secundo in causis leuibus, 3.
secus in grauibus, & capitalibus, Viuius in d.decision.numero 6. post Corneum, & Bursatum, quos allegat Farinac.in loc.super citato, numero 150.cum seq. sequitur Baiard. vbi supra, exemplum ponit idem inuento cum armis vel ad ludendum tunc dicit ipse debere adhiberi fidem Birruuariis, seu exequutoribus post Bart.& Roman. Alexand. Carrera, Foller.Mascard. & alios, quos allegat.

Limita tertio in cursoribus Cu- 4.
riæ Archiep.Neapol. in quibus cum sint clerici cessat illa vtilitas, & admittuntur ad faciendam plenam probationem, etiam in causis grauibus sanctæ fidei, nempe si deponant penes talem personam inuenisse libros hæreticorum aut nicremanticorum, & quod familiares Episcop.sunt idonei testes,dicit Baldus in d.l. etiam. Idem tenet Iosephus in decis. Lucensi prima in Barisellis habentibus annexam iurisdictionem,in quibus cessat illa vtilitas, est tamen habenda ratio cursorum,quorum aliqui sunt adeo maligni,vt nihil eis credendum sit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clerici nobiles non condemnantur ad pœnas ignobilium pro delictis ab eis patratis.*
2 *Limita hoc non procedere in crimine falsi.*
3 *Limita etiam hoc non procedere in causis sancta Fidei.*

De pœnis Clericorum nobilium.

DECIS. CCCLX.

1 IN Curia Archiep. Neap. seruatur quotidie, quòd clerici nobiles pro delictis ab eis patratis non condemnantur ad pœnas ignobilium, & cõsequenter ad triremes, sed relegantur, & carceribus mancipantur, ita Abb. in c. grauem, de pœn. nobilis enim non est puniendus vt plebeius. Clar. §. fin. q. 60. vers. prodest etiam, vbi id dicit de consuetudine seruari in Hispania, & alibi Garcia de nobilitate in exempt. gloss. 1. num. 13. vbi id etiam tuetur pro regula firmissima, & adducit casus, in quibus id limitatur, & nobiles suspenduntur, & arrestantur, Azebed. li. 8. tit. 23. l. 3. num. 5. & li. 4. l. 5. in fine, vbi dicit, distinguendos in pœnis nobiles, egregios, literatos, & personas honorabiles à plebeis, imo l. 24. tit. 21. par. 2. hanc exemptionem in pœna irroganda tuetur, etiam si proditionem commiserit, nam non debet occidi infamatoria, & vili morte, nec ducitur ad triremes vt remex. Garzia, Azebed. vbi supra, ita Couar. li. 2. var. c. 9. nu. 3. & 4. dicens, in pœna corporali non sic puniendum nobilem, sicut plebeium, ob qualitatem personarum, ex quo sit permutatio pœnæ, vt sic nobilis tormentis non subiiciatur, l. nullus, C. ad l. Iuliam Maiest. l. Diu. Marc. C. de quæst. & licet Tiraquell. de nobilit. c. 2. nu. 134. dicat contrarium seruari in Francia, prior tamen opinio in Hispania frequentius seruatur, vt dicit Couarr. ex dict. l. 14. sequitur Otalor. 5. par. princ. num. 4. dicens, quòd nobiles in pœnarum executione, & impositione mitius puniuntur, quàm ignobiles, c. fin. vbi gloss. & DD. extra de pœnis, Felin. in c. pastoralis, in princ. de off. deleg. qui limitant id in proditore, hæretico, Papa, Imperatore, & in excessiuo contumace, & in eo, qui deliquit in officio in peccato nefando. Et sic dicit Otalor. non torqueri nobilem in casu, quo ignobilis torquetur. l. Diuo Marc. vbi Cyn. exceptis certis casibus superioribus similibus; & dicit, quòd in Francia non gaudent nobiles hoc priuilegio, sed sicut cæteri torquentur, casu exigente, reatus enim penes illos omnem honorem excludit. & in vers. huic priuilegio, idem Otalor. dicit, nobiles non suspendendos, sed decapitandos, secundum Bart. in l. capitalium, ff. de pœnis, Abb. in c. pastoralis, de off. deleg. quia prima pœna est ignominiosior, licèt aliud aliquando fiat, secundum consuetudines locorum, vt in Francia; & ex hoc infert Otalora non posse nobilem ad triremes damnari, sed ad honestiores pœnas, dicens, iniustè facere Iudices, qui Fidalgos, seu nobiles, & honestioris familiæ homines pro delictorum pœna fustibus, vel flagellis cædi iubent: hinc est, quòd licèt omnes delinquentes, siue nobiles, siue ignobiles puniuntur in foro magno, vt etiam legitur de Corradino Rege, qui fuit decapitatus in foro magno, vt latè refert Salern. in consuetud. Neap. & si testator in addit. incip. dicit Neap. & nouissime fatetur Zapullus in suo compendio historico in 3. par. c. 5. in princip. tamen

Digitized by Google

contra Equites Neapolitanos aliter proceditur, sæpe enim non in foro magno Mercati, vbi scelesti omnes morte plectantur, sed ante fores ipsiusmet templi iustitiæ, id est M. C. V. vt refert Mutius Surgens in annot. de Neap. illustr. c. 15. sub numer. 28. vers. at verò honestiores, & in annot. ad cap. 22. in 4. priuileg. incip. ob rebellionis tamen crimen, & hoc ratione honestatis seruandæ. Ita pariter in quodam nobili Neapolitano inquisito de parricidio, dum fuisset condemnatus ad amputationem capitis, & deinde seruata forma iuris ad inclusionem vnius sacci cum illis quatuor animalibus corpus in mare proiiceretur, tam per M.C. V. quàm per Sac. Reg. Cons. fuit tamen ex gratia hæc pœna iuris remissa per Proregem, vt fatetur de Franch. decis. 230. in fine. Nobilibus enim istis nostris Parthenopeis plurimum est deferendum, tum ob eorum antiquam, ac notam, seu celebrem nobilitatem, de qua ille Gregorius Magnus S.P, & Ecclesiæ Dei maximus Doctor meminerat, cæteris omissis, & ita in rescriptis exordiebatur nobilibus ciuibus, & Clero Neapol. in cap. priusquam 28. dist. & in cap. Petrus. 39. dist. & pariter Robertus ille Rex in eius litteris exordiebatur, nobilibus viris Capuanæ, & Nidi, ac cæteris de populo grosso, inquit Afflict. in cap. 1. de pace iuram. firm. num. 5.

2 Suprapositam conclusionem, limita primo non procedere in crimine falsi, l. presbyter, C. de Episc. & cler. l. si quis Decurio, C. de falsis. Afflict. decis. fin.

3 Limita secundo in causis sanctæ Fidei, quia non habetur ratio nobilitatis, Archid. in c. qui contra, 14. quæst. 1. Felin. in c. pastoralis, de offi. deleg. Tiraq. de pœnis nu. 25. Sessa in decis. Rotæ Arag. 11. nu. 17. vnde in Curia Archiep. Neap. clerici siue nobiles, seu ignobiles mittuntur ad triremes pro causis sanctæ Fidei.

SVMMARIVM.

1 *Clerici detinentes concubinas post monitionem priuantur tertia parte fructuum.*
2 *Referuntur variæ pœnæ clericorum concubinariorum.*
3 *An incidendum in pœnam requiritur monitio.*
4 *Procedit etiam in clerico concubinario notorio.*
5 *Clericus concubinarius etiam publicus non ipso iure priuatur beneficiis.*
6 *Concubinarij qui dicantur.*

Qua pœna puniantur clerici concubinarij.

DECIS. CCCLXI.

ET quia sæpissime agitur in Curia Archiepisc. Neapol. de clericorum concubinariorum materia, operæpretium hic duxi, quæ frequentius in praxi tractantur; & relictis pœnis de iure antiquo, de quibus per Panorm. Felin. & reliqu. in cap. at si clerici de iudic. Bermon. de concubinariis per totum. Lambert. art. 20. Rebuff. in concord. tit. de publ. concub. Diaz in praxi c. 79. alias 72. & ibi Salzed. Clar. §. fornicatio, Maioll. de irregul. lib. 5. c. 37. Gomez. in l. 80. tauri, à num. 18. l. 43. tit. 6. par. 1. & ibi Lopez, Auend. de exequend. mand. 2. par. c. 26. Auiles in cap. Prætorum, cap. 47. Perez in l. 21. cum sequ. titul. 3. lib. 1. ordin. l. 1. cum seq. tit. 19. lib. 8. recopil. & ibi Azeuedo, Mantienc. in l. 6. tit. 8. lib. 5. recopil.

copil.glo.2.Menoch.de arb.iud.lib. 2.caſ.418. Vela de pœn.delict. c. 6. Guttierez d.c.7.Abulen.tract.de clericis concub. Armilla, & alij Summiſtę verbo concubinarius,Rodriq. in ſum.1.tom.c.102.Vega 1. par. c. 56. caſu 3. & Ledeſma 2. par. ſummæ tract.27.c.18.

Pœna autem iure nouiſſimo habetur in Conc.Trid.ſeſſ.25.c.14. de reformat. & ſunt primo, quòd ſi à
1 ſuperioribus moniti,ab ipſis concubinis non abſtinuerint, tertia parte fructuum quarumcunque penſionum, & beneficiorum ſint ipſo fa-
2 cto priuati.Secundo,ſi in eodem delicto cum eadem, vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnium beneficiorum amittant,proút ſupra, ſed quod Ordinarius,tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus arbitrabitur, ab adminiſtratione beneficiorum ſuſpendantur. Tertio ſi ita ſuſpenſi, cum eiſdem verſentur, vel eas non expellent priuabuntur perpetuò omnibus beneficiis, & penſionibus. Quarto, ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint, earum conſortium intermiſſum repetere, vel alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungi auſi fuerint, præter dictas pœnas, excommunicationis gladio plectātur. Quinto ſint inhabiles,ac indigni quibuſcunque honoribus,dignitatibus,beneficiis & officiis, donec &c. Sexto clerici non beneficiati, iuxta delicti qualitatem, pœna carceris,ſuſpenſionis ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, ac aliis modis, iuxta ſacros canones ab ipſo Epiſcopo puniantur. vide c. eos,32.diſt.

3 Ad quas pœnas incurrendas pro forma exigitur monitio ſpecialis in ipſam perſonam facta, ſecundum gloſſ. & DD. communiter in clement.2.de vit.& honeſt.cleric. quo caſu monitio facta in Synodo non ſuffragatur, etſi vim trinæ monitionis obtineat,iuxta terminos, quos latè congerunt DD. in c. 2. ne cler. vel monach. Cæpoll.conſ.11. Clar.§. fin.quæſt.36.& declaraſſe Sac. Congreg.teſtatur Nouiſſ.in ſua prax. capitul. 36. & exigitur trina monitio, ſecundum diſpoſitionem tam iuris communis, quàm iuris nouiſſ. Trid. de iure commun.patet.in cap.ſicut, & cap. ſi autem, de cohabit. cleric. vbi DD.Staphyl.titul.de variis modis vacationis,§. quando quis veniat priuandus beneficio, numer. 4. Sylua d.numer.7. alias 16. Corraſ. 3. par.cap.vltim. num. 28. & Mandoſ. tit. de priuation. verb. concubinarius.

Ampliatur procedere etiam in 4
clerico concubinario notorio, qui, etſi puniri poſſit abſque aliqua punitione,ex c.tua nos,& ibi Panorm. de cohab. cler. tamen ad priuationem beneficiorum abſque monitione perueniri non poteſt, iuxta cap.ſicut, c.ſi autem eod. tit. Conc. Trid.ſeſſ.25.c.14.de reformat. & ita cenſuit Rot. Romana in vna Monaſterij Sancti Manſueti die 27. Ianuarij 1597. coram Domino Penia, quæ eſt impreſſa inter conſilia Farinac.conſ.80.

Vnde Rota Romana in vna Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti 27. Ianuarij 1597. coram Domino Penia reſoluit, quòd clericus concubinarius etiam publicus, non eſt ipſo iure beneficiis priuatus, nec venit priuandus, niſi quando poſt legitimas monitiones indurato animo in concubinatu perſiſtit. capitul.ſicut, & capitul. ſi autem, de cohabit.cler.Conc.Trident.ſeſſ. 25. cap.14.de reformat. Probus ad prag-

maticam sanctionem, tit. de concubinariis, §. necnon, verb. priuet, & ad effectum priuationis necessaria est plena, & concludens probatio illius, etiam si ciuiliter ageretur, nec sufficit probatio de publica voce, & fama.

Ampliatur secundo, vt ex pœna tertiæ partis fructuum apparentis in verbis Concilij ibi, *Fructuum obuentionum, ac prouentuum* cōprehendere etiam distributiones quotidianas, secundum Nauarr. consil. 6. de verb. signif. in antiqu. & Sayr. decis. 7. eod. titul. an autem Concilium comprehendat clericum committentem crimen simplicis incontinentiæ, vide eundem Nauar. consil. 1. de cohabit. cleric. & Sayr. decis. 4. de adulter.

6 Qui autem dicantur concubinarij quoad supradictum effectum, dicas, quod ille dicitur, qui ita domi retinet mulierem, ac si esset eius vxor. Bald. in auth. licèt concubinam. ff. de concubin. & aliis, quos refert Diaz. in pract. crim. conn. c. 37. Siluester in vers. concubinarius, nu. 1. licèt Diaz. ipse dicat, quòd non solum, qui domi eam retinet, sed qui sub aliquo colore eam retineret in domo suæ matris, vel aliquarum consanguinearum, vel alibi, & cum ea habeat assiduam consuetudinem. Ratio est, quia attenditur scandalum, quod à populis concipitur, tam si domi, quàm si extra retineatur, & ad hoc inclinat fac. Conc. Trid. sess. 24. cap. 8. de reform. matr. vbi concubinarius vocatur, etiam qui extra domum mulierem suspectam retinet, & clarè sess. 25. cap. 14. de reformat. vbi in domo, vel extra prohibet concubinas, & Nauarr. consil. 1. de cohabit. cleric. & multa dicit Conc. sess. 25. c. 14. de reform. habere etiam locum in vna simplici incontinentia, etiam sine qualitate concubinatus.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest punire regulares ad publicas processiones non euntes.*
2 *Limita in regularibus illis, qui instrictior clausura viuunt.*
3 *Limita etiam in regularibus distantibus à ciuitate vltra dimidium milliare.*
4 *Limita etiam si haberet priuilegium non eundi ad processiones.*
5 *Limita quoque in fraternitatibus laicorum.*
6 *Regulares non euntes ad præfatas processiones debent potius compelli carcere, quam excommunicari.*
7 *Publicæ processiones quæ dicantur.*

Qua pœna puniantur regulares, qui inuitati ad publicas processiones non accesserint.

DECIS. CCCLXIII.

IN facti contingentia dicebam ego non potuisse quendam Illustrissimum Archiepiscopum punire regulares ad publicas processiones non euntes; quia superiores regularium sunt priores, secundo prouinciales, tertio generales pro vt latè per Triuis. in tract. de modo procedendi inter reg. c. 4. item Iudex ordinarius regulariū est protector secundum Card. in consil. 17. numer. 1. Staphil. de lit. gratiæ fol. 287. num. 6. Alban. cons. 35. num. 2. Monald. consi. 16. & Triuis. decis. 36. part. 1. verum quidquid sit ex supradictis, hodie tamen per Conc. Trident. sess. 25. c. 13. de regularibus sancitum est, vt 1

exem-

exempti omnes tam clerici seculares quam regulares, etiam Monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur; iuxta cuius sententiam iudicauit pariter Cappella Tholos.decis. 484. quare Calderini opinio improbanda est, qui exemptos ad id non teneri asseruit in consil.8. de regularibus.

Limita primo in illis regularibus, qui in strictiori clausula viuunt, vt probat.in eod.cap. Trident. 13. Gratian.decis.232.

3 Limita secundo si regulares abessent à ciuitate vltra dimidium milliare, quo casu non tenentur ad processiones accedere, vt censuit Sacr. Congreg. prout idem est in clericis longe absentibus à Ciuitate, qui de consuetudine non tenentur venire, Gemin. in cap. quando in fine distinct. 38. & prædicta intelliguntur de omnibus clericis diœcesanis quantumuis exemptis, etiam beneficia simplicia in diœcesi obtinentibus vel officia, puta si deseruiant pro Cappellano etiam in ecclesiis exemptis, qui omnes possunt compelli accedere ad dictas processiones per Episcopum prout declarauit Sacr. Concil.Triden. Congregatio.

4 Limita tertio si habentes ex priuilegio, vt non teneantur ad processiones ire, vel si semel, vel sæpius non tamen tenentur, Tum quod priuilegium est facultas, & possunt ire si velint, alias non. Tum quod precario venisse videntur ab Episcopo vocati, & idcirco nullum ius Episcopo quæsitum est, ita Calder. in d.consil. 8. de reg. quem sequitur Felin.in c.dilect.num.7. de offic.ordin.& Vgolin. de potestat. Episcopi nu.1.§.2.

5 Limita quarto in confraternitatibus laicorum: nam per Episcopum non poterunt compelli accedere ad processiones publicas, sed solum inuitari, vt fuit declaratum per Sacr. Congregat.

Sed dubium est qua pœna veniant plectendi regulariter, non accedentes ad prædictas processiones & quidem dubium est an possint compelli per Episcopum sub censuris, iuxta cap. 13. sess.25. de reg. cum habeant priuilegium, vt non possint ab ordinario suspendi, aut interdici, & sic secundum in decis. 33. potius erunt compellendi carcere & aliis similibus pœnis, & licèt Calder.d.cons.8.de regul.Felin.in d. c. dilect. de offic.ordin. & Gamma de potestate legati lib.8.c.fin.numer. 77. dicant quod non possunt excommunicari, tamen secundum Gratian.loc. supra cit. loquuntur in exemptis, qui non poterant cogi accedere ad processiones, ad quam etiam quod aliquando iuerint non præscribitur contra eos cum sit facultatis: & sic nullum ius est acquisitum Episcopo contra eos, prout etiam dicit Felin.in d cap. dilectus in fin.num.7.de offic. ordin.vnde cum vigore concilij modo subsint ordinariis, à quibus compelli possunt ire ad processiones, poterunt etiam excommunicari, cum enim conc. non det modum compellendi, remittitur eius arbitrio, maximè cum Concil.Trident.cap.fin. sess. 25. de regular. mandet obseruari omnia decreta concernentia d. regulares non obstantibus eorum priuilegiis, constitutionibus, consuetudinibus, præscriptionibus, & statutis etiam iuratis deputando Episcopos executores in omnibus prædictis casibus. 6

Publicæ autem processiones sunt quæ sunt in Litaniis maioribus, atque minoribus, vel pro bono

publico, vt imminente peste alioque flagello, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo Sanctissimo Corporis Christi, & quæ Episcopo videbuntur: remittitur enim hoc Episcopo, sicuti etiam decernere Ecclesias, quæ adeantur: ita Prax. eadem cap. 63. num. 1. & Abb. in cap. nimis de except. Prælat. ita eod. in Addit. eod. in loco, sed iam ad alia transeamus.

SVMMARIVM.

1 *Tortura est remedium subsidiarium.*
2 *Amplia in qualibet specie tortura.*
3 *Amplia etiam in pœna corporis afflictiua.*

An tortura possit dari in pœnam.

DECIS. CCCLXIII.

1 Videbatur, quod non, quia tortura est remedium subsidiarium, ad quàm planè non sit deueniendum nisi in subsidium, & quando veritas aliter haberi non potest l. edictum, versic. 1. l. Diuus Pius ff. de q. l. quoties C. eod. Clar. prax. crim. §. fin. quæst. 64. Boer. decis. 163. Simm. de Prætis consil. 36. numer. 3. præcedentibus iudiciis, non remotis; sed proximis luce meridiana clarioribus, Osac. decis. 79. numer. 55. & 56. Thesaur. decis. 22. num. 6. Crauett. cons. 287. num. 2. vbi scribit, quod quando alicui contra reum potest alio remedio subueniri, non deuenitur ad torturam, quæ dicitur remedium subsidiarium, vnde fatuus est Iudex, qui malefactorem torqueat super plene probatis, imo tenetur in syndicatu copiose Farinac. tract. crim. part. 2. quæst. 40. num. 3. & 2. vnde Marsil. ad l. 1. & ad l. edictum ff. de quæst. Vulpell. consi. 4. num. 13. Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 5. & Mascard. de probat. conclus. 1385. num. 3. cum relatis per Farinacc. loc. cit. animaduertit ad dandum repulsam illi, qui petit aliquem torqueri nec virat, quod non habet alias probationes, quam torturam.

Amplia primo, in qualibet specie torturæ, quam esse triplicem docet Bald. cons. 77. vol. 3. & Boss. tract. crim. de tortura num. 16. 2

Amplia secundo in pœna corporis afflictiua, siue pecuniaria, siue arbitraria, Gilhausen. amb. in d. part. 1. cap. 1. de iurisdict. §. 1. num. 98. cum sequenti, Gaball. resol. crim. 28. num. 17. in fine, & cas. 180. nu. Franc. Marc. decis. 904. nu. 4. & 5. part. 1. vbi in omnibus his casibus deueniri potest ad quæstiones, sed in subsidium, imo etiam pro causa ciuili infligitur tortura, si tamen habeat crimen annexum, Abb. ad cap. 1. de posit. à Gomez. variar. resolut. tom. 3. capitul. 13. numer. 29. etiam contra testes in causa ciuili inductos. Thes. decis. 42. 3

Cæterum in Curia Archiepisc. & in omnibus aliis curiis tortura, quandoque datur in pœnam, quod contingit quoties delicta committantur intus carceres secundum de Franch. decis. 630. tortura enim secundum Cost. de remed. 21. cap. 26. num. 8. multoties irrogatur ad pœnam, cum possit secundum eum hoc fieri aliquando ad eruendam veritatem l. edicta, vbi Bartol. ff. de quæst. ideo socius criminis, qui vt delictum detegat ac publicet, habuit gratiam de pœna quoad se, potest torqueri, vt faciat contra socium ad purgandum omne vitium ex Clar. in d. §. fin. q. 21. Boss. tract. de iud.

iud. ante torturam numer. 182. cum seq. Bertazol. crim. consil. 341. 559. & 569. Honded. consi. 100. vol. 1. Natta consi. 298. Viu. decis. 216. lib. 1. Rota Rom. decis. 283. part. 1. in nouis, Farinac. tract. crim. part. 2. quæst. 43. Mascard. de probat. conclus. 1311. quoniam gratia præmissa non complectitur torturam, quæ fit ad eruendam veritatem, nec ex facultate infligendæ torturæ oppidanis denegata prętoribus infertur ad torturam, quæ permittitur ad eruendam veritatem de Franchis decis. 453. part. 3.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium de omni iure requirit residentiam.*
2 *Nemo excusatur à residentia.*

Vt ad pœnam priuationis canonicatus ob non residentiam perueniatur, quæ concurrere debent.

DECIS. CCCLXIV.

1 CVm de iure quolibet beneficium requirat residentiam c. pen. de cler. non resid. cap. ad hoc de præben. & si generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficiis simplicibus Abb. in cap. extirpandi §. qui vero num. 31. de præbend. cum aliis, Mandos. in 1. reg. q. 13. num. 8. de Grassis decis. 4. num. 3. de præbend. beneficium autem simplex præsumitur, Ægid. decis. 676. Rebuff. in praxi sub tit. secul. beneficium quotuplex num. 11. Staphil. de litteris grat. 2. part. tit. de qualitate & statu beneficiorum, in princip. fuit decisum in vna Calaguritana congruarum 16. Nouem. 1571. † coram Oradino, & sæpius in aliis. †

Quare beneficia curata seu Canonicatus ex vi Conc. Trident. sess. 23. c. 1. de reform. maiorem ac magis enixam requirunt residētiam, quam antea; nam olim poterat Parochus studiorum causa per septennium de Ordinarij licentia abesse, vt probatur in cap. cum ex eo 33. de electione lib. 6. latè per Diaz. & ibi additionatorum, Salzed. in prax. crim. capit. 52. Nauarr. in man. capitul. 23. num. 120. Rebuff. in prax. titul. de dispensat. de non residendo nu. 25. Hodie tamen ordinarij minimè possunt talem licentiam concedere, nec Parochi studiorum causa absentiam facere, vt declarauit Sacr. Concil. Trid. cong. dicens.

Obtinentibus Parochiales Ecclesias post Conc. Trident. studendi licentia ac in absentia studiorum causa fructus percipiendi, non datur.

Et ad hanc residentiam neminem 2
excusari voluit, Gig. de resident. Episcop. q. 12. vnde deponitur Cardinalis, qui in suo titul. non residet, c. ex gestis de clericis non resident. nec præsentatus ad Ecclesiam confirmatus, si apparet quod voluit residere, cap. Relatum eod. tit. & procedere etiam in beneficio modicæ æstimationis, voluit tex in cap. conquerente eod. titul. nec seruitium quadraginta annorum excusat canonicum à residentia, secundum Nauarr. consil. 12. eod. tit. & Sayr. in dec. 3.

Vnde ex supradictis deducitur, quod canonici residere debent vbi canonicatus habent, idque merito, nam diuina officia per se, & non per substitutos obire in Ecclesiam debent, ita Trident. Synod. sess. 24. de reform. cap. 12. versic. omnes ve-

ro,& Pius V.in bulla incip. cupientes quæ est in ordine 64.

Quod si non resederint puniri debent hoc ordine, nam primo anno priuari debent dimidia parte fructuum, quos ratione præbendæ ac residentiæ suos fecerunt, si ibidem ea negligentia vsi iterum fuerint omnibus fructibus*, quos eodem anno lucrati sunt priuabuntur, Crescent. contumacia contra eos, iuxta Sac. Canon. constitutiones procedetur, ita sanciuit Trident. Synod.sess.24.de reform. cap.12. vers. præterea obtinentes ibi. Alioquin primo anno, censuris etiam, nec non pœnis pecuniariis arbitrio Episcopi, & etiam priuatione beneficiorum puniri possunt Pand. Bullam. idque facere potest etiam, vt Apostolicæ, Sedis delegatus per d. bullam.

Vnde Rota in vna Salamantina del Pedroro 20. Decembris 1567. † coram Illustriss. Seraph. vnde dicit per hæc verba Domini tenuerunt sententiam esse nullam ex duobus potissimum capitibus; primo, quia constat de publicatione edicti in Abbatiali ecclesia; secundo, & in hoc factum fuit præcipuum fundamentum, quia Concil. Trident. permittit quidem, vt Episcopus ob non residentiam possit deuenire ad priuationem, sed tamen seruato iuris ordine, quod innuunt verba illa, per censuras Ecclesiasticas, ac sequestrationem fructuum, aliaque iuris remedia, etiam vsque ad priuationem compellere. Vnde succedunt tradita per Abb. consil.67.vol.1.quod in casu priuationis debet Episcopus procedere ad priuationem per tres citationes in Ecclesia successiue factas, neque sufficit vnica peremptoria, vt per eund. ad idem Felin. in c. consuluit num. 13.de offic.deleg. & hæc etiam erat forma ab ipso Episcopo in edicto data: nempe, vt per trium edictorum affixionem procederetur, quod obseruatum non fuit, vnus etiam ex Dominis considerabat nullitatem sententiæ ex defectu citationis, sed quia articulus erat dubius, noluit super eo insistere.

Quamuis Episcopus in suo seruitio possit occupare duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, & fructus in absentia percipiunt, nam seruiendo Episcopo Ecclesiæ inseruire dicuntur cap.de cætero. c. ad audientiam de cler.non resid.l. fin.tit. 16. Partita 1.quæ iura non sunt derogata per Conc.Triden.sess.24. capite 12. vers. præterea de reformat. vt consuluit Nauarr.consil.1.& 2.de clericis non resid. Quod etiam locum habet in Canonicatibus Doctorali & magistrali, vt fuit resolutum in Rota in vna causa Picentina fructuum 14. Martij 1550. teste Puteo decis.294.incipit in vna Placentina li.3.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis nullam habet iurisdictionem contra clericos, nisi quoad priuationem feudorum, quamuis contrarium de facto seruetur, vt in num.3.*

2 *Clericus non committit crimen læsæ Maiestatis, quia non potest dici subditus Principi seculari.*

4 *Clericus tam de iure canonico, quàm ciuili, non potest coram iudice seculari conueniri.*

A quo puniendus clericus committens crimen læsæ Maiestatis.

DE-

DECIS. CCCLXV.

DVbium faciebat pro opinione affirmatiua tex.constit. Regni incipiens de personis, per quam datur facultas iudicibus secularibus cognoscendi contra personas ecclesiasticas de proditione, vbi Gloss.dicit in crimine læsæ Maiestatis, & sic etiam dictam constitutionem intelligit Napod.in proœmio consuetud. Neapolit.in glo.verb,tenorem, vers. sed contra.Et nouissimè videtur nostris temporibus tempore rebellionis olim Principis Salerni processum contra clericum nobilem Neapolitanum,vt refert de Franch. dec. 691.

11 Cæterum hoc non obstante, videtur dicendum contrarium,ex regula generali,quod contra clericos iudex secularis non habet iurisdictionem, c.at si clerici,& cap.clerici, de iudic. cum concordantibus,quos cumulat Couarr.pract.quæst.c.31.num. 4. Valas.decisio.102. laicum enim de quacunque quæstione tam ciuili, quàm criminali,quantumuis ardua,contra clericum cognoscere non posse, statutum est tam per iura canonica, quàm ciuilia,ad tex.in cap. cum non ab homine,de iudic. ita vt nec consuetudo in contrarium valeat,capit. clerici,eod. tit.auth.statuimus,de Episcop.& cler.qui tex. est desumptus ex §.item statuimus de statut.& consuetud. contra libert.eccles. coll. 10. & ob id communi calculo Doctores tradiderunt,vt nec etiam in crimine læsæ Maiestatis sæcularis iudex possit cognoscere:cumulat Doctor.Foller.in sua pract.crim.1.part.2.par.numer.95.Boss.in tit.de crim. læsæ Maiest.Iul.Clar.libro 5.§.fin.quæst.36.& in §.læsæ Maiestatis, Gig in 11. part. tractat.in tract.de crimine læsæ Maiest.cogn.poss.Decian.in tract.criminal.lib.7.in tit.qui committit crimen læsæ Maiestatis,cap.8.Bernard.Diaz. in sua pract.crim.canon.cap.119.& ibi Addentes Farin.in titul. de inquisit.quæst.8.qui omnes Doctores innumeros cumulant,&,vt dixi,hęc est communis opinio.

Cuius conclusionis ratio redditur 2
per Gigant eiusdem nominis tracta. rubr.quis de crimin.læsæ Maiest. cognosc.poss.numer. 2. & per Roland. cons.4.volu.1. quoniam tale crimen non committitur per clericum,quia non potest dici subditus sæculari Principi,ad tradita per Barb. in consil.21.in 3.vol. incipiens , à iure tale principium,& Boer.in tract.de seditios.col.18.versic. præsuppono etiam sexto,num.3.& ab hac opinione , de iure loquendo,dissentire non videntur Clar.in pract, §. læsæ Maiestatis, vers.hinc infertur,&in quæst.36.versic.quæro nunquid clericus, Boss. in titulo de crim.læsæ Maiest.num. 86. in fin.Decian.in tract.crim.tom.1. libro 4.c.9.numer.5. & 7. vbi absolutè tenet,iudicem, aut Principem sæcularem neque in hoc crimine posse contra clericum procedere , nisi tantum quoad priuationem feudorum, licèt de facto contrarium seruari per aliquos Principes sæculares testentur,prout & seruatum fuisse ante eos testatur Aufrer.in repet. clem. 1.de off.ord.reg.1.num.27.

Non obstant contraria , & consequenter cōstitutio de personis, quia 4
secundum Andr.ibi, nec per iura canonica , nec per ciuilia ecclesiastica persona trahitur ad iudicium sæculare,per text.in authen.statuimus,& per gloss.in auth.clericus, C. de Episcop.& cler.& similiter per capitula conuentionum iura cum Rege Carolo Primo,nisi ratione feudi , vt ibi dicitur , & est capitulum secundum ordinē Nigri 198. quod incipit. Item

statuimus, quod clerici. & apparet ex capitulo Papæ Honorij, quod incipit, Item quod clerici, nisi pro bonis feudalibus, de quo facit mentionem Afflict. in constit. Regni Iustitiarios, in fin. & in d. constitut. de personis, 1. col. vers. sed quæro an ista constitutio Imperatoris, vbi etiam in specie loquitur de crimine læsæ Maiestatis, idem tenet ibi Foll. numero 7. col. 3. vers. prædicta tamen, fol. 40. & in eastem const. num. 25. vers. & regulam affirmatiuam, vbi allegat Gramm. in decis. 29. & 61. qui & de prędicta conuentione loquitur idem Foll. in fragmentis pract. crim. in 1. charta, sub titul. de Episcop. & cleric. idem tenet Afflict. in c. 1. §. si clericus, de pace tenen. col. fin. vers. dicit tamen hic Andreas.

Non obstat secundò, quòd alias clericus nobilis fuit inquisitus de crimine læsæ Maiestatis, & vnus, vel alter decapitatus, & consequenter, quod in hoc casu sit ex consuetudine inductum, quod in certis casibus non sit abdicata iurisdictio à iudice seculari, ex dictis eiusdem Didaci. Nihilominus quoad primum repertum fuit, iudices seculares contra clericum nobilem processisse etiam delegatos à Sede Apostolica, & sic operatur effectum contrarium. Item idem Fol. in d. constit. de personis, d. numero 23. dicit, vidisse multos clericos remissos ad iudicem ecclesiasticum, & non adesse consuetudinem in cõtrarium. Nec obstat, quod dicebatur de clerico decapitato, quia etsi hoc verum esset, fuit malè factum obstante decisione Andr. & aliorum supra allegatorum, nec per vnum actum consuetudo iudicandi inducitur, sed per binas iudicaturas, vt aliàs est dictum supra in decis. 238. & infra in decis. 714.

Vnde cum similis casus contingeret in persona cuiusdam religiosi, & fuisset Summo Pontifici Clementi VIII. significatum, & per eundem Pontificem fuit commissa causa Reuerendissim. Nuntio in simul cum Officiali Regio, clerico tamen, ac Regij Fisci Patrono eligendis per Proregem, à quo fuit electus Don Petrus de Vera decanus Sacri Consilij qui ordines minores habebat, ac Don. Ioannes Sanchez Regius Consiliarius pro Fisci Patrono in prædicta causa, & sic fuit exequutum, ita de Franch. decis. 191. & de Ponte decis. 9.

SVMMARIVM.

1 *In Curia Archiepiscop. Neap. solet fieri praceptum de non conuersando cum mulieribus inhonestis.*

2 *Oratio negatiua fortius negat, quam oratio affirmatiua affirmat.*

3 *Nonnulla referuntur quæstiones pro ornamento quæstionis.*

De pœna, seu præcepto de non conuersando cum muliere inhonesta.

DECIS. CCCLXVI.

FRequentissimè accidere solet in Curia Archiepiscop. Neapolit. clericos processari, seu inquiri de copula carnali cum aliqua muliere; & quia contingit, præfatum delictum sufficienter non probari, eadem Curia eos absoluit cum præcepto, seu pœna de non conuersando amplius cum ea; quare dubitatũ fuit an præfatum præceptum tollat omnem conuersationem, ita vt censeatur coarctatus, vt ne quidem ex causa licita, honesta, atque necessaria cum ea conuersari. 1

Et

2 Et dubium mihi faciebat, quod cum sumus in oratione negatiua, quæ fortius negat, quàm affirmatiuè affirmat glos. quam ibi dicit Bartol. sing. in l. hoc genus, in Gloss. fin. ff. de condit. & demonstratione, & ibi Castrens. dicit valde singularem, & pluries secundum eam obtinuisse commendat Dec. consil. 490. numero 6. pulchrè consil. 3. numer. 4. Crauett. consil. 146. numer. 4. Gab. de legibus concl. 2. numer. 27. addo Tiraquell. ad l. boues, §. hoc sermone, lim. 7. vbi Rebuff. limit. 1. de verb. signif. Osasc. Pedemont. decis. 100. num. 44. Trigo sing. 26. Cotta valde commendans in verb. testator lethaliter, Menoch. de recup. poss. remed. 14. nu. 4.

Cæterum hoc non obstante, contrarium est verius, pro qua opinione facit, quod voluit Crau. consil. 3. per totum, vbi prohibitus de non alloquendo talem carceratum per verba nec directa, nec indirecta, non comprehendit alloquentem ex causa pietatis, beneuolentiæ, & consolandi causa carceratum: vnde prohibitio habendi commercium cum bannitis, non extenditur ad eos, qui dictos bannitos quoad victum adiuuant in extrema necessitate faciendo eleemosynam, vel aliud opus genere suo bonum ad finem conuertendi, Nauarr. consil. 57. 58. & 59. de sentent. excomm. in antiq. Angel. in tractatu malefic. & ibi August. Ariminen. in apostilla in verb. maleficio semper astitit, num. 23. Afflict. in const. Pateranorum, numero 8. Boss. in tit. de rapinis, numer. 21. idem Afflict. in d. const. numer. 3. Campan. in c. regni, licet contra receptores, sub numer. 10. & prohibitio de non loquendo cum excommunicatis, non excludit casum necessitatis, seu honestatis. c. quoniam, 11. quæst. 3. c. inter alia §. illud autem, & ibi Soc. nu. 99. de sentent. excom. Gabriel 4. sent. dist. 18. quæst. 3. art. 1. Caietan. in summa in verbo excommunicatus. Vgol. tab. 2. c. 23. §. 11. Nauar. c. 27. nu. 27. Sayr. libr. 2. casuum conscientiæ. cap. 24.

Quare dicebat Euerar. in loc. ab absurdo, quod verba etiam generalia interpretanda sunt, ne sequatur inhumanitas, prout esset in hoc casu, si non potuisset alloqui ad bonum finem, & citra causam delicti. 3
Hinc est, quòd licet verba contractus sint nimis generalia, tamen recipiunt interpretationem, ne promittens remaneat læsus, delusus, vel deceptus, idem Crauetta consil. 78. & prohibitio de non faciendo aliquid cum iuramento, non extenditur ad actum laudabilem, & licitum, sequitur Couar. de testam. in c. Rainal. numer. 6. & 7. nec promissio intelligitur de actu excessiuo, Bald. consil. 372. colum. 2. lib. 3. & excessiuum esset si permissa conuersatio, & ad bonum finem facta comprehenderetur, meritò nō videtur de ea intelligendum. Vnde promittens velle conueniri vbique locorum restringitur ad locum tutum, Alexand. ad l. cum res, col. 1. ff. de leg. 1. & generalis promissio expensarum reducitur ad causam honestatis, vt latè deducit Seraphin. de iuram. priuil. 13. numer. 24. Et promittens non offendere quoquo modo, intelligitur ad terminos iuris, & sic non intelligitur in ludendo, nec in lucta, nec in similibus causis, in quibus cessat dolus. Dec. in ludo pugnorum, consilio 9. in luctu Herculano de caut. de non offendendo, cap. 34. numer. 4. nec verba contrahentium generalia ita intelligi debent, vt sapiant nimium rigorem, vel nimiam iniquitatem, Crauetta cons. 221.

Google

SVMMARIVM.

1 *Duplex pœna regulariter exigi non potest.*

2 *Iniquum est, hominem, & pœnam possidere.*

An duplex pœna exigi possit.

DECIS. CCCLXVII.

CVm in Curia Archiepiscop. quidam fideiussisset de repræsentando, sub pœna, quendam inquisitum de homicidio, & per eandem Curiam fuisset requisitus, vt ipsum principalem præsentaret, tamen non illico, sed infra multum temporis spatium vnà cum ipso principali se præsentauit, quare pro parte Reuerendi Fisci instabatur detineri fideiussorem pro exigenda pœna, & ipsum inquisitum, fuit dubitatum
1 quid iuris: & fuit dictum non posse exigi pœna contra fideiussorem, existente inquisito in fortiis Curiæ, ex reg. iuris generalis, quod vnica pœna contenti esse debemus, l. qui fidem ff. de pact. vbi vna tantum debetur, aut legalis, aut conuentionalis & ita DD. dicunt in l. vbi pactum, in l. si quis maior. & in l. si diuersa, Cod. de transact. vbi si quis venit contra trãsactionem, tenetur ad pœnam. ad restitutionem datorum, & ad obseruantiam transactionis, tamen vnum alternatiuè peti potest, allegatur tex. in l. 2. §. fin. ff. naut. caup. vbi datur actio furti, & actio honoraria contra caupones, vna tamen exercetur, facit tex. in l. si ita stipulatio, ff. de verb. oblig. vbi contenti debemus esse pœnis legalibus, hunc text. in d. §. fin. ad hoc allegat And. in cap. 1. vers. contrahentium, in addit. colum. 4. quæ sint regal. quod duæ pœnæ non irrogantur, & text. in d. l. si ita stipulatio. Andr. allegat in c. sancimus, il primo; quo temp. mil. in cap. . in add. col. 2. de natur. succ. feudi, text. in l. obligationem fere §. penult. & fin. ff. de act. & oblig. l. si quis à socio, l. duo societatem ff. pro socio.

Cuius conclusionis ratio est, quia 2
periniquum videtur, vt quis hominem possideat, & pœnam vnde Bar. in l. prætor edixit, §. 1. ff. de iniuriis, dicit, quòd duæ pœnæ ad vindictam publicam exigi non possunt, sed vna ad vindictam, altera ad prosequutionem rei fam. bene potest. Ias. d. ista in l. ita stipulatus, numer. 19. in fine ff. de verb. oblig. & Ias. in l. ita stipulatus ff. de verb. oblig.

Quare fuit decisum in sacr. Conc. quod fideiussor citatus ad præsentandum principalem, si post paucos dies præsentauerit, non poterit exigi pœna, sed excarcerandum esse fideiussorem, & supersedendum in exequutione pœnæ vsque ad exitum causæ. Gram. decis. 95. meminit Carauita in tit. M.C.V. 163. post num. 2. & 4. Muscatell. in pract. fideiussor. par. 2. quæst. 1. Nouis. in sua praxi capit. 33. numero 11. Tapia in c. Regni 230. legem veterem annuit, quod tam in Magna Cur. Vic. quàm in Sac. Consil. semper vidit contrarium seruari quotiescunque aliquis sub fideiussoribus relaxaretur de tenendo Palatium loco carceris, tunc si post paucos dies se præsentaret, non fit exequutio contra eum, nec contra fideiussores, quando vocatus non fuerit repertus, sin autem post longum temporis interuallum fuerit præsentatus, tunc seruatur, quod dicit Grãmat. scilicet, quod expectetur exitus causæ, in qua si fuerit absolutus pro delicto, non condemnabitur pro pœna; si verò condemnatio sequatur, tunc etiam quoad pœnam, ob

tunc

Digitized by Google

non præſentationem, tenetur, Vrſill. deciſ. 130. numero 6. Borſell. in adnot. ad ſpec. Princ. rub. 31. §. quamuis, lit. E. & Foller. in prag. numer. 273. allegant Grammat. Viuius deciſ. 442. num 15.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus conſtituti non coguntur deferre habitum clericalem.*
2 *Clericus dimittens habitum non poteſt carcerari.*
3 *Clericus beneficiatus priuatur beneficio, non incedens in habitu, & tonſura.*
4 *Veſtes clericales quæ dicantur.*

Pœna Clerici non deferentis habitum, & tonſuram.

DECIS. CCCLXVIII.

PRo huius quæſtionis dilucidatione ſuppono tres cóclusiones. Prima ſit concluſio, Clerici in minoribus conſtituti cogi nequeunt
1 deferre habitum, & tonſuram, cap. Ioannes, de cler. coniug. Panormit. in c. fin. eod. titul. Hartam. deciſ. 3. de priuil. Bomb. deciſ. 5. numer. 4. Alex. de Neuo conſil. 145. numero 6. & ſequent. tamen ſi volunt gaudere priuilegio fori, oportet vt deferant habitum, & tonſuram, & ſeruiant in diuinis, Conc. Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. & 17. de reform. Fulgoſ. conſil. 123. num. 1. & procedere etiam in clericis coniugatis, iuxta terminos cap. vnici, de cler. coniug. in 6. teſtatur Clar. §. 35. numer. 11. quæ habitus delatio exigitur tempore capturæ, iuxta tradita per Capyc. deciſ. 161. Faber deciſ. 39. C. de iuriſd. omn. iud. & vide Cappell. Tholoſ. deciſ. 104. 144. & 147. licèt in hoc Regno, ſecundum Grammat. qui refert pluries fuiſſe deciſum in voto 13. in fine, Clerici etiam in minoribus conſtituti habẽtes ſolum primam tonſuram, gaudent priuilegio fori, etiam ſi non incedant in habitu clericali, vt voluit idem Grammat. in conſt. regni fol. 3. numero 4. & Clar. loco cit. dixit, Senatum iudicaſſe in cauſa cuiuſdam Ludouici Scribani 21. Maij 1554. clericum beneficiatum incedẽtem armatum vt militem, à iudice laico puniri non poſſe: ſed conſiderandum eſt dictum ius nouiſſimum Conc. Trident.

Et propterea fuit deciſum in Curia Archiepiſcop. Neapol. non poſſe 2
carcerari clericum in minoribus cõſtitutum, qui ſine licentia ipſius Curiæ dimiſit habitum clericalem, & incedit in habitu laicali, ſiquidem de iure communi clericus in minoribus conſtitutus non cogitur deferre habitum clericalem, d. cap. fin. de cler. coniug. niſi cauſatiuè, quatenus velit gaudere priuilegio clericali, vt ibi dicunt Abb. & alii, vel ſi ſit beneficiatus per citat. c. Ioannes, de cler. coniug. & hoc caſu poteſt etiam declarari priuatus beneficio iuxta Bullam Sixti V. ſecundum Nouiſſimũ in praxi cap. 38.

Secunda ſit concluſio. Clerici beneficiati tenentur incedere in habitu, & tonſura, & hodie iuxta decretum Concil. Trident. loco citato, extat Bulla Sixti V. de habitu & tonſura per clericos, ſeu milites beneficia, vel penſiones obtinentes deferendis, vel pœnis contra inobedientes inflictis, publicata Romæ die 18. Ianuarij 1589. incip. de cuius materia vide Vrſillum dec. 24. num. 6. Grammat. dec. 81. Franch. dec. 189. numero 5. Farin. in tit. de inquiſit. quæſt. 8. numero 40. Sigiſmund. Scac. in tract. de iudic. cau. ciuil. & crim. cap. 11. nu.

Digitized by Google

19. Borg. Caualc. Tiuizan.10.numer. 17.par.5.

Tertia sit conclusio. Potest Prælatus cogere tam clericos beneficiatos, quam clericos in minorib. constitutos si velint habitum deferre, vt decenter; & honestè ilum portent; vt habetur in cap. nullus,& per totum, 21.quæst.4. De vestibus autem, quæ apertè sunt indecentes, nec honori congruunt clericali, extat tex. in clement. 1. de vita & honest. cleric. Siluester verb. excommunicatio 2.num. 2. Viual. in explanat. Bullæ Sixti V. fol. 131. Inter habitus verò indecentes sunt primo, si quis ferret caputium bipartitum, seu virgatum, aut duorum colorum, certè non dicetur incedere in habitu clericali, & ita fuit iudicatum per Curiam Tholos. teste Aufrer. decisio. 227. idemque si deferat colletum sic vergatum, vt eadémque Curia iudicauit decisi. 252. & refert Milleusin. practic. fol. 37. nu 8. quod quidam clericus coniugatus, eo quod habebat caligas bipartitas Tholosę, reputatus fuit laicus, & pro crimine tanquam laicus fuit laqueo suspensus. Quam opinionem ego non sequor. Peccat pariter clericus, qui viridibus, aut rubeis vestibus vtitur, secundum Panormit. in c. clerici officia, & infra dicit, & idem dicendum videtur de veste lingulata, & quacunque alia notabiliter irreligiosa, aut scandalosa, vel pretiosa, nisi sit prætiosa ad se conformandum his, quibus continuit, ne vilescat, argum. distin. 80 Episcopi, Siluest. loc. cit. & Nauar. multa allegans in Man. cap. 25. numero 110.

3 Et quia in Bulla fit mentio de veste talari, respondemus, illam talarem dici, quę totum hominem vsque ad pedes tangit, vt latè per Alb. in dictionario in verb. æquitas, & tales vestes iudicantur clericis decentes, nec nimis longas, nec nimis breues, quas illas dicemus, quibus modesti, & religiosi Sacerdotes in vnaquaque vtuntur prouincia. Summ. Confess. lib. 3. tit. 7. quæst. 1. Ratio est; quia verba Pontificis sunt exponenda iuxta sensum, qui vulgo, & communi vsu loquẽdi receptus est, iuxta consuetudines prouinciæ. Couar. libro 3. var. resolut. cap. 5. numero 1. & in ca. quamuis pactum, 1. par. §. 5. in initio, Pinell. in rubr. C. de rescind. vend. par. 2. cap. 1. numero 3. in fin. & Nauarr. in manual. c. 25. num. 110. ante annum trigesimum quartum, ait, rasuram esse faciendam in barba, secundum consuetudinem approbatam.

SVMMARIVM.

1 *Verbum sollicitatio; quomodo sumatur.*

2 *Pœnitenti creditur contra Confessarium.*

Qua pœna puniantur sollicitantes mulieres in actu confessionis.

DECIS. CCCLXIX.

ANtequam explicemus dubium, aliqua breuiter prælibare oportet circa verbum sollicitationis, vnde dicas, quod sollicitatio supponit vehemens studium, & diligentiam ad aliquid agendum, iuxta D. Thom. 2. quæst. 47. art. 9. & ibi Caiet. vnde sollicitantes dicuntur non solum illi, qui per se verba impudica multiplicant ad malum, sed etiam qui inducunt, & persuadent ad tale facinus committendum, c. noli, de pœn. dist. 1. & plus peccat sollicitans, quàm faciens, arg. text. in l. 1. §. persua-

suadere, ff. de seru. corrupt. Clar. in §. fin. quæst. 80. Item sollicitatores dicuntur etiam inducentes persuasionibus, vel mendaciis, aut precibus, vel fraude, aut blanditiis, Caiet. 2.2. quæst. 32. art. 7. & de hac pariter sollicitatione loquitur text. in c. sollicitatores, & tex. in c. 1. de pœnit. distinct. 1. vbi habetur, quòd puniuntur, etsi effectu sceleris potiri non possint, quamuis perfecto flagitio aliter punitur, quàm imperfecto, c. si quis tam fœminam, eadem dist. licèt quandoque sola attentatio puniatur, c. si quis non dicam rapere, 32. q. 2. item solus conatus punitur, vt 14. q. 4. c. quoniam multi. sola voluntas, 27. q. 1. c. nuptiarum. sola expectatio mercedis, 14. quæst. 3. c. si fœnerauerris. sola cogitatio. 6. q. 1. caput si quis cum telo. sola egressio. cod. titul. c. si quis necandi. solus ausus, cap. si quis pulsatus.

Quibus suppositis est notandum, quòd cum in Curia Archiepisc. secundum Nouiss. in sua praxi cap. 79. quidam Parochus fuisset inquisitus, quòd mulieres tentauerat ad turpia in actu Confessionis, fuit tortus, & quia non confessus, fuit etiam suspensus à cura per annum de ordine etiam Sacræ Congregationis sancti Officij in Vrbe. Nec est omittendum, quod tentans mulieres in actu Confessionis est suspectus de Fide vehementer circa Sacramentum Pœnitentiæ, vt tradit Pegna super director. inquis. 2.2. p. quæst. 55. etiam si prope actum Confessionis, ante, vel post ipsas tentauerit, vt fertur declaratum fuisse per Clementem VIII.

2 Et ad puniendum præfatum sollicitantem, creditur mulieri hoc asserenti, cum secundum opinionem DD. in c. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss. creditur pœnitenti contra Confessarium, quam opinionem refert, & sequitur Lapus allegat. 94. Felin. in cap. 1. col. de except. Barba. sing. in consil. 70. incip. sapienter. vol. 2. mirabiliter Diaz in pract. crim. c. 102. circa finem, Nauar. in c. Sacerdos, num. 163. de pœnit. distinct. 6. vbi ad id in casu simili allegat dictum singulare Innocent. in c. quia verisimile, de præsumpt. & latè Roias de hæret. in sing. 3.

SVMMARIVM.

1 *Parochus iudicis arbitrio punitur, benedicens secundas nuptias.*

2 *Et quæ sit ista pœna.*

Qua pœna puniatur Parochus impertiens Benedictionem secundis nuptiis.

DECIS. CCCLXX.

IN facti contingentia respondi, hanc pœnam iudicis arbitrio esse remittendam, ita Menoch. de arbitrariis, libro 2. centur. 5. casu 417. numero 8. Diaz. in prax. vbi Salzed. capit. 74. Rosell. in summa verb. nuptiæ, numero 5. Tabien. verb. impedimentum, 14. quæstion. penultima. Nauarr. in manuali Confess. capit. 25 numero 137. Corrad. in templo omnium iudicum, libro 2. cap. 12. numero 21. Perez libro 5. ordinationum, titul. 1. l. 5. colum. 5. versic. intelligas, Zauall. communium contra communem, quæst. 604. numer. 135. Emanuel 1. tomo summæ, capit. 241. Crott. 1. part. decisionum, libro 2. c. 82. numer. 2. Vega in 2. tomo, c. 34. casu 179.

Quam pœnam esse arbitrandam, ac imponendam attentis circum-

Digitized by Google

stantiis, quæ grauius, ac leuius reddunt delictum, vt voluit Sanchez libro 7. disp. 82. quare iudex poterit, arbitrando, huiusmodi clericum suspendere, sicut potest alia pœna arbitraria punire, ita Nauarrus loco citato nu. 137.

Non obstat text. in c. 1. de secund. nupt. vbi imponitur pœna suspensionis ab officio, & beneficio benedicetibus secundas nuptias, quia secundum Ioan. Andr. ibi numero 1. Præpos. not. 3. & 4. Alexan. de Neuo numero 6. Ang. verbo nuptiæ, in fine Diaz. & Menoch. locis cit. procedit quando impenditur benedictio secundis nuptiis, nondum dissoluto priori matrimonio.

Et in hoc casu non ipso iure contrahitur suspensio, sed ita demum si iudex declarauerit illum incidisse in suspensionem, secundum Palud. in 4. sentent. dist. 42. quæst. 3. 1. numero 8. Couar. in 4. decretal. part. 2. cap. 8. § 11. num. 2. Vera crux 1. par. speculi art. 13. in fin. Clar. in §. fin. quæst. 75. num. 2. Henriquez lib. 11. de matrimon. c. 16. numero 2. Ledesma eiusdem nominis tractatu, quæstion. 63. artic. 2. ad fin.

Limita tamen pœnam supra positam, vt minimè possit infligi, quando adesset consuetudo in contrarium, vt secundæ nuptiæ benedicantur, quia tunc possunt benedici absque timore, ita gloss. in c. vir. de secund. nupt. Nauarr. in manuali cap. 83. qui intelligit opinionem D. Thomæ in 4. dist. 42. quæstio. 3. procedere stante consuetudine, quæ potest inducere, vt benedicantur nuptiæ etiam quando viduus ducit virginem, vel viduus viduam, & secundum Nouissi. in praxi cap. 62. Neapoli seruatur, quod quando mulier est tantum virgo, iteratur benedictio: consuetudo enim secundum eandem valet in sacramentalibus, c. de trina, iuncta Gloss. de consecrat. distinct. 3. c. 2. de temporibus ordinationum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici arma deferentes diuersimodè puniuntur.*
2 *Arma deferens, vltra pœnam, illa amittit.*
3 *Clericus arma ferens, peccat mortaliter.*
4 *Arma clericorum debent esse lachrymæ, & orationes.*

Qua pœna puniantur clerici arma deferentes.

DECIS. CCCLXXI.

1 Diuersimodè iudicatur in Curia Archiep. Neapol. circa pœnam infligendam clericis arma exportantibus, nam contra exportantes pugionem, vel archibusettum, si sunt nobiles, pœna relegationis, ad arbitrium eiusdem Curiæ, si verò ignobiles, pœna triremium ad arbitrium eiusdem, & quandoquidem ex caussis bene visis eidem Curiæ componuntur, & pœnis pecuniariis mulctantur. De qua obseruantia mirandum quippe non est quin sit iuris fundatissima, siquidem arma portare de iure communi omnibus sit prohibitum, Corn. in consil. 22. num. 4. volum. 3. Roman. sing. 267. post Bart. & Angel. in l. 1. ff. ad legem Iuliam de vi publica. Bald. in l. data opera col. 1. C. qui accusare non possunt Ab. in c. clerici, de vit. & honestate cler. Mars. in practica criminali, §. pro complemento numero 1. Nigr. in c. rigori 239. Plazza epiteme delictorum in ca. 8. numero 1. Soc. in regula

30. vbi ponit pro regula, cum septem limitationibus, & pleniori cornu cum tribus ampliationibus, & duodecim limitationibus Duen. in regula 55. Afflict. num. 20. limitationibus in const. intentionis nostræ. Carrer. in practic. criminali §. homicidium, Couarr. lib. 2. var. resol. cap. 20. Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 52. nu. 77.

2 In tantum quod deferens arma vltra pœnam supra dictam, debet ea perdere, Bart. & Alex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Iasi. in §. ex maleficiis, nu. 81. de actionib. Viu. in decis. 287. & Lud. in decis. Perus. 35.

3 Et clericus ferens arma, mortaliter peccat, & excommunicari potest, secundum Card. in clement. 1. §. præfatæ, de statu monach. Felin. in ca. petitio, de homic. & notatur in c. venio, 11. q. 3. & in cap. clerici, de vita, & honest. cler. clericis enim à lege vsus armorum expressè reperitur interdictus, vt in cap. clerici, & in clem. 1. eod. tit. & toto tit. 23. qu. 1. & clerico prohibitum est pugnare tam pro se, quàm pro alio, secundum Aret. in c. in præsentia, col. 15. de probatio. imo clerici, in quacunque factione arma capientes, gradum proculdubio amittunt, c. clerici, & cap. reprehesibile, 23. quæst. 8.

4 Cuius decis. ratio est, quia arma clericorum debent esse lachrymæ, & orationes, cap. conuenior, 23. qu. 3. c. porro & ibi glos. 26. q. 4. Imola in d. c. clerici, Lupus in tract. de bello, & bellatorib. §. habeas, sub nu. 1. & seq. Dec. in consi. 151. num. 22. glos. in c. ex multa. §. fin. de voto, Ias. in l. imperium ff. de iurisd. omn. iudic. Berrer. cons. 3. num. 13. vol. 1. Plaz. lib. 1. epitom. delictorum, c. 26. Farinac. commun. quæst. crim. qu. 8. num. 96. vbi concedit, etiam clericis non licere ferre arma, posseque eos inuentos armatos per satellites iudicis secularis, armis ipsis spoliari, ac postmodum remitti ad iudicem ecclesiasticum, & hoc absque vllo incursu censurarum, Panor. in c. vt fame, de sent. excomm. Nauarr. cons. 27. eod. tit. & Sayr. in dec. 45. eod. & ratio est, quia secundum Aufrer. in Clement. vt clericorum, nu. 73. de off. ord. potest familia secularis impunè clericum noctu incedentem capere, & statim suo competenti iudici præsentare, & ita fuisse decisum refert Viuius ci. decis. 27.

Dicebat enim ad propositum D. Ambrosius de se ipso loquens, & de cæteris clericis: Non pila quærunt ferrea, non arma, Christi milites, sed dolor & fletus, lachrymæ & orationes fuerunt (inquit) mihi arma aduersus milites, c. non pila, 23. quæst. 8. & secularibus, atque etiam clericorum sunt libri, vt inquit glossa in l. nepos Proculo, ff. de verbor. signifi. similiter & Doctorum, Menoch. de arbitr. iudic. quæst. 394. numero 75. lib. 2.

Reperiuntur tamen nonnulli casus, in quibus vsus armorum est eis permissus, prout pro defensione propriæ personæ ac rerum, c. olim, il primo, & ibi gloss. de restit. spol. & in c. dilecto, cum glos. de sentent. excom. & in ca. 1. 23. quæst. 1. Item ipsi clerici ad eorum defensionem possunt, lege permittente, deferre secum familiares armatos, teste Dec. in d. cons. 151. sub nu. 22. & pro defensione proximi permittitur quoque vsus armorum, vt per Panormitanũ. & alij communiter omnes in d. cap. clerici, de vita & honestate clericor. & possunt vti armis etiam offensibilib. cum licentia Papæ, secundũ eundẽ Panor. in cap. ego, de iureiur. quia hoc solum prohibitũ est de iure positiuo.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad præsentandum.*
2 *Tempus quadrimestre est continuum.*
3 *Præsentatio debet fieri præsentialiter.*
4 *Purgatio moræ regulariter de æquitate canonica admittitur.*
5 *Reiectio doctrinæ Mascardi de probat.concl.1223.num.6.*

Qua pœna puniantur Patroni non præsentantes in tempore ob defectum vnius diei.

DECIS. CCCLXXII.

CVm fuisset delegata causa à Sede Apostolica Vicario Generali Curiæ Episcopalis Acerrarum, & ab eodem Vicario mihi transmissa, consulenda, tale factum proponebatur, quod cum vacasset die 28. Maij anno 1615. quoddam beneficium de iurepatronatus, ad quod fuit præsentatus quidam clericus coram Notario die 27. Septembris eiusdem anni, & cum præsentatus litteras præsentationis die 29. eiusdem mensis Ordinario præsentauerit, præfatus Ordinarius præcepit, edictum fieri contra interesse prætendentes, etsi præfatam acceptauerit præsentationem, & cum comparuisset Fiscalis eiusdem Curiæ, prætendens dictam præsentationem non debere admitti, tanquam non factam in tempore, ob defectum vnius diei, præfatus Episcopus iure deuolutionis liberè contulit tale beneficium alteri, quare occasione huius quæstionis, ac articuli dilucidatione supponendæ sunt nonnullæ iuris fundatissimæ conclusiones.

Prima sit conclusio. Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad præsentandum, vulgato tex.in c.1.§.fin.de iurepatr.in 6.cap.3.c. cum propter.eod.tit.c. cum vos, de offic. ordin. & tale tempus currere à die scientiæ, pluries tenuit Rota, vt patet ex allegatis per Caputaquens. in decis.248.par.2.Card. Put. decis.6. de prob.Seraphin.in decis.380.par.1. Rota decis.13. de iurepat. in antiqu. & iterum eadem Rota in vna signina iurispatron. 22.Iunij 1596. † coram Orano, in qua fuit dictum quod si impetretur beneficium de iurepatronatus laicorum, per deuolutionem ad Sedem Apostolicam, ob non factam præsentationem infra tempus à iure statutum, non valere impetrationem, nisi probetur scientia certa, & indubitata patroni vacationis beneficij, & hoc corroboratur à simili, quoniam tempus quatuor mensium, quod Ordinarius concedit ad conferendum beneficium, non currit nisi à die scientiæ, Rota in decis.263.in nou. Rota diuers.in decis.281.par.1.& fuit per eandem Rotam resolutum in vna Toletan. beneficij 28. Nouembr.1578. † coram Illustriss.Seraphino, vt patet in eius decis. 380. DD. de Rota decis.7.de præb.in antiq.quam opinionem intelligas, quando ignorantia esset verisimilis, vt latè per Achill.de Grass.in decis.vnica de supplen.negl.prælat.

Secunda sit conclusio. Præfatum tempus quadrimestre patronis concessum ad præsentandum, continuum esse, non autem vtile, quia in dubio quodlibet tempus præsumitur continuum, secundum gloss. communiter receptam in rubrica ff. de diuers.& temp.præscript. latè Bart.

Bart. in tractat. de temp. vtili, & cõtinuo q. 5. per totum. Harram. consilio 17. numer. 4. Thoming. consil. 16. & propterea currit de momento ad momentum, arg. tex. in l. qua ætate, ff. de testam. & in l. 1. ff. de manumiss. & glos. in l. 3. §. 1. ff. de minorib. & hoc clarè patet ob id, præsertim quod non currit, nisi à die scientiæ, secundum decis. Rotæ 13. de iurepatro in antiq. quidquid voluit eadem Rota in decis. 1. eod. tit. vnde cum, (vt supra dixi) sit continuum, debent in eo connumerari omnes dies, nec habenda erit ratio mensis intercalaris, iuxta terminos glossæ in l. in legatis, ff. de diuers. & temp. præscriptio. & in l. cum bissextus, ff. de verb. signif. nec similiter obstabit gl. in cap. statutum, de præben. in 6. quod dies vacationis non connumeretur in termino, ex regula iuris, quod dies termini non computetur in termino, iuxta Bartol. receptum in l. 1. ff. si quis caut.

3 Tertia sit conclusio. Præsentationem debere fieri præsentialiter, id est sensibus corporis illius, cui fit præsentatio, adeo quòd præsentatus debeat esse personaliter coram Ordinario, nec sufficit patronum præsentantem aliquem solum mittere instrumentum, seu scripturam præsentationis Ordinario, ita Sylua de benef. p. 3. quæst. 1. num. 6. Zerula in prax. Episc. in verbo iuspatronatus, qu. 7. Rota in propriis terminis decis. 3. de iurepatr. in nou. vnde Achill. de Grass. in decis. 12. eod. tit. tenuit, quòd præsentatio tũc tantummodo intelligitur, quando personaliter fit superiori, alioqui dicitur magis nominatio, quàm præsentatio, vt tenuit etiam Rota in decis. 211. in nou. Franch. in cap. fin. §. verum in 1. notab. de iurepatrona. Rocchus eiusdem nominis tractatu quæst. 41. circa med. Milis in repertor. in verb. patronus circa principium: vnde cũ in casu, de quo nos verba facimus, persona non fuit præsentata in tempore Epicopo, sed notario tantummodo, nominationem recipienti, propterea fatendum est, præsentationem non conualidari, si post tale tempus, accessus habeatur præsentialiter ad Episcopum, vt fuit in Rota resolutum in vna Asculana parochiali 13. Iunij 1548. † coram Antonio Augustò, & ob hanc rationẽ præsentatio facta de clerico absente non valet, secundum glossam communiter receptam in clausula dudum in verb. præsentari de sepult. Abbas in capit. ea noscitur sub nu. 3. de his quæ fiunt à prælat. Rota d. 3. citat. de iurepatronat. in nou. & ex hoc infertur, quòd aliter facta præsentatio, quam vt supra, vltra quod erit nulla & inualida, patrono currit tempus secundum Inn. in cap. in Lateranensi, in vltim. notab. de præb. Monald. consil. 149. num 3. & sequ. volum. fin. Rubeus Alex. consil. 93. & quod personaliter ac præsentialiter debet fieri præsentatio; colligitur apertè ex concil. Tridenti. sessio. 24. ca. 18. de reform. & sess. 25. c. 9. vnde dicebat Zerula loco cit. quod Ordinarij debent summoperè animaduertere, vt præsentatus accedat personaliter ad eorum præsẽtiam. Nam in quodam Archiepiscopatu refert, fuisse fictè quendam præsentatum, & deinde institutum hominem non existentem in rerum natura, & patronus sibi vsurpabat fructus beneficij singulis annis, contra decretũ Concilij Tridentini sessione 22. cap. 11. de refor. & sessio. 24. capit. 3. vers. patroni, & sess. 25. c. 9. Abb. in c. cum parati col. fin. de appell. Patet etiam apertè ratione, quia præsentatus debet prius examinari ab Ordina-

rio ad effectum vidēdi si est idoneus, secundum Panormit. in ca. pastoralis nu. 7. de iurepat. Rebuff. q. 20. nu. 15. Nec obstaret, si diceretur huiusmodi formam in præsentando esse de apicibus iuris, & propterea excusare ignorantes, & rusticos, quia respōdetur, quod rusticitas, vel imperitia non excusat, vt est tex. in propriis terminis in l. 1. C. de interd. mat. Neque ignorantia iuris excusat, c. ignorantia de reg. iur. in 6. l. nec passim C. de iuris & facti ign. cùm sit lata culpa, Alex. consil. 77. col. 2. vol. 3. Riminal. iun. cons. 484. nu. 20. vol. 5. Bertrand. consil. 278. num. 2. vol. 8. Et tanto magis ignorantia iuris non excusat, quanto quod præfatus patronus potuerit consulere peritiores idque aliter non egit; secundum gl. Alexand. Ias. & Dec. & alios vniformiter in l. iuris ignorantia, C. qui admitt. Angel. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iud. Dec. cons. 604. col. 2. cons. 605. & 667. nu. 6. Ruin. consil. 23. vol. 1. & Viuius, qui refert decisum in decis. 254.

4 Quarta conclusio, quod quamuis moræ purgatio de æquitate canonica admittitur, ad text. in cap. potuit de locato, Bart. & communiter alii in l. si in insulam, ff. de verb. obligat. quod procederet etiam si actus esset iuratus, Ias. in l. si quis maior, colum. pen. C. de transact. & in cons. 9. nu. 8. vol. 1. Gozad. cons. 66. nu. 13. Goffred. cons. 41. num. 8. Ruin. cons. 137. num. 9. & 10. Curt. de feudo. part. 4. num. 30. vers. confirmatur hæc opinio, & fuisse decisum testatur Verall. decis. 233. par. 2. & in beneficialibus posse Episcopum moram purgare, testatur pariter fuisse decisum Franc. Marc. dec. 1238. par. 7.

Verumtamen in casu nostro nullo modo fateri potest, præfatum patronum potuisse moram purgare etiam vnius diei, quare licèt postmodum præsentauerit præsentialiter, ac personaliter elapso die post quadrimestre, adhuc præsentatio erit nulla, & mora impurgabilis, quod patet ex pluribus. Tum primo, quia mora non potest purgari, quando executio temporis est facta à iure, vel ab homine, secundum Barol. qu. 4. nu. 19. & Alex. num. 32. in d. l. si in insulam ff. de verb. oblig. Rubeus consil. 123. Alban. consil. 60. Alciat. consil. 17. & fuisse decisum in Rota Roma. refert Verall. in decis. 134. part. 2. vnde cum præfatum tempus quadrimestre patronis concessum ad præsentandum sit à iure eius executio concessa, ad text. in d. cap. vnico de iurepatronat. in 6. cum patrono intra tempus non præsentante, virtute facultatis, ipso iure à sacris canonibus indultæ, Episcopus liberè beneficium conferre potest, secundum Nauar. in consil. 3. de iurepatron. in antiq. & Sayr decis. 3. eod. tit. ac consequenter mora purgari nequit.

Tum secundo, quia mora est etiā impurgabilis, quando in actu, seu contractu adesset pactum resolutiuum, secundum Alex. in l. si in insulam col. pen. nu. 43. ver. decimo tertio fallit ff. de verbor. obligat. Affl. decis. 173. Caualc. decis. 15. pag. 1. & fuisse in Rota resolutum scribit Veral. in dec. 235. par. 2. vnde cum in casu nostro adest resolutio, si infra tempus non fieret præsentatio, & erit quod deuoluitur ad Episcopum liberè beneficium. Ergo.

Non obstant ea, quæ in fauorem partis aduersæ dici possent. Et primo doctrina Mascardi de probatio. conclu. 1223. num. 7. vbi quando præsentatio fuit recepta ab Episcopo, & non reiecta, præsumitur pro præsentatione, & sic illam factam fuisse infra tempus datum à iure, ex quo 5

à iu-

à iudice fuit admiſſa, quia reſpondetur multipliciter. Primo, quia Ordinarius non poteſt tempus quatuor, vel ſex menſium conceſſum patronis à iure conceſſum, patronis prorogare, quia videtur tempus prædictum à iure limitatum ob publicam vtilitatem, ne diutius Eccleſia careat Rectore.

Secundo reſpondetur, quod cum præfatum tempus ſit à iure canonico inductum, non potuit Epiſcopus contra ius diſpenſare, & conſequenter licèt receperit præſentationem poſt tempus, non cenſetur diſpenſaſſe ita, vt non poterit recedere à tex. in c. inſtitutioni, 25. q. 2. & in c. licèt ibi, quod regulare fuit, de off. ord. & in c. quod ſuper his, de maior. & obed. c. cum inferior, eod tit. Boich. in cap. à nobis, il primo, nu. 3. de ſent. excomm. poſt Panorm. in c. cum dilectus numer. 10. de conſuetud. Calder. conſil. 5. de conſtit. Cardin. in clem. 1. §. fin. de reb. eccl. non alien. Alber. in 1. par. ſtatutorum qu. 6. Iaſ. in l. omnes populi in 2. lect. ff. de iuſt. & iure. Pariſius conſil. 27. nu. 59. vol. 2. Barbat. in conſil. 21. col. 7. verſ. ſed his non obſtantibus, vol. 3. cum aliis quos deducit Duena in regula 250.

Tertio reſpondetur, quod ridiculoſum eſt allegare Maſcardum in hac quæſtione, quia ipſe loquitur, quando dubitatur an præſentatio facta fuerit in tempore, quia tunc vt actus potius valeat, quàm pereat, ad tex. in l. quoties ff. de reb. dub. præſumi debet præſentationem fuiſſe factam in tempore: ſed nos ſumus in claris, & minimè in dubio, cùm euidentiſſimè apparet, atque conſtat hunc patronum præſentaſſe extra tempus: ergo nullo modo obſtat doctrina Maſcardi. Nec obſtaret etiam ſi diceretur, quòd intermiſſio vnius diei ſit de rebus minimis, & communiter non eſt curandum, ad tex. in l. ſcio ff. de in integr. reſtit. quia reſpondetur, de minimis quandoquidem maximè curandum eſſe, vt apparet ex latè deductis per Caroccin decis. 110. & eo fortius, quod, vt ſupra diximus, iſtud tempus eſt impurgabile.

Et eiuſdem opinionis fuit mecum confabulans, eminentiſſimus Iureconſultus D Curtius Palumbus Canonicus Eccleſiæ Neapolitanæ, vir quidem omnium virtutum genere, ac vitæ integritate inſignis.

SVMMARIVM.

1 *Frangentes carceres condemnantur ad triremes per decennium. Qua pœna puniantur frangentes. Hac regula ampliatur & limitatur.*

Qua pœna puniantur frangentes carceres ad effectum fugiendi, non ſequuta fuga.

DECIS. CCCLXXIII.

FVit dubitatum in Curia Archiepiſc. Neapol. qua venirent pœna plectendi frangentes carceres ad effectum fugiendi, non ſequuta fuga, dicebant aliqui eadem pœna, ac ſi fugam actualiter arripuiſſent, per tex. in l. 1. ff. de effract. vbi habetur, quod carcerum fractores habentur pro confeſſis, vt voluit etiam Foller. in pract. crim. in verb. & ſi confitebuntur, Grillan. de relaxatione carcerator. qu. 4. Gramm. conſi. 57. num. 4. poſt Alex. conſi. 144. volum. 2. item pro eadem opinione dicebatur, quod Menoch. de arbitr. iud. caſu 301. quem refert, & ſequitur Boer. deciſ. 215. dicit, quòd car-

Digitized by Google

ceratus, qui effregit carcerem, & iam exibat, & iterum fuit captus, perinde habetur ac si perfectè aufugisset, vt voluit etiam Bertazol. consi.35.volum.1.Duen.reg.232. Mascard.conclus.820.vol. 2. Tandem dicebatur, regulam iuris esse, quod idem operatur præparatio fugæ, quod operatur ipsa fuga, Bald. in l. penultima C.de pignor. act. Mars. in l.1.numer. 28.ff.de quæstionibus, Riminald. Iun. cons.302.numer.11. volum.3.Baiard.ad Clar.§.fin.qu. 21. nu.75.

1 Cæterum præfatis minimè obstantibus, contrarium fuit decisum, nam cùm in anno 1601. mensis Ianuarij tres laici carcerati in Curia Archiep. tentauerunt fugere à carceribus, & cum lima secuerint ferè totum vnum ferrum cancellæ carcerum, sed à carcereriis præuenti, non potuerunt aufugere, fuerunt per eandem Curiam condemnati ad remigandum per decennium in triremibus vltra pœnam delicti, pro quo prius detinebantur carcerati, vt refert Nouissimus in sua praxi cap.40.

De cuius decis. ratione mirandum quidem non est, quoniam iuxta communem, ac magis veriorem Doctorum sententiam pœna tentantis frangere carceres, non sequuta fuga, est arbitraria, secundum Albert.in dict. l.in eos ff. de cust. reor. Boer.decis.25.Boss.de carcer.numer. 50.Farin. eiusdem nominis tractatu qu.30.num.10.Gomes.var. resol. tit. de captura reor. num. 11. Foller. cit. loco, numer.40. hinc Clar. in §. fin. qu.21.post num.16. quod si carcerati non aufugerint, sed tantummodo tentauerint, fractis carceribus, aufugere, Senatus non solet ex ea causa aliquid graue contra eos decernere propter attentatam fugam, vel fracturam, & ita obseruatum fuisse testatur.

Est tamen notandum, quod non solùm suprapositа regula procedit in eo, qui actualiter manet sub carceribus, verum etiam in aliis, prout fugens à domo iuris dicentis, vel habeat sub præcepto pro carcere palatium, domum, vel ciuitatem, teneatur pœna frangentis carcerem, vide Bertaz.consi.3.num. 3. & Curti.senior.in l. admonendi, num. 675. ff.de iureiurand. Gramm.d. cons.57. Beu.cons.44.num.36.Viu.commun. opin.in versic. fugiens, & Mascard. de probat.in verb.carceratus, concl. 266.numer.19.& decis. Lucensi 90. numer.5.vbi dicit, veriorem opinionem esse, quod statutum puniens fugientem à carceribus publicis, comprehendit fugientem à Camera, vel palatio pro carcere à iudice assignato, & de eo, qui aufugit de thalamo, in quo erat sequestratus, vide Bret.cons.65. num. 6. & consil. 124.num.2.vbi tenet, quod habetur pro confesso.

Secundo illi, qui à iudicibus iussi, ad eos non se conferunt.ita affirmat. Beluis.in sua practica crim.in tit. de inquisitione num.56. quem sequitur Scap. in tract. iuris non scripti lib. 5. c.54.nu.6.

Sed ad omnia prædicta limita primo, quòd vassallus aufugiens à carceribus Baronum, & recta via accedens ad M.C.V. vel ad Baronem, non tenetur de fracto carcere, per tex. in l.si quis §. item apud Labeonem ff.de ædil. edict. idem est in eo, qui aufugit causa deprecandi Baronem per medium aliquorum, l.bouem §.qui amicum ff.eod. tit.Innoc.in cap.veniens de renunc. Anna in repet.c.1. de vass. decrep. ætat.vbi dicit, quòd cùm quidam vassallus Federici Carafæ aufugisset, & accessi-

accessisset ad Magnam Curiam, dum molestaretur de fracto carcere, per S. R. C. fuit remissum ad Baronem suum, vt procederet in causa de iustitia, citra pœnam fracti carceris, & ad hoc, quod fugiens fractis carceribus, vt iret ad Superiorem, non puniatur, vide etiam Boer. decis.215.num.28.Grammat.vol. 39. nu. 12.Io.de Amicis cons.7.n. 20. Duen. reg.393.limit.3.

Limita secundo, quòd si fugiens à carceribus, citò sponte, & etiam citatus, reuersus fuerit, tolluntur omnia, quæ ex fuga præcedente contra eum orta fuissent, Plot. in l. si quando §.30.fol.200.C.vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Pœna contra blasphemantes quanam sit.*

2 *Limita in eo, qui calore iracundiæ Deum blasphemauerit.*

Qua pœna puniantur clerici blasphematores.

DECIS. CCCLXXIV.

De pœnis blasphemantium Deum, Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, aut Beatam Virginem, siue alios Sanctos, & de pœnis non reuelantium, vide Bullam Iulij III. 34. quæ incipit, In multis, & Leonis X. Bulla 11.& Pij V.Bull.5.cu-
1 ius verba sunt; *Quicunque clericus Deum, & D.N.Iesum Christũ, vel gloriosam Virginẽ Mariam eius genitricẽ, expresse blasphemauerit, pro prima vice fructibus vnius anni omniũ, & quorumcunque beneficiorum suorum: pro secunda beneficiis ipsis priuetur, & pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in exilium mittatur: quod si clericus nullũ obtinuerit beneficium, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur: qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemiæ, atque personæ arbitrio Iudicis puniatur.* De cuius Bullæ explicatione vide Nauarr.in c.inter verba 11.qu.3. correct. 57.n.148.& Couarr.in c. quamuis pactum par.1.§.7.sub num.10.de pact.in 6.Diaz.in pract. crim. cap.110. in verbo blasphemiæ.

Amplia primo, præfatam pœnam procedere nedum in blasphemantem, verumetiam contra non manifestantem ipsum blasphemantem, c.si quis per capillum 22. q. 1. ibi, si quis autem talem hominem non manifestauerit, & DD. in cap. nonnulli extra de Iudæis, item statuit Leo X.in constit. 11. vers. statuimus, & ordinamus in Bullar. f. 194. & Iulius III.in const. 43. versic. nominandò tamen eos, in eod. Bullar. fol.545. vult etiam quòd quis possit secretè absque expressione sui nominis denunciare blasphemantes, & dat formam secretè denunciandi, & in dictis constitutionibus ponuntur pœnæ, quibus in statu Ecclesiastico blasphemantes puniuntur, contra quos etiam adest d. constitio Pij V. in eodem Bullario fol. 926.

Amplia secundo procedere dictam pœnam etiam in eo, qui dixit, *Potta di Dio*, Viu. decis.388. similiter *à dispetto di Dio*, Gramm. decis. 50. & in eo, qui dixit, *A dispetto di quel becco, & cornuto, &c. io pur n'hò fatt'vno*, Gasp. Thesaur. in decis. 78.

Nunc limita in eo, qui calore 2
iracundiæ Deum, vel Virginem publicè blasphemat, debet mitius puniri, nec habet nunc locum pœna

Digitized by Google

cap. 1. de maledict. secundum Archidiac.in c. quid ego, circa finem 23.quæst.5. & sequitur Goffred.in d. cap.ij.Dec.Cagnol.& reliqui. l. quic. calore iracundiæ ff.de reg. iur. Ias.in l.si filiam tuam C. de inoff. testam. quibus autem circumstātiis vallatus debeat esse præfatus calor iracundiæ, vide Alex.consil.15.ante fin. vol. 3.Affl. in const. Regni blasphemantes num.5. & 10. Cauens.super prag. 50. Regis Ferdinandi Episcopus, à num.56. vsque 67.Iul. Clar. in pract. cens.in verb.Nicolaus, Ioan. Franc. Ponzibium in tract. de lamiis, sub num.86.

Limita, ac declara tertio, quod verba illius Bullæ, pro prima vice, interpretanda sunt pro prima vice punitionis,& non blasphemię, etiam si clericus fuerit pro prima illa vice inquisitus, quòd pluries blasphemasset, quia Bulla videtur habere respectum ad correctionem clericorum,ad quod facit tex.in c. graue de præb. ibi post primam & secundam correctionem.

Quare stante statuto, siue Principis proclamationibus, quod si quis blasphemauerit Deum,vel Sanctos, pro prima vice puniatur in decem, pro secunda dupliciter, pro tertia fustigetur.Si quis eodem impetu, & eodem tempore pluries blasphemauerit, vnicum delictum erit, & pro vnica vice puniri debebit, Cæpol.in consil.77.circa med. quod refert, & sequitur Alciat. in tract. de præsumption.reg.2.præsumpt.6. nu. 4.& idem tenet Couar. variar. resolut.c.10.num.8.lib.2. Pleuc. epit. delict.c.1.num.18. in fin. Farinac. in qu. 22.num.29. sed Fenut. in tract. de momento c.28.num.16. distinguit in materia statuti prout de iniuria, de qua distinctione habes infra in §. iniuria in principio, ad quem te remitto in versic.puta si quis blasphemauerit Deum, & Sanctos vno impetu, vnica pœna tantum est puniendus,Bal.in l.duo rei §.semel nu. 2.ff.de arbit. Mars.in l.si in rixa 21. ff. de sicar.Cæpol.consi.77. circa med. & Alciat.de præsumpt. reg. 3. præsumpt.6.nu.4.

Limita tandem ac declara, vt mitius sit agendum cum eo, qui ex regionis consuetudine, & ex frequentiori vsu hominum illius ciuitatis. quædam verba in Dei contemptum profert,secundum Quarant. in summa Bullar.in verbo blasphemiæ.

SVMMARIVM.

1 *Clerici prohibentur negotiari, & referuntur tres rationes, de quibus in num.2.3.& 4.*

5 *Limitatur hæc regula in quatuor casibus,vt in nu.5.6.7.& 11.*

8 *Clericus non dicitur negotiator si vēdit vinum,granum, & similia ex propriis fundis peruenta, & hæc possunt vendi absque gabellæ solutione,vt in num.9. Amplia numer.10.*

12 *Clerici possunt aliquid lucrari ex artificio,dummodo sit honestum, ad quod inseruntur nonnulla, vt in nu. 13.14.14.& 16.*

Qua pœna puniantur clerici negotiatores.

DECIS. CCCLXXV.

Regulariter clerici prohibentur esse negotiatores, vt probatur in cap.1,& tot.titul. ne cler. vel monach.hinc voluit text.in cap. fin. de vita & honest. cler. quod clericus, qui tertio monitus à negotiationibus secularibus non abstinet, interim perdit quoad bona priuilegium. 1

gium clericale,& clericum negotiatorem vti pestem fugiendum probatur in capit. negotiatorem clericum 88.dist.vnde in c.fornicari, ead.dist. dicitur, Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari, facto verò non licet,& in cap.eiiciens, habentur hæc verba, Quia non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Cuius prohibitionis triplices possunt assignari rationes, secundum Salsed.cap.57.

2 Prima est, quia finis eius lucrum est temporale,quod clerici contemnere debent, & habentes alimenta, & quibus regantur contenti esse debent,ait D.Paul.ad Tim.c.6.

3 Secunda, quia rarissimè hæ profanæ,& seculares negotiationes absque peccati labe exercentur, vnde periculosæ sunt valde, ait enim Sapiens Eccl. 27. Duæ species difficiles,& periculosæ mihi apparuerunt, &c.

4 Tertia ratio est, quia huiusmodi negotia homines retrahunt ab spiritualibus,quibus incumbere peculiare est clericorum, iuxta Diui Pauli sententiam: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.

5 Limita suprapositam regulam primò non procedere in clericis constitutis in minoribus non beneficiatis,qui non prohibentur negotia secularia exercere,alias licita, ita Abb. post Host. & Innoc. in c.fin.ne cler. vel mon.Abb.in c.2.& in cap.sed ne, eod.tit.Fel.in c.dilectus, num.22. de rescript. Alban.consil.52.num.5.& sequent. pœna enim suspensionis, & excommunicationis, quæ clericis prohibitas negotiationes exercentibus imponit, procedit si in sacris fuerunt constituti,secus si in minoribus, & beneficia ecclesiastica non obtinuerint; quemadmodum etiam dicitur in pœna peccati, de qua in cap.nemo, & c.nullus 11.q.3.ita Trorius lib.2.de vero,&perfecto clerico. cap.52.numero 6. Ioan. à Medina in C.de reb.rest.q.31.vers.nota tamen,f. 91.col.3.

Limita secundo, si per alios negotiationes exercuerint, quia permissum eis videbitur ex text.in clem.1.de vit.&honest.cleric.vbi clericis interdictum est officium tabernarij, aut macellarij personaliter exercere,nec enim absque causa dicitur personaliter, nisi vt intelligamus id clericis per alios facere non prohiberi.vrget etiam tex.in clem.1.§. porro de statu mon. vbi statutum est, quod monachi,quibus per seipsos venari prohibitum est,possint tamen opera aliorum facere, vnde Alban. in l. humilem Cod.de incest.nupt.dicit, clericum per alium tabernam exercentem,non amittere priuilegium clericale.Tamen quidquid sit ex supradictis, contrariam opinionem tenet Gloss.in d.clem. 1. cuius opinionem veriorem esse,ac in praxi sequendam testatur Salsed.ad Diaz.cap. 95. ex regula text.in c. qui per alium de reg. iur.lib.6.possent tamen pro honesta eorum substentatione per alios exercere negotiationes,Nauarr. capit. 25. numer.111.Henriquez cap.22. Hartaman. consilio 90.Menoch. cons.121. numero 4.& seq. 6

Limita tertio, vt non dicatur negotiator per vnius rei emptionem, vel venditionem,nam negotiator is dicitur, qui plures negotiationes exercet,l.1.§.licet,& ibi gloss. in verb. omne ff.de tribu. & in procem. inst. §.cumque hoc Deo, l. semper §.Diuus Adrianus,cum l.seq.ff.de iu. immun.Bald.in l.legatis seruis ff. de legat.3. Paris de Puteo in tract.sindic. in part.officiales folio 87. Rebuff. in tractat.de mercat.minu.art.1. gloss.1. numero 10.tom.2. Dicitur etiam is 7

mercator, vel negotiator, qui rem emit, & non mutata forma, illam vendit, vt aliquid inde lucretur, text. est in cap. eiciens. & in cap. quid est aliud 88. distinct. Et negotiator, vel mercator appellatur qui negotiationem quæstuariam exercet, de quo est optima lex 1. titul. 7. par. 5. & tenet Sanctus Thom. 2. 2. quæstion. 77. art. 4.

8 Ex quibus sequitur non dici clericum negotiatorem, qui vendit vinũ, granum, aut oleum ex propriis fundis, ita singulariter tenet Abb. consil. 6. dubio 2. vol. 1. Dec. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de const. col. pen. imo non obstante prohibitione de non vendendo vinum (vt nostri dicunt) ad grossum, vel minutum, pos-
9 sunt clerici pro sua voluntate, quæ dicta sunt vendere absque gabellæ solutione, ita tenet Bertach. in tract.
10 de gabell. in 7. par. princ. quæ. 7. colum. 4. Nec dicitur clericus negotiator, vel mercator, licet id, quod superest, de eo quod vilius ad sui, vel suorum substentationem emit, iusto pretio tunc currente, carius vendat quam emit, ita Nauarr. in manual. Confess. c. 25. numero 110. vnde nec puniri potest, nec ex ea venditione gabellam soluere tenetur, vt per Saldez. ad Diaz. cap. 57.

11 Limita quarto, non procedere in clericis aliquid lucrantibus ex artificio, c. nunquam de consec. distinct. 5. c. clericus victum 91. distinct. Panormit. & Imol. cap. fin. de vit. & honest. cler. intellige dummodo non sint ar-
12 tificia inhonesta, Spec. de cler. coniug. numero 6. & seq. quia lucrari ex artificio, licet clericis etiam sine necessitate, Host. Anchar. in c. secundum instituta ne cler. vel mon. Feder. de Senis consilio 207. Clericus enim potest incumbere artificio, dummodo non se subtrahat à diuinis, & Ecclesiasticis officiis, Gloss. in cap. clericus 91. distinct. sicuti etiam 14
potest ex artificio lucrari etiam sine necessitate, Innocent. in cap. secundum ne cler. vel mon. quemad- 15
modum potest locare animalia, & oues, & boues, si habet ex decimis, vel successiuè, aut alias sibi data, aut si habens pascua multa, emit animalia, vt illa depascerent, ad substentationem sui, & suorum, & pauperum: non autem si emit vt traderet ad incrementum, vel aliud ageret in fraudem negotiationis, quod 16
quidem adeò est verum, quod si clericus emat rem, non vt vendat, sed ad sui vsum, si postea propter aliquam necessitatem velit vendere, non prohibetur vendere etiam pro maiori pretio, si tantum tunc valet, Abb. in c. 1. ne cler. vel mon. faciunt notata per Bart. in l. cætera §. fin. ff. de leg. 1.

SVMMARIVM.

1 *Quæ differentia sit inter filiam spiritualem, & inter eam, cui a Parocho collatum fuit Sacramentum Pœnitentiæ.*
2 *Pater spiritualis magis diligendus est, quam carnalis.*
3 *Eandem pœnam pati debet occidens patrem spiritualem, quam qui occidit carnalem.*
4 *Filius sicuti prohibetur in ius vocare patrem carnalem, ita & spiritualem.*
5 *Pater spiritualis non potest esse testis in causa sui filij, sicuti nec pater carnalis.*
6 *Quæ sit pœna Sacerdotis fornicantis cum filiabus spiritualibus.*

Qua

Qua pœna puniatur Parochus cognoſcens carnaliter ſuam filiam ſpiritualem.

DECIS. CCCLXXVI.

IN hac quæſtione reſpondetur diſtinguendo, ſupponendo maxi-
1 mum eſſe diſcrimen inter ſimplicem filiam ſpiritualem, & inter eam, cui à Parocho collatum fuerat Sacramentum Pœnitentiæ, nam grauius eſt puniendus in primo caſu, quàm in ſecundo, quia tunc dicitur propriè, & verè contracta filiatio ſpiritualis, ſecundum gloſſ. in c. 1. in verb. ſpiritualem de cogn. ſpir. libro 6. Sot. in 4. ſentent. diſtinct. 42. Graff. conſil. 1. de cogn. ſpirit. Vnde recepta ad Pœnitentiam, dicitur filia ſpiritualis. Et Simacus Papa in cap. omnes 30. quæſtion. 1. ſic ait, Omnes, quos in Pœnitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſunt ſpirituales filij, vt & ipſi quos vel nobis ſuſcipientibus ſub trinæ immerſionis vocabulo mergentibus vnda ſacri Baptiſmi regeneratis, ad idem facit text. in c. fin. eodem titul. licet per dationem præfati Sacramenti ſpiritualis non contrahitur cognatio ſpiritualis apta ad impediendum matrimonium, cap. quem pœnitet. de pœnit. diſtinct. 1. Turrecrem. in rubr. 32. quæſtio. 1. numero 4. Graff. citat. loc. Henriquez conſil. 19. num. 3. Hartaman. conſ. 6. numero 4. Euerardus conſil. 60. Limita, vt non dicatur filia ſpiritualis illa, quam Sacerdos ſemel audiuit in confeſſione, & non abſoluit, Henriquez de Sacrament. in genere, lib. 1. capit. 14. §. 8.

Vndè cùm (vt ſupra diximus) per huiuſmodi Sacramentum contrahatur cognatio, propterea maior reuerentia inter vtrumque eſſe debet, & propterea dicebat Gloſſa celeberrima in cap. pictagum in verb. multo magis 30. quæſtio. 3. patrem ſpiritua- 2
lem magis diligendum eſſe, quàm carnalem, quam Gloſſ. ſententiam dicit ſingularem, Barbat. in l. fin. colum. 7. ff. de verb. oblig. & in Lepentiori l. cum acutiſſimi colum. 117. C. de fideicommiſſ. licet huic ſit affinis, & alia Gloſſ. in c. qui dormierit 17. quæſt. 2. tradens affinitatem ſpiritualem maiorem eſſe, quam carnalem. Vlterius dicit enim alibi Gloſſ. in cap. aut factam in verb. parentem de pœnitent. diſtinct. 1. non
minus puniendum eſſe, qui interimit 3
parentem ſpiritualem, quàm qui carnalem. quam ſequitur Alexan. in addit. ad Bart. in l. diuus, vbi Hippoly. de Marſ. in fin. ff. de patricid. & hanc opinionem Abb. quę hic adducitur in ſpecie ſequutus fuit Dec. conſil. 462. colum. 1. & in c. at ſi clerici numer. 38. de Iudic.

Hinc dixit Iaſ. in l. generaliter in 4
1. col. in princip. ff. de in ius voc. quod filius prohibetur tam patrem carnalem, quàm ſpiritualem in ius vocare, abſque venia, vt voluit etiam ante eum Fulgoſ. in l. adoptiuum, ff. eodem tit. Roman. in l. ſed ſi has §. perto ff. eod. Bald. in c. 1. §. fin. in 4. col. de prohibit. feud. alien. per Fed. & idem Bald. dixit in d. l. generaliter,
quòd pater ſpiritualis non poteſt eſ- 5
ſe teſtis in cauſa ſui filij, quemadmodum carnalis. vt refert, ac ſequitur Salicet. in l. teſtes idonei ff. de teſtibus per text. in l. ſi quis alumnam in fin. C. de nupt. & alibi voluit idē Bal. in l. 1. in antepen. col. C. vnde vir & vxor. quod quemadmodum mulier non repellitur ab accuſando pro iniuria illata perſonis ſibi coniunctis, ita poteſt accuſare pro iniuria illata patri ſuo ſpirituali.

Digitized by Google

6 Quare Sacerdos, qui cum filiabus spiritualibus fornicatur, graue adulterium committit, & olim ab omni officio deponebatur & peregrinando per viginti annos pœnitere debebat, c. si quis Sacerdos 30. quæst. 1. vbi presbyter, qui cum filia spirituali fornicatus fuerit, ab omni officio deponendus est, & facit. tex. in cap. non debet 30. quæst. 1. dicens, quòd si esset Episcopus, tale facinus committens, debet annos quindecim pœnitere. Et quod talis Parochus debet deponi: vide Panor. in c. vlt. de purgat. canon. Anania in c. cum dilectus, de accusat. Felin. in c. at si clerici numer. 15. vbi Dec. nu. 36. de iudic. Berm. Cho. de public. concub. rub. de incestu num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Clerici beneficiati omittentes officium diuinum, priuantur beneficio.*

Qua pœna puniantur clerici beneficiati diuinum officium omittentes.

DECIS. CCCLXXVII.

RESpondeo beneficiarios regulariter ad preces canonicas obligari, & est communis DD. sententia in c. 1. de celeb. Miss. & patet ex cap. quia per ambitiosam de rescrip. in 6. vbi Pontifex reprehendit quosdam beneficiarios, quod officium precum, propter quod beneficium datur, omitterent, & ex Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 9. §. statuimus, vbi priuatur fructibus, qui officium diuinum non dixerit. Ratio est, quia iure naturali quisque tenetur ad officium, propter quod beneficium datur, atqui omne beneficium ecclesiasticum datur propter officium, in quo regulariter comprehenduntur preces canonicæ, vt patet ex communi Doctorum sententia, & praxi Ecclesiæ.

Dixi regulariter, quia sunt quædam beneficia, quæ ex sua institutione preces illas non astringunt, sed ad aliquas alias, vt sunt quędam prępositurę, & aliqui personatus, & aliqua pręstimonia, quę non requirunt quotidie, nisi horas D. Virginis Mariæ, vel quinque Pater noster, & Aue Maria, vel semel psalmum Miserere. His autem exceptis, omne beneficium iure communi annexum, habet onus horarum canonicarum, vide Nauarrum de orat. c. 7. numer. 27. & 28. & in Enchir. cap. 25. numero 103. 1

In Curia tamen Archiepiscop. Neapol. fuit practicatum hanc pœnam esse arbitrariam, ex doctrina Menoch. de arbit. cas. 429. dicit arbitrio iudicis puniri omittentem recitare horas canonicas. Quare quidam clericus, qui vltra decem annos non recitauerit diuinum officium, fuit per eandem Curiam beneficio priuatus.

SVMMARIVM.

1 *Traditur forma infligendi pœnam contra laicos concubinarios, secundum Conc. Trid.*

2 *Episcopi non possunt accipere compositionem super omnibus criminibus.*

3 *Pœna pecuniaria tunc debet infligi, quando id fit correctionis zelo.*

De pœna infligenda laicis concubinariis

DECIS. CCCLXXVIII.

FActum tale proponitur: Episcopus quidam Regni Siciliæ, cuidam

dam laico, quem de crimine concubinatus inquisitum habebat, probato concubinatu, inflixit pœnam pecuniariam, scilicet ducatorum duorum mille,& cum pro patre eiusdem laici inquisiti instaretur coram me, vt quidquid de iure sentirem, scriberem, quare, vt ei satisfacerem, respōdi prout ex infrascriptis.

1 Et primo, quod Conc. Trident. sess.24.c.8. tradit formam insligendi pœnas contra laicos concubinarios, & primo mandat, quod ter moneantur ab Ordinariis etiam ex officio. Secundo, si hoc peracto non resipuerint, esse excommunicandos. Tertio, si animo indurato per annum sic steterint, pro qualitate criminis seuerè ab Ordinario puniantur, prout in sess.25. cap.3. in vlt. de reformat. Quarto, mulieres, quæ publicè cum suis concubinariis viuunt, nisi, vt supra, admonente Ordinario, paruerint, extra oppidum, seu Diœcesim eiiciantur, inuocato ad hoc etiam, si opus erit, brachio seculari.

Et quamuis Episcopus habeat potestatem imponendi pœnas pecuniarias laicis, siue clericis, vt est communis opinio, secundum Panormit. & reliquorum in cap. vt clericorum, numero 10. de vit. & hon. cler. Vgol. de potest. Episc. c.56. numer.5. part. 2. Baiard. quæst.80. in princip. Iaffred. Balb. in decis.63. Cephalus consil.30. numero 4. vol.1. & Hartaman. consil. 21. & Pereg. de iure fisci lib.1.c. 2. Cuius conclusionis vera ratio est, quoniam hodie Episcopi de generali cōsuetudine habent fiscum, vt scribit Panuinus, quem refert Diaz. pract. crim. can. c.134. numero 2. vbi in cap. 124. in fin. dicit, hanc opinionem esse veriorem, & consuetudine roboratam, & hanc etiam opinionem esse vsu comprobatam testatur Felin. in cap. irrefragabili §.1. numer.11. de offic. Ordin. Viu. qui de communi opinione testatur in opinione 255. & Clar. in quæst.80. numer.5. ne Conc. Trid. sess.24. cap.8. tollat alias pœnas iuris, vt pluries declerauit Sacr. Illustrissimorum Congregatio. & in Curia Archiepiscopal. Neapol. quidam laicus, qui per plures annos steterat in concubinatu, vt refert Nouissimus cap.36.

Tamen in casu, de quo verba facimus, non potuit præfatus Episcopus Siculus nullo iure talem pœnam infligere, & hoc ex pluribus, tum primo, quia non valent Episcopi accipere compositionem super omnibus criminibus, vt fusè tradit Paulus de Castro in consilio 348. colum. fin. per text. cum Glos. in c. licet, vbi DD. extra de pœnis. Felin. in cap. qualiter, & quando, il secondo, §. ad corrigendum numer.30. de accus. Clarus in pract. crimin. §. fin. q.85. vers. vlterius quæro, sed tunc cum crimina leuia, vel extraordinaria, in quibus est locus pœnæ arbitrariæ, & dicitur crimen leue, vel graue multipliciter: Primo, quando considerantur persona, res, tempus & locus, Bald. in consil.412. super eo quod libr.4. in principio. Secundo, qualitas delicti, quia omnia delicta capitalia sunt grauia, Bald. vbi supra in prin. vers. secundo modo. Tertio, dolus ex parte committentis delictum, quia vbi dolus, ibi grauitas delicti, Bald. qui supra versic. tertio modo, & consilio 358. si Princeps numer. 2. vbi ponit dolum & pœnam tantum considerari libro 4. 2

Tum secundo, quoniam eo casu infligenda est pœna pecuniaria. quando id fit correctionis zelo, præsertim vbi ea magis timeretur, quam corporalis, Glos. in cap. licet, licet ibi Panormit. de pœnis, Folleran pract. crim. canon. c.133. numero 26. Vrsill. 3

decis.49.numer.3. Coler.decis. 40.& secundum Quarant. nouissimè in summa Bullarij in verb. pœna pecuniaria, debet adhiberi cautela ne in illa imponenda modus excedatur, sed personarum qualitas attendatur, vt ante præcitatum voluit Hostiens.in §.quid pertinet de offic. Ordin.

Quare cum in casu,de quo loquimur,hæc omnia deficiant, cùm pœna inflicta videatur non zelo correctionis, sed potius cupiditate lucri, prout apparet ex enormissimo excessu in quantitate pecuniæ, scilicet duorum mille ducatorum, propterea fatendum est præfatam pœnæ impositionem omnino reuocandam esse, pœna enim pecuniaria tunc tantummodo infligenda est, cùm illa imponitur pro corrigendis peccatis, & per consequens ne illa in posterum amplius committantur, secundum Gramm. voto 7.& Graff. de arbit. Confes.libro 2. cap.9. præsertim quoad eos, quorum vita probabiliter non est corrigenda, facit tex.in cap.prodest 23.quæst.5. 24. q.1. cap.legatum,vt videtur esse is, qui assiduè peccat, l. 3.in fin. C.de Episc. audien. cùm nec Deus assiduè peccanti,de facili misereatur, c. diaconi sunt in fi.distinct.93.vbi Gloss. dicit, assiduè,id est iterato,quia vulnus iteratum tardius sanatur, c.inanis de pœnitent.dist.3.

Iis accedat, quod cùm Sacr.Concil.Trident. loco citato formam induxerit procedendi contra concubinarios vt scilicet primo ter moneantur, secundo excommunicentur, tertio pro eius arbitrio seuerè puniantur. igitur hæc forma seruari debet,forma enim est, quæ dat esse, & spiritum rei, l.Iulianus §. si quis ff. ad exhibend. & in capit. ude conic cr.ecclesi. Innocent.in rubr.huius titul.Ioan. de Amicis consil.145.numer.5.Barbat.consil. 13. volum.3. Simon de Pretis consil. 181. volum.1.Cephalus consilio 610. numero 38. volum. 4. Mantua consil. 108.numero 31. & forma est indiuidua,vt per Ruin. & alios in l.1. §. qui præsens ff.de verb. obligat. Cephal. consil.480.numero 33. volum. 4. nec ei aliquid addi, vel detrahi potest, secundum Laurentium de Pinu consil.151. numero 9.& ipsa æquè non seruata, actus redditur nullus, Riminald.consil.136.volum.3. neque adimpleri potest per æquipollens,secundum Gloss.in clement. 1. de vita,& honest.cleric. Paris. consil.97. numero 13.volum. 4. & Viu. latissimè decis.334. 335. & 336. quare cum præfatus Episcopus formam hanc minimè seruauerit, cùm post trinam monitionem processerit immediatè ad impositionem pœnæ pecuniariæ, meritò debet censeri nulla, ob inobseruationem formæ, arg.decis. Afflict.358.

Non obstat,si in eius fauorem diceretur, quòd arbitrio Episcopi remittatur facultas infligendi pœnas concubinariis, quia respondetur, quòd debet intelligi, vt sit regulatum, prout de iure, secundùm Bart. in extrauag. ad reprimendum, num. 8.Paris.cons.56.numero 5.volum.1. & consil.8.numer.21. vol.4. Socin. iun. cons.41.numer.16.vol.2.Afflict. dec. 321.Per.de Beninten.Rot.Bonon.decis.31.Peregrin.dec.239.part.2.in nouiss.Rot. Roman. Paleott. in decis. 641.num.1.par.3. de Grass. in decis.7. & 8.de iudic. & fuit pluries in Rot. resolutum, præsertim in vna Tolet. pecuniaria 13. Aprilis 1587. * coram Illustrissimo Pamphil. & in vna Rauennaten.transactionis 19.Ianuarij 1594.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Carceratus dicitur etiam, qui stat in aliquo loco, ita quod ab eo recedere non potest.*
2 *Habilitatus sub cautione, dicitur quoque carceratus.*
3 *Recedens à carceribus, & statim rediens, non dicitur fugere.*

Qua pœna puniatur retentus in domo sub fideiussione de non discedendo, si discessit, & die sequenti rediit.

DECIS. CCCLXXIX.

SVpponatur in facto, quod quidam fuisset non in carceribus ordinariæ Curiæ Archiep. detentus, verum in Camera *volgarmente detta la camera del Carceriero*; cum fideiussione de non discedendo ab ea, quare cum discessisset, & postea die sequenti reuersus fuisset, dubitatum fuit an pœna exigi possit contra fideiussorem, & videbatur prima facie dicendum, quod sic ex pluribus, tum primo, quia talis dicitur verè & propriè carceratus, taliter, quod per eius recessum censetur fregisse carceres, & confessum fuisse delictum, sicut ille, qui est in compedibus, vel in carceribus, vt communiter voluerunt DD. in l. qui in carcerem ff. quod metus cau. nam qui non potest de loco exire, parum differt à captiuitate, quia videtur spoliatus sua libertate, secundum Glos. receptam in cap. de raptoribus q. 1. & ita dicebat Inn. in cap. nuper de sent. excom.
1 quod omnis ille dicitur carceratus, cui locus pro carcere assignatur, ita quod illum locum exire non possit impunè, & ire quo vult, quem sequitur Cataldin. in consilio 56. numero 4. & 5. volum. 1. consiliorum crimin. Angelus in tract. de malef. in verbo qui iudex numer. 16. dicit ex sententia Bart. in l. 2. C. de exhib. reis, quod omnis locus assignatus alicui pro carcere, sit carcer, & Ang. in l. 1. C. de priuat. carcer. dicit, quod etiam ille, qui detinetur in via, & recedere de illo loco non potest, diceretur incarceratus, & talis detinens illo modo incideret in pœnam de priuatis carceribus, & Bertaz. in consil. 35. numer. 3. & ibi Apostilla sub lit. A. volum. 1. criminalium dicit, quod si quis detinetur in aliquo carcere, palatio, & ciuitate, ita dicitur fregisse carceres, si aufugit, sicut si esset in carceribus, quia ille locus est subrogatus loco carceris, & sequitur Betius consil. 44. numer. 36. vbi alios allegat. & quando est assignata ciuitas, vel castrum, aut territorium alicui pro carceribus, sub precepto pœnali cum fideiussione de soluendo pœnam in casu contrauentionis dicitur sub arresto ille talis positus, & sic carceratus, ideo si decedit, & aufugit, dicitur ita carcerem fregisse, sicut si esset in proprio carcere, & habetur pro confesso, Gram. consilio 57. numer. 4. in criminalibus, sequitur Apostilla Bertaz. in dicto consil. 35. in lit. A. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. casu 301. numer. 9. & 10. & quod ille, cui fuit assignata ciuitas pro carcere, sub precepto, sine custodia, dicatur carceratus, & propriè si non est ita strictè, prout quando est in compedibus, & in aliquo acto carcere, est tex. in l. succurritur ff. ex quib. cau. maior. vbi dicitur, quod qui aliquo modo stringitur, vt euadere non possit, dicitur carceratus: sed arrestatus in ciuitate, dicitur aliquo modo districtus, ex quo ad libitum haberi potest. His accedat,

quod voluit Guid.Pap.in dec.563.vbi habilitatus cum cautione de non discedendo à palatio, dicitur etiam carceratus allegat glos. in l. necnon §.1.ff.ex quib.cau.maior.ex cons.Annæ 140.vol.2.

3 Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium dixi, scilicet minimè posse exigi pœnam contra fideiussorem. Mouebar ex doctrina Carrerij in practica criminali, §.3. n. 20.vbi expressè tenet in præsenti casu non esse ruptam fideiussionem, nec fideiussorem ad pœnam aliquam obligari & ita testatur habuisse de facto Farinac. in tit. de carcerib.& carc.q.30.nu. 77. quod refert & sequitur Herculan. in tract. de caut.de non offenden.cap.50.nu. 17. huic accedat, quod Roman. consil. 193.consultus, respondit pluribus subtilibus rationibus ad fauorem cuiusdam fideiussoris, qui promiserat, quod debitor ex Curia non discessisset, donec debitum soluisset, qui discessit, sed statim reuersus fuit, & dicit Rom. fideiussorem non posse conueniri, & sequitur Suarez. in tract.de fideiussor.in causa crim. numero 32.in fi.Osasc.decis. 50. numero 1.

3 Tandem facit, quod recedens à carceribus, non dicitur recessisse animo fugiendi, sed reuertendi, si citò reuersus est, Alex.ad Bart. in l.1.§. qui expilatores, litera F,ff.de effract. Boerius decis.215.num.17. & 18. Mascard.concl.266.numer.22. Farinac. cit.q.20.num.139.& Oliuerius cons. 4.numer.25.volum.2.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter iurisdictionem voluntariam, & contentiosam, quæ sit.*

2 *Episcopus extra suam diœcesim non potest exercere iurisdictionem contentiosam, & propterea non potest Ordines conferre in aliena Diœcesi, etiam propriis subditis, numero.*

4 *Refertur locus Conc.Trid.vbi statuit pœna Episcopis exercentibus pontificalia extra Diœcesim.*

5 *Limitantur supradicta, si accessit consensus loci Ordinarij.*

De pœna Episcopi exercentis iurisdictionem in aliena Diœcesi.

DECIS. CCCLXXX.

PRo huius quæsiti dilucidatione supponendum est omnem iurisdictionem diuidi in voluntariam, & contentiosam. Voluntaria iurisdictio est, quæ inter volentes, & consentientes exercetur, & in voluntariæ iurisdictionis numerum iuris interpretes adscribunt ea, ad quæ non potest aliquis compelli, sed cõtra hoc euenit in contentiosa iurisdictione, quæ in inuitum, & reluctantem redditur, l. inter stipulantem §.1.ff.de verb.oblig. glos. in l.2. de off.proconsul.Ias.in l. 1.in 2. comment.num.83. C. de sacrosan. eccl.& quoniam nemo inuitus regulariter emancipatur.l.nec auus C.de emancip.lib.&§.vlt.instit.quibus mod.ius patr.potest.soluit. & l. iubemus C. eod.tit.de emancip.liberor. & ideo emancipatio voluntariæ iurisdictioni, adscribitur, d.l.2.de off. proconsul. eiusdem iurisdictionis est manumissio d. l. 2.item adoptio, cum nemo dissentiens in adoptionem detur, l. in adoptionibus ff.de adoptata eiusdem numero habent legitimationem, glos.in c.per venerabilem, qui filij sint legit.& Ibidem Inn.num. 3. in l.1.in princ.& num.5.C.de iur.aur anul.

1

Digitized by Google

anul. Signor.conſ.219.num.13. Dec. conſ. 150. & 557. & in hanc ſententiam multis ex partibus noſtri iuerunt, l.vlt.ff. de iuriſd.omn.iud.& teſtatus eſt Dec.d.conſ.150.n.1. ponitur in eadem iuriſdictione Doctorum, militum,& notariorum creatio, de militum creatione nominatim tradidit Bartol.in l.1. nu. 80. C. de dignit. lib. 12. & de his omnibus nouiſſimi Bononienſes ad l.vltimam nu. 18. de iuriſd.omn.iud.& Rolan. conſ.88. n. 33.lib.1.ſunt de eadem voluntaria iuriſdictione pleraque alia, quæ nunc ſilentio inuoluo. Inſignis differentia inter voluntariam, & contentioſam iuriſdictioně hæc à noſtris ponitur, quod contentioſa iuriſdictio extra territorium non exercetur, neque in homines alterius iuriſdictionis.l.vlt. ff.de iur. om. iudic.& l. vlt.ff.de off. præfect. vrb. ſed voluntaria iuriſdictio ſecus eſt, d.l.2. de officio procõſul.& l.emancipat.ff.de adopt.quod diſcrimen inter voluntariam,&,contentioſam iuriſdictionem tradiderunt Accurſ.Bart. Alex.& alij in d.l. vlt.de iuriſd.omn.iud.

Quare Epiſcopus ex ſupradictis
2 non poteſt exercere iuriſdictionem contentioſam in aliena Diœceſi, quia ſtatim, quod quis egreditur prouinciam, habetur pro priuato, l 3.ff.de off.præſid. Gemin.in c. ſi Abbatem num.4.de elect. in 6. & ideo prohibetur iuriſdictionem exercere, c.Epiſcopum 7.q.2.c.2. de conſtit. in 6.l.fi.ff.de iuriſdict.om.iud. licet loquantur de iuriſdictione contentioſa tantum, non voluntaria, ſecundum Panor.in c.nouit, nume. 3.in fi. de off.deleg.poſt Bal.in l. ſi ex conſenſu, num.10.C. de Epiſc.aud. Imo ſunt, qui tenent nec quidem voluntariam iuriſdictionem competentem iure ſpeciali, vel priuilegio poſſe extra territorium exerceri, ſecundum Roman.ſingul.49. per tex.in c. ſtatutum de præb.in 6.Curt.iun.in l. vlt.col.1.ff.de iuriſd.om. iud. quidquid ſcripſerit Couar.lib.3.var.reſol. c.20.n.9.verſ.cæterum.

Et ob ſupradictam rationem Epi- 3
ſcopum non poſſe conferre Ordines etiam propriis ſubditis in aliena Diœceſi, voluerunt Alber. in ſępius cit.l.fin.ff.de iuriſdict.om. iudic. qui ex quo in miniſterio ſacrorum Ordinum fit collatio ab Epiſcopis celebrantibus diuina officia indutis veſtibus Pontificalibus, vnde requiritur conſenſus diœceſani, gloſ.in clem. vlt. de priuileg. Abb.in c.ex ſuarum n.11.de auctorit.& vſu pallij. Couarr.d.cap.20.n.9.vbi etiam ſubdit, ſecus eſſe in prima tonſura, Rebuff.de nomin.q.14.n.29.

Vnde Conc.Trid.ſeſſ.6.c.5.ſanciuit 4
pœnam exercentibus iuriſdictioně in aliena Diœceſi per hæc verba: *Nulli Epiſcopo liceat cuiuſcunque priuilegij prætextu Põtificalia in alterius Diœceſi, exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantum: ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic Ordinarij ab executione Ordinum, ſint ipſo iure ſuſpěſi.*

Communis tamen DD. opinio 5
eſt de qua teſtatur Abb. in cap. nouit.de offic.legat. quod Epiſcopus poteſt in aliena diœceſi de conſenſu diœceſani exercere iuriſdictionem contentioſam, & in Curia Archiepiſcopali Neapol. ſecundum nouiſſimum in praxi capit. 37. ſeruatur, quod quando Epiſcopi petunt licentiam exercendi iuriſdictionem contentioſam in Ciuitate Neapol. concedit eis licentiam cum clauſula (dummodo fiat ſpecialis mentio dictis literis in vnoquoque actu) ad remouendum præiudicium quod oriri poſſet ex dicto exercitio.

SVMMARIVM.

1 *Per offensionem iurisdictionis inducitur eius prorogatio.*
2 *Ratione offensæ iurisdictionis iudex incompetens efficitur competens.*
3 *Limita quando iurisdictiones sunt distinctæ.*
4 *Clericus deponens falsum coram Iudice laico remittitur.*

Per quem puniantur offendentès Birruarios alterius Curiæ.

DECIS. CCCLXXXI.

1 IN facti contingentia dixi pœnam infligendam esse per Iudicem Birruariorum quibus illata fuerat offensio, non autem per iudicem illius qui intulit offensionem, & ratio est propter offensionem illius iurisdictionis inducitur ipsius prorogatio secundum Castrens. in l. addictos C. de Episcopali audientia per illum tex. qui loquitur in specie quando offenditur familia iudicis exequens suum officium.

Facit ad idem tex. in l. nullum C. 2
de testibus. vbi habetur, quod ratione offensæ iurisdictionis qui alias non est competens iudex efficitur competens, & ita de Franch. in dec. 147.

Limita tamen vbi iurisdictio- 3
nes essent distinctæ, veluti ciuilis, & criminalis, vt est in Magna Curia, quia si testis falsum deponit Coram Iudice ciuili, remittitur ad Iudicem criminalem, de Franch. loco cit. ex Bart. in l. si quis obreserit, & in l. diuus ff. de falsis, Paris. de Puteo de sindicatu in verbo notarium col. 2. vnde Capic. in dec. 122. voluit, quod quando iurisdictiones sunt distinctæ per clausulam abdicatiuam nō procedit tex. in l. nullum, quid secundum eum d. clausula inducit separationem iurisdictionis.

Vnde si clericus deponit falsum 4
coram iudice laico, cognitio non erit iudicis laici, sed ecclesiastici, & ita limitatur tex. in d. l. nullum Afflict. in dec. 230. vbi Vrsill. Cappell. Tholos. in dec. 179. Capic. in dec. 5. numer. 13. de Franch. in dec. 417. Anna sing. 135.

Finis tituli Praxis de Pœnis.

PRA-

Digitized by Google

PRAXIS.

BENEFICIALIS.

SVMMARIVM.

1 *Collatio dignitatum spectat ad Summum Pontificem.*

2 *Olim poterat Episcopus constituere horas canonicas, & veteres extinguere.*

An Episcopus possit constituere nouas dignitates in Ecclesia cathedrali absque auctoritate Apostolica.

DECIS. CCCLXXXII.

1 DVBIVM mihi faciebat pro opinione negatiua, quod collatio dignitatum, quæ sunt primæ post Pontificalem, spectat ad Papam secundum glos. in capitul. deliberatione in verb. electionis de offic. delegati, Staphil. de lit. grat. fol. numer. 9. igitur ad Papam debet spectare eius creatio.

Cæterum præfatis non obstantibus animaduertendum est, in hac quæst. duas reperiri opiniones prima est Innocent. referentis glos. in cap. cum olim in verb. concessimus, de consuetudine, & Sylua 1. part. q. 4. numero 18. & 4. q. 7. numero 20. cas. 116. vbi dicit quod sic, quod confirmat ex Bart. in tract. de Episcop. 2. part. lib. 4. & ex speculatore in tit. de dispensat. versic. 107. Secunda opinio est glos. in d. cap. cit. immo tex. ibi, & in cap. cum accesserint eod. tit. gloss. in c. 1. in verb. omnes 22. distinct. & Syluan. 2. part. q. 3. numero 6. versic. 8. & gloss. in clement. fin. in verb. 8. & etiam gloss. in clement. fin. in verb. mente sua, de rebus Ecclesiasticis non alien. vbi habetur, quod non, immo plus dicit ex mente Hostiensis in d. cap. cum accesserint, quod dignitas non confirmata per Papam tolli potest de Ecclesia Cathedrali per cap. ipsius Abb. in d. clement. numero 12. & in cap. transmissę. numero 5. de verb. signifi. ergo censeo cum secunda opinione sic haberi in facto, & sic responsum fuit ab vrbe, & quod dictum est de nouis constituendis, idem in veteribus extinguendis per dicta Iura, & gloss. Host. in summ. tit de constitutionibus §. quando constitutio num. 20. vers. cum quæritur, dicit quod sic, & Innocent. in cap. cum accessissent eod. tit num. 2. vers. item Episcopus dicit quod sic, & ita potest practicari, & ita se audiuisse practicari ab Episcopo Stabiensi refert Zerula in praxi Episcopali.

Digitized by Google

2 Ad hæc nota, quod licet per tex. in cap. fin. & ibi gloss. in verb. excreuisse de verb. significat. poterat Episcopus constituere nouos canonicos, & veteres extinguere absque Sedis Apostolicæ facultate, hodie tamen per Conc. Trident. sess. 24. cap. 15. de reform. potest Episcopus cum consensu capituli propter tenuitatem introituum prout ibi, & à contrario sensu etiam nouos constituere, Innoc. vbi supra Caputaquens. dec. 221. part. 1. Vide Boer. dec. 62. numero 7. & cap. ex parte de concess. præbend. Sylua 4. part. q. 7. numer. 26. vers. 115. & in creatione nouorum canonicorum quomodo sit procedendum vide de Franchis dec. 2. numero 18. & 10.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio beneficij requiritur cum consensu Episcopi.*

2 *De natura beneficij est, vt sit perpetuum.*

An in constitutione Beneficij requiratur consensus Episcopi

DECIS. CCCLXXXIII.

1 Beneficium igitur Ecclesiasticum eo ipso dignoscitur, quod reperitur aliqua Ecclesia vel capella erecta auctoritate Superioris, & dotata, Guido Papa decis. 187. Rot. diuers. dec. 508. numero 6. & 509. numero 5. & seq. part. 1. & quod vere beneficium Ecclesiasticum non dicatur ante Episcopi approbationem, probatur ex tex. in cap. nemo, & in cap. nullus de consecrat. distinct. 1. & tradit Felyn. in capit. ex parte il 2. col. 1. de rescriptis benef. Rebuff. in praxi benefic. tit. Quare instituta sint benef. num. 10. fol. 6. vbi inquit quod ante Episcopi approbationem non dicitur proprie beneficium Ecclesiasticum, sed potius quędam pia donatio, vel relictum pium, si forte pro Missis celebrandis, vel pro anniuersario in perpetuum relictum fuerit, quod etiam tenuit Rota dec. 11. de Iurepatron. in antiquis, & quamuis idem Rebuff. in tit. quod sit numer. 8. in fine dicat quod quælibet Cappella ad seruiendum Deo fundata præsumitur beneficium Ecclesiasticum, licet non appareat de approbat. Episcopi, nihilominus eius dictum non est tenendum ex supra allegatis. Nec Ægid. quem ipse citat ita loquitur in quæst. 16. in fine vers. 2. quia si testatur: sed vult in dubio rem acquirendam esse in casu in quo est.

Sed est aduertendum, quod licet regulariter beneficium Ecclesiasticum sit illud, quod perpetuo confertur, vt per Abb. in cap. auctoritate in fin. de cens. Sarnen. in reg. de infir. quæst. 23. tamen aliquando potest esse beneficium Ecclesiasticum. quamuis non sit conferibile, exempli gratia, si ille, qui beneficium fundauit voluit in perpetuum illud spectare ad liberam dispositionem certarum personarum, veluti Abbatis certi Monasterij, cum hoc, quod etiam possit administrationem illius alteri concedere in totum, vel in parte, prout sibi videbitur, ita fuit resolutum per Rotam in vna Perusina Sanctæ Mariæ de Niuæ 30. Aprilis 1599 * coram Pamphilio. 2

SVMMARIVM.

1 *Nomen Sancti an sit exponendum in beneficium.*

2 *Nomen dignitatis debet exprimi.*

Nomen

Nomen Sancti beneficij an sit exprimendum in impetratione beneficij.

DECIS. CCCLXXXIV.

1 IVuat hoc loco inquirere an quãdo impetratur beneficium ne impetratio reddatur subreptitia sit necesse nomen Sancti huius beneficij exprimere, in qua quæstione communis est canonistarum conclusio, quod si impetratur Ecclesia Cathedralis, de stilo curiæ necesse non est exprimi nomen Sancti ipsius Ecclesiæ, licet secus sit in aliis Ecclesiis inferioribus: ita nuncupatum decidit Gloss. in cap. quamuis il 1. in verb. nõ extendit de præbend. in 6. cum qua ibi transeũt Ioannes Monachus numero 5. & Prob. in addit. ad eum Petr. de Anch. col. 3. num. 4. vers. 3. quærit, Gemin. in §. quamquam eiusdem cap. colum. 3. numero 10. vers. in glos. fin. ibique etiam Franchis colum. 2. num. 7. & alij indifferenter eandem approbant opinionem Lap. allegat. 16. an valeat nu. 4. Imol. cum ca. cum adeo per illum text. colum. 1. num. 2. ver. nota secundum Card. de rescrip. & Fel. in c. accessissent colum. 1. nu. 1. vers. & quando nominantur Ecclesię de constit. rursus idem in cap. in nostra col. antepenul. correlar. 39. num. 40. vers. & nota quod quando exprimitur Ecclesia de rescriptis, & communem testatur Mandos. ad Lap. in cit. alleg. in verb. nomen lit. I.

2 Amplia, quod oportet etiam nomen dignitatis exprimere, ita firmat in c. in nostra de rescript. Ioann. And. col. 2. nu. 10. in verb. expressam, Butr. col. 5. num. 17. vers. 4. quæro Panorm. num. 4. Imol. col. vlt. num. 13. & communis est teste Felin. in d. cap. ad aures numer. 2. Selua in tract. de benef. part. 3. numer. 11. vers. 23. qualitas fol. mihi 240. in paruis, quoties enim lex expressionem verborum pro forma requirit, non sufficit expressio verborum cap. qui ad agendum de procurat. in 6. l. sed & si quis §. quæsitum ff. si quis cautio. specialis autem mentio illa est quæ exprimit circumstantias, & conditiones, quę possẽt principalem alterare, vt ait Flor. in clement. 2. quæst. 14. num. 10. de offic. ordin. Soc. in repert. cap. postulasti col. 14. de rescrip. quem allegat, & sequitur Felin. in d. cap. ad aures colum. 2. in prin. nu. 3.

Limita, vt non teneatur suæ nobilitatis qualitatem exprimere si credimus Host. in c. ad aures in princ. in verb. dignitatis cuius sententia ibi sequitur Bart. numer. 5. de rescript. & non obscurè sentit Bom. sing. 37. verum nobilis. contrariam tamen opinionem tenuit Andr. in d. c. ad aures num. 4. videlicet, quod in litteris impetrationis non sit de necessitate qualitas nobilitatis exprimenda, & eundem Io. And. sequuntur Flor. colum. 2. vers. 4. quæro Butr. numero 10. Panormit. num. 2. colum. 1. Imol. col. 2. num. 5. Felin. col. 1. numer. 1. vbi aduersas rationes repellit, Selua in tractat. de benef. par. 3. quæst. 12. in princip. Tiraquell. in tract. de nobilit. capitul. 37. numero 61. eandem sententiam firmat Panormit. in cap. postulasti col. pen. numero 3. de rescript. & esse communẽ authores sunt, Dec. in d. capit. ad aures col. 2. numero 3. & Rip. num. 16. tum quia hoc Iure cautum non reperitur, tum etiam, quia impetratio subreptitia non redditur si supprimuntur ea, quæ expressa facilius Papam ad concedendum induxissent, vt est casus in d. ca. postulast. à contrario sensu, sed Papa liberius beneficia nobilibus, quam igno-

Digitized by Google

bilibus concedit. cap. de multa in fi. de conceſſ. præbend. talis ergo expreſſio neceſſaria non eſt.

SVMMARIVM.

1 *De proximo faciendo habetur pro facto.*

2 *Beneficia Eccleſiaſtica non niſi clericis ſunt conferenda.*

3 *Laico deſtinato clerico non poteſt conferri beneficium.*

An beneficia Eccleſiaſtica poſſint conferri clerico animi deſtinatione tonſuram habitúmque clericalem gerenti.

DECIS. CCCLXXXV.

1 CVpiebat quidam Illuſtriſſimus Epiſcopus quendam laicum incedentem in habitu, & tonſura ordinare, & cũ hoc minimè potuiſſet, ſtante quod erat alterius Epiſcopi ſubditus ad text. in c. 1. & 2. de temp. ord. in 6. capit. fraternitatis de cleric. non reſid. & cap. nullus de parochis, cogitauit conferre eidẽ beneficium, & me conſuluit an poſſet præfato laico deſtinato clerico conferre beneficium, vt ſibi efficeretur ſubditus, & dubium mihi faciebat pro opinione affirmatiua regul. iuris, quod de proximo faciendum habetur pro facto ad text. in l. pen. ff. de milit. teſtam. cum aliis quos congerit late Iaſon in l. quamuis. C. de inoffic. teſtament.

2 Cæterum hoc non obſtante contrarium dixi motus ex pluribus.

Tum primo, quia beneficia Eccleſiaſtica, non niſi clericis ſunt conferenda, text. in capit. cum adeo de reſcriptis capit. ex litteris de tranſact. c. ex inſinuatione, capit. 2. de inſtitut. Anchar. Abb. & reliqui Silua de benefic. in princip. numero 2. idem Anchar. in reg. beneficium cum numero 3. Abb. num. 1. cap. 4. num. 1. Lambert. artic. 3. num. 10. poſt princ. Rebuff. de pacific. poſſeſſ. numer. 287. in principio.

Et quamuis nonnulli fuerint opinati poſſe beneficium Eccleſiaſticũ conferri laico ſola animi deſtinatione clerico tonſuram & habitum clericalem gerenti, quoniam is clericus cenſetur, adeo, vt gaudeat priuilegio cap. ſi quis ſuadente 17. quæſtio. 4. ſecundum Archidiac. ibi numero 8. quem ſequitur Felin. in c. cum adeo, num. 2. de reſcriptis, Selua de benef. 3. part. q. 6. nu. 4. vol. 15. Rub. in repet. d. c. §. 38. num. 17. vbi alia ſimilia adducunt, & alia adducit Iaſ. in l. diuortio nu. 15. & 16. ſolut. matrim. & latius Tiraquell. l. connubial. Gloſſ. 2. num. 2. cum 44. ſeq. quod tenuit Gloſſ. item in capit. 2. de inſtit. cuius ſententiam ſequuti ſunt Domini de Rota in deciſi. 311. de probat. in ant. & hanc opinionem gloſſæ ſequuntur Hoſtienſ. in d. c. col. 1. verſ. nam ius ſecundum Henricum ibi col. 2. in princip. & ſecundum Archidiaconum qui idem teſtatur in c. nulli 12. qu. 1. nu. 5. quare dubium nõ eſt, quin iſta fuerit communis opinio apud antiquos iurium interpretes. 3

Nihilominus contraria opinio eſt iam receptiſſima, & illam contra gloſſ. aſſerit communem Felin. in d. cap. cum adeo num. 4. in princ. Selua de benefic. quæſtio. 22. nu. 12. Staphil. de litter. gratiæ & iuſtitiæ in 9. forma expectatiuarum numero 34. & dixit communem Coraſ. in paraphraſis Sacerd. 3. part cap. 1. num. 1. fatetur etiam communem Boer. deciſio. 171. numero 6. quam ſententiam tenet Gomez. de expectatiuis, numero 89.

&

&Parif.confilio 125.volum. 4. numero 12. & 13.vbi dicit primam opinionem esse communem modernorum, qui optimè loquitur de materia, Hodie tamen ex Sac. Conc. Trident.cap.6.sess.23. non solum requiritur, quod clericus sit prima tōsura initiatus, sed quod habet 14. annos, idemque probatur in l.3.titul.16.part.1.vbi Greg.verb.*quatorze ans* aliter minime poterit obtinere beneficium ecclesiasticum, neque cappellaniam collatiuam,vt resoluit Flamin.libro 4.de resignat. benefic. cap.1.numero 7. & quæst.11.numero 13. vbi plures refert pro hac sententia, quæ nullum habet contradictorem: illa tamen ætas 14. annorum licet non sit completa, sufficiet quod annus sit ceptus,nam habetur pro completo l. qua ætate ff. qui testamenta facere poss.l.ad rem publicam ff. de munerat. & honoribus,& argum.tex.in cap.15.sess.25.de reg.Conc.Trident.vbi annus requiritur completus ad profitendum, & sic vbi illud non cauetur, contrarium censetur dispositum l.cum præter ff.de Iudiciis l.qui accusare ff. de accusat. & explicat Guttierez canonicatum quæstionum cap.26.nume. 33.& ita communiter practicatur per omnia tribunalia Regni, & vbique locorum.

Tum secundo quia in materia Clericatus non sufficit deputatio seu destinatio ad eum, etiam cum delatione habitus, & tonsuræ vt refert Federic. de Senis consil. 90. Aymon.conf.322.volum.2.Artam.conf. 113,numer.4. & sequent. Ioseph.Ludouic.decis.14. illat. 146. & propterea fuit decisum in Sacr.Consil.quod non debeat fieri remissio ad magnum Magistrum militum Hierosolymitanorum cuiusdam equitis quia deliquit postquam fecerat probationes,& exoluerat viaticum, & iam se præparauerat accedere ad insulam Melite pro assumptione habitus, vt refert de Franch. decision. 449. Farinac. de inquisit.quæstion 8. numero 113.Petr.Gaball. cas. 120.

Quare non obstant contraria præsertim text.in l.penult.ff.de milit.testam. quia procedit quando de proximo faciendum est infallibile, secundum Felin.in capit. cum te col. 17.de rescript.& sequitur Tiraquell. loc.cit.num 28.

SVMMARIVM.

1 *Olim permittebatur pluralitas beneficiorum.*
2 *Beneficium sufficiens quando dicatur.*

An habenti duo beneficia in sufficientia possit conferri tertium absque dispensatione Apostolica.

DECIS. CCCLXXXVI.

FVit aliquando discussus articulus iste in Curia Archiepiscop. Neapol.& pro opinione affirmatiua dicebatur,quod olim permittebatur possidere plura beneficia,secundum Panor.in c.cum iam dudum n.8.&in d.repet.§.qui acro,n.34.Franc.in c.is cui n.3.Hoieda 2.part.cap.1.&2.Nauarr.consil.10.& 19.numer.2.de præbend.& Paris.libro 3.quæst.1.numer. 141. saltem vbi non esset magna, & nimia multitudo beneficiorum iuxta tradita per Hoiedan.capit.21. 1

Et hodie etiam stante Conc.Trident. id licere tenuit Nauarr.consil. 10. de præbendis, & in manuali, capit.25.numero 129. & Miscell. 60.

de orat.num.13.Late Hoieda 2. part. cap.1.à numero 24.qui à numero 32. id probat pluribus rationibus, & fũdamentis, & numero 36. dicit hanc opinionem esse receptam,& approbatam stylo curiæ, nam post Conc. Tridentin. Romani Pontifices sæpe concesserũt vni plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, ad quam se refert Azeuedo collect. 150. ad Decretales numero 2. & sequitur Paris.dicto num.141.Azeued. consil.20. numero 1. & Perez de Lara de anniuer. & cappell. 2.libro capit.7.num.12.& sentiunt Quinta aduenas libro 4.numero 119. Zerola 1. part.verb.beneficium num.7.& 2.& 6.conclus.sub.8.conclus.princip.&2. part.verb.conformitas Salon.quæst. 63.art.2. conclus. 3. controu.5. & 3.& Zecchus de republic.Ecclesiast.cap. ad dignoscendum vero.

Vnde Rota in vna Theanen.Sancti Eustachij 20. Aprilis 1587. * coram Gipsio,in qua agebatur de prouis. ordin. facta vni de rectore à & aliis sine cura beneficiis, & fuit dictum non obstare Conc.Trid.capit. 17. quia concilium non loquitur de pluribus beneficiis simplicibus ad vitæ substentationem non sufficientibus, & sequitur saltim ex consuetudine Azor. 2. parte libro 6.cap.11. quæst.8.

Cæterum præfatis non obstantibus contrarium fuit dictum ex verbis concilij,ibi, *Quod quidem si ad vitam eius,cui non refertur,honestè sustẽtandũ non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens.* Vnde cũ concilium aliud dicat in sing.non est extendendum ad pluralia & iuxta hanc opinionem seruari in vrbe testatur Gonsalez Gloss.15.numero 39. Caualc.decis.17.numero 73.par.2.Azeueda collect.150. parte 2. & quinquies declarasse Sacr. Illustrissimorum Cardinalium congregationem, Gars.de benefic. part. 11. §.5.numero 308. hinc refert Nouissimus in sua praxi ca.65. quod Cardinalis Iesualdus Archiep. Neapol.obtinuit à Papa potestatem dispensandi cum obtinentibus quinque beneficia simplicia non sufficientia ad victum.

Quod autem dicatur beneficium sufficiens vide Caputaq. decisio 65. part.1. Nauarr. Miscel.62.de orator. Menoch. de arbitrariis lib.2.cas.216. Gomezium de expect. numero 107. Hoyed.1.par.c.191.à numer. 22. Burs. cons.185.lib.2.num.10. Paris. de resignat beneficij libr.5.quæst.6. à num. 151. Zerula verb. beneficium §. 7.8. conclus. prin. Genuen. dicto c. 64. num.3.Gonsalez d.gloss. 15. numero 39. Prosperam de Augustino in addit.ad summam Bullarij, Quaranta verb.beneficiorum resignationes 8. causa, Azor. 2. parte libro 6. cap.10. quæst.8.& 9. 22.

SVMMARIVM.

1 *Fratantiam esse beneficium Ecclesiasticum.*
2 *Beneficiatus tenetur regulariter ad diuini officij recitationem.*
3 *Obtinentes tenuia beneficia non tenẽtur ad horas canonicas.*

An obtinens fratantiam teneatur ad recitationem diuini officij.

DECIS. CCCLXXXVII.

PLuries hac in re consultus ego respondi tres iuris conclusiones esse distinguendas. Prima sit, has fratantias esse propriè ac verè beneficia Ecclesiastica, quòd apertè demonstratur ob id presertim,quod in 1

cis

eis adſunt omnia requiſita, quæ in beneficiis Eccleſiaſticis concurrunt, prout ſunt primo, quòd habeant quod ſpiritualitatis annexum, nam propter diuinum officium datur beneficium c.fin.de reſcrip.c. 6.Abbas deciſ.47. num. 1.verſ.tertium conſideratur, Ancharanus in regul.beneficium nu.4. de reg. iur.*in* 6.Barbat, in c.in noſtra numer. 74. de reſcrip. Rebuff.tract.de pacif. poſſ. nu.287. ver.tertio cognoſcetur.Lambert.de fur.part.li.1.q.9.artic.3. ſub numer.3. ver.3.requiritur, at onus pręfatarum fratantiarum eſt mortuorum cadauera aſſociare,quod ſpirituale eſt,vt patet,ſecundoquia conferuntur clericis,Ancharan.Abb. & reliqui in c. cum adeo de reſcript. Sylua de benef.in princip,nume. 2.c.ex inſinuatione de procurat.tertio, qua ab Epiſcopis conferuntur cap.ſi quis deinceps,& c.ſi quis nullus 16.quæſt.7. & ibi gloſſ. in ſummi Ancharan. in d.reg.beneficium cum nume.3.Abb. num.1.in d.c.4.num.1.Lambert in d. artic.3.nu.10.poſt princip.Rebuff.de pacificat.poſſ.d.num.287.in princip. 4. quia fratantiæ iſtæ debent perpetuo conferri c. ſanctorum 70. deciſ. c.penult.de cler.ægrot. c. ſi gratioſe de reſcript.lib.6.Milis in repert.verbo beneficium num.24. Gigans d. quæſt.86.verſ.5.requiſitum, Rebuff. cum aliis,vbi ſupra verſ.5. dignoſcitur,Achil.deciſ.1.nu.4.offic.rit.quare ex his omnibus allegatis clarè habes dictas confratantias beneficia eſſe Eccleſiaſtica.

22 Secunda ſit concluſio,omnes beneficiatos regulariter teneri ac obligatos eſſe ad preces canonicas,quod apertè probatur ex cap. qui per ambitioſam de reſcript. li. 6.vbi Pontifex reprehendit quoſdam beneficiarios, quod officium precum propter quod beneficium datur, omitterent,&probatur pariter ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ.9. §.ſtatuimus,vbi priuantur fructibus qui officium diuinum non dixerint, & ratio eſt, quia iure naturali quiſque tenetur ad officium, propter quod datur beneficium, & ſub nomine officij regulariter comprehenduntur preces canonicæ, vt patet ex communi doctorum ſententia,de qua per Leſſium de iuſt.& iur. li.2.tit.de benef.dub.30. poſt Sotum eiuſdem nominis tractatu lib.9.q.7. art.2.Nauarr.c.25.num.97.108. Corduba in tract.de caſib. num. 186.Viuald.de ſacram.ord.p.40.& patet etiam ex communi praxi Eccleſiæ, vnde cum vt ſupra diximus, fratantiæ veniant nomine beneficiorum conſequenter illas obtinentes tamquam beneficiati ad preces canonicas tenentur recitandas.

Tertia ſit concluſio, obtinentes tenuia beneficia, nō obligari ad officium, niſi ex alia ratione,puta ordinum ſacrorum teneantur,ita Abb in c.1.de celebrat.Miſſar. Leſſius de iuſt.& iur.loc.cit.quæ.31.Sotus eod. tit.li.10.q.5. artic. 3. vbi tenet probabiliter excuſari eos qui habent beneficium tenue, ex quo non percipiuntur octo aurei,Monald.cit.loc. in fine, quorum opinio probatur apertè ex cap. cum ſecundum Apoſtolum de præbend. vbi qui altari ſeruit,de altari viuere debet, & proptereà niſi beneficium bonam partem moderatæ ſuſtentationis tribuat non cenſetur viuere de Eccleſia: item probatur quia præfati beneficiati non obligantur ratione ordinis, vt ſupponitur,ſed tantum ratione mercedis,quam accipiunt, etiam non videtur rationabile, vt is qui ſeptem vel octo aureos accipit pro mercede ad tantundem obligatur,ad quantum qui centum. Item 3

Digitized by Google

qui nihil accipit, ad nihil tenetur: ergo similiter, qui parum non tenetur ad totum, tandem probatur ex Gaiet. c. nonnulli in verbo beneficiorum multiplicatio, vbi beneficium quod adeo tenue est, vt non sufficiat ad sustentationem ministrorum non est beneficium nisi imperfectè, cùm non sit sufficiens, vt probatur in c.is cui de præb. in 6. vbi beneficium insufficiens, habetur quasi pro non beneficio, de cuius intellectu latè Verall. decis. 78. & 79. part. 1. quare applicando præfatam doctrinam quæstioni, dico non teneri fratantias obtinentes ad horas canonicas recitandas, si præfatarum redditus sint adeo tenues, vt de beneficiis supra dixi.

Nec obstat si dicatur, quod tales redditus percipiunt confratres præfati pro associatione cadauerum, quod seruitium personale est. Nam cum ex altera parte tales fratantiæ omnia beneficiorum requisita habeant, vt supra dixi, & in dubio certior via est eligenda, quare censeo ad diuini officij recitationem teneri, cum propter officium detur beneficium, c. significasti §. quod si discerni de homicid. cap. iuuenis de sponsalib. & in foro pœnitentiali dubitans, an quis tenetur ad aliquod, in dubio iudicandum quod teneatur, vt Villacut. decis. 50.

SVMMARIVM.

1 *Vt clericus gaudeat priuilegio fori, quas qualitates habere debet beneficium.*

2 *Beneficiatus debet probare titulum & possessionem.*

Beneficium cuius qualitatis esse debeat, vt clericus gaudeat fori priuilegio.

DECIS. CCCLXXXVIII.

EX Concil. Trident. c. 6. sess. 23. de reform. Clericus in minoribus constitutus non gaudet priuilegio fori, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur, & ita voluit etiam Vrsill. decis. 24. num. 7. Gramm. in constitut. apostatantes sub num. 4. Quare fuit dubitatum, cuiusnam qualitatis esse debeat præfatum beneficium, vt clericus gaudeat priuilegio fori, & respondi, quod in primis beneficiatus ad effectum, vt effugiat forum seculare, non sufficit probare titulum beneficij, nisi etiam probet illius possessionem, secundum Clarum in §. fin. quæst. 36. sub versic. hoc autem in fine, & in verb. regulariter autem, Henriq. num. 23. num. 4. & sequ. Menoch. consi. 350. num 6. & seq. volu. 3. Mascard. alios allegans 392. nume. 16 & 171. Farinacc. quæst. 8. de inquisit. num. 70. Scacc. de iure non scripto cap. 11. numer. 82. & idem Farinacc. loc. cit. numer. 45. referens ita obseruatum se vidisse Romæ anno 1580. per Reuerendissimum D. Gubernatorem in quodam nobili Neapolitano, quod dicens quandã sententiam per Iudicem laicum tenentem scilicet Beneuenti, in contumaciam contra ipsum super quodam prætenso homicidio latam, esse nullam tanquam latam contra clericum, primæ tonsuræ beneficiatum, & ad docendum produxerat literas dicti beneficij, fuit nihilominus vigore dictæ sententiæ acriter tortus, quia non docuit de possessione dicti benefi

Digitized by Google

neficij, & hoc per doctrinam Clari in q.6.sub verſ. hæc autem in fine,& in verſ.regulariter autem,& vch.ipſi falſus eſſet.

Quamuis Pariſ. libro 7. de reſcrip.benef.quæſtio.1.numero 47.dixerit quod in beneficialibus attendatur potius titulus quam poſſeſſio ex decisione Boer.2..numer.8. & ex Zabarell. in clement. vt hi qui ſ.illi verò numero 10. de ætat. & qualitat.

Limitatur tamen,vbi collatio beneficij eſſet valida, & propterea beneficiatus non fuit adeptus poſſeſſionem, quia mouit litem contra intruſum, vt declarauit Sacr. Congregat. ſecundum Nouiſſ. in ſua praxi cap.7.& refert etiam Maſtrill.deciſ. 113. & idem eſt deciſum in ſententia quando non ſtat per eam, Ferrer.deciſion.215.& Maſtrill.cit.deciſ.Polid. Rip.obſeru.330.nu. 4. licet huiuſmodi ſeruitium in diuinis debet eſſe cõtinuatum, & nullo modo intermiſſum,& propterea nõ ſufficeret,quod bis,vel ter inſeruiſſet,cum ſint verba ſignificantia actum perſeueratiuum, & ſic perſeuerantiam, & continuationem, vt poſt alios dixit Goram. deciſione 87. num. 5. vel ſaltem pro maiori parte Menoch. conſilio 912. numer.31.vbi ſubdit quod ſicuti magna ratione ſtatuit ipſum Concilium clericum primæ tonſuræ frui fori priuilegio, ſi modò obtinet beneficium, quo ſignificatur perſeuerantia, & continuatio quædam in ipſo clericatu: ſic pariter dicendum erat concilium requirere eandem continuationem & perſeuerantiam in ſeruitij præſtatione, prout etiam in delatione habitus, & tonſuræ, nam priuilegium cauſa officij conceſſum durat vſque quo perdurat ipſum officium ad tex. in l. qui ſub prætextu de Sacroſ. Eccleſ. vbi qui aſſeret ſe clericum, & Eccleſiæ non ſeruit, priuilegio clericatus carere debet, vt poſt alios tradit Probus in addit. ad Ioannem Monachum in capitulo 1. numer.7. de clericis coniug. libro 6.Viu. deciſione 512. numero 18. parte 4. poſt Bartolum in l. qui ſub prætextu, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis. Baldus in l.ad inſtructionem Codice eodem, vnde ſecundum de Franchis in deciſione 451. qui non exercet artem, priuilegiis eiuſdem frui non poteſt, vti de milite dicimus ad notata, per D D. in l. licet Codice de teſtamento militis.

Sufficeret ſecundo ad effectum efficiendi locum ſæcularem, etiamſi clericus obtineret præſtimonium, quia vbi ſolitum eſt dari in titulum beneficij venit appellatione beneficij cap.fin. in princ. de conceſſ. præbendæ,Milis in ſuo repert. verb. beneficium beneficij appellatione,Geminian.conſil.89. Vnde gratia expectatiua capit. ita præſtimonium, quemadmodum beneficium, ſecundum Panormit.conſi.47.vol.2.Felin. in capit.poſtulaſti,verſ.4.declaratio. de reſcript. Gram. deciſione 22.Aragon.deciſi.29.Creſcent.deciſi.8. de conc.præb.

Sufficeret tertio etiam ſi beneficium eſſet modici valoris, quia ad effectum gaudendi priuilegio fori ſufficit ſolus tit.abſque redditibus,ſecundum Nouiſſ.in ſua praxi, ca.7. in fine, & ratio eſt ſecundum gloſſam in c.vnico, vt Eccleſiaſtica beneficia reditus non ſunt de eſſentia beneficij, & plus, & minus non differunt ſpecie in beneficialibus.

Quarto ſufficeret etiam ſi eſſet beneficium vulgo fratantia, & ratio eſt, quia præfata fratantia dicitur verè ac propriè beneficium Eccleſiaſticum, ſecundum Ancharan

ca.beneficium de reg.iur. in 6. Selua de benefic.part.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Praxis resignat.beneficij quæ sit.*

Praxis resignandi beneficia.

DECIS. CCCLXXXIX.

Licet olim resignari simpliciter potuisset beneficium in mani-
1 bus collatoris c.admonet de renunt. glo.in clement. vnica in verb. manibus eod.tit.& in c. de regularibus in verb.dimittãt, de symonia Mandos. in praxi signat. gratiæ in verb. resignatio,non tamen ad fauorem, quia esset symonia gl.& Abb.in c. ex parte numer.4.de offic.delegati, & in c. cum vniuersorum num.5.de rer.permut.& ratio est, quia resignatio beneficij coram loci ordinario debet esse simplex & libera, nec fieri potest cum illa clausula videlicet in fauorem Titij vel Mæuij, & non aliter nec alio modo, & fuit sancitum, quod simpliciter fieri debet, alias si cum ficta conditione fieret nulla esset, vt refert & sequitur Mandos. in regul. cancella apost. 19. de confirm. q.16.nu.11.Garsia dec. 5. per notata in c.ex parte il 1. extra de offic. deleg.in c.tua nos circa finem extra de symonia, Panorm.in c. vniuersorum extra de rer. permutat. idem sequitur in c. ad audientiam col.2.num.1. extra de rescrip.& optime per Rebu.in pract. benefic.sub rubric.de resignat.cond. nu.2.& 3.& 4. Immo hodie per constitutionem Pij V. Pontificis, si resignatio fieret liberè coram Oradino cum intensione, quod conferetur Titio, & eidem subsequeretur fieri collatio non valeret tanquam symoniaca.

Hodie verò si fieret in manibus Papæ, valeret ad fauorem secundum stilum curiæ à multis sæculis seruatum, à quo tamen cepit recedere Greg. XIII. qui permisit, vt vna cum renunciatione vnius presentetur petitio alterius, cui renuncians vellet conferri, Nauarr.in man. consil.c.23. sub num.107.

Sed postea Pius V. suspendit facultates, & auctoritates conferendi beneficia per resignationem seu permutationem, vacantia in manibus quorumcunque ordinariorum, vt patet ex eius constitutione publicata Romæ 18. Augusti 1567. incip.officium creditæ fol.99.in Bullario.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum est facienda literatis, quæ si fiat illiteratis est ipso iure nulla, vt in nu. 2. cuius conclusionis duæ assignantur rationes, de quibus in nu.3.& 4.*

5 *Ordinarius cõferẽs beneficia illiteratis tenetur resarcire damnum ecclesiæ ex illa collatione prouenient.*

6 *Clericus vt possit beneficia simplicia obtinere quæ requiruntur, intelligẽdo tamen in constituto in minoribus, cum secus sit in constituto in sacris, vt in nu.7.*

Quæ scientia requiratur in iis quibus conferuntur beneficia.

DECIS. CCCXC.

SVmmoperè debent animaduertere locorum ordinarij cæterique 1
Prælati, quibus facultas ministrandi bona Ecclesiastica competit, vt in conferendis beneficiis habeant rationem literaturæ, & scientiæ, nil enim

enim Ecclesiæ Dei magis officit, quam quod indigni assumantur cap. nihil de ætat.& qualit. cum ipsa Ecclesia indigeat viris litteratis, non autem asinis auratis, iuxta celebre dictum Ioan. Monachi in capit. eam ex eo de rescript.in 6. & secundum Gomez.in reg.de annali quæst. 47.in fine, quem refert Gonsalez gloss.4.num.34. illiteratos enim homines non nisi nomine tantum, homines esse, & tales non venire appellatione hominum, sed iumentorum, quorum similitudinem gerant, vnde interrogatus Aristoteles, quid differant docti ab indoctis? quo viui à mortuis respondit. Probus in cap.fi.de verb.sign.li.6. num. 14. sic etiam Archiepiscopus interrogatus dixisse fertur inter Doctos, & Indoctos perinde distare, vt inter domitos equos, & indomitos, aut quantum inter viuentes & mortuos, & gloss.celebris in l.qui cum vno in verb. temporalium ff. de re militari dixit quod indigne promotus meretur decapitari, Felin.in cap.si quando sub num.7.de rescript. Rebuff.in praxi tit. pœnæ contra collatores indignis conferentes numer.16.& alia notabilis gloss. in l. societas contrahitur ff.pro socio.voluit quod adbeneficia,ita sunt promouendi literati, quemadmodum nobiles, vt refert Io.de Arno soliloqui.3.

2 Et ex hoc prouenit collationem beneficij factam illiterato esse ipso iure nullam Abb. post Innocent.in cap.cum in nostris, num.22.de concess.præbend.Diaz in cap.21.num.6. Felin.in cap. per tuas sub num.1.in fine de symon.Nauarrus in d. cap. si quando except. 11. de rescript. Corras.in tractat. de Sacerdotibus part. 3.& 5.num.3.Paris. de resignat. lib.4. quæst.11.num.119. Probus ad Monachum in cap.nullus de temp. ordin. in 6.à num.25. Paris. de pacif. possess.à num.261.alias 213. Hoieda qu. 14.num.29.Vgol.cap.3.§.3.num.1. & 2.Vega 1.part. cap.36 casu 17.& Less. de iustit. & iure lib.2.c.34.num.129. cum nonnullis aliis quos congerit Garsia de benef.par.7.c. 7. quorum opinio intelligenda est in c.qui nunquam literas didicit ita vt partes ille ignoret, quia tunc dicitur prorsus illiteratus, cum non habet aliqua principia, Præpos.in cap 1. numer.2.distinct.32.Rot.decis.16. num. 3.par.2.diuers. Diaz.in praxi cap.21. nu.fin.

Cuius couclusionis ratio est duplex. 3

Prima, quia illiteratus est irregularis, & ordinari non potest c.præcipimus 34.distinct. cap. illiteratus 36. distinct.cap.1.distinct. 55. Maiol. de irregul.lib.1.cap.32.per totum, Nauarr.in cap.si quando except. 11. nu. 1.de rescriptis, Pelag.de plantu Ecclesiæ lib.1.art.48. Diaz. in praxi crimin.c.21.num.1.Paris.de resignat. li. 4.q.11.num.20.

Secunda ratio est, quia illiteratus est omnino indispensabilis, cum sit de iure diuino requisita literatura, Turrecremat. in c.si in laicis 38. distinct.Diaz in d.cap. 21. sub num. 2. Maiol.de irregular.dict.cap.32.num. 13.Rebuff. in tract. de pacificis possess.nam.264. vbi dicit, super hoc nunquam vidisse dispensationem, Paris.de resignat. lib. 4. quæstion.3. numer.100.Rot.decis.12.numer.4. de probat. in antiq. Nam Osea c. 54. dicit, *quia tu scientiam repulisti, & ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi.* 4

Et ex his prouenit, quod conferēs beneficium illiterato teneatur resarcire Ecclesiæ damnum, illi ex prædicta mala collatione resultans, Anchar.in clement.1.sub nu.5.vers. ego 5

Digitized by Google

crederem, de ætat.& qualit.Cardin. ibidem quæſt.10.num. 10. Probus in c.cum ex eo num.2.de elect. li.6. Felin.in d.c.ſi quando ſub nu.7. verſ. idem dicit Petrus Anchar. Lopez & Rubr.in c.per veſtras §.26.num 11.de donat.inter virum & vxorem, Rebuff.in concordata in rub. de collat.§.probati ordinarij in gloſſ. verb. idoneis, verſ.in c.conferens indignis, & in praxi titulo pœnæ contra collatores, indignis conferétes n. 8. & 9.

6 Vnde deueniendo ad caſum mihi propoſitum dico, quod licet ad primam tonſuram ſolum requiratur, quod quis ſciat legere & ſcribere Conc. Trident.ſeſſ. 23. c.4. tamen ad beneficium, etiam ſimplex, maior ſufficientia requiritur: nempe, quod ſciant legere, conſtruere, & cantare, gloſſ. in clement.1. de conceſſ. præbend.6. verb. reputamus, quam ibi ſequuntur Imola Card. & Abb.num.1.Franchus in cap. ſi pauper de præbend.in 6.ſub nu.2. Gom. de expect.num.79. Nauarr. de orat. Miſcella 43.nu.3.& in d.cap.ſi quando excep.num.13. vbi tamen videtur velle ſufficere, quod ſciat legere & conſtruere, quod videtur verum, & praxi receptum; non enim ſolet fieri examen in cantu, & id quod dicit dicta gl. & Doctores de cantu procedet in ſeruitorio beneficio.

7 Et tamen finaliter notandum, quod eo ipſo, quod aliquis ſit admiſſus, & ordinatus Sacris ordinibus præſumitur habilis & idoneus ad beneficia ſimplicia. Ita vt nouo examine opus non ſit c. accepimus 13.de ætate & qualit. ibi quos à te vel prædeceſſoribus tuis ordinatos fuiſſe conſtaret: eos præſertim quoad obtinendum beneficium debes idoneos reputare quos ad ordines ſuſcepiſti, & notat ibi Hoſtienſ.num. 12.Ioan.Andreas nu.13. Butr. num. 8. & 12. Abb.num.3. & 6. Rot.deciſ.16. num.1.part.2.diuerſ.Boer. deciſ.149. num. 16. Caputaqu. deciſ. 367. part. 2.per totam.

Neque Conc. Trident. ſeſſ.14.c. 3.de reform. aliquid in contrarium diſpoſuit vt cenſuit Sacr. Cong.ſuper illius canonis declaratione, dum dixit Epiſcopus non poteſt examinare promotos à ſuo anteceſſore niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit, vt in c. accepimus de ætat.& qualit.& iterum congregatio cenſuit non comprehendi examinatos, & promotos ad Sacros ordines à prædeceſſoribus Epiſcopis, niſi noua cauſa poſt promotionem ſuperueniat.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo non comprehendit beneficium eccleſiaſticum cathedralis, quod probatur duabus rationibus, de quibus in numer.* 2. & 3.

An mandatum de prouidendo comprehendat beneficium eccleſiæ Cathedralis.

DECIS. CCCXCI.

IN facti contingentia, reſpondi negatiuè ex duobus. 1

Tum primo, quia præfata beneficia exiſtentia in Eccleſia Cathedrali non comprehenduntur ſub hac generalitate, vt refert & ſequitur Archidiaconus in cap. quamuis de præbend.li.6. per not. per gloſſ.in c. quamuis ſuper verbo non extendit, & facit text.in cap. fin. §. adiicimus de ſentent.excommun.lib.6. & vide Geminianum in breuia.in d. c. quãuis §.quanquam cum ſimilibus. 2

Tum 3

Digitized by Google

Tum secundò, quia per dec. Rotæ secundo de filiis presbyter. dispensatus per Episcopum super illegitimitate non potest recipere præbendam Ecclesiæ Cathedralis, quia regula cui conceditur maius videtur concessum minus, non procedit in dispensationibus, cuius dec. alia ratio est propter præeminentiam & maioritatem quam habent canonici Ecclesiæ Cathedralis super alios Clericos Ciuitatis & diœcesis, quia ipsi sunt pars Corporis Ecclesiæ, & Episcopi Caputaqu.c.requisiuit, de testam.Episcopus enim est, Caput,& ipsi membra c. 4. de his quæ fiunt à Præl.nouit.& dicit Innoc. quod est magis honor esse canonicum Ecclesiæ Cathedralis, quibus omnibus accedat text.in terminis in c. quamuis il 1. de præbend. in 6. & tenuit Rota in vna Louanien. iuris nominandi 26.Iunij 1602. † coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec.1444.

SVMMARIVM.

1 *Minor quatuordecim annorum non potest beneficium obtinere. Amplia num.2.*

3 *Quatuordecim isti anni sufficiunt, si tantum attingantur, licet non sint expleti.*

4 *Collatio beneficij facta minori quatuordecim annorum est nulla, & Episcopus conferens peccat mortaliter.*

De ætate requisita ad beneficia simplicia obtinenda.

DECIS. CCCXCII.

1 EX Conc.Trident. sess. 23. cap.6. de reformat. nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante 14.annum beneficium potest obtinere.

2 Amplia, vt nec possit Episcopus dispensare, vt rectè inquit Azor. c. 9.vers.si quæras, quod Sac. Cong.eiusdem Conc.Trident. censuit procedere nisi in fundatione aliter dicatur, quia non est ei derogatum, refert & tenet Emanuel Sà verb.beneficium num. 30. & post hæc Gonsalez ad reg.mentium gloss.5.num. 91. vide Rot. in vna Zerulen. beneficij 12.Iulij 1599. † coram Illustrissimo Lancellotto,in qua fundator mandauit præsentari eos, qui sunt de suo genere, & præsentari presbyterum si adsit,quo non existente eum, qui intra annum possit promoueri, & si nec talis adsit voluit præsentari clericum, & cum occurrente vacatione fuisset præsentatus simplex Clericus de suo genere, qui negabat alios adesse, reseruarunt Domini de Rota, an ex quo non probatur,quod præsentatus esset Constitutus in duodecimo anno, ei obstaret dictum concilium, in qua difficultate ait decisio Illustrissimorum Cardinalium Sacræ Congregat. Concil.Tridentin. censuit, non obstare die 2. Iulij 1579.vt habetur dec. 482.ad fin. 1. part.diuersorum. Sed certe dicta declaratio Sacræ Congregationis non videtur conuenire casui istius decisionis, vbi non dicitur in fundatione quod posset prouideri minori quatuordecim annorum.

3 Censuit etiam Sac.Congreg. hoc capitulum non prohibere, quin ille, qui iam quartum decimum suæ ætatis annum attigit, licet nondum expleuerit, possit beneficium simplex obtinere,Henriqu. super §. 2.& Zeuall.quæst.523. numer. 4. &

Digitized by Google

593.num.18.Gonzalez super num 90. & 95.Lessius nu.109.& Azor.qu.7.& 9.sup.

Pro qua declaratione facit gloss. verb.in 18.in d. clement: Generalem de ætate & qualitate, quam ibi sequuntur Doctores, & quod Guttierez d.cap. 20. à nu. 8. tradit quamuis quartum decimum annum completum ad beneficium simplex, ex d. c. 6.concilij requirant, Mandos. de ætate minori c.4.num.15.&c.5. num. 55. & Tuscus conclus.338. lit. E. tomo 3. nu.10.& 13.

Habetur etiam alia declaratio super d. capit. 6. quæ facit ad propositum.s.quod Prouisi in 13.anno ætatis de canonicatu in Ecclesia collegiata vbi vigore statuti Ecclesiæ prouisi ante realem possessionem & fructuum perceptionem tenentur expectare per biennium obstat hoc decretum; ita censuit Congregatio 14.Augusti 1586.

Amplia secundo, vt Episcopus conferens beneficium minori quatuordecim annorum peccet mortaliter in collatione, & collatio erit nulla Rodriq. in sum. c. 30. conclus. 1. & dicitur acceptor personarum secundum Gaietanum in summa in verb.beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Per adeptionem secundi beneficij, quando vacet primum: vide numer.1.2.3. & 7.vbi plura tempora considerantur.*

4 *Declaratur & limitatur extrauagans in tribus casibus vt ibi, & in num.5.& 6.*

7 *Postponuntur quatuor dubia, vt in n. 8.9.12.11.& 12.*

13 *Refertur dec. Rot. in qua nonnullas difficultates Domini considerarunt, quas habes ad vnguem relatas.*

An per adeptionem secundi beneficii dicatur primum vacare ipso iure.

DECIS. CCCXCIII.

INterrogatus respondi in hac quæstione distinguendo plura tempora; primum enim tempus ante Concilium Lateranense, quo non priuabatur secundo nec primo, sed dabatur electio impetranti quod maluerit obtinere, & ita intelligitur tex.in cap.referente de præbend.vbi Ioan.Andrea & Zabar.versic. 5. oppono, & Ancharan. vers. quinto noto sic etiam intelligitur, tex. in cap. præterea eod.tit. Secundum tempus fuit tempore Concilij Lateranensis in quo restricta fuit facultas eligendi, & obtinens (prout ibi statutum est) priuabatur secundo, non tamen priuatio inducebatur ipso iure c. de multa vbi materia de præbend. Tertium tempus fuit in d.cap.de multa vbi per adeptionem. Secundi beneficij vacati, vel dignitatis vacat primum ipso iure, & hoc tempore considerato cessat dispositio Lateranensis, de qua in c. quia nonnulli de cleric.non residentibus, quæ dispositio locum sibi vendicat etiam in officiis cap. 1. de consuetudine in 6. item in beneficiis regularibus, curam animarum habentibus etiam si cura per alium habeat exerceri, & in dignitatibus regularibus etiam manualibus capitul.cum singula de præbend.lib. 6. clem.1.de suspend. negligent, Prælat.& clem. 1. de offic. vicar.Coras.de benefic. 1. part. cap. 10. & vltim. numer. 6. Euinta Duennas li.4.numer. 97. Garzia de beneficiis par.5. capitul. 15. numer. 9. quartum fuit tempus extrauagantis execrabilis Ioannis 22. in qua fuit pro-

prouisum, quod recipiens beneficium curatum seu secundam dignitatem, vel personatum nisi de facto in continenti post habitam secundi pacificam possessionem dimittat primum in præsentia publicarum personarum esset priuatus ipso facto vtroque, & sic retinens de facto efficeretur ineligibilis; vt in c. dudum secundo extra de elect.

Cuius extrauagantis dispositio præsertim circa inhabilitatem limita, vt tantummodo procedat in obtentis non autem in obtinendis Cassador. dec. 1. de constit. gloss. in clem. 1. §. ipsius de pœnis vers. obtinendis, quam sequuntur ibi Cardinal. Imol. & Vitalin. numer. 54. Abb. in clem. 2. eodem tit. Hoieda de incompatibilitate c. 23. numero 201.

5 Secundo nota non habere locum in legitime dispensato ad plura Speculat. in tit. de dispensat. §. dicendum num. 23. Ioan. Andr. in capit. non potest de præbend. in 6. & ibi Dominicus §. fin. numero 5. & consil. 126. & Franchus d. §. fin. numero 4. Milis in repertorio versic. dispensatus, vt possit plures, & Cassador. decisio. 36. super reg. numer. 3. Hoied. de incompatibilit. benefic. 1. parte cap. 71. numero 29. & 2. part. cap. vlt. numer. 50. Muschus conclus. 69. lit. B. à numero 37. & Anton. de Butrio in c. dudum 2. de elect. quod amplia etiam in habente dispensationem quamuis surreptitiam, & sufficientem, cum excuset etiam è pœna, secundum Gome. in reg. de annal. quæst. 14. dicentem sæpe approbasse Rotam hoc dictum.

6 Tertio non habet locum in retinente plures parochiales obtentas cum dispensatione Papæ quas ipso iure perdidit ob non promotionem infra annum vel alias, vt per Nauar. consil. 12. de rescrip. à num. 11. & conducit decis. Guidobon. 57.

Vltimum tempus est Concilii Trident. per quod omnis canonum ambiguitas est sublata vt in sess. 7. de reformat. cap. 2. & clariss. in sess. 24. de reformat. c. 17. incip. cum ecclesiasticus ordo. vbi vnum tantum beneficium seu dignitas cuique conceditur, vt ibi clare patet. 7

Cuius auctoritate fuerunt hæc dubia proposita Illustrissimis Dominis. 8

Primo an duo canonicatus de iure in vim decreti Conc. Trid. sint incompatibiles. 9

Secundo an per assecutionem secundi canonicatus vacauerit primus. 10

Tertio an præsumpta dispensatione in qua fundatur regula de triennali quis obtinens duo incompatibilia, suamque vtriusque possessionem triennalem defendere valeat. 11

Ad primam congregatio concilii respondit esse incompatibiles.

Ad secundum post adeptam pacificam possessionem secundi primum ipso iure vacasse ex decreto Concilii cap. 4. sess. 7.

Ad tertium vtique non posse.

Quartum dubium fuit an primum beneficium per adeptionem secundi dicatur vacare. 12

In quo congregatio Conc. censuit in residentiam requirentibus, aut alias quocunque modo incompatibilibus etiam si canonicatus sint, vel portiones induci vacationem primi ipso iure per adeptionem secundi pacificè possessi per decretum Concil. Trid. sess. 7. c. 4. iuxta dispositionem c. de multa de præbend. quæ omnia habentur in collectis, à Farin. in dec. 608. & 609.

Et Rot. in vna Maceraten. parochialis 14. Martij 1575. plures diffi- 13

Digitized by Google

cultates in hac materia cõsiderauit: prima est an parochialis, & canonicatus sint de iure incompatibilia beneficia. Secunda an sint talia ex dispositione Concil. Trident. Tertia positio, quod si sint incõpatibilia an per assecutionem secundi vacet primum: quarta an si non vacant saltim poterit quis priuari secundo, vel potius id fit in electione sua: verum in primis placeret, quod si ex facto posset hæc materia decidi id fieret quia si vere essent istæ qualitates illorum beneficiorum prout referunt informationes pro parte aduersa, res careret difficultate in eius fauorem: sed quia ad primam, & secundam difficultatem aliquibus placeat distinctio Cardinal. in cons. 3. vbi considerat triplicem incompatibilitatem, & omissa prima, & secunda specie, tertia esset in duobus beneficiis requirentibus residentiam continuam ita, quod non posset quis in ambobus residere, & hanc incompatibilitatem admittunt omnes, quod autem canonicatus requirat residentiam non est dubium: præsertim, quia de iure commun. beneficia etiam simplicia requirunt residentiam, vt per Abb. in cap. penult. numero 11. de cleric. non resident. Ægidius in cap. 1. numero 21. quæstion. 23. & licet ex generali consuetudine simplicia non requirant residentiam, tamen non militat in canonicatibus quia differentia est inter consuetudinem, & consuetudinem, nam vna potest esse consuetudo quod quis non lucretur fructus nisi resideat, alia vero quod omnino residere teneatur, prima non inducit incompatibilitatem, secunda inducit, Ægidius post Innoc. & antiquiores in d. cap. fin. numer. 5. Et ad inducendam incompatibilitatem oportet, vt requiratur continua residentia, vt videntur dicere omnes DD. sed difficultas hæc tollitur ex concilio, secundum, quod res non videtur habere difficultatem: inde sequitur, quod si esset impossibilis residentia in vtroque ita quod non possit deseruire in ambobus hæc beneficia erunt incompatibilia: si autem posset in vtroque deseruire non essent incompatibilia nec secundo nec tertio modo prout loquitur Cardinal. in d. consilio 3. Federicus de Senis in consil. 120. in fin. & vtrumque sequitur Prob. in addit. ad Monach. in cap. 1. col. 5. in princip. de consuetud. in 6.

Quoad tertiam an per assecutionem secundi vacet primum in his quæ sunt incompatibilia iuxta dictam tertiam speciem de qua per Cardinal. in d. consilio 3. Oldrad. in consil. 161. sequitur opinionem negatiuam, tamen Card. in d. consil. 3. tenet, quod vacet primum, quod videmus comprobari ex in Concil. Trident. sess. 7. capit. 14. vbi loquitur de quibuscunque incompatibilibus vigore quocunque canonum, nec se restringit ad d. capit. de multa, quia dicit præsertim, & inducit vacationem secundum terminos capit. de multa.

Quoad quartam, aliquibus placebat quod si non vacat ipso iure primum electio esset habentis vtrumque, vt per Abb. in cap. fin. de cleric. nõ resident. quare fuit dictum, quod particulariter dubitetur hoc modo videlicet, præsupponendo, quod canonicatus in Ecclesia Racanaten. requirat residentiam, quæ non est compatibilis cum residentia beneficij Curari in Ecclesia Maceraten. & quod pars aduersa fuerit prius assecuta dictum canonicatum quam dictum beneficium curatum an dicta pars aduersa potuerit de iure vel

Digitized by Google

ex Concilio Trident.seſſ. 7. capit. 4. priuari dicto beneficio curato ſeu potius ſit in electione ſua dimittere vel dictum canonicatum vel dictum vacatum beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorũ collatio ſpectat ad loci ordinarium.*

2 *Limita in multis caſibus,*

Beneficiorum collatio ad quem pertineat.

DECIS. CCCXCIV.

RESpondeo, quod quæcũque beneficia in diœceſi ſint ſemper illorum collatio ad Epiſcopum vbi
1 loci vacant ſpectat c.omnes Baſilicæ 16.quæſtio.7.cap.nullus, & cap.cum olim de præſcrip.& Abb.in cap.cum venerabilis numer.43.verſ. nunc ex tra Gloſſam de except. & Cardinal. in clem.1.quæſt.14.in fin. vt lite pendente,& Pariſ.qui pluribus rem hãc egit de reſignat.benefic.lib.6. quæſt. 24.numero 2. quod non ſolum intelligitur de Curatis beneficiis, ſed etiam de iis ſimplicibus ita Fuſch. de viſit.Eccleſ.lib.2.cap.7. num.9. item & de iis quæ ſubſunt pluribus, vel aliis eccleſiis inferioribus ita Innoc. in c.cum venerabilis quem DD ibi ſequuntur de excep.& Felin. qui hãc regulam multis modis ampliat, nu. 31.cum multis ſequent.

Excipiuntur primo beneficia vacantia ſede Epiſcopali vacante: horum enim collatio cuiuſcunque ſpe-
2 ciei,& qualitatis ſint ad Romanum Pontificem pertinent,vt habemus in Bulla Pij V. incipiente Sanctiſſimus in Chriſto Pater.

Secundo collatio beneficiorum quæ vacant ad hæreſim ſcilicet, quia priuatus quis eſt ob hæreſim vt habetur in Bulla 29.eiuſdem Pij V.

Tertio beneficia collata iis qui aut propter ſuum genus aut propter ſuum crimen hęreſis vel apoſtaſię ea conſecuti ſunt, vt habetur in Bulla Gregorij XIII.in ordine 168.hæc edim beneficia vacant ob collationem eis factam.

Quarto excipiuntur vacantia in curia vel per reſignationem, vt inquit Gloſſ.in clem.1. in verbo mori, vt lite pendent.& Nauarr. in conſil. fin.de renunciat.vel per mortem capit.2.& cap.præſenti de præbend. libro 6.& extrauag.ex debitò Ioan.22. de elect.19.extrauag.regianen. cum ſequent.extrauagan. piæ ſollicitudinis de præbend.ſicut etiam de beneficiis vacantibus iuxta extrauag.execrabilis eod.de præbend.

Sublimitatur tamen vbi beneficia curam animarum habentia vacant Apoſtolica ſede vacante, tunc enim ad ordinarium collatio ob animarum periculum pertinet c.ſi Apoſtolica Sede de præbend. libro 6. item ſi vacent in curia viuo Pontifice,ſed ante collationem Apoſtolica Sedes vacat,tunc enim collatio ad ordinarium ob eandem rationem ſpectat cit.cap.ſi Apoſtolica. Idem ſi ſpeciatim eſſet conceſſum,vt conferre poſſet etiam ſi vacantia per cit.cap.2. de præbend.lib.6.

Quinto reſeruata Romano Pontifici per alternatiuam: nam Epiſcopi reſidentes in ſuis diœceſibus ſex menſes habent ſcilicet Februar. April.Iuniũ,Auguſt. Octobr. Decembr. quibus temporibus beneficia vacãtia conferre poſſunt, alij autem ſex menſes pertinent ad Romanum Pontificem, vt habemus in Bulla Pij V.qui eſt in ordine 164. & ſeq. Bull. Sed ſi non reſident quatuor menſes tantum habent ſcilicet Martium,Iulium,Septembr. & Decembr. ita habetur in eadem Bulla Pij V. & in Bulla Gregorij XIII. quæ eſt in ordine 6. formã vero qua

alternatiua petitur, ponit Paul. Tusch. de visit. ecclesiast. numer. 33. cum sequent.

Sexto vbi intra sex menses à die, quia nouit beneficium vacare, & conferre potuit, & non voluit, tunc enim collatio ad capitulũ pertinet, quod si etiam intra hoc tempus, & ipsum negligens fuerit ad immediatum superiorem pertinebit cap. 2. & cap. quia diuersitate de concess. præbend facit quoque capit. fin. de supplend. negligend. Prælat. Abb. in d. cap. num. 7.

Septimo beneficia recepta in confidentiam quæ vacant ipso iure Apostolicæ Sedi reseruata sunt per cõstitutionem Pij IV. incip. Romanum Pontificem quæ est in ordine 109. & per constitutionem Pij V. incip. intolerabilis quæ est in ordine 78.

Octauo beneficia parochialia collata non seruata forma Concilij Tridentini de reform. c. 18. per Bullam Pij V. incip. in conferendis quæ est in ordine 32. alia beneficia reseruata refert Paris. de resig. benefic. lib. 2. q. 6. post Mandos. super Reg. Cancellar. tom. 1.

Nono, dignitates positę in Ecclesia collegiata: ita Alexand. in consil. 75. libro 4. quem refert ac sequitur Tusch. in litt. R. conclus. 227. numero 2. sicut etiam omnes dignitates nec beneficia omnia familia Papæ ita Iulius III. in Bulla incip. Sanctissimus quæ est in ordine 68. & Sixti V. quæ est in ordine 32. & 35. & 29. & 44. & 45. & per aliam quæ incipit Diuina Dei prouidentia, quæ omnes recensentur à Paris. de resign. benefic. lib. 2. quæst. 16. nu. 35. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Clericus homicida priuatur beneficio.*

2 *Hac conclusio ampliatur, & limitatur.*

An homicida priuetur ipso iure beneficio Ecclesiastico.

DECIS. CCCXCV.

Pluries fuit dictum in Curia Archiepiscop. Neapol. per homicidium non priuari quem beneficio ecclesiastico, sed venire priuandum per sententiam ad textum in capit. cum non ab homine de iudiciis capit. clericis ne cleric. vel Monachi, & c. ex literis de excess. Prælati vbi Doctores.

Amplia primo procedere non solum in simplici homicidio, in quo id receptissimum est, vt tenent Cappella Tholos. dec. 208. Diaz in praxi criminali canon. capit. 94. & ibi Salzed. addit. 1. Couarr. in clem. si furiosus 2. par. §. 3. num. 6. Clar. §. Homicidium numero 21. Guttierez canon. quæst. libr. 2. c. 5. num. 6. Zerula in praxi Episcopali par. 1. in verb. cleri. §. 6. & in verb. homicida §. 1. Tolet. in summa in addit. nouis lib. 1. c. 88. versic. 7. qui alios plures referunt. Sed etiam in homicidio qualificato, vt tenet Ioan. Ign. in l. necessarios §. non alias ff. ad Sillan. dicens, quod omnes ferè canonistæ, & legistę ita tenent, Clar. dicit num. 21. Gabriel. cons. 196. lib. 1. & 184. lib. 2. vbi resoluit beneficium vel pensionem, nõ amitti ipso iure propter homicidium & iam qualificatum, vt parricidium, sed esse priuandum per sententiam, quia, vt dictum est pœna non incurritur ipso iure nisi vbi exprimitur, Tolet. d. 88. vers. 7. & 8. Gonsalez gloss. 15. nu. 70. & 80. & Azor. 2. parte lib. 7. cap. 17. qu. 1.

Quamuis in homicidio qualificato contra

contra teneat, Felin. in c. inquisitoris numer. 5. de accus. & Farin. consil. 14. numer. 5. & in parricidio, Rebuff. in praxi tit. de mod. amittendi beneficia num. 47. & Corros. dicto c. 6. numero 15. cum Felino supra. de quo parricidij crimine curiosum librum nouissimè edidit Solorzanus.

Potest intelligi text. iste de priuatione exequutionis & exercitij ordinis Sacerdotij, qua homicida priuatus est ipso iure propter irregularitatem quã ex homicidio incurrit, qui videtur genuinus intellectus illius text. & ita intelligit Suarez sup. disp. 40. sect. 8. numero 15.

2 Amplia secundo præfatam conclusionem procedere etiam, stante Conc. Trid. sess. 14. de reform. cap. 7. Nauar. consilio 13. de homicidio Rodriq. quæst. regularium 1. tom. q. 24. art. 16. & in sum. 1. tom. cap. 179. num. 1. Auila de censuris 7. par. disposit. 6. sect. 5. dub. 3. in fin. Maio. de irregularitate li. 5. c. 48. num. 8. docet quod illa communis opinio Doctorum quã recenset Turcanus in suis communibus opinionibus conclu. 102. quæ habet, quod homicidium sine assassinio non inducit vacationem ipso iure non procedit hodie neq; in foro interno, neq; in foro externo ob verb. d. c. 7. neque potest defendi, Felin. in opinio. in c. de quarta colu. 10. de præscript. quæ habet, quod homicida irregularis potest retinere suas dignitates, & beneficia.

Amplia tertio, hoc etiam procedere cùm homicida non perdit ipso iure beneficium ante acquisitũ, nam tunc facit suos fructus irreuocabiliter, donec per sententiam eo priuatur, vt post alios tradunt Felinus in d. cap. de quarta de præscr. numer. 33. Boer. decisi. 98. numero 4. Ludouic. Gomez. in c. 1. de rescriptis in 6. n. 9. Nauar. consil. 91. de homicid. & consil. 69. & consil. 97. nu. 1. de symonia, & consil. 14. de cleric. excomm. Paris. lib. 3. de resignat. quæst. 16. numero 7. Zeuall. q. 569. Cordub. in summa qu. 41. Lopez. instruct. conscient. 1. tom. cap. 193. Graff. libro 2. c. 62. numer. 11. Rodriquez in summa 1. tom. cap. 179. num. 1. & 2. tom. cap. 21. num. 10. Vega in summa 1. par. c. 36. cas. 13. & 2. parte cap. 25. cas. 6. & capit. 65. cas. 8. Henriquez libro 13. capitul. 16. §. 4. Suarez disput. 40. sect. 2. numero 20. & sequent.

Quamuis contradicat post alios Ant. de Burg. in c. ad nostrã, de emp. & vendit. numer. 34. & quicquid teneant, Diaz. d. pract. cap. 131. alias 123. Clar. lib. 5. q. 73. numer. 9. Zerula d. §. 4. Graff. d. lib. 2. c. 11. numer. 30. & Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 7. cum quo semper sentiendum existimat in proposito, Perez supra n. 22. & Gutierez dict. cap. 5. à num. 7.

Et si esset canonicus, posset canonicatui deseruire stando, & canendo in coro, vt per Nauarr. cons. 14. de rescript. quod est 43. de homicid. nam irregularis eas functiones obire potest quas laici licitè possunt canere, & psallere in coro officia diuina, vt videmus. ita Nauarr. ibi. & Vgol. d. c. 65. de irregularitate §. 4 num. 2. Auila d. dub. 6. 5. conclus.

Vnde etiam canonicus, vel alius Sacerdos excommunicatus, qui in coro cantat cum aliis, licet non incurrit irregularitatem, vt docet Nauar. cons. 37. num. 9. & consil. 48. nu. 9. de materia excommunicationis, Rodriq. dicit 1. tomo c. 167. numer. 8. Vega. in expedit. de curis d. c. 12. nu. 226. Tolet. dict. lib. 1. cap. 72. vers. 4. & cum communi, Suarez dic. 5. tom. disp. 12. sect. 2. num. 2.

Et similiter etiam suspensus ab ordine seu ab officio potest canere in coro sicut laici, Nauar. in manuali

Hhh

cap. 27. numero 163. Lopez. d. 1. tom. instruct. confec. cap. 247. & 2. tom. 2. part. capit. 21. Auila de censuris 3. par. disp. 2. dub. . 6. conclus. & 7. part. disputat. 9. sect. 2. & 3.

Limita primo prædictam conclusionem non procedere in assassino, qui est ipso iure beneficio priuatus ex ca. 1. de homicid. in 6. vbi DD. Gabriel. Gregor. supra Tolet. d. capit. 88. versicu. 7. 8. & Suarez dict. disput. 44. sect. 4. dicens nullum esse ius quod priuationem ipso facto adiungat irregularitati homicidij voluntarij, etiam alias qualificati nisi in assassino in d. cap. 1. & alij supra citati, & Gonsalez. dict. Glo. 5. numer. 76.

Limita secundo non procedere etiam in occidentibus Cardinalem, qui beneficiis sunt ipso iure priuati ex capit. felicis de pœnis in 6. & Toletus vbi proxime.

Limita tertio non procedere in occidentibus Episcopum, qui etiam sunt ipso iure priuati beneficiis, quæ in ecclesia cui talis Episcopus præest obtinet, ex clement. 1. de pœnis, sequitur Toletus vbi supra, & Molina de iust. tract. 3. disput. 65. nu. 7.

Limita quarto non procedere in beneficiato Prælatum occidente, vel combeneficiatum, is enim priuatus est ipso iure beneficio quod obtinet in ea ecclesia ex c. in quibusdam de pœnis, vbi DD. quamuis in hoc contrarium teneat Felin. in dict. cap. inquisitionis de accusationibus numero 3. dicens, quod text. in capitul. in quibusdam non loquitur de beneficio ecclesiastico, sed de beneficio temporali seu profano, id est feudo vel similibus, vt placet Abbati ibi num. 6. sed re vera de vtroque videtur expressè loqui, & tenet Rebuff. d. tit. de moder. admitt. benefic. numero 45. Gabriel. Gregor. & Toletus supra, & dicit communem Abb. d. num. 6. & communem, & veriorem, Alexan. de Neuo in addit. ad eum ibi.

Svmmarivm.

1 *Natura beneficiorum est vt sint perpetua.*

2 *Beneficia manualia, & ad nutum amouibilia, non dicuntur verè, & propriè beneficia.*

3 *Quis no potest ordinari ad beneficium manuale.*

4 *Cappellania obtenta in capella Papæ licet dicatur amouibilis, potest tamen quis ad illius titulum ordinari.*

Beneficium Ecclesiasticum an possit dari ad tempus.

DECIS. CCCXCVI.

1 Contra naturam, atque substantiam beneficij est illud conferri ad tempus, natura enim beneficiorum est, vt sint perpetua, c. præcepta, 55. distinct. cap. 1. & ibi gloss. in verb. perpetui de capp. monach. libro 6. c. vemens cum ibi notatis de fil. presb. Cassad. decisio. 4. num. 2. de præbend. Mandos. in d. reg. . quæst. 11. Paris. de resignat. libro 11. quæst. 3. numero 92. & 93. Nec venit propriè appellatione b[illegible]cij, cùm deficiat vnum ex substantialibus requisitis, scilicet quod debeat esse perpetuum, Nauar. consil. 5. num. . & consil. 7. de præb. Tholosan. in institution. rei beneficiariæ cap. 11. nu. 2.

2 Et ex hoc prouenit, quòd beneficia manualia ad nutum amouibilia, non dicuntur verè, ac propriè beneficia. Vnde non includuntur sub regula de annali, vt fuit resolutum in vna Albigan. Cappell. 25. Ianuarij 1549.

Digitized by Google

† 1549. † coram Nouato, Mandoſ. in reg.33. de annali quæſt. 11. numer. 5. & eſt deciſ. Mohed. 10. de cau. poſſ. Nec etiam comprehenduntur in regula de triennali, Gomez. ſuper ead. reg. quæſt. 5. & 7. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. numero 272. Mohed. deciſ. 169. alias 10. de cau. poſſeſſ. Pariſ. de reſign. lib. 11. quæſt. 3. numero 85. Rot. deciſ. 739. numer. 7. partri. diuerſ. ſicuti non tenet vnio de beneficio manuali, non facta mentione manualitatis, Caſſad. deciſ. 4. numero 1. & per totam de præb. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. numero 282. verſ. non valeret tamen vnio. Simonet. deciſ. 31. in manuſcript. & additio ad Simonet. de reſeruat quæſt. 8. numer. 4. Item nec alia quælibet impetratio valet de tali beneficio manuali, manualitatis mentione non facta, Caſſad. cit. deciſ. 4. ſub num. 1. & 2. Pariſ. de reſign. libr. 2. q. 2. & 11. num. 7. Nec beneficium ad nutum, & amouibile venit appellatione pédentis in reſcripto, vt per Caſſad. dec. 12. num. 6. & 10. de præbend. tenuit Rot. teſte Achille de Graſſ. deciſ. 8. de præbend.

Quare, ſecundum Gonſalez Gl. 5. §. 6. num. 19. in omnibus ſupplicationibus in illarum principio debet fieri mentio, quod beneficium, de quo ſupplicatur, eſt perpetuum addiſtinctionem manualis, de quo Papa prouidere non intendit, & omnes ferè ſupplicationes incipiunt dicentes, perpetuum beneficium. Nec tale beneficium ad nutum, & amouibile, ſeu manuale cadit ſub rigoroſa reſeruatione in corpore iuris incluſa, c. 2. de præb. in 6. & fuit reſolutum in Rota in vna Calciaten. receptoriæ, teſte Achil. de Graſſ. in dec. 9. de præben. Cald. conſil. 26. de præbend quem ſequitur Felin. in c. per tuam, ſub num. 4. ad fin. de maior. & obed. Nec pariter comprehenditur ſub reſeruatione regulæ de octo menſibus, ſecundum Æneam de Falcon. in tract. de reſeruat. 3. quæſt. in princip. numero 25. Simonet. eiuſdem nom. tractatu, q. 3. num. 1. in princ. Staphil. de lit. gratiæ, in tit. de expectatiuis in 9. forma expectatiuarum, nume. 29. Gomez. de expect. num. 94. verſic. ſimiliter propter illa verba, Rebuff. in tract. nomination. quæſt. 7. numer. 5. Pariſ. libro 11. qu. 3. numero 82. & 83. Rot. deciſ. diuerſ. 739. parte 1. Caſſador. deciſ. 4. & 12. de præbend. & fuit reſolutum per eandem Rot. 10. Decembris 1603.* coram Licta. *

Et ex ſupradictis dicebam ego in facti contingentia, quòd quis non poteſt ordinari ad beneficium manuale, & ad nutum, & amouibile, & hoc ob futurum periculum, ne quis in dedecus clericalis ordinis mendicet, iuxta tradita per Conc. Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. 3

Eſt tamen notandum, quod licet cappellaniam obtinens in Cappella Papæ, dicatur illam obtinere ad nutum, & amouibile, poterit tamen ad illius tit. ordinari, ſecundum Nauar. conſil. 20. de temp. ordinat. & Sayr. dec 59. huius titul. 4

SVMMARIVM.

1 *Obtinentes plura beneficia tenentur exhibere illorum diſpenſationem. limita num. 2.*

Poſſeſſor beneficij decennalis an poſſit cogi ad oſtendendum Bullas ſui beneficij.

DECIS. CCCXCVII.

SVpponatur in facto, quòd in Viſitatione, quam faciebat quidam Epiſcopus Regni, nonnulli cleri-

cierant renitentes in ostendendo Bullas suorum beneficiorum, allegantes ipsos pacificè possedisse præfata beneficia per decennium, & propterea eos non teneri ad exhibitionem tituli. quare cum accessissent nonnulli ipsorum ad me pro consilio capiendo, dubitaui pro parte affirmatiua, quia Conc. Trid. sess. 7. c. 5. de reformat. disposuit, quod Ordinarij locorum quoscunque plura curata, aut alias incompatibi-
1 lia beneficia ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas exhibere districtè compellant, cui congruit tex. in c. Ordinarij de off. Ordin. in 6. vbi habentes plures dignitates, vel beneficia curam animarum habentia, possunt compelli ad ostendendum illorum dispensationes. Canonicam enim institutionem in beneficialibus vnusquisque probare tenetur, glos. in c. ex insinuatione in glo. fin. de procur. glos. plenissima in c. beneficium, de reg. iur. in 6. nec sufficit possessio, c. ex frequentibus de institut. Gramm. consil. 9. in criminalibus. melius Bellug. in spec. Princ. rub. 21. numer. 69. In spiritualibus enim quis tenetur ostendere titulum, alias diceretur intrusus, vt in cit. c. ordinarij, cum sine titulo spiritualia retineri nullo modo possunt, Inn. in c. ad nostram de iureiur. Boer. decis. 89. & qui habet titulum, cæteris præfertur, Dec. in cap. licet causam numero 99. de probat. vnde secundum Nauar. in consilio 4. de off. Ord. Episcopus nouiter creatus potest cogere beneficiatos ad ostendendum Bullas beneficij, vt ante eum voluit etiam Caputaq. decis. 353. par. 2. arg. tex. in c. ad decimas de rest. spol. imo secundum Panorm. in c. dilecto de preb. quando Ordinario constaret de intrusione, vel alio vitioso ingressu ipsius beneficiati, vel possidentis rem ecclesiasticam, tunc non solum potest petere, vt ostendat Bullas, sed etiam eum remouere, vt voluit Gomez. q. 58. co. pen. de triennali possess. & istud procedere, secundum Host. in cap. 5. de simonia, siue Episcopus fuerit nouus siue antiquus. refert, & sequitur Anchar. in cap. 1. de reg. iur. in 6. nec secundum eundem Host. loco citato obstaret tolerantia.

Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium consului, scilicet præfatos clericos decennales minimè teneri ad ostẽdendum Bullas præfato Ordinario Visitanti. Mouebar præsertim ex pluribus. 2
Primo, quod qui pacificè possedit beneficium per longum tempus, vt per decem annos, & cum eo concurrit bona fama, non tenetur ostẽdere titulum suorum beneficiorum, secundum Inn. & Panor. in c. illud col. 4. de præsumpt. post Bal. in l. siue C. de probat Maranta 6. par. tit. de inquisitione numero 152. Gomez q. 26. de trienn. possessore, vbi concludit per extensum, quod qui possidet per decem annos, habet titulum coloratum in tantum quod nõ possit molestari. Idque etiam docet Nauarr. consilio 14. alias 4. de off. Ordin. Hinc est, quod nec qui stetit per decennium in possessione Doctoratus, tenetur ostendere priuilegium, & potest testibus probari, Vrsil. dec. 274. numero 6. Nec vassallus ad ostendendum inuestituram feudi, si lõgo tempore possedit, Dec. consilio 61. Io. de Amic. consilio 122. numer. 2. Luc. de Pen. in l. 2. C. de fund. lim. libr. 10 si probat longam possessionem per solutionem redditus per librum domini, vel apodissas, vbi contineantur particulares solutiones, Par. de rei integr. c. an bona cum suæ final. &

quali-

qualitat.&c.tenentes fol. 117. in feudalibus. Tum secūdo, quia istud importat, ac videtur inducere tolerantiam Ordinarij, vt dicit Anchar. in consl.117.Gom.q.24.colu.antepen.de trien.poss. & in q. 43. & quæ dixi in verb.beneficium §.2.concl. 12. vide Bal.in marg.Inn. in vers. titulum de osten.tit. & Inn.in c. cum causa de probat.gloss.in c.dilecto in verb.recepisti de præb. vbi Abb. nu. 8.& 13. Siluest.in verb.beneficium nu.20.§.19.in fi.Couarr.lib. 3.c.16.nu.6.in fin. variar.resol.Sylua par.3.q.10.per tot. & præsertim nu.11. & q.25.Ratio est, quia præsumptio est pro titulo: ex quo fuit toleratus per prædecessorem, vel factum est antiquum, nam imputandum est Episcopo, quod diu tacuit, & tolerauit, vt in c.1. de frig. & malefic. & quia quando sumus in antiquis, non possunt de facili haberi probationes, & ideo potest recurri ad protestabile iuramentum, vt notat Abb. & Ostien. in cap licet de Simonia, Rebuffus in titulo de rescriptis ad vacantiam nu. 19. & 20.Couar.loco citato.

Ad Allegata in oppositum respondetur intelligi in possessore decennali beneficiorum incōpatibiliū seu execrabili, prout docet Nauarrus d.consil.14. alias 40.de offic. ordin.in quibus terminis procedit textus Sacri Concilij Tridentini d. sess. 7.cap.5.

Finis tituli Praxis Beneficialis.

PRAXIS CAPPELLANIARVM.

SVMMARIVM.

1 *Officialis ad beneplacitum creatus, censetur perpetuus.*

2 *Beneficia manualia de sui natura sunt amouibilia.*

3 *Ridiculum est hodie concedere, & cras reuocare.*

4 *Natura beneficij manualis est vt possit ad libitum quandocunque amoueri.*

An Cappellanus ad nutum possit remoueri absque causa.

DECIS. CCCXCVIII.

PRIMA facie videbatur dicendum quod non, ex pluribus.

Primo, quia Cappellanus semper crea-

tur ad beneplacitum, & officialis creatus ad beneplacitum, censetur perpetuum, idemque de eo iudicandum est, quod de perpetuo, & ideo de iure remoueri non potest, arg. l. iurisperitos in princip. ff. de excusat. tutor. & ibi Bald. & Ludouic. Bolognin. quod etiam tenet Bartol. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori ff. de nou. oper. nunt. numer. 2. versi. quæro glos. in clem. 2. in verb. per electionem de rescriptis, & est communis, vt testantur Anton. de Padill. in l. cum quis numc. 34. C. de iur. & facti ignorant. Burg. de Paz. consil. 1. numer. 4. vbi in numero 5. dicit, quod officialis, etiam ad libitum creatus, sine causa immutari non potest, secundum Bened. in cap. Raynutius de testam. in verb. duas habens filias numero. 36. cum pluribus seqq. vbi loquitur de officio ad Regis libitum concesso, quem refert, & sequitur Boer. decis. 149. nume. 18. cum seq. vbi testatur ita fuisse iudicatum etiam in officiali ab Episcopo ad sui beneplacitum constituto, vt amoueri ab officio absque causa non valeat, idem Boer. de auctoritat. Magn. Cons. numer. 154. & in tabellionibus ad beneplacitum Domini creatis, quod sine causa amoueri non possint, probat late per prædicta de Paz. in cit. cons. 1. per totum. & Palaez de maiorat. 4. par. quæst. 10. num. 6. vbi numer. 3. ad fin. quod in Francia non solet Princeps tollere officia quæ semel dedit extra mortem, renunciationem vel delictum, idque in illo Regio ordinationibus Regiis ita stabilitum est, vt refert Boer. cit. dec. 149. numer. 14. ex quibus supradictis Lopez in l. 6. tit. 4. par. 3. inquit, quod iudices in dubio intelliguntur perpetui, quando simpliciter eis conceditur officium sine temporis præfinitione, siue ad beneplacitum concedentis, quem loquitur de Paz. vbi supra, d. numero 5. & est communis sententia secundum Padillam vbi supra: sic etiam locum tenens correctoris non potuit ab ipso absque causa reuocari nec ei inhiberi, vel causas ab eo auocari per ipsum correctorem absque causa, vt probat Azeued. in l. 10. & 11. tit. 5. lib. 3. nou. collect. Reg. nume. 5. & 6. vbi quod etiam Vicarius Episcopi confirmatus à Papa non potest per Episcopum remoueri secundum Ripam in capit. 1. numer. 44. de iudiciis.

Tum secundo quia, secundum Panormit. numer. 12. quem refert, & sequitur Dec. numer. 7. in cap. ad nostram de confirmat. vtili vel inutili, & Milius in repert. in verb. beneficium manuale sub num 26. Rebuff. in tractatu de pacifico possessore sub num. 275. vers. secundo intellige vbi docet, quod quamuis beneficia manualia de sui natura sint amouibilia, tamen si Abbas sine causa amoueret à Prioratu monachũ, posset idem monachus implorare officium superioris, vt sine causa ex sola malitia non remoueatur, vbi idem Rebuff. semel ita seruari vidisse refert, & allegat Innoc. in cap. insinuante sub num. 2. versic. & si concurreret casus qui cleric. vel vouen. dicenté hęc verba, quod si occurrerent casus in quo Abbas vel superiores vellent ex malitia remouere monachum à loco quem ei deputauit, posset supplicari superiori & superior eum audire deberet ad similitudinem serui, vt in l. 1. C. de precibus Imperat. offerendo, & §. sed & maior. institut. de his qui sunt sui vel alieni iuris. 2

Tum tertio, quia Gonzales gl. 5. §. 6. numer. 42. refert, quod quidam Ordinarius Hispaniæ, qui habebat

curam

curam animarum in quodam oppi-
do suæ diœcesis, delegauit vices suas
cuidam Presbytero idoneo, durante
tempore voluntatis suæ, vt ibi exer-
ceret curam animarum: & cùm pau-
lò post vellet eum remouere sine
causa, ipse appellauit ad Metropoli-
tanum, qui reuocauit decretum re-
motionis ab Ordinario prolatum,
cum inde sequutis, & manutenuit
dictum Presbyterum in dicto exer-
citio curæ animarum: verum tamen
est, quod parochiani pro interesse
Ecclesiæ venerunt ad causam, vt non
remoueretur, quod multum prodes-
se potuit. Ridiculum enim est, se-
3 cundum eundem loco citato, & pue-
rile, hodie concedere, & cras reuoca-
re, & pœnitere, Rot. decisi. 33. n. 18. de
præben. in antiq.

4 Cæterum præfatis non obstanti-
bus, contrarium seruatur in praxi,
ratio est, quia natura beneficij ad nu-
tum amouibilis est, quod possit ad
libitum quandocunque, & quomo-
docunque amoueri, clemen. 1. §. præ-
missa, & ibi Cardin. nu. 4. Anchar an.
& Imol. & omnes de suppl. neglig.
præl. & difficile videtur, quod in pra-
xi seruari possit, vt sine causa remo-
ueri non valeat, & propterea dicit
Ioann. And. in cap. cum singula 32. n.
1. sub glo. ad idem de præbend. lib. 6.
quod apud Italos communiter hoc
non recipitur, & ibi etiam tradunt
omnes, præsertim Dec in d. c. ad no-
stram num. 7. vers. sed in stantia de cō-
firmat. vtil. Abb. sub numer. 5. licet
Franchus in d. cap. cum singula, in-
distinctè non admittat opinionem
Ioan Andr. sed distinctione quadam
vtatur, & eandem concludit, quod
licet talis promotus non audiatur
pro interesse suę personæ, tamen pro
interesse loci à quo moueretur, vt
quia ex tali reuocatione læderetur
prædictus locus semper sit audien-
dus: dicit etiam Rot. in decisio. 1. sub
numer. 1. de rest. spol. in antiq. versic.
nec seruatum, quod non seruat opi-
nionem dicti Inn. in d. cap. insinuan-
te, qui cler. vel vouent. idem etiam
dicit Rot. in dec. 6. de rest. spol. in no-
uis, & fuit resolutum in vna Burgen-
si amotionis Magistri Cappellæ 11.
Decembris 1581. * coram Illustrissim. *
Blanchetto Rot. dec. 778. numer. 1. &
per totam partem 1. diuers. vbi alij
plures allegantur. cum igitur remo-
uens vtatur iure suo, remotus con-
queri non potest, ex quo illi iniu-
riam non facit l. iniuriarum §. fin. ff.
de iniuriis ca. cum Ecclesia Vultera-
na, & ibi glo. in verb. iniuria de elect.
Buignett. dec. 2. de rer. permutat.

SVMMARIVM.

1 *Cappellania vbi non adest cura ani-
marum non requirit residentiam,
& respondetur contrariis nume-
ro 2.*

3 *Ampliatur conclusio.*

An Cappellanus teneatur ad residentiam.

DECIS. CCCXCIX.

SVpponatur in facto, quod cum in
visitatione compertum fuisset, 1
quod quidam beneficiatus posside-
bat Cappellaniam, cui erat anne-
xum onus celebrandi duas Missas
singulis hebdomadis, fuit dubitatū,
si dicti benefici cappellanus tenea-
tur ad personalem residentiam in
loco vbi sita erat cappella prædicta.
Et cōsultus respondi negatiuè, quo-
niam secundum Anan. in consilio
22. volum. 1. in præsenti casu non con-
sideratur seu inspicitur ipsa perso-
nalis Missarum celebratio, sed tan-
tummodo Missarum celebratio,

Digitized by Google

quæ per alium fieri poteſt, ſecundum Panorm.conſ.37. volum.1. Rubeum conſ.71.col. penult. Curt. ſen. conſ.61.num.11.Gozad.conſil.45.nu.1. & ſequent. nec de iure neceſſe eſt, vt pręſentandus ad iuſpatronatus ſit Sacerdos,cap.2.de inſtit.lib.6.& cap. licet canon,de elect.eod.lib.quare ſi beneficium eſſet curatum ſufficeret, quod præſentatus eſſet in ætate ſufficiente ad Sacerdotium, c. ei cui de præbend.in 6. Gemin. in cap. vobis §.cæterum de iure patronat.

2 Nec obſtat, quod ex mente, & verbis teſtatoris, & fundatoris præfati beneficij videatur colligi prouiſum de iſta cappellania eſſe obligatum ad reſidentiam propter onus celebrandi officia diuina, cum teſtator ad hoc mandauit cappellam conſtrui, & presbyterum eligi relinquẽdo ei dotes, & alia, vt poſſit viuere, & officiare pro anima ipſius, quæ quidem ſine perſonali, & continua reſidentia fieri non poſſunt. Nam reſpondetur, quod per dictum onus celebrandi non eſt effectum beneficium reſidentiale, cum ſufficiat, quod in tali eccleſia Miſſæ & diuina officia celebrentur per alium, neque ob id eſt electa induſtria perſonæ, cum poſſit per quem Sacerdotem explicari prout ita, vt in ſpecie concludit Lap. alleg.35. incipiens vtrum abſque diſpenſatione, & allegat. 116. col.3.verſ.ſtabitur igitur, & alleg.117. colu.2. verſ. quod autem dicta Cappellania. Card.in cap.de multa circa finem de præbend. vbi tenet, quod dictum beneficium non eſt incompatibile cum alio curato, & quod minor 25.ann. poteſt illud habere, quia non tenetur per ſe celebrare, Fel.in c. cum omnes de conſt. col.18. num.32.circa fin.dicens valere huiuſmodi conſuetudinem non reſidendi,& deſeruiendi per alium, etiam ſi ex ordinatione teſtatoris Eccleſia deberet conferri vni, qui ibi quotidie celebraret Dec.in d. cap. cum omnes in 2. lect. ſubdens non eſſe in iure cautum, quod ipſe debeat per ſe deſeruire,& latè iſtam opinionem ſequitur Hoieda de incompatibilita. benef.p.2.c.1.numer. 2. Mand. in add.ad Lap.alleg.35.& 116.

Amplia etiam ſi præfatus cappellanus cœperit reſidere, quia quamuis ſtatus naturæ illius cenſetur quodammodo mutatus, ex Dec. conſil. 139.numer.3.Gabriel. conſ. 185. num. 2.lib.2.Cephal.conſ.358.nu.8.libro 3. quia ex quo geſſit actum gratuitum in eius libertate conſiſtens,nulla poteſt dici acquiſita ſeruitus reſidendi, Cyn.in l.2. quæſt.3. C. quæ ſit longa conſuetud.Bald.in l.1.C. de ſeruit. & aqua. Abb. in cap. quoad tranſlationem colu.2. de offic. delegat. Marta conſ.106.nu.9.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda vti Regina,in teſtamentis.*
2 *Conditiones in fundatione appoſita ſunt ſeruanda.*
3 *Tempus celebrationis Miſſarum poteſt praueniri.*
4 *Affertur ad hoc deciſ. de Franchis 706.*

An cappellanus poſſit præuenire tempus celebrationis.

DECIS. CCCC.

INter cætera onera,quę habet Capitulũ Eccleſiæ Neapolitanæ, eſt, vt ex relicto quodam, vulgo dicto *delli Manfradelli*;ei incũbat duas ſingulis hebdomadis Miſſas celebrari facere à duobus,ab ipſo electis Cappella-

pellanis: quare fuit dubitatum, num tale tempus celebrationis Missarum præfati capellani præuenire potuissent, vt puta in præcedentibus hebdomadis, & dubitationem non mediocrem mihi faciebant duo iuris fundamenta.

Primo, quia cum ex testamento præfatorum de Manfradellis expressè appareat de enixa ipsorum voluntate, vt scil. Missæ certa die in hebdomadis celebrentur, propterea non poterunt Capellani contrauenire,
1 ex regula iuris, quod voluntas testatoris semper est obseruanda magis, quàm verbo, quia ipsa censetur Regina, & dominatur verbis, l. in conditionibus ff. de condit. & demonst. l. cum virum C. de fideicommissis l. cum proponebatur, ff. de legat. 2. & alibi egregiè dicit tex. in cap. sedulo 38. distinct. ita esse præponendas sententias verbis, vt præponitur animus corpori, vnde Bald. in l. fin. C. de impub. & aliis subst. voluit, quod lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut canis leporem, & alibi idem Bal. in l. quoniam indignum C. de testam. dixit, quod non est curandum de qualitate verborum, dummodo constet de mente testantis loquentis, & in c. mandatum in 1. col. de rescript. voluit, quòd mens testatoris sit radix verborum, & eius substantia prima, & cor est imperator linguæ, & habet eam sicut mancipium sub sua iurisdictione, & quod lingua cedit cordi, & quod sub iugo mentis verba cõsistunt tanquam sub suo proprio originali.

2 Secundo, quia conditiones in fundatione appositæ, sunt seruãdæ, Soc. in cons. 30. nu. 4. vol. 3. Rochus de iurepat. in verbo pro eo qu. 12. Lamb. eiusdem nominis tractatu lib. 1. part. 1. quæst. 9. in fin. nu. 109. lib. 2. & Cappellanus quicquam non debet agere contra voluntatem testatoris, ad tex. in c. decernimus 16. q. 6. c. illud in fin. & ibi Abb. & alij de iurepat. Mohed. in decis. 268. Put. in decis. 10. & 11. de iurepatron. Farinac. in dec. 582. & fuit per eandem Rot. resolutum in vna Cæsaraugustana Cappellaniæ 16. Martij 158?. * coram illustrissim. Seraph. *

Cæterum præfatis minimè obstantibus, contrarium consului, & mouebar, quia præfata preuentio vergit in maiorem vtilitatem Ecclesiæ: vnde D. Thomas in quodlib. 5. art. 28. voluit, quòd Officium dici solitum de nocte in ecclesiis, potest ex aliqua iusta occupatione dici de sero, & preueniri. puta si Magister debet videre lectiones suas de nocte, quia melius est vtrumque reddere, quàm quod per vnum aliud impediatur, & secundum Rationale officiorum in tit. de diuin. off. circa med. Missæ defunct. possunt præueniri, non autem postponi. 3

His accedat, quod velle videtur de Franch. in decis. 706. vbi legatum factum vt distribuatur inter pauperes post mortem, potest fieri distributio in vita, & sic tempus præueniri ex deductis per DD. in l. post mortem C. de fideicomm. Padilla in l. vnum ex familia in princ. col. 5. fol. 289. ff. de leg. 2. 4

SVMMARIVM.

1 *Duæ Cappellaniæ sub eodem tecto sunt incompatibiles.*
2 *Ampliatur duobus modis. num. 3.*

An quis possit retinere plures Capellanias.

DECIS. CCCCI.

FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali an possit quis plures

Digitized by Google

Cappellanias in eadem Ecclesia retinere, & dubium faceret pro opinione affirmatiua, cons. Nauar. 16. & 22. de præbend. volentis duas Cappellaniâs, seu Altaria sub eodem tecto non esse beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, quod etiam videtur tenere Mandos. de signatura grat. in tit. de dispensatione sub eodē tecto, vers. ad duo, Zechus de republica Ecclesiastica C. de beneficiis, sub numer. 4. Gonsalez glos. 10. num. 34. Item pro eadem opinione dicebatur, quod Lapus alleg. 116. concludit, quòd in Ecclesia non collegiata, in qua est situm altare, cui debet deputari perpetuus Rector, poterit quis esse Rector principalis Ecclesiæ, & habere altare in eadem Ecclesia. Tandem dicebatur, quod secundum Gemin. in c. cum in ecclesia de præb. quem refert, ac sequitur Graff. in cons. 1. eo. tit. concludit, duas Cappellanias cum onere celebrandi Missas esse beneficia, & proinde posse insimul sub eodem tecto retineri.

1 Cæterum supradictis minimè obstantibus, contrarium fuit resolutū, scilicet duas Cappellanias sub eodem tecto esse incompatibiles, tanquam beneficia vniformia, & non posse simul teneri absque dispensatione Papæ, secundum Gemin. sibi contrarium numero 14. & Franch. n. 8. in c. 1. de consuetud. vbi tradūt, duo altaria in eadem ecclesia, quæ dantur in titulum, non posse teneri absque dispensatione, & hanc opinionem sequuntur Siluester in summa verb. beneficium 4. num. 11. Armilla eodem verbo, numero 46. Fuscus de visitatione lib. 2. cap. 11. numer. 4. qui ait, non posse quem habere duas Cappellanias in eadem ecclesia, nec duo altaria in titulum, nec etiam Episcopum dispensare posse, ex d. c. 1. & cōsequenter in eis procedere Cōc. Trid. sess. 7. de reform. c. 4. vt voluit etiam Rebuff. in concordatis titul. de mand. Apostolicis §. 1. verb. ita tamē, & iuxta hanc opinionem pluries cēsuit Rota Rom. & signanter in vna Romana Cappellaniæ 13. Maii 1589. † coram Illustrissim. Mantica, & iterum in eadem 4. Iunij 1590. † coram eod. Illustrissim. & iterum in eadem 15. Februarii 1591. * coram Illustrissim. Pamphilio. & aliâs sæpius. † †

Amplia primo dispositionem c. cū qui de præb. in 6. locū habere etiā in duabus Cappellaniis, secundum Panormit. in c. extirpandæ, §. qui verò in 2. lect. nu. 41. eod. tit. & Rota in d. Rom. Cappellaniæ 4. Iunij 1590. † coram Mantica. 2 †

Amplia secundo, quod prima Cappellania vacet per adeptionem secundæ licèt non ipso iure, secundum Io. And. in c. 1. in gl. 2. de consuetudine, Abb. in cap. referente num. 3. de præb. post Innoc. & Host. in c. ex tuæ de cler. non resident. sequitur Boich. in cap. de multa nu. 6. & Butrig. in c. præterea nu. 9. de præb. & fuit decisum in Rota in vna Barchinon. Archidiaconatus 2. Octob. 1560. * corā Groperio, quam intelligas vna non sufficiente advictum, prout de beneficiis simplicib. iuxta mentē Cōcilij. 3 *

Non obstant in contrrr um adducta, quia cum pro hac opinione extēt tot decisionēs Rotæ, ab ea propterea minimè est recedendum, cum iuxta not. per Scribentes in l. 1. ff. si cert. pet. Rotę decisiones vim legis obtinent. ac ab eis non esse recedendum scribit Capp. Tholos. in dec. 24.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad celebrandas Missas, oportet vt sit actu Sacerdos, non habitu tantum.*

2 *Consensus ex diuturnitate temporis præsumitur.*

3 Dictio

3 *Dictio, siue, inter eadem posita, non facit diuersitatem.*

Cappellanus an debeat esse actu Sacerdos.

DECIS. CCCCII.

IN hac quæstione respondeo cum dec. Rot. in vna Parmensi iurispatronatus 8. Iunij 1573.* coram Blanchetto, quæ his complectitur verbis.

Domini dixerunt, quod Laurentius tempore præsentationis esset actu Sacerdos, non habitu, c. nemo & ibi Glo. in verb. Sacerdotio Anchar. Gem. Franc. & cæteri de elect. in 6. Rot. dec. 1. de præb. in nou. Abb. in c. cum in cunctis §. inferiora num. 10. & 11. de elect. Rocchus de iurepatr. in verb. honorificum q. 4. num. 26. præcipuè cum subsequantur illa verba (quod ille Sacerdos, siue Cappellanus teneatur qualibet hebdomada celebrare Missas tres (ex quibus verbis colligitur mens expressa testatoris, quod præsentatus, tempore præ-
1 sentationis sit actu Sacerdos, non habitu, Barb. consil. 33. vol. 2. Dec. cons. 129. col. fin. Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 6. art. 22. ait, se bis in facto obtinuisse.

2 Non obstat, quòd in literis non sit expressum, quod Cappellania debeat esse sacerdotalis, quod testator non potuisset facere absque Episcopi cõsensu, quia ex diuturnitate temporis præsumitur huiusmodi consensus vt per Barb. d. consil. & latè Dec. in c. illud de præsumpt.

Non obstat disiunctiua, siue, quia
3 posita inter eadem, non facit diuersitatem, Barb. in d. cons. verba illa, si aliquo tempore Domini retulerunt ad præcedentia, nempe, quod Sacerdos, siue Cappellanus sit eligẽdus, si aliquo tempore futuro scilicet erit eligendus, & præsentandus, & ita interpretati sunt contra Laurentium.

His accedat, quod Cappellania non est dicenda sacerdotalis, si ex verbis fundatoris non astringitur Cappellanus ad inseruiendum per seipsum, ex vna Rotæ Rom. Antoninus lib. 8. var. resolution. resol. 4.

Cappellanus enim non potest ab Episcopo cogi, vt ipsemet celebret, si in fundatione simpliciter dicitur, vt Rectores celebrent Missam, Sac. Congregat. de quibus per Galeot. in margarit. casuum conscient. in verb. Cappellania.

SVMMARIVM.

1 *Quod Cappellanus infirmus non teneatur per alios celebrari facere probatur duobus mediis num. 1. & 2.*

1 *Contrarium est verius numero 4. limitatur num. 5.*

6 *Refertur declaratio Congregat. Concilij.*

An Cappellanus infirmus teneatur per alios celebrari facere.

DECIS. CCCCIII.

SVpponatur in facto, quòd cùm quidam Sacerdos, qui Cappellaniam cum onere celebrandi Missas obtinebat, in grauem infirmitatem incidisset, & consequenter necesse ei fuerat à celebratione desistere; fuit dubitatum, an teneatur Missas per alios celebrari facere tempore infirmitatis, ad effectum faciendi fructus suos. Dubitationem mihi non mediocrem faciebant nonnulla.

Primo, tex. in c. significatum, il se-

condo, vbi Abb. & reliqui de præb. vbi habetur huiusmodi institutionē Cappellaniæ,seu beneficii, intelligi debere, seruata Sacerdotis honestate,& debita deuotione,hoc est,salua conscientia, & honore ipsius Sacerdotis,& saluo cultu, & veneratione, quæ ipsi Sacramento debetur, ita Panorm. in cit. cap.significatum nu. 3.& Imola num.7.Ang.in verb. Missæ quæst.43.Siluester in sum. eodem verbo 1.quæst. 7. & sequent. Henriq. cons.22.num.4.Bomb.cons.17. num. 6.& seq Gra.F.cons. 1. difficultate 4. de pręb. Quare ex iis sequitur,quòd si Cappellanus fuerit legitimè impeditus, aut commodè,diligenter, & religiosè rem diuinā facere non possit,non est cogendus sacrificium offerre sed potest semel, & iterum in hebdomada à celebratione abstinere,quia,vt dixi,Cappellanus non tenetur celebrare,nisi salua honestate.

2 Secūdo,quia infirmitas omnes excusat. Hinc est,quòd infirmi dicuntur seruire Dec.consil.70.col.3. num. 2.& pro præsentibus habentur;secūdum Bar.in l.hac lege,vbi Alex.C.de prox.sacr.scrin. libro 12. Rom. sing. 453.inde Glo in d.l.hac lege in verb. deductione ait,quòd videtur adesse, qui abest licito commeatu, sequitur Ronferall.in l.5.numero 30.de duob. reis,Amadeus de sindicatu num.107. Bolognet.consil.71. Mandos. reg.16. de concursu super benef.q.32. Hinc est quòd Lectori infirmo debetur salarium tempore infirmitatis, Surdus consil.42.volum.1.post Alex.in l. die functo col.fin.num.3.ff.de off.assess. & ibidem Cagnol.numero 189. post Bald.in l.si ea in fi.C. de cond. incer. cum aliis,quos cōgerit Lenauler. de priuil.DD.q.9.part.4. & de Lectore absente cum licentia, vide Gratian. decis.210.& hinc prouenit etiā,quòd famulo infirmo debetur salarium, Cappell.Tholos.dec.268.

Cæterum præfatis minimè obstantibus,contrarium dixi: mouebar ex 3
pluribus,tum primo quòd salarium, seu redditus procuretur Cappellano ob causam,quare si illam non adimplet,repeti potest, cū redditus Cappellaniæ principaliter dentur propter onus celebrandi Missas.

Item facit pro hac eadem opinione regula illa iuris,quod fructus,seu 4
salarium diminuitur,labore diminuto,prout è contra, illo aucto debet augeri Felin.in c.cum olim in princ. de re iudic.post Bart.in l. Seio per illum text.ff.de ann.legat. Vnde Doctor electus ad legendum, ordinarium,&extraordinarium debet salarium habere, seu fructum vtriusque sedis,Bald.in l.qui duob.ff. de cond. & demonst. Et Canonicus duo officia gerens,potest petere duplices distributiones quotidianas,secundum Ang.Io.And.Panormit.& Felin.in c. cum olim de re iudic.Card.ibi num. 4.Couar.lib.3.var.resol.c.15. num. 6. in fi.Cors.de verb.gemin.in fi. num. 26. Idem in Doctore vtriusque iuris, qui dat vocem in vtroque, & habet duo salaria & idem in famulo, qui conuenit stare cum tribus,nam si vnus ipsorum moriatur, debet diminui salarium, Cæpolla de seruit.vrb. præd.Betius cons.27.numer.2.Rom. consil.25.Pontan.de alim,c.16.n.7. & regulariter diminuto labore, quod non debeantur fructus,qui per prius percipiebantur, voluerit Bald. in l. Consul ff. de adoption. Barbat. ad eundem in l.3.C.commun.de legat. Menoch.de arbit.casu 133. Afflict.in constit Regni 55. in fi. Brun. de augmento qu.13. & 14.& Gratiam.concl. 101. Vnde redeundo ad locum vbi progressi sumus, dico, quòd cùm prædictus Cappellanus desierit celebrare,consequenter ei non debentur

Digitized by Google

tur fructus, qui causa celebrationis dantur, arg. tex. in l. si pecuniam in princ. ff. de cond. causa data.

5 Limitatur hæc opinio dupliciter. Primo, vbi Cappellani infirmitas per octo, vel decem dies durauerit, nam potest percipere redditus præfatæ Capellaniæ, etiam si neque per se, neque per alios sacrum fecisset, secundum Nouissimum in sua praxi c. 47. arguendo à famulo infirmo, cui licèt non debeatur salarium, tamen tenetur dominus ei dare cibaria ac modicas, & tenues expensas nempe per octo, vel decem dies, Bart. in l. si cum dotem §. fin autem, ff. solu. matr. Panorm. in c. 1. de cler. ægrot. Couarr. li. 3. var. resol. cap. 13. & hanc opinionem de Cappellano tenuit Pet. Nauarr. de restitutio. lib. 2. nu. 21c.

6 In casu tamen quo à testatore cauetur, vt quotidie celebretur Missa per Cappellanum, vt per alium, cùm fuisset consulta Sacra Congregatio Concilij, ipsa Congregatio censuit, dictis Capellanis indulgendum, vt bis in hebdomada liceat eis à Missæ celebratione abstinere, dum tamen id oneris tunc impleat per idoneum substitutum, vt voluit Nauarr. in manuali c. 25. num. 139. Azor. li. 1. fol. 32. nec talis substitutus poterit deputari per ipsum Cappellanum, arguendo à Rectore Parochiani infirmo, qui non potest deputare Vicarium, sed munus deputandi pertinet ad Episcopum, secundum Io. Andr. & Franch. in c. cum ex eo de elect. & fuit dictum in Rota vna Hispalen. iuris nominandi 6. Octobris † 1583. † coram Illustriss. Seraphino.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest reducere numerum Capellaniarum, quod habet locum etiam in Abbatibus & Generalibus Ordinum, nu. 3.*

2 *Amplia in eleemosynis pro ipsis Missis celebrandis, nu. 2.*

3 *Limita, nu. 4.*

An in Capellaniis Episcopus possit reducere numerum Missarum.

DECIS. CCCCIV.

VBi in ecclesiis magnus Missarum celebrandarum numerus impositus est variis defunctorum relictis, adeo vt singulis diebus à testatoribus præscriptis satisfieri nequeat, tūc Episcopus potest in Diœcesana Synodo pro sua conscientia decernere quid faciendū sit quoad Dei honorem & cultum, & Ecclesiæ vtilitatem magis expedire videbit, ita tamen vt eorum defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute, ea legata ad pios vsus reliquerunt; sic sanciuit Trid. Synodus sess. 25. capit. 4. de reformat. 1

Amplia primo in eleemosyna pro ipsis Missis celebrandis, quæ si adeò tenuis sit, vt non facilè inueniatur, qui velit se huic muneri subiicere, vt dicitur in eod. c. 4. tunc numerus Missarum moderandus est, iuxta vires legati, & ita declarauit Sac. Congreg. ad instantiam Archiepisc. Neap. die 26. Nouembris 1583. scilicet dispositionem Concilij etiam locum habere in anniuersariis, vt refert Steph. quaran. in sum. Bullar. in verb. Missa pag. 291. Et in huiusmodi constitutione Episcopus Capituli consilium requiret, quamuis sequi illud non teneatur, ita Sac. Congreg. Cardin. hic declarauit. 2

Amplia secundo, vt procedat 3

Digitized by Google

etiam in Abbatibus, & Generalibus Ordinum, nam in capitulis generalibus decernere & ipsi possunt, ac debent quid faciendum sit in prædictis casibus in suis ecclesiis, vt inquit sanct. Synodus in cit. cap. 4. & hoc est illa ratione, quia vbi relictum executioni mandari non potest, dispensare Episcopus potest.

4 Limita non procedere in Missis in fundatione Ecclesiæ impositis, cum in his Episcopus, ac prædicti alij dispensare nequeant, ita declarauit eadem Sac. Congreg. idque meritò; nam sancta Synodus loquitur de Missis relictis à testatoribus, non autem de impositis in fundatione, ergo non habebit locum in his; inclusio enim vnius, alterius exclusio est, c. nonne de præsum. & l. cum prætor ff. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Cappellanus potest alibi, quàm in loco designato celebrare, contrarium deciditur ex duobus, de quibus num. 2. & 3.*

4 *Adducuntur duæ causæ legitimæ non celebrandi in altari designato, de quibus nu. 4. & 5.*

An Cappellanus possit alibi, quàm in altari designato celebrare.

DECIS. CCCCV.

1 Videbatur, quòd sic, argumentando de tempore ad locum, quod quidem validissimum esse in iure testatur Euerard. in cap. 29. per tex. in l.

2 Cæterum contrarium consului, motus ex pluribus. Primo, quia, secundum Azor. lib. 1. cap. 24. Cappellanus institutus ad sacrum faciendum in certo templo, oratorio, sacello, vel altari quibusdam diebus, non satisfacit fundatori, si alibi diuinam rem facit, cuius opinionem sequuntur Graff. in cons. 1. difficultate 4. de præbend. volum. 2. Dominus Genuensis in suo pastor. c. 73. Morot. consil. 21. num. 4. & sequ. vol. 1. Thoming. consil. 29. vol. 2. Rub. consil. 4. num. 3. & 5.

Tum secundo, quia si hoc fieri potuisset, finis institutionis, præfatæ Cappellaniæ remaneret inobseruatus, cùm electus sit locus, quem fundator voluit frequentari, religiosè honorari & coli, & propterea menti eius, & voluntati satisfactum minimè est: ita Nauar. de oratione c. 5. num. 2. & 12. Siluest. verbo Missa 1. quæst. 10. Calcan. in tract. de cond. li. 2. qu. 22. num. 60. Cancer. decis. 11. num. 5. Graff. Azor. cit. locis, qui addunt, quòd si præfatus Cappellanus alibi diuinum facit, quàm in loco designato, præter peccatum mortale, cùm infideliter agat, & pactum, & promissum in re graui non seruet, tenetur aliqualem fundatori facere restitutionem, sed hoc intelligas, & declara, quando Cappellanus id egisset absque aliqua legitima ac rationabili causa, secundùm Nauarr. in manuali cap. 25. num. 134. 3

Inter causas verò legitimas non celebrandi in altari designato connumerari possunt, prima, si altare ipsum esset destructum, vt voluit Merenda consi. 29. quo casu, secundum dictum D. Genuensem in manuali pastor. cap. 72. celebrari debet Missa in alio altari eiusdem Ecclesiæ, & hoc propter deuotionem testatoris, donec construatur altare. 4

Secunda causa est, si Cappellanus reperiretur absens à loco, vbi cele- 5

Digitized by Google

celebrari debet, vel etiam inundatio aquarum, vel aliqua huiusmodi: tunc, vt supra dixi, debet Cappellanus alibi satisfacere, & ratio est, quia in huiusmodi casibus credendum est, talem fuisse fundatoris mentem, & voluntatem, vt si locus impediretur, alibi pro se, vel suis offeratur sacrificium, nam sic plus sibi, vel suis prodest si simpliciter sacrificetur, quàm si in totum sacrificium.

Suprapositam principalem conclusionem amplia procedere etiam hæredibus consentientibus, vt alibi, quàm in loco designato Missę celebrentur, D. Genuen. loco citato, & ratio est, quia non agitur de voluntate hæredum, cui possint renunciare, sed fundatoris, iuxta Card. Imol. Bonifac. in clem. quia contingit de relig. domib.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum collatio, seu institutio regulariter spectat ad Episcopum.*

2 *Cappellaniæ, quando non conceduntur in titulum, non dicuntur beneficia ecclesiastica. amplia num. 3.*

4 *Quid sit, & quot modis dicatur beneficium ecclesiasticum, vide remissiuè.*

5 *Adducitur decis. Gui. Pap. per quam deciditur quæstio principalis.*

An hæredes possint conferre Cappellanias, absque auctoritate Ordinarii.

DECIS. CCCCVI.

SVpponatur in facto, prout quotidie fit, quod quidam fundauerat, seu dotauerat in suis propriis fundis, seu domibus Cappellaniam, & ordinauit, quod celebrentur singulis hebdomadis quatuor Missæ, volensque præfatum Cappellanum eligendum esse per eius hæredem. Quare fuit dubitatum si in præfata electione requirebatur, vt præcederet consensus Episcopi, & dubium faciebat pro opinione affirmatiua, quod qualibet beneficiorum collatio, seu institutio ad Episcopum regulariter spectat, cap. ex frequentibus de instit. cap. ad hæc de off. Archidiac. 1

Cæterum præfatis non obstantibus contrarium dixi, quòd scilicet non sit necessaria approbatio Ordinarij, quia præfatæ Cappellaniæ non dicuntur beneficia ecclesiastica, quando in titulum non conceduntur, secundum gloss. in clem. fin. de decim. quam commendat Gomes. in reg. de infir. resignant. q. 23. & Dec. consil. 210. num. 4. & tradit gloss. in extrauag. execrabilis in verb. quæ alias, de præb. inter communes, & etiam si dentur in titulum, quando non per Episcopum, sed per minorem Prælatum conceduntur, quia tunc quantumuis in titulum concederentur per alium Episcopo minorem non habentem ad hoc priuilegiũ à Summo Pontif. vel mandatum ab Episcopo in suo Episcopatu, non vtique dicerentur beneficia ecclesiastica, prout soluit Gloss. quæ ita debet intelligi in dicta extrauag. execrabilis vers. quæ alias ad medium, & voluit Imola in c. in nostra col. 3. vers. quomodo de rescript faciunt pro hac declaratione dicta per Auendan. c. 14. prætorum num. 32. ad fin. li. 2. idemque de præstimoniis censendum est, vt scilicet si in titulum dentur, dicantur beneficia ecclesiastica, sicut in altaribus & Cappellaniis dictum est, & tenet expressè Rebuff. in tract. de pacif. possess. 17. amplia 2 3

tione nu.105.cum pluribus sequent. & Staphileus de lit.gratiæ,& iust.tit. de qual. & statu benef. num.3. cum tribus sequentib.fol.39.in paruis, & Menoch.de arb.iud.li. 2.cent.3. casu 201.num. 58. & decis. Cappell. Tholos. 472. Calder. consil. 6. de præbend. Imo & in pensione idem esse testatur idem Rebuff. in d. tract. de pacif.poss. 8. ampliat.& in tract. de nominat.qu. 9. num.49. & d. decis. Cappel.Tholos. 472. & Capyc. decis.200. num.3.Etsi quæras quid sit

4 & quot modis dicatur beneficium ecclesiasticum, vide Rebuff. vbi supra in d.prax.benef.num.8.

Quare cum in casu, de quo loquimur, Capellania non fuerit concessa in titulum,proinde non venit appellatione beneficij ecclesiastici, & consequenter eius collatio, seu Cappellanorum electio non ad Episcopum, sed ad fundatoris hæredes spectat, Gloss. in clem. fin. in verb.beneficiorum de decim. Sylua de beneficio par.1.q.3.nu.29. Rebuff. in praxi tit. seculare benefic. quotuplex,nu.13.& 15.de pacif.poss. nu. 87. Salzed.in addit.ad praxim Bernardi d.cap.18.nu. 9. Mandosius in reg. de annal.q.17.num. 1. & per totum. Gomesius in reg. de infirmis resignantib.q.23.

5 Quibus addo decis.Guid. Pap.in propriis terminis 187. & nouissime Rodriquez in sua sum.c.82.

SVMMARIVM.

1 *Factum nō præsumitur, nisi probetur.*
2 *Iuramentum obtinet vim plenæ probationis.*

Cappellani quomodo debeant probare celebrationem Missarum Episcopo visitante.

DECIS. CCCCVII.

FVit aliquando dubitatum, quomodo sit facienda probatio super celebratione Missarum, si fundatoris hæres dicat, Missas non esse 1 celebratas per Cappellanos: clarum enim est in iure, Cappellanos ad hanc probationem teneri, & consequenter si non probauerint,relictum eius contemplatione non debetur, vt voluit Bald.in l.3.nu. 3.ff.de cond. & demonstr.Corn.in cons. 75. num. 13.vol.3.Crau.in consi.171.nu.15.& in cons.216.col.fin. hoc enim est quid facti,secundum Gasp. qu. 87. quod non præsumitur, nisi probetur, secundum Mascard.de probat. lib. 2. concl. 732. & Cappellanus tenetur probare conditionem impletam, vt legatum contemplatione Missarum relictum habeatur, l. hæredi in fi. ff. de condit.& demonst.Paris cons.26. nu.20.col.4.

Hoc igitur supposito, ex parte Cappellanorum dicebatur esse stan- 2 dum eorum iuramento pro plena probatione, cum iuramentum vim plenæ probationis obtineat, secundum Bart. & reliquos communiter in l. nam & postea ff. de iureiurand. Panor. & Dec. in rubr. de probationibus, quibus addi poterit in propriis terminis decis. Guid. Pap. 614. Hæres verò dicebat, non esse standum eorum iuramento, quia erant testes in causa propria, contra l. nulli C.de testib.& ad decisionem Gui. Pap.respondebatur, quòd loquitur in re minima, secus si agatur de re magna,prout hic. Item dicebatur, quòd Guid. Papæ intelligendus est in alio sensu,quàm communiter capitur,quia ibi non dicitur, standum esse iuramento super celebratione Missarum, sed super solutione legati, & ita fuisse pariter iudicatum testa-

Digitized by Google

testatur Tesau.in cir.decis.87. quam nota.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest compellere Cappellanos ad celebrationem Missarum, nisi euidenter appareat, & quare.*

An in Cappellania, in qua adest pinguis redditus, præsumatur quo adsit onus celebrationis Missarum.

DECIS. CCCCVIII.

PRo huius quæstionis dilucidatione supponatur in facto, quod in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel collegiata reperiantur Cappellæ cum pinguibus reditibus, ac sufficiętibus ad celebrandum aliquas Missas, verumtamen beneficiati negant ad illas teneri, ob id præsertim, quod de earum onere minimè apparet, eo magis, quod cum Episcopus visitauit, describi non fecit in visitatione, quare fuit dubitatum in nostro hoc casu an possit Episcopus compellere Rectores ad aliquas Missas celebrandas pro quantitate redditiuum, & respondi, quod non, per regulam iuris, quod quælibet res in dubio præsumitur libera, nisi probetur serua. l. si altius C. de seruit. & aqua. vnde in dubio res præsumitur allodialis, & sic libera, nisi probetur feudalis, & consequenter serua. Alex. cons. 129. vol. 1. Dec. consil. 269. num. 1. cons. 360. num. 4. consil. 468. num. 6. & 7. cons. 498. num. 2. & 3. Grauet. cons. 111. numer. 9. Bellon. cons. 10. Cæphal. cons. 4. num. 30. vol. 1. Menoch. cons. 1. num. 10. vol. 1. Affl. decis. 277. in fin. & in dubio, fideicommissum vti quædam res inducens seruitutem in se, non præsumitur nisi probetur, Roland. cons. 59. num. 15. vol. 3. Bursat. cons. 97. num. 1. Abb. cons. 31. num. 9. Quare in dubio est pronunciandum non extare fideicommissum, Dec. cons. 593. Oldrad. cons. 21. Alciat. cons. 559. Socin. Iun. cons. 285. vol. 2. Siluan. cons 64. num. 19. Alban. cons. 31. numer. 9. Vnde redeundo à quo digressi sumus, dico, præfatum onus celebrationis Missarum cùm non appareat, euidenter præsumendum non esse, & consequenter non posse Episcopum compellere Rectorem ad Missas celebrandas.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatã super omnibus existentibus intus suam diœcesim.*

2 *Episcopus potest visitare omnes ecclesias, & personas sibi subiectas. Limita nu. 3.*

Qui Cappellani visitari ab Episcopo non possint.

DECIS. CCCCIX.

QVamuis de iure Episcopi habeant intentionem fundatam 1 visitandi omnes de eius diœcesi vulgato tex. in c. omnes Basilicæ 17. q. 4. c. omnes principes de maiorit. & obedient. quod adeo est verum, vt procedat etiam si iurisdictio competat Prælato inferiori ex fundatione, vt fuit resolutum per Rotam in vna Abulen. iuris visitandi 20. Nouembris 1620. † coram Ludouisio, † vbi facultas visitandi tributa Episcopo ex dispositione Concil. Trid. sess. 22. c. 8. de reformat. cùm intelli-

Digitized by Google

gi debeat cumulatiuè, & non priuatiuè ad Episcopum, contra quem debet esse expressa prohibitio, vt etiam censuit Sacra Congregatio eiusdem Concilij, proinde admittitur ad visitandum.

Communis enim, & trita est iuris conclusio, vt supra dixi, Episcopum de iure communi habere intentionem fundatam, vt possit visitare omnes Ecclesias, atque personas sibi subiectas, c.1.§.hunc autem, & ibi Gemin.de censib. Soc. de visitatione col.4.numer. 4. vers. decimo quæritur, & subiectæ præsumuntur quæcunque existentes in sua diœcesi, Rota in decis.186.numer.1.par.1. diuers. quinimo propria auctoritate visitare potest etiam Ecclesias exemptas, quando non habent specialem exemptionem quoad visitationem non comprehendatur sub generali concessione exemptionum facta ad fauorem alicuius Ecclesiæ, Rota in decis. 2. de censibus in antiq. Achill. in decis. 2. de exemptione, Rota diuers.d.decis.186.numer.2. par.1.

3 Verumtamen si Ecclesia vel personæ ecclesiasticæ reperirentur particulariter exemptæ quoad visitationem Episcopus illam visitare nequit, nec aliam quoque illi vnitam, cum ratione vnionis sortiatur eandem exemptionem, & consequenter Ordinarius non posset clericos ibidem existentes corrigere, Achill. decis.1. de exemptionibus. & in decis.15. de priuil. Card. Put. in decis. 115. lib. 3. & ita censuit Rota in vna Piscien. seu nullius iurisdictionis 7.

4 Maii 582. † coram Gipsio, quæ loquitur de Ecclesia Parochiali vnita cuidam Abbatiæ Congregationis Casinensis, quæ habet priuilegia amplissima exemptionis.

Vnde redeundo vbi egressi sumus, dico; quod si Cappellani non reperiantur aliquo modo exempti, poterunt visitari ab Episcopo. Quare Cappellani triremium, quæ aduersis ventis agitatæ in partibus suarum ciuitatum commorantur, si exempti non sint, perinde ac alios viatores, & transeuntes ab Episcopo, visitari, possunt, ita Nauar.cons. 1. de clericis, Peregrinus & Sayr. in decis. 1.eod.tit.

Et idem dicendum quoque est in Cappellaniis Regiis, qui nisi habeant specialem exemptionem, subsunt Ordinario, & consequenter poterint ab Episcopo visitari, vt fuisse in Rot. decisum patet apertè in decis.736.part.1. diuersorum. quam notabis ad intellectum tex.in c.cum Cappella de Priuilegiis De Cappellano maiore, vide Minad. in consi.27.

SVMMARIVM.

1 *Cappellanus tenetur contribuere in translatione Altaris, ex quatuor medijs, de quibus numer. 2.3.4. & 5.*

6 *Contrarium fuit decisum ex duobus, de quibus nu.7.*

8 *Respondetur contrariis.*

An Cappellanus teneatur contribuere pro translatione altaris.

DECIS. CCCCX.

Prima facie videbatur dicendum, quod sic, ex pluribus. 1

Tum primo, quia secundum Rebuff. in Prax. beneficial. sit. de dispensat.ration.ætat.numer.6. bona Ecclesiastica debent in tres partes distribui, scilicet vt prima sit cleri- 2

corum beneficiatorum, secunda pauperum, tertia fabricæ, seu reparationum ecclesiæ, vt probant etiam tex. in c. concesso, & sequent. 12. quæst. 2. Et ex hoc inoleuit communis praxis, qua cautum est omnes beneficiatos obligari ad refectionem Ecclesiarum, in quibus beneficia obtinent cap. 1. &c. de his de Eccles. ædificand. licet quando Rector esset pauper teneretur patronus, si adesset, secundum de Citadin. de iurepatronat. part. 6. artic. 5. numer. 7. Lambertin. eiusdem nominis tractat. lib. 3. artic. 2. & 3. quæst. 7. Costa de remed. subsidiar. cap. 106. illatio. 2.

3 Tum secundo, quia olim secundum Canones aliquando tertia, aliquando quarta pars reddituum deputabatur fabricæ Ecclesiæ c. decernimus, 1. quæst. 1. Ripa cons. 22. numer. 2. Feder. de Senis consil. 217. Lopez in commen. ad leges Hisp. leg. 11. tit. 10. partita 2. Valasc. decis. 179. & de diuersis temporibus, in quibus diuersimodè distribuebantur bona ecclesiastica, meminit Abbas in quæst. incip. Titius, & in c. postulasti, nu. 4. de rescrip. Felin. in c. exceptione num. 6. & seq. de except. Sot. de iust. & iure li. 10. qu. 4. art. 10. & Rebuff. loco iam alleg.

4 Tum tertio, quia si ad hanc reparationem, quandoque tenentur laici, secundum Host. in tit. de eccl. ædific. §. 1. dum ait, quòd in aliquibus regionibus laici de consuetudine opus fabricæ faciunt suis expensis quæ consuetudo iuuatur auctoritate iurium, quæ ibi adducit, & quod ipsorum laicorum interest, cum ibi percipiant ecclesiastica Sacramenta, & Missas audiant, & maximè erit obseruanda, vbi non bene soluunt decimas, c. quicunque 16. qu. 7. &c. hæc diximus, &c. filiis & nepotibus, eadem causa, & quæst. Et quod compellendi sunt talem consuetudinem obseruare, arg. c. ad Apostolicam de simonia, facit, quia consuetudo vim legis habet, l. de quibus ff. de legibus cap. fin. de consuetudine. l. 2. C. eod. & idem absque dubio si de contractu, cum laicis circa hoc constet, quia pactis standum cap. 1. cap. 3. de pactis l. iurisgentium §. prætor ait ff. de pact. Vnde laici, quanto magis Cappellani tenentur ad refectionem.

Tum tandem, quia secundum Nauarr. in cons. vnic. de Eccles. ædificand. quem refert, ac sequitur Sayr. in decis. 1. eod. titul. obtinentes pensionem super aliquo beneficio tenentur ad reparationem illius agitur, & Cappellania. 5

Cæterum præfatis minime obstantibus contrariū consului, & iuxta meum consilium fuit seruatum, & mouebar præcipue ex duobus fundamentis. Primo ex cons. in propriis terminis Monaldi 88. quo cauetur non posse, Episcopum cogere Cappellanum contribuere pro translatione Altaris. 6

Secundo quod deductis necessariis pro substentatione Cappellani nihil remanebat de fructibus illius Cappellæ cum tenuis erat, nec ascendebat ad ducatos quinquaginta, & de iure beneficiatus non tenetur ad reparationem Ecclesiæ, nisi quatenus supersunt redditus beneficij deductis necessariis pro eo secundum Panormit. in cap. 1. num 2. & in cap. de his num. 2. de eccles. ædificand. & Cappell. Tholos. in decis. 40. 7

Non obstant contraria, quia loquuntur in obtinentibus beneficia Ecclesiastica. 8

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Legatum factum capitulo censetur factum Canonicis.*
3 *Decisio quaestionis.*

An legatum factum capitulo cum onere eligendi Cappellanias possit diuidi inter Canonicos.

DECIS. CCCCXI.

1 SVpponatur in facto, quod capitulo cuiusdam Ecclesiæ fuerat relicta quædam quantitas pecuniæ cum pacto & conditione, quod singulis annis celebretur anniuersarium pro anima cuiusdam personæ, vel saltem erigatur altare seu Cappellania cum onere celebrandi aliquas Missas: Quare fuit dubitatum an posset capitulum dictæ Ecclesiæ illam pecuniam legatam diuidere inter Canonicos præsentes; & dubitationem non mediocrem mihi faciebant pro opinione affirmatiua conclusio illa, quod legatum factum capitulo censetur factum Canonicis secundum sententiam Panormitan. in cap. requisita de testament. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 112. Facchin. lib. 5. iuris controuersiarum cap. 41. Merenda cons. 28. num. 3. & sequent. Brunus à Sole in suo repertorio in verbo legatur.

3 Cæterum hoc non obstante contrarium dixi; & ita fuit resolutum quod scilicet pecunia hæc non sit diuidenda inter Canonicos, sed debet conuerti in bona stabilia iuxta terminos Clem. exiui §. cumque annui redditus de verb. significat. & sic debet seruari pro futuris Canonicis; ita Nauar. cons. 8. de reb. Eccle. non alienand. Prax. Episcopalis in verb. alienatio n. 2. par. 1. D. Genuen. in suo Manuali Pastor. c. 72. & mouentur per regulam iuris, qui sentit commodum de reg. iur. lib. 6. & per DD. quoque in c. cum secundum Apostolum de præbend. Quare, vt supra dixi debet conuerti in annuos redditus, vt sic annui fructus perpetuo detur illis qui onus sustinebunt.

SVMMARIVM.

1 *Quando deuotio Testatoris non est causa finalis, Missa potest in alio Altari celebrari.*

An Cappellanus possit celebrare Missas in alio Altare, quando causa finalis ibidem non fuit deuotio Testatoris.

DECIS. CCCCXII.

LIcet, vt supra dixi, quando testator mandat celebrari Missam in tali altari seu Cappella ad quam constat habere deuotionem non erit licita loci mutatio, Nauar. in Manuali c. 25. num 134. ad fin. versic. Sacellarij Sebast. Medic. in Summa de acquir. & conseruan. rer. domin. par. 3. Gloss. 2. nu. 75. Spin. Guttier. & alij allegati per Ceuall. q. 686.

Tamen cessante huiusmodi coniectura posset tam in vno loco, quam in alio Missa celebrari, cum vtroque modo satisfiat animæ testatoris, c. multi 4. dist. Lap. alleg. 35. num. 4. Duen. reg. 234. & est d. Rotæ per Cardinalem Seraphinum 9. Octobris 1595. Bergom. legati, vbi relictum monialibus del fine, vt celebrari faciant singulis diebus in d. 1

Eccle-

Digitized by Google

Ecclesia Missam pro remedio animæ ipsius testatoris, alias legatũ deuoluatur si contingat illas transferri ad aliam Ecclesiam, non poterunt priuari legato, si in Ecclesiam ad quam sunt translatæ Missa celebretur, cum eodem modo succurratur testatoris animæ in vno loco, quam in alio, maximè quia huiusmodi legata præsumuntur fieri intuitu legatarij, l. pater filium. Tusculanos de leg. 3. Couarr. in c. requisiuisti numer. 10. de testam. & fauore Sacerdotis, Pet. de Vbald. de canon. portion. cap. 7. numero 57. Cardin. Mantica de coniecturis vltim. voluntatum libro 12. tit. 17. & vlt. nu. 30. Cephalus consil. 216. nu. 17. cum seq. libro 2. & cum fuerit dictum in Ecclesia Monialium, talis dicitur ista ad quam fuerunt translatæ, prout alias Bartolus consil. 26. nu. 3. lib. 1. vbi de Ecclesia ædificanda in domibus testatoris, quæ poterit ædificari in ædibus permutatis, Soccin. iun. consil. 162. num. 22. 26. libro 2. & quia facta translatione ab habente potestatem omnia iura pertinentia ad Ecclesiam, & translata spectant ad illam, in qua fuit translata, cap. & hoc diximus 16. quæst. 7. Ioannes Andreas in capit. cum personæ col. 2. de priuil. in 6. Lanus allegatione 68, cum aliis de quibus in d. decis. Rotæ, per Cardinalem Seraphinum.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*

2 *In successione Cappellaniarum computatio graduum fieri debet secundum ius Canonicum.*

Cappellania quæ debet conferri proximiori, debet intelligi secundum computationem iuris Canonici.

DECIS. CCCCXIII.

SVpponatur in facto, quod ex dispositione seu præcepto defuncti Cappellania deberet conferri proximiori, quare fuit dubitatum si debet fieri computatio secundum ius canonicum, an verò ciuile, & secundum ius Canonicum fieri deberevoluerunt Balb. in dec. 21. quia in beneficialibus, & Cappellaniis collatiuis non datur successio nec delatio iure hæreditario cap. Apostolica 891. neque in foro Ecclesiastico seruentur decisiones iuris ciuilis, quando inuicem sunt contrariæ, prout in specie concludit Ceuall. in quæst. 398. num. 29. subdens tamen hoc procedere, quando causa esset mere beneficialis, & fundator Cappellaniæ esset Clericus in sacris constitutus, quasi tunc potius sit disponendum secundum regulas iuris Canonici quam ciuilis, & dicit esse notandum, & fuisse iudicatum, & alibi non reperiri. 1

Quare in Cappellaniis quæ fundantur sine auctoritate Episcopi, & quæ non habent requisita in beneficiis Ecclesiasticis, si vocentur clerici consanguinei dubia quoad eos orta definientur per leges de maioratu loquentes, prout in causis Hispaniæ late Gonsalez de alternatiuis Gloss. 5. in princ. num. 34. Rot. diuers. decis. 100. par. 2. num. 6. vers. secundo non obstat Gomez. in l. 4. Tauri num. 65. in fine.

Finis Tituli Praxis Cappellaniarum.

Digitized by Google

PRAXIS

CONCVRSVS AD ECCLESIAS PAROCHIALES.

SVMMARIVM.

1 *Concursus in collatione parochialis fieri debet.*

2 *Amplia primo, vt non possit per Episcopum remitti.*

3 *Amplia secundo, vt non sit tutus in foro conscientiæ, prouisus absque præfata forma.*

De forma obseruanda in prouisione parochialium.

DECIS. CCCCXIV.

1 EX Concil. Trident. sess. 14. c. 8. de reform. quando vacat Ecclesia parochialis debet fieri concursus iuxta formam dicti capituli, alias collatio erit nulla, & Papæ postea reseruatur, iuxta constitutionem Pij V. incip. In cõferendis; forma enim non seruata, actus corruit, secundum Felin. in cap. cum dilecta de rescrip. & in propriis terminis de collatione beneficiorum; vide Cardinal. Puteum in decisio. 338. libro 1. Than. in decis. 99. in manuscriptis.

Amplia, vt supradicta forma omitti non possit per Episcopum, etiam si vellet parochialem conferre personæ quantumcunque notoriæ, doctæ, idoneæ, & benemeritæ, Fuscus de visitat. libr. 2. cap. 5. n. 10. Cenedus in collect. 15. ad decretum numero 5. Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 9. num. 82, Gars. de beneficio part. 9. capit. 2. numero 102. Vnde Congregatio Cõcilij censuit, quod Episcopus vacante Ecclesia parochiali, debet seruare formam examinis per concursum, licet velit eam Vicario conferre, & alias, quod Doctor, siue Licentiatus in Theologia, siue in iure Canonico, etiam in publica Vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine, quando petit sibi prouideri de aliqua Ecclesia Parochiali, Gonsalez Gloss. 4. num. 90. Lessius de iustit. & iure lib. 2. cap. 34. 2

Amplia secundo, vt prouisus de Parochiali, non seruata supradicta forma, non sit tutus in foro cõscientiæ, quia secundum Couar. in Reg. peccatum parte 2. §. 3. numer. 9. non potest nec acceptari, neque retinere beneficium, non seruata forma requisita, Molina de iust. & iur. 1. tomo tract. 2

tract.2. disput. 81.circa fin. versic. dictum Innoc.

Amplia tertio, vt debeat fieri prouisio per concursum, quamuis constet de reseruatione, vt quia beneficium vacet in mensibus Apostolicis, nam adhuc debent proponi edicta ab Ordinario, & facto examine ab eo, siue eo impedito, ab eius Vicario, atque ab aliis Examinatoribus, non minus, quam tribus, in Synodo diœcesana deputatis, illi, qui fuerit ab Examinatoribus approbatus, & ab Episcopo electus, collatio Ecclesiæ à Papa fieri solet, & non alteri, ita Mariſ.lib.1.c.12.

Amplia quarto, vt dispositio Concilii procedat etiam in beneficio reseruato, vel affecto, specialiter vigore indulti, seu priuilegij in fauorem S.R.E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum, vel etiam si eius Cura Episcopo incumbat, & per vnum, vel plures administretur: nam opinio Oldradi in consil.67. num.1. quod beneficium non dicatur curatum, quando Cura apud plures residet, tanquam repugnans Concilio, non est tenenda, vt in specie Rota in vna Gerundent. Sacristię Rot. diuers. in decis 48. num.8. par.1.

Amplia quinto, vt Concil. locum habeat, quamuis beneficium vacet per resignationem in Curia, vt per Manusc. loco cit. num.6.

Amplia sexto, vt procedat etiam in beneficio reseruato, quod sit iurispatronatus Ecclesiastici, vel mixti, quia nulla habita ratione patronorum, Ordinarius debet edicta concursus ponere, & idoneum eligere, ac Romam mittere, cum fide approbationis pro institutione à Summo Pontifice facienda, sicut fit in aliis, quæ non sunt iurispatronatus: & ad hunc cõcursum admitti debent tam nominati à patronis, quam alii, vt censuit Sacra Congregatio eiusdem Concilii in vna Florentina Parochialis de anno 1599. quam declarationem sequuta fuit Rota in d. Florentina de anno 28. Maij * coram Iusto. *

SVMMARIVM.

1 *Beneficia simplicia sunt conferenda absque concursu.*

Concursus an debet fieri in beneficiis simplicibus.

DECIS. CCCCXV.

Respondeo, quòd quando beneficium est simplex, sufficit, quod conferatur idoneo, nec necesse est, quod fiat concursus ad effectum, vt magis idoneo conferatur, Gloss. in cap. monasterium 16. quæst. vlt. cap.3. vers. quia in minoribus, vbi Abb. de iurepatron. idem Abb. in cap. constitutus, il secondo, & ibi Franch. num. 4. de appel. Caputaq. dec. 69. libro 1. in manuscript. Crescent. decis.12. de concess. præben. Et idem velle videtur Conc. Trident. postquam in simplicibus nullam præscribit formam examinis, & concursus, sed tantum requirit habilitatem de iure communi necessariam, capit.4. in fine de reformat. sess.22. & cap.13. sess. 7. sicque tenuit Rota in vna Calaguritana reductionis motus proprij 26. Martij 1595. † coram Cardin. Seraphino. 1

SVMMARIVM.

1 *Concursus requiritur in omnibus beneficiis Curatis.*

2 *Limita quando beneficia Curata resignarentur in manibus Sanctissimi, ad fauorem.*

Digitized by Google

Concursus an fieri debeat, quando Curata beneficia resignantur in manibus Papæ ad fauorem.

DECIS. CCCCXVI.

1 QVamuis in omnibus beneficiis Curatis regulariter locum habeat concursus, ita vt illorum prouisio minimè fieri absque eo debeat,
2 attamen quotiescunque resignatio Parochiæ fieret in manibus sanctissimi (vt aiunt) ad fauorem certæ personæ, tunc enim minimè exigitur, & collatio subsequens erit valida. Cuius conclusionis ratio est, quia resignatio huiusmodi non inducit propriam vacationem Cassad. in decis. 3. de renunc. Card. Puteus in decis. 357. numero 1. vol. 1. & in decis. 314. num. 2. libro 2. Gabriel. in consilio 199. nu. 2. & sequent. vol. 2. Hartam. in consilio 22. Berculten. in cons. 91. num. 5. & sequent. vol. 1. & consequenter dispositio Concilij super concursu in ea locum non habet: sed resignatarius prouisus à Papa, vel obtinens mandatum de prouidendo in forma dignum, solum examinari debet, absque concursu, iuxta decis. Rotæ 54. de concess. præbend. in antiq. & Gratian. in decis. Rot. Marchiæ 158. quod examen, iuxta terminos dec. eiusdem Rotæ Romanæ, poterit delegari, Rot. in dec. 18. de concess. præbend. in nouis. & si delegatus inuenerit esse idoneum, approbari debet, vt pluries censuit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium interpretum eiusdem Concilii, & signanter in vna Aurien. Parochialis 3. Calend. Febrarii 1565. & iterum in vna Illerden. 3. Octobr. 1566.

† † coram eodem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium.*
2 *Magis dignus, trahit ad se minus dignum.*
3 *Beneficia Curata vnita Canonicatui non sunt conferenda per concursum.*

Concursus an sit necessarius in prouisione Parochialis vnitæ Canonicatui.

DECIS. CCCCXVII.

RESpondi quòd non, motus præsertim ex tribus vrgentissimis fundamentis. 1

Primò, quòd præfatum beneficium minimè dici poterit parochiale, & consequenter in eius prouisione non esse necessarium concursum, secundum Hartam. in consil. 51. vbi quoque dicit valere consequentiam, non est beneficium parochiale, igitur non requiritur concursus.

Quod autem non sit parochiale, apertè demonstratur ex duobus. Primò, quia beneficium vnitum, amittit nomen, atque naturam beneficii, secundum decis. Rot. 11. de rebus ecclesiæ nõ alien. in antiq. Hinc est, quòd in impetratione debet exprimi principale, nec opus est exprimere vnitum, Rota diuers. in dec. 786. part. 1. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 205. numer. 67. Paris. lib. 10. quæst. 2. num. 36. Azor. c. 28. quæstion. 2. Vnde habens canonicatum, cui sit vnita Parochialis, debet residere in canonicatu, & non in Parochiali, c. extirpandæ §. quia verò de præbend. & ibidem Panormit. & Rebuff. numero 4. & declarauit Sacr. Concil. Congregatio, quare attenditur tantum qualitas,

&

& natura beneficij principalis, non autem annexi, gl. in clem. per literas, verb. ecclesias de præben. & ibi Cardin. q. 17. Rot. in decision. 114. nam vnitum assumit naturam, consuetudines, & priuilegia principalis, cui est annexum, Nauar. consil. 6. de priuil. & in cons. 50. de maior. & obed. Paccian. de probation. ca. 17. à num. 14. & sequent. Gonsalez. gl. 5. §. 7. numer. 2. & per collationem principalis, habetur vtrunque, neque est necessaria alterius collatio, gloss. in verb. de iure in c. gratiæ de rescript. in 6. Ferret. consil. 236. num. 8. Et hinc est, quòd lis introducta super beneficio, vt vnito, nõ est lis super beneficio, vt fuit in Rota resolutũ in vna Legionen.
† præstimonij, 16. Iunij 1565. † coram Pamphilio, nec in beneficio vnito locum habet reg. de triennali, quia regula loquitur de possessione tituli, & qui possidet beneficium vt vnitum, non possidet vt titulum beneficij, sed vt membrum, & prædium tituli, Paris. consi. 121. num. 48. volum. 4. Sarnen. de triennali quæstio. 8. Rebuff. de pacificis nu. 62. & 293. & pluries censuit Rota, & signanter in vna Romana Sancti Prisci coram Chisanen. & iterum in vna Beneuentana
† Sancti Festi, 13. Ianuarij 1552. † coram eodem, & tandem in vna Terdonen.
* Prioratus 13. Ianuarij 1594. * coram Penna, quare cum beneficium vnitum desinat esse tale, proinde non est dubitandum quin huiusmodi parochialis vnita canonicatui assumat illius naturam, & qualitates, & consequenter non requiratur in illius prouisione concursus, sicut in cæteris beneficiis, præter parochialia.

2 Secundo, per regulam iuris, scil. quod maius dignum trahit ad se minus, ad text. in capit. quod in dubiis, de consec. eccles. quare cum Canonicatus sit quid dignius parochiali, propterea attendi debet qualitas Canonicatus in prouisione facienda absque concursu.

Tertiò, quia ita declarauit Sacr. Il- 3
lustrissimorum Cardinalium congregatio, vt scilicet Parochialis vnita canonicatui, non sit conferenda per concursum, ita Caletus in sua Margarita selectorum casuum conscient. verbo Parochus.

SVMMARIVM.

1 *Examinatores Synodales singulis annis in Synodo sunt eligendi.*

2 *Forma a lege inducta non potest adimpleri per æquipollens.*

3 *Quando forma non potest adimpleri, remittitur.*

An si tempore, quo debet fieri prouisio per concursum, non adsint Examinatores Synodales, possit Episcopus deputare nouos Examinatores.

DECIS. CCCCXVIII.

DVbitationem mihi pro opinione negatiua faciebãt verba Sa- 1
cri Concil. Trident. cap. 18. sess. 24. de reformat. quibus decernitur, Examinatores singulis annis in diœcesana Synodo eligẽdos esse, quare cum in casu, de quo agimus, præfati Examinatores non adsint, non poterit fieri dictus concursus.

Cæterum hoc non obstante, contrarium respondi, & animaduerti esse in praxi seruandum, motus præsertim, quod iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Placentina parochialis de Malpartida 29. Nouembris 1593. * coram Litta, vbi fuit dictum, quòd si eo tempore, quo de-

bet fieri prouisio per concursum, non adsint Examinatores Synodales, de quibus loquitur sacrum Concil. Episcopus, non obstante forma Concilij, poterit deputare nouos Examinatores absque celebratione Synodi.

Cuius conclusionis, seu decisionis duplex est ratio, secundum Marisc. libr. 1. var. resolution. c. 32.

2 Prima est, quia vbi forma à lege inducta non potest præcisè adimpleri, tunc illa remittitur, secundum Rom. in consil. 433. numer. 5. Aymon. consil. 177. nu. 1. Tiraq. de legib. connub. Gloss. 6. numero 6. 32. & 69. Rol. cons. 51. num. 25. & seq. vol. 1. consilio 43. num. 36. & seq. volu. 2. cons. 30. numer. 13. volu. 3. Alciat. in l. 1. num 41. ff. de lib. & posthum. & secũdum eum, cùm Conc. loquatur cum præsupposito, quod Examinatores Synodales existant, ergo cessante hoc præsupposito, cessare debet eius dispositio.

3 Præterea, quia quando constitutio inducit nouam formam, & illa de facto non potest obseruari, velut quia non adsint personæ, vel qualitates requisitæ, sufficit, quod actus fiat eo modo, quo prius poterat, ca. quia propter, & ibi Abb. num. 12. de elect. idem Abb. post Ioann. Andr. consil. 25. numero 12. libro 2. & in c. 1. numero 11. de elect. Aymon. consi. 17. num. 2.

Quare episcopus, qui cum Synodalibus Examinatoribus nondum sunt deputatis, vel absentibus, aut impeditis, non potest de Parochialibus, vt Concilium disponit, prouidere, potest per seipsum Examinatores deputare, sicut ante Concilium ei permissum erat, vt in c. accepimus, & ibi gl. in verb. examinari, de æta. & qual.

SVMMARIVM.

1 *Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi.*

2 *In permutatione beneficiorum non requiritur concursus.*

An concursus requiratur in permutatione beneficiorum.

DECIS. CCCCXIX.

DVbium mihi faciebat pro opinione affirmatiua primò, quòd cùm Concilium generaliter loquatur de concursu faciendo in prouisione parochialium, generaliter intelligi debeat, & consequenter non debet in dubium refricari, quo ordine Parochiales conferantur. 1

Cæterum hoc non obstante, contrarium est habendum in praxi, vt scilicet si vacet parochialis, permutationis causa, non debeat fieri examen per concursum, quando permutatio fieret cum alia parochiali ferè paris conditionis, ita Lessius de iust. & iure tit. de benefic. quæstione 16. Vgolin. lib. 2. de potest. episc. cap. 50. §. 2. Paris. libro 8. quæst. 9. numero 10. Vbal. de permut. benefic. quæstio. 20. Thoming. dec. 129. 2

Ratio est, secundum præcitatos, quia in supradicto casu non est opus nouo examine, cùm per examen antiquum vterque censeatur idoneus, secũdum quod declarauit sacr. Congreg. Concil. super d. cap. aliàs fieret iniuria primis Examinatoribus Rebuff. in prax. tit. de rescript. in forma pauper. pro graduatis numer. 3. & 4. & in tract. de priuileg. schol. priuil. 86. per tot.

Vnde Gonsalez. Gloss. 4. refert. seruari in Curia, quòd semel examinatus, & approbatus ad vnum benefi-

cium

cium simplex, non amplius examinatur ad illud simile, idem est, si semel sit approbatus ad canonicatum, vel dignitatem in Collegiata, non amplius examinatur ad similem Canonicatum, vel dignitatem in alia Collegiata, sic semel approbatus ad curatum, vel Canonicatum, vel dignitatem in Cathedrali, non vltra examinatur ad simile, vel similem.

Quod si fieret permutatio cum simplici beneficio, vel cum alia parochiali, vbi maior exigeretur industria, tunc debet fieri examen per concursum, vt colligitur ex Concil. & Less. cit. loc.

SVMMARIVM.

1 *Concursus non requiritur in prouisione Parochialis, quæ est de iure patronatus laicorum.*

2 *Limitatur tribus modis. numero 3. & 4.*

Concursus an requiratur in Parochia, quæ est de iurepatronatus laicorum.

DECIS. CCCCXVI.

POtest prouideri Parochialis sine concursu, quando est iuris patro-
1 natus laicorum, nam tunc præsentatus à patrono, debet simpliciter examinari ab Examinatoribus deputatis, & si idoneus repertus fuerit, admitti, & institui, vt probatur, ac disponitur in eodem Sac. Concil. sess. 24. cap. 18. de reform. ver. quod si iuspatronatus, & ita declarauit Sacr. Congregatio Concil. per hæc verba: *Speciale est in iurepatronatus laicorũ, vt non requiratur concursus in collatione Ecclesiæ Parochialis.* Et iterum examen per concursũ fieri non debet in vacatione parochialis, quæ sit iuris patronatus laicorum, sed sufficit, quod deputatus à patronis examinetur ad Examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout statuit Conc. Trident. §. quod si iurispatronatus.

Limita hanc conclusionem quatuor modis. Primò, vbi ab eodem pa- 2
trono plures fuissent præsentati, quia tunc inter eos debet fieri concursus, nec sufficeret eos examinari ab Examinatoribus deputatis, vt declarauit Sacra Concilij Congregatio, refert Marisc. lib. 1 var. resol. ca. 52. n. 1.

Secundò, quando Parochialis es- 3
set iurispatronatus mixti, scil. partim Ecclesiastici, & partim laici, de quo loquitur gl. in c. vnico de iure patronat. Mœdan. decis. 9. eodem Crescent. decis. 3. & 5. & Achil. de Grass. in dec. 2. eodem titul. nam tunc fieri debet concursus, secundum Gonsalez glos. 6. nu. 155. referens ita declarasse Sacram Congregationem per hęc verba, videlicet: *Si Ecclesia Parochialis sit iurispatronatus partim ecclesiæ, partim laici, seruanda est forma examinis per concursum hic posita, quam Concilium præstituit in conferenda parochiali, quæ sit iuris patronatus, meri Ecclesiastici, & idem dicendum est, quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantum ad Ecclesiasticum.*

Tertio, quando iurispatronatus 4
esset laicorum, non quidem ex constructione, fundatione, & dotatione, verùm ex priuilegio, vel præscriptione, nam tunc secundnm Concilium Tridentinum sess. 25. capite 9. de reformat. in eis cessari debent omnia, quæ de iurepatrona-

Digitized by Google

tus dici solent, ita Gonzalez loco citato num. 137.

SVMMARIVM.

1 *Enumerantur casus, in quibus cessat concursus.*

Concursus quibus in casibus cesset.

DECIS. CCCLXXXVIII.

VLtra casus enumeratos in præcedentibus quæstionibus est animaduertendum, quòd cessat primo in beneficiis regularibus, quę regularibus conferri debent, iuxta terminos c. cum de beneficio de præbend. in 6. & decis. Rotæ 22. e odem in nouis. & censuit Sacra Congregatio per hæc verba. *Hoc decretũ de cõcursu non habet locum in beneficijs regularibus, quæ regularibus conferri consueuerunt.* 1

Secundò cessat in Vicariis, de quibus in Clem. vnic. de off. Vicar. & de concursu loquitur constitutio Pij V. 46.

Tertiò cessat, quando Parochialis esset litigiosa, quia tunc si alter collitigantium cedat, vel decedat, siue sit possessor parochialis, siue non cùm ab ordinario alter subrogari nequeat, ne multiplicentur collitigantes, ne collitiganti superuiuenti præiudicium irrogetur, cap. 1. & 2. lite pendente in 6. clem. 1. eod. tit. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 3. numero 97. Propterea solet à Sede Apostolica aliquis gratiosè subrogari absque aliquo concursu, secundum Gonzalez loco citato.

Quarto, vbi cura animarum, quę in Ecclesia collegiata est, exercetur per Canonicos, & Hebdomadarios, arg. text. in cap. statutum de elect. & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij, Paris. lib. 8. quæst. 9. numero 94. Gonzalez gloss. 6. numer. 158. Hugol. de potest. episcop. cap. 50. numer. 2. Quaranta in summ. Bullar. in verbo Parochiarum collatio, Lessius de iust. & iure quæst. 16.

Cessat, quando parochialis esset adeo exigui redditus, vt examinis per concursum operam non ferret, aut nemo esset, qui se dicto examini quęrat subiicere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quę in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixę, aut tumultus possent excitari, nam hoc casu poterit dictum examen omitti, vt disponitur in d. c. 18. Concilij §. si tamen.

SVMMARIVM.

1 *Concursus cessat, quando quis nolit consentire pensioni*

De alio casu, in quo cessat concursus.

DECIS. CCCCXXII.

QVando approbatus per concursum, & electus non vult cõsentire pensioni, quæ à Papa super beneficio de tempore prouisionis reseruatur, tunc ipso sic recusante, Papa solet beneficium alteri conferre: absque concursu, præuio solo examine simplici ad curam animarũ, cum derogatione expressa, vel tacita dicti Concilij, propter decretum irritans, Rota diuersorum decisio. 48. par. 1. vbi dicitur, quod non sufficit, Papam habere notitiam dicti decreti, vt illi derogatum censeatur, neque secundum Mariscot. loco citato obstat, quod approbato per concursum, sit acquisitum ius in rẽ, vigore dicti Concilij, Rota decis. 10. de iurepatron. in antiq. quia respondetur, quòd quando collatio spectat 1

ad

ad solum Papam, tanquam de beneficio reseruato, non dicitur acquisitum ius ad rem considerabile, vt tenuit Rota in vna de Torsen. Parochialis 12. Februarij 1593. † coram Peniæ, & iterum in vna Placentina Parochialis 13. Februarij 1585. † coram Illustrissimo Seraphino.

SVMMARIVM.

1 *Qui non comparet in termino, post terminum non auditur.*

2 *Accusanti statuitur terminus ad procedendum in causa.*

3 *Ordinarius potest aliter ad concursum admitti termino elapso.*

4 *In prouisionibus beneficiorum non circumducitur edictum.*

An Episcopus possit aliquem ad concursum admittere elapso termino.

DECIS. CCCCXXIII.

Videbatur primò, quod non, ex pluribus. Primò, quia qui non comparet in termino, post terminum nō auditur, l.si eo tempore C. de remissione pignor. Capyc. in decis.82. vnde non contradicens in termino literarum edictalium, in materia iurispatronatus amplius non auditur, Old. consil.3. Lambert. lib.2 par.2.q.6. principali q.29. Anton. resolut.20. num.15. volu.1. Costa de remed. subsidiariis c.12.

2 Secundo. quia per tex. in l.si ea C. de his qui accusare non possunt, accusatori statuitur terminus ad procedendum in causa, in qua si non prosequitur, post terminum non auditur, vt voluit etiam Oldr. in con.4.

Cæterum, præfatis non obstantibus, contrarium est tenendum, atque in praxi seruandum, vt scilicet possit Ordinarius aliquem ad concursum admittere, non obstante quòd terminus ab eo præfixus sit elapsus, & aduersarius, qui compa- 3 ruerat, durante termino contradicat, nam ita fuit resolutum per Rotam in vna Calaguritana dimidij beneficij, 22. Aprilis 1602. † coram Ortembergo.

Cuius decisionis ratio est, quia interest Ecclesię, eiusque fauor est, plures oppositiones concurrere, & hanc opinionem tanquam receptiorem, atque de iure veriorem approbarunt Domini, arg. l.si post tres ff. si quis cautionibus, quare si iudici circa iudicia data est potestas parcendi reo contumaci, eum expectando etiam post terminum, actore etiam contradicente, c.consuluit, & ibi Glo. in verb. gratiam de dolo & contumac. Fel. in cap.1. num.1. de officio deleg. quanto magis igitur hoc fieri potest in electionibus, prouisionibus, cęterisque extraiudicialibus.

Secunda ratio, quoniam in prouisionibus beneficiorum edictum 4 non circunducitur, quemadmodum in iudicialibus, iuxta terminos decis. de Franch.400. ita Glos. in c. Ecclesia, il secondo, de elect. Inn. num. 3. Hostiens. num.5. & Butrig. num.27. in c. consuluit de off. deleg. & fuit in Rota resolutum in vna Firmana Parochialis 6. Martij 1592. † coram Illustriss. Pamphilio.

Quemadmodum etiam examen factum ante lapsum termini edicti, nullo postea comparente subsistit, Lambert. de iurepatronat. 2. parte 2. libri q.6. art.25. Gars. de benefic. par. 9. c.2. num.326. atque ita fuit in Rot. resolutum in vna Carthaginens. Parochialis 9. Decembris 1588. † coram Orano.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Facultas faciendi edictum, solum Episcopo competit, & eius Vicario. Limita in casu sequenti.*

Facultas faciendi concursum quibus competat.

DECIS. CCCCXXIV.

APertè patet ex Conc. Trident. cit. c. 18. vers. transacto. ibi, ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario, ex quo sequitur non posse fieri ab inferioribus Episcopo habentibus ius conferendi, ita German. de indultis Cardinalium §. in quibusuis ad finem. Zechus de Parochis c. 28 num. 2. Paris. li. 8. q. 9. nu. 96. referens, hoc sæpe fuisse declaratum per Sacram Congregationẽ, Gars. de beneficiis par. 9. §. 1. in princip. & tenuit Rot. in vna Foro Sempronien. Parochialis 15. Ianuarij, &
† 7. Maij 1593. † coram Illustrissimo Mantica, & iterum in vna Taruisana iurisdictionis 17. Februarij 1595.
† † coram Licta.

Limita non procedere in inferiore exempto, habente proprium districtum, & Episcopalem iurisdictionem, Flores quæst. 24. num. 21. & Gars. loco cit. & declarauit Sacra Congregatio per hæc verba, *Commẽdatarius Abbatiæ habentis iura Episcopalia, potest corã se, vel eius Vicario de Curatis vacantibus concursum facere, si modo habeat ius congregandi Synodum, & eligendi Examinatores.*

SVMMARIVM.

1 *Idoneitas consideratur nondum respectu scientiæ, verùm morum.*

2 *Dignior dicitur etiam ille, qui ad rem, cui præficitur, est aptior.*

Peracto concursu quid faciendum per Episcopum.

DECIS. CCCCXXV.

COncilium cit. loco §. peracto, dicit hæc verba, peracto deinde examine, denuncientur quicunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, & ex his Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit.

Et si idoneitas consideratur nedum respectu scientiæ, verum morum, & ætatis, vnde licet quis esset magis idoneus scientia; non ideo præferendus est aliis, quorum mores sunt magis cogniti, & approbati, vt declarauit Sacra Congregatio per hæc verba, *Præferendus est minus doctus, modo idoneus, quando eius mores sunt noti, & approbati, doctiori, cuius vita ignoratur.* 1

Cuius ratio est, quoniam de iure non solum dicitur dignior, qui doctor est, verumetiam qui iuxta munus, & rem, cui præficiendus est aptior, eius ministerio apparet Couarr. in reg. peccatum par. 2. §. 6. nu. 4. Lambert. de iurepatronat. li. 1. art. 1. Sotus de iustitia & iure li. 3. q. 6. art. 2. concl. 9. Rodriquez in summa par. 1. q. 1006. num. 2. iuxta quam opinionem pluries censuit Rota, & signanter in vna Beneuentan. Parochialis 2
13. Iun. 1590. † coram Orano, & in vna Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. † coram Illustrissimo Arigonio, & tandem in vna nullius concursus 4. Decembris 1600. † coram Ludouisio. †
†

Inter quæ connumerantur primo notitia morum examinati, Verall.

rall. in decisi. 406.

Secundo, qui habitat in loco beneficij, & potest residere, & prouidere necessitatibus Ecclesiæ, Couar. in reg. peccatum parte 2. §. 7. num. 4. Lamber. li. 2. q. 5. art. 17. in fi. Menoch. de arbitrar. li. 2. casu 202. n. 154. Card. Puteus in dec. 395. li. 3. & tenuit Rota in vna Beneuentana Parochialis 13. †. Iunij 1590. † coram Orano.

SVMMARIVM.

1. *Ab electione Episcopi potest appellari.*
2. *Intellige, quando iudicium Episcopi est irrationabile.*

An ab electione Episcopi vnius approbati in concursu possit appellari.

DECIS. CCCCXXVI.

1 LIcet pro iudicio Episcopi regulariter præsumatur ad text. in c. præsentia de renunciatione, & capit. pastoralis de cau. possess. & propriet. & capit. sicut de sentent. & re iud. ita vt is quem elegerit, præsumendum sit fuisse idoneum, præsertim quando vita, mores, & qualitates electi erant ipsi nota, & de illis plenam notitiam habere potuisset Caputaqu. decis. 406. parte 2. Puteus decisi. 395. lib. 3. & Concil. Trident. multum deferat Ordinario, quia ex variis animi sui motibus pensatis, & consideratis omnibus supradictis se informare potuit d. cap. in præsentia, Rota dec. 29. numero 4. de rescriptis in antiqu. Achill. decisione 1. numer. 4. de confess.

Verumtamen hodie per Constitutionem Pij Quinti, quæ est in viridi obseruantia, & Rota illam seruat, à dicto iudicio, seu electione Episcopi admittitur appellatio, & potest appellans præelectum peruocare ad nouum examen, & si ipse in eo magis idoneus repertus fuerit, reuocata electione prima, ipse Parochialem obtinebit, vt fuit per Rotam resolutum in vna Detrusen. Parochialis 18. Decembris 1581. † coram Gipsio. †

2 Quod intellige ac declara, vt procedat, quando electio, seu iudicium Episcopi esset irrationabile, vt patet expressè ex verbis eiusdem Constitutionis Pij Quinti, vbi non conceditur simpliciter appellatio, sed tũc demum si Episcopus dolosè & irrationabiliter iudicet, vt tenuit Rot. in vna Renouaten. Parochialis 2. Decembris 1582. † coram Illustrissimo † Arigonio, de qua irrationabilitate, & dolo Episcopi liquidò, ac euidenter constare debet, cùm in dicta Bulla conditionaliter loquatur, ibi, *Constito de prioribus eligentis irrationabili iudicio*, vt tenuit Rota in vna Ranouaten. & in alia Pamphilonen. Parochialis coram Licta, & fuit iterum per eandem Rotam resolutum in vna Pamphilonen. beneficij 1577. 17. Maij † coram Illustrissimo Blan- † chetto, & iterum in vna Fiscellius Parochialis concursus, 4. die Octobris 1600. † coram Ludouisio. †

Iudicium autem Episcopi fuisse irrationabile ex coniecturis apparere poterit, præsertim primò si elegerit familiarem, siue consanguineum, vt fuit resolutum in vna Ciuitatis Castelli Parochialis coram Orano.

Secũdò, si reiectus erat Doctor, & vnus ex compatronis, vt fuit dictum in vna Aretina Parochialis.

Tertio, si electus fuisset familiaris, & Secretarius Episcopi, & mi-

nus doctus, quàm exclusus, vt fuit dictum in vna Detrusien. Parochialis 18. Decembris 1581. † coram Gipsio, & iterum in vna Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1603. † coram Sacrato.

SVMMARIVM.

1 *Edictum est de substantia concursus.*
2 *Edictum debet remanere affixum ad valuas Ecclesiæ per decem dies.*
3 *Terminus decem dierum potest prorogari.*

De edicto in concursu.

DECIS. CCCCXXVII.

1 EDictum esse de substantia, atq; de forma in concursu Parochialium, apertè patet ex verbis Concilij in loco sæpius citato.

2 Quod adeò verum est, vt secundum Modernos practicos in verbo parochia, debet remanere affixum ad valuas Ecclesiæ per spacium decem dierum, argumento eius, quod Bart. scripsit in constit. ad reprimendum in verb. publicè, Marant. 6. par. memb. 1. num. 96. licet possit differri vltra alios decem dies, vt disposuit Pius V. in Bulla supra citat. Conc. Cusent. prouinc. sess. 3. fol. 75. Mediolan. fol. 9. colu. 1. disposuit, quod decem dies vltra alios decem dies poterunt prorogari, sed non vltra.

Secundo, quia, vt examen factum in concursu iuxta dispositionem Sacri Concil. valeat, debet constare de die propositi edicti, vt resoluit Rota, teste Seraphino in decisione 448. part. 2. cum secundum opinionem quam Rota sæpius amplexa fuit, ista non est forma ad effectum, sed præcisa, vt fuit resolutum in vna Volterana Parochialis, 20. Maij 1591. † coram Gipsio.

Est tamen notandum in praxi, quod Episcopus terminum decem dierum in edicto præfixum prorogare non poterit, nisi ex causa, quæ erit probabilis, vt si qui descripti fuerint, legitimo impedimento detenti fuerint, quo minus præstituto tempore ad concursum accesserint, vt habetur in Archiepiscop. Bononien. 3

Finis tituli Praxis concursus ad Ecclesias Parochiales.

PRA-

Digitized by Google

PRAXIS PENSIONVM.

SVMMARIVM.

1 *Verbum liberi, importat, quod deductis oneribus ordinariis centum ducati remaneant absque diminutione.*

2 *Valor ducati intelligitur in loco consuetudinis.*

Clausula in pensione super Parochiali, dummodo centum liberi remaneant Rectori, quomodo intelligatur.

DECIS. CCCCXXVIII.

ET quia super Parochialibus, iuxta mentem Concil. Trident. pensio imponi nō potest, quando non remanent centum pro Rectore: idcirco dubitatum fuit multoties, quomodo intelligenda sit clausula illa, quæ quotidie opponi solet, & respondi ex decisionibus Rotæ, quod præfata clausula operatur, vt probatio debeat esse cōcludens, ita vt non sufficeret probari per coniecturas, secundum Balb. in decisi. 22. & consequenter per famam Mohed. in decisi. 148. alias 3. de testib. in fin. & fuit resolutum in vna Clusina pensionis, † 9. Decembris 1575. † coram Lancellotto, vt patet in decisi. 258. li. 1. & iterum in vna Oppiden. pensionis, 3. Iunij 1585. † coram Pamphilio, vt †
fuit etiam resolutum in vna Cusentina pensionis 27. Maij 1597. † coram †
Licta, & facit decis. 6. de concess. præben. in antiqu. & iterum in vna Interinen. pensionis 23. Iunij 1602. † coram Cordoua, & si esset apposita in †
concordia, quis teneatur probare, vide Rotam in vna Suanen. Parochialis 27. Nouembr. 1595. † coram Orano. †

Verbum autem liberi, importat quod deductis oneribus ordinariis 100. ducati simplicis pensionis absq; diminutione remaneant Ruynus consil. 219. sub nu. 3. lib. 1. Callad. consil. 47. num. 9. Rota diuers. in decisio. 268. volum. 1. & fuit resolutum in vna Romana pensionis 13. Iunij 1576. † coram Blanchetto. 1 †

Hæc autem clausula intelligitur prout ducati valent in loco beneficij, vt fuisse declaratum per Sacram Illustrissimorum Congregationem, refert Marta de clausul. c. 42. 2

SVMMARIVM.

1 *Clausula habita, vel non habita in pensione quid operetur.*

2 *Clausula habita, vel non habita pensione, non operatur vltra duos, vel tres annos.*

Digitized by Google

3 *Limita vbi adesset legitima causa non adipiscendi possessionem.*

Clausula habita vel non habita possessione, in pensione posita quid operetur.

DECIS. CCCCXXIX.

1 VT pensionum impositio effectum habeat, & ne pensionarij ipsarum commodo in aliqua temporis parte defraudentur, practicatur, vt in Bulla adiiciatur clausula habita, vel non habita possessione, quæ clausula operatur, quod si beneficiatus, cui onus soluendi pensionem pertinet, non assequutus fuerit præfati beneficij possessionem, nihilominus tenetur ad pensionem ipsam.

2 Verumtamen hæc clausula in reseruatione pensionis ex benignitate Rotæ, non operatur vltra duos, vel tres annos, vt fuit decisum, atque practicatum in vna Segobien. pen-
† sionis 4. Maij 1576. † coram de Crassis, faciunt deducta per DD. de Rota in decisione 12. num. 3. de præb. & fuit quoque dictum in vna Placentina
† pensionis 10. Maij 1581. † coram Aldobrandino, quæ videtur registrata in decisione 699. numero 2. part. 1. diuersor. & iterum fuit quoque dictum in vna Terracinen. pensionis
† 29. Aprilis 1596. † coram Seraphino.

3 Declara primo, vbi subesset iusta vel legitima causa non adipiscendi possessionem, alias secus. Rot. diuersor. in decisio. 705. lib. 3. & tenuit iterum Rota in vna Conuenarum de
† Curdellas 13. Iunij 1565. † coram Oradino, & ratio est, quia pensio debetur ex fructibus beneficij, & ideo iniquissimum est, vt quis teneatur soluere perpetuò pensionem, ex beneficio, quòd adipisci non potuit.

Secunda ratio est, secundum Seraphin. in decis. 66. volu. 1. quoniam præfata clausula fuit inuenta solum, vt obuiam iretur malitiæ eorum, qui different capere possessionem animo eludendi pensionarium, sed vbi cessat fraus, & constat per titularem non stetisse, tunc non debet operari contra mentem proferentis, & contra iuris dispositionem.

Nec quicquam facit iuramentum, quia regulatur secundum naturam principalis obligationis, l. fi. Cod. de non num. pec. c. quemadmodum, & capit. peruenit de iureiurando Paris. consil. 92. num. 41. vol. 4. cum infinitis aliis.

Vnde quando lis non est calumniosa, & titularis bona fide succumbit ad nihilum tenetur, secus quando non fuit processum in lite bona fide, & titularis malitiosè succumbit, tunc enim cessat benignitas Rotæ, & clausula extenditur vltra, vt fuit in Rota resolutum in vna Tarraconen. pensionis 29. die Aprilis 1596. † coram Seraphino. & alibi sæpe. †

SVMMARIVM.

1 *Aetas septem annorum requiritur ad pensionem.*

Qua ætate quis sit capax pensionis.

DECIS. CCCCXXX.

FVit mihi quæsitum, qua ætate quis esset capax pensionis, & prima facie videbatur dicendum esse necessariam ætatem, quæ requiritur in beneficiis, scilicet 14. ann. vt in Conc. Triden. disponitur.

Gæ-

1 Cæterum hoc non obstante, contrarium consului, videlicet sufficere ætatem septem ann. pro cuius opinionis corroboratione expenditur Gigans in tract. de pensionib. qu.13. Lanfranch. in dec. 21. Merend. cons. 29. qui voluerunt, quod quando reseruatur clerico, sufficit ad pensionem consequendam illa ætas, quæ exigitur ad suscipiendum minores Ordines, quæ est annorum septem cap. nullus, à contrario sensu ponderatur, & ibi glos. de temporibus ordinationum in 6. Card. in clem. vlt. col. antepen. de ætate & qualitate, vbi dicit, quod ad primam tonsuram sufficiunt anni septem, & ab inde supra conferri possunt alij minores Ordines. Vnde olim minori infanti beneficium conferri non poterat, c. cum ex eo de rescript. Ratio erat ob incapacitatem recipiendi Ordines, Glos. & communiter DD. in c. si annura de iud.

Est tamen verum, quod in supplicatione debet fieri mentio de ætate infantis: vnde pensio reseruata clerico infanti sine dispensatione, est nulla, propter verba assertiua in gratia, ibi, *vita ac morum honestas, aliaque laudabilia*, &c. nam cum hæc non cadant in infanté, propterea si non fieret mentio de ætate, reseruatio pensionis erit subreptitia, vt fuisse in Rota resolutum, testatur Caputaq. decis. 318. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Enumerantur rationes, cur solutio pensionis retardari non debet.*

2 *Lite pendente super reductione pensio soluenda est.*

Clausula sine retardatione solutionis pensionis, quid operetur.

DECIS. CCCCXXXI.

PRaxis signaturæ est, quòd in causa pensionum ecclesiasticarum, vbi titularis agere vult contra pensionarium super inualiditate, siue excessiuitate pensionis solet rescribi per eandem signaturam cum clausula sine retardatione solutionis pensionis, quæ clausula duplici ratione ponitur.

Prima, propter honorem Papæ, 1
ne scilicet eius litteræ, in quibus pensio mandatur solui careant obedientia, secundum Staphil. de literis iustitiæ §. in primis nu. 64. Gigant. in q. 35. in fi. & in q. 62. nume. 12. de pensionibus. Hendriq. consil. 63. num. 4. cum seq. & ita tenuit Rota in vna Cusentina pensionis 6. Nouembris †
1596. † coram Corduba.

Secunda est ratio, vt obuietur malitiis, atque fraudibus soluere recusantium, nam de facili possent ferè omnes pensionarij, ad euitandam solutionem pensionis, litem mouere beneficiatis, ita Vestrius in praxi li. 3. cap. vltim. num. 1. Monald. cons. 122. vol. 1. Mariscott. li. 1. var. resol. cap. 21. & fuit resolutum in Rota in vna Romana pensionis, 18. Iunij
1597. † coram Illustrissimo Pamphilio. †

Ex quibus rationibus deducitur, 2
titularem teneri ad solutionem pensionis, etiam lite pendente super reductione pensionis, quia pluries censuit Rota, quod adeo verum est, vt procedat etiam pensionario non existente in quasi possessione exigente, quia hoc casu possessio non est necessaria, & consequenter procedendum est ad præstationem pensionis, & hoc ob reuerentiam literarum Apostolicarum, vt pluries cẽsuit Rota, & signanter in vna Ro-

mana pensionis 28. Martij 1576.
† † coram Blanchetto, vbi fuit dictum, quod quamuis pensionarius non potuisset ostendere aliquem partitam receptionis pensionis, non propterea veniret excludendus, quin pendente lite, non esset manutenendus in possessione exigendi, vt fuit quoque resolutum in vna Tarraconen pensionis 29. Aprilis 1596.
† † coram Seraphino, & iterum in vna Lauden pensionis 29. Aprilis 1599. † coram Penia.

Quæ suprapposita conclusio procederet etiam in translatione pensionis, quam vigore facultatis literarum transferre poterat, & titularij contradicerent, vt fuit dictum in vna Bononien. pensionis, 17. Maij
† 1593. † coram Mellino.

SVMMARIVM.

1 *Corroboratur nonnullis mediis conclusio præsens.*

An reseruatio pensionis facta super beneficio nulliter collato, censeatur quoque nulla reseruatio.

DECIS. CCCCXXXII.

1 RESpondeo negatiuè, quemadmodum dicimus de gratia coadiutoriæ, nam si quis fuerit de ea prouisus cum futura successione, quamuis coadiutus moriatur antequam coadiutoria habeat effectum, tamen altera gratia futuræ successionis remanet ad fauorem coadiutoris. Put. decis. 98. lib. 2. Gonzal. de alternatiu. gloss. 5. §. 9. nume. 56. vbi multis similibus comprobat, & numer. 60. de beneficio collato per Papam alicui, cum reseruatione pensionis annuæ pro alio, si gratia est nulla, quoad prouisum de beneficio non idem erit in pensione, quæ debebitur, si postea denuo impetretur per alterum nulla reseruata pensione in nulla gratia collationis, cum in eadem gratia possint esse plures, & vna possit esse valida, & alia nulla. Fel. in cap. sedes nu. 2. de rescriptis.

Idem est, si in vna & eadem supplicatione impetretur parochialis, & beneficium simplex, si enim gratia quoad parochialem non habet effectum, non per hoc præiudicabit alteri gratiæ de simplici beneficio, quæ erit valida. Mandos. reg. 20. q. 9. num. 5. versic. pro parte negatiua col. 2.

Etenim exclusio vnius partis, non facit exclusionem alterius in separabilibus, & diuiduis, l. 1. §. Trebatius de aqua quotid. & æstiua, l. fi. C. fam. ercifcund. Bart. in l. Græcè §. illud num. 3. de fideiussor. & quia sunt plures gratiæ, quamuis sub vnico contextu: vnde si non habet locum vna, non inferri debet ad aliam, vel quatenus sit vna gratia, continet plura & diuersa, in quibus potest diuersus effectus considerari, l. scire oportet de verb. oblig.

Et faciunt, quæ dicuntur de pluribus narratis in commissione, ad cuius validitatem sufficit vnum verificari, quamuis aliud non sit verum. Feli. in cap. ex parte, il primo, in verb. copula de rescript. Bellamer. decis. 280. licet nume. 1. exemplo narrantis plura in libello, qui non tenetur omnia notificare. Lap. alleg. 55. quidam coram numer. 5. in fi. vers. item non expedit, prout etiam dicimus de rescripto auocatorio, in quo narratur paupertas, & res iudicata, nam valebit, si iustificetur sola paupertas, quamuis non sit verum.

rum

rum adesse rem iudicatam, prout cõcludit in specie Mandos. commis. 7. in fin. quæstio. 6. vbi, quod ita fuit in Rot. resolutum in Causa Colonien. matrimonij, licet ibi hoc fuerit conclusum, quia ex sola illa causa paupertatis Papa remisisset causam ad partes, cum semper considerandum sit super quibus se fundet Princeps, vel præsumatur se fundasse, quando plures causæ narrantur in rescripto, quarum aliquæ sunt veræ, aliquæ subreptitię, Lap. allegat. 24. incip. Limitat. ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Distributiones accrescunt interessentibus diuinis.*

2 *Nemo tenetur ad debita alterius.*

An contra Capitulum possit agi pro pensione, ad quam tenebatur Canonicus.

DECIS. CCCCXXXIII.

SVpponatur in facto, pro huius quæstionis dilucidatione, quod pensio esset reseruata super fructibus, & distributionibus alicuius canonicatus, & propter absentiam canonici Capitulum iure accrescendi recipiat fructus, vel distributiones quotidianas: quare fuit dubitatum, & à me quęsitum an Capitulum teneatur dictam pensionem soluere, & consequenter possit agi contra eum aliqua actione, & dubitationem mihi non mediocrem faciebant pro opinione negatiua.

1 Primo, quod tempore absentiæ omnes fructus, seu distributiones accrescunt interessentibus diuinis, ca. vn. de liber. non rescind. Vnde Seraphin. in decision. 1239. tenuit non dari casum, in quo distributiones quotidianæ dantur absentibus, & mandatum de manutenendo in perceptione distributionum quotidianarum non est concedendum, neque in hoc iuuat consuetudo, vt fuit per Rotam resolutum in vna Baren. emolumentorum 19. Iunij 1595. * coram Illustrissim. Seraphino. *

Secũdo, quia per text. in c. 1. de deposito, & per text. in c. 1. de solut. apparet, neminem obligari ad soluendum alterius debita, vnde cum pensio hæc sit debita à canonico, igitur non poterit exigi à Capitulo. 2

Cæterum præfatis minimè non obstantibus, contrarium est in praxi tenendum, scilicet, Capitulum teneri dictam pensionem soluere, quod adeò verum est, vt procedat etiam si pensionarius à Capitulo nunquam pensionem exegerit, vt pluries censuit Rota Romana, & signanter in vna Roman. pensionis 4. Iunij 1593. † coram Litra, & iterum in vna Burgen. pensionis 29. Octobr. 1591. * coram, Illustrissimo Pamphilio, quibus accedat Crescentius dec. 3. de solut. vbi habetur, quod non valet contraria consuetudo de facto, cùm sit potius quædam vis: etsi Guttierez libro 1. can. quæstio. in contrariam partem inclinet, prout facit etiam Nauarr. consil. 1. de solut. contrarium tenet, licet postea in consilio 3. ab opinione, quam prius tenuerat, recesserit, & sententiæ totali adhæserit. Cuius conclusionis ratio est, quia pensio hæc non debetur pensionario propter seruitium canonici possessoris, sed ex mera gratia Papæ, & ob id ad illam percipiendã actio realis, & personalis datur. Guid. Papa decis. 576. Gigans de pension. q. 55. Verall. dec. 13. part. 1. & in decis. 302. part. 2. idem Gigans qu. 39. & 43. vnde secundum Crescen. dec. 3. de solution. hęc actio

datur contra quemcúque successorem, qui acceptando beneficium onere pensionis grauatum se obligare censetur. Ex quibus omnibus libere fatendum est, personam Canonici, illiusque seruitium nullius esse considerationis, proinde nec mors, nec absentia illius potest esse damnosa pensionario argumento tex. in c.non debet de regul.iur.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Pensio an debeatur, fructibus non perceptis.*

Fructibus non perceptis an teneatur quis ad solutionem pensionis.

DECIS. CCCCXXXIV.

DVbium mihi faciebat pro opinione negatiua, regula illa iuris, quæ desumitur ex text.in l. cum qui ff.de auro, & arg.legat. vbi cum quid est, propter tale, cõsideratur illud, propter quod est. Quare cùm causa finalis impositionis pensionis sint fructus beneficij, vt patet, quoniam si beneficium esset modici, vel nullius redditus vtique pẽsio imponi non posset, non entis enim nullę sunt partes, l.non omnes ff.si cer.petat. Igitur fructibus non perceptis, non debetur pensio.

Cæterum hoc non obstante, con-
1 trarium est in praxi tenendum, & ita consului, vt scilicet, quando pensio fuit assignata super fructibus beneficij, & fructus non potuerunt percipi ob sterilitatem, vel propter bella aut alium casum fortuitum, & tunc beneficiatus non tenetur ad illius solutionem, quamuis reseruatio sit facta cum clausula, vt non possit peti remissio, etiam ob casus fortuitos, Castren. in consi. 358. numero 3. libr.5. Bellench. de charit.subsidiar. quęst.34. numer. 2. Felin.in c.ad audientiam num.7.vers. extat conclusio de rescrip. Caccialup.de pension. q.16.in princ. Gig.eod tract. quę. 62. col. 2.& tenuit Rot. coram Caputaquen.in vna Adiacen. pensionis 3. Nouembris 1557. vbi fuit hoc ampliatum etiam quando abest clausula, quod teneatur ad casus inexcogitatos, quia cum pensio assignetur super fructibus gratia taxationis non est verisimile, quod Papa voluerit beneficiatum teneri de proprio, si fructus non percipiat. Et idem si dicas, si adesset clausula de non petendo remissionem ex quauis causa, & occasione, etiam ob casus insolitos, quia non intelligitur de casibus insolitis, qui verisimiliter præuideri non possunt, de quibus Papa non censetur intellexisse, nec illis intelligitur renunciatum, Bar. in l.sed & si quis §.quæsitum numer. 3.in fin. ff.si quis caution. Bald.in consil.119.libr. 1.& consil.145.sub num.1.lib.3. Alex, consil.28.num.10. lib. 1. & consi.107. num.16.lib.3. Corn.consil.23.sub numero 12.lib.2. Ripa in tract.de priuileg.cau.pest.numer.97.& 99. Purpurat consil.465.numero 17. & 18. Grat. consil.94.num.42.lib.2. Natta consi. 256.num.5. Aym. consi.95.num.2. Tiraquell.de leg.connub.consil.7.numero 108. Roland. consilio 45. numero 16. cum sequent libro 3. Gail. practic.obseruat.libro 1.obseruat.23. num.20. Alciat.responso 49. tom. 3. lib.8.

SVMMARIVM.

1 *Successor beneficij non tenetur ad pensiones præteritas, nisi factis diligentiis.*

Suc-

Digitized by Google

Successor in beneficio an teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessoris.

DECIS. CCCCXXXV.

1 IN hac quęstione breuiter respondēdo, dico non teneri, nisi præcesserint diligentiæ contra prædecessorem, ita passim obseruat Rota & fuit tentum in vna Cæsaraugustana pensionis 13. Aprilis 1592. † coram Cardinale Pamphilio, in qua fuit dictū, quod non factis dictis diligentiis Rota nunquam voluit condemnare successorem per decis. Cassad. 3. numer. 2. & decis. 4. numero 3. de locat. Crescent. decis. 58. in fin. lib. 2. Achill. decisio. 3. de pensio. Put. decision. vlt. in fin. de offic. Ordin. & decisio. 189. num. 3. in epitome de col. pension. §. 21. & tanto magis, quando pensionarius est hæres beneficiati, contra quem successor potest recurrere, ad notata per Puteum dicta decis. 189. num. 4. & quod pensionarius non sit reintrudendus ad totam summam debitam, nisi factis diligentiis contra prædecessorem, fuit quoque resolutum coram Cardinale Blanchetto in vna Hispalen. pensionis 16. Decemb. 1577. & rursus in alia Hispalen. sub die 5. Maij 1582.

SVMMARIVM.

1 *Pensio debet excedere tertiam partem fructuum.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur.*
3 *Amplia hic quod de pēsione diximus procedere etiam in translatione.*

Pensio in beneficiis simplicibus non debet excedere tertiam partem fructuum.

DECIS. CCCCXXXVI.

RAtio est, quia pręsumpta voluntas Papæ videtur esse regulariter, quòd pensio nō excedat tertiam partem fructuum, vt testatur Gigans in tract. de pensionibus, quæstione 9. numero 6. & 7. Staphil. de literis iustitiæ §. in primis numero 9. Thessau. fori Eccles. capit. 22. numero 31. Cassad. in decisione 2. numero 3. & sequent. locati. Quorum opinio nititur æquitate, & ratione, secundum Rubric. in decisione 29. Imo iuxta stylum Curiæ Romanæ à multis seculis seruatum, medietatem fructuum excedere non debere, testatur Rot. decisione 1160. numero 1. & sequent. part. 3. diuersor.

Bene tamen verum est, quòd pensionis reseruatio excedentis tertiam partem fructuum, non vitiatur in totum, sed quoad excessum tantum, & proinde pensio reduci debet ad ipsam medietatem, vel tertiam partem fructuum, ita Cassad. in decisio. 4. numero 4. & 6. versicul. & esto sine præiudicio de pensionibus, Crescent. in decisione 234. in manuscriptis libro 1. & pluries censuit Rota, & signanter in vna Vicentina pensionis 28. Iulij 1591. † coram Mantica. 1

Cuius dec. vera est ratio, quoniam in præsenti casu dicta summa est diuidua, quo casu vtile per inutile non vitiatur, ca. vtile de reg. iuris l. sancimus C. de donation. l. 1. §. similiter ff. de verborum oblig. Bartol. in l. grege §. 1. ff. de fideiussoribus Castren. consil. 89. num. 1. vol. 2. Roman. consil. 66. num. 1. 2

3 Ampliatur procedere etiam in translatione pensionis, nam translatio sicut ipsa reseruatio est diuidua, & ideo si Papa trásferat pensionem quoad dimidiam partem fructuum vsque ad eam partem, quæ non excedit, tráslatio substinetur, vt fuit in Rota resolutum in vna Lucana p ensionis 17. Februarij 1592. * coram Orano. *
In iis enim casibus gratia non fundatur super assertione partis, vt tenuit Rota in vna Romana grani de Iustinis 4. Nouembris 1573. † coram Robusterio. †

Finis tituli Praxis Pensionum.

PRAXIS.
TESTIVM.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Professio non potest probari per testes.*
3 *Contrarium deciditur ex tribus mediis, de quibus num. 4.5.& 6.*
7 *Plus creditur voci viua, quã mortua.*
8 *Respondetur contrarys.*
9 *Magis praualet probatio facta per viuam vocem testium, quam per scripturam.*

Professio an possit probari per testes.

DECIS. CCCCXXXVII.

1 CVM in Curia Archiepisc. Neap. detineretur quidã Heremita, vulgo dicto *di S. Gio. Battista*, qui cum prætéderet exemptum à iurisdictione Ordinaria, & petiisset remissioné ad Magnum Magistrum, vigore priuilegiorum dicti Ordinis Heremitis concessorum, fuit oppositum obstare Bullam Pij IV. volentis non aliter esse remittendum, nisi fecerit professionem in dicta Religione. Quare fuit dubitatum an dicta professio posset probari per testes, & dubium 2
faciebat pro opinione negatiuâ, de iure requiri scripturam ad eam probandam, cum sit vnus de casibus enumeratis per Gl. in c. 1. vers. in sexto casu de celib. in 6. quæ mouetur per tex. in c. omnes fœminæ 27. q. 1. vbi etiam Gloss. in verb. postquam, dicit, quod scriptura facit votum solenne: hanc etiam opinionem tenet Ioann. Monach. in dict. casu, Lescut. in tract. de testib. f. 237. vers. sunt enim, & versic. 7. in profitente.

Cæterum hoc non obstante, contrarium est dicendum, posse scil. probari professioné in Religione per testes, quæ opinio probatur ex pluri b. 3

Primo, quia per tex. in ca. nuper de testib. disponitur, Monachos testes deponentes de professione nón iuratos, non facere fidem, quasi quod ex contrario sensu iurati faciant fidem. 4

Tum secundo, quia ex dictis per Gloss. in verb. Ordinis sui, apparet, quod dictum Monachorum cum iura- 5

iuramento est validum ad probandam professionem.

6 Tum tertio, quia de iure in probationibus eandem vim obtinent instrumenta, & testium depositiones, l. in exercendis C. de fide instru. c. in exercendis eod. tit. imo probatio per testes est magis probata, quia per viuam vocem, quàm per instrumenta, quæ probāt per vocem mortuam, vt dicit Cyn. in rubr. C. de testib. Gl. in rubrica ff. de fide instrum. 7 in princ. & plus creditur voci viuæ, quàm mortuæ, secundum Alex. cōs. 3. num. 5. vol. 2. Iser. in const. dignum. Bald. in rub. C. de probat. numero 5. Glos. in capit. tertio loco, eod. tit. de Franc. dec. 278. in princ.

8 Non obstant contraria, præcipuè c. omnes fœminæ, qui Io. de Turrecrema. ibidem dicit scripturam in professione adhiberi, non quod sit de substātia voti, vel habitus, sed ad probationem facti, si reuocetur in dubium, & sic illum text. intelligit, præterea dicebatur illum text. loqui in professione facienda per mulieres, non autem per masculos, & propterea non esse ad masculos extendendum, quia postquam probatio per testes, & per scripturam à pari 9 procedit, imo fortior est probatio, quæ fit per viuam vocem testium, quam per scripturam.

SVMMARIVM.

1 *Nemo potest esse testis in causa propria.*
2 *Decisio quæstionis.*
3 *Testes renunciantes eorum commodo possunt admitti ad testificandum in causa propria.*

Testes renunciantes eorum commodo an probent in causa propria.

DECIS. CCCCXXXVIII.

PRo absoluto habetur in omnibus Tribunalibus, testes eorum commodo renunciantes, admittendos esse ad deponendum in causa pro- 1 pria etsi regula sit, neminem admittendum in testem in proprio facto l. omnibus C. de testib. l. nulli ff. eod. Bart. in l. deferre §. item decreuerunt ff. de iure fisci, Panor. in c. insuper de testib. cum aliis notatis per Antonium Butr. Imol. & Felin. in cap. cum nobis col. penul eodem. Afflictus in constit. mores dissolutè viuentium numer. 12. Alex. cons. 105. volu. 1. Corneus cons. 145. volu. 4. Riminal. iun. cons. 373. vol. 4. Bedo cons. 164. vol. 3. Sperer. cons. 294. vol. 1.

Iuxta quorum opinionem fuit decisum in Rota Bononien. testatur 2 Benintend. decis. 51. Vnde Rot. in vna Romana societatis vltimo Ianuarij 1594. * coram Blanchetto tenuit, * quod testes de facto proprio deponentes, si nullo interesse in negotio, super quod deponitur, habent, admittuntur, ex quibus euidenter patet in depositionibus testium, in primis considerationem habendam, an aliquod interesse habeant in causa, secundum quod scribit Collector decisionum Rotæ decis. 354. vnde testis deponens in facto proprio, in negotio, in quo nullum interesse habet, plusquam semiplenè probat, secundum Innocent. in cap. inquisitioni de accusat. Aymon cons. 28. num. 7. cum aliis per Menoch. de arbitr. casu 99. num. 11. quare in Curia Archiep. Neap. minimè creditur testibus deponentibus contra Parochos de iniusta acceptione pecuniæ pro collatione Sacramentorum, si deponant quod ipsi soluerint, quia esset testificare ad proprium commo-

Non

Digitized by Google

dum secundum Neuizan.consil. 97. num.12.Corn.consl.145.vol.4. num.1. post Bald.cons.27.volu.1.& Crauett. cons.95.num.2.

5 Verùm praxis est in dicta Curia, quòd testibus renũciantibus eorum commodo fides præstanda est: quæ praxis originem traxit ex doctrina Bald.in l.dictantibus C.de testamen. quod sequuti sunt Felin. in c. personas in fin. de testib. Simon de Pratis cons.102.num.16. volu. & item alias iudicasse Regiam Audientiam Barẽsis anno 159. testatur Viuius decisi. 179. & ratio est, quia testis interessatus,in totum reiicitur,vt fuit in Rot. resolutum in vna Romana frumenti 20.Februarij 1587.† coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius dec. 768. & secundum eundem in decisi. 889. testis,in quo nullum consideratur interesse,probat quasi plenè.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui extra articulum deponit, non probat. limita in duob. casibus, de quibus nu.2.& 3.*

4 *Redditur ratio secundæ limitationis.*

Testis deponens vltra articulum an probet.

DECIS. CCCCXXXIX.

FVit absque difficultate dictum in Curia Archiepisc. præfatum testẽ 1 nullam probationem inducere, ex indubitata iuris maxima, quòd quãdo testis deponit aliquid extra articulum, tunc id, quod est extra articulum, nihil valet, ita voluit Speculat.in titul.de testib.par.1.§. sequitur numer.3.pract.Papi. in forma iuram. testium in vers.super tota, Alber.in l. si duo §.idem Iulianus numero 9. ff. de iureiur. & ibi Bart.numer.8.Aret. num.7.Castren.numero 14.Alexand. similiter num. 14. Iason numero 26. Salic.in l.momentaneæ in fine C.qui legit. pers. hab. & in Auth.sed iudex C.de Epis.& cler.&inter Canonistas Innocen.in c.per tuas numer. 3.extra de testibus vbi Io.Andr. numero 9. Card. Zabarell. in fin. Ant. de Butr. numero 7.& latè Felin. in cap.de testibus extra de testibus, qui optimè probat hanc conclusionem,Marant. in consil.140. numer. 20. & hoc adeò verum est,vt procedat nedum respectu eius, contra quem producitur, sed etiam respectu ipsius producentis,vt nihil probet contra producentem, quod nedum colligo ex dictis supradictorum Doctorum,dum dicunt simpliciter, quòd talis depositio extra articulum nihil valet,& sic nec pro, nec contra, sed hoc in specie voluit Albert.in Auth. sed iudex nu.3. vers. & ideo dicitur C. de Episcop.& cler.Cioff. Florent. in consil. 96.numero 52.vers. hæc iuuatur libr. 1. vbi ad id citat plura consilia Bertrand.Marant. in d. cons.140. nu.22. vers.nec obstat.

Limita,si testis iurasset dicere veritatem super articulis & tota causa, 2 quia tunc etiam deponendo extra articulum probat Bart.in l.si duo patroni §.idem Iulianus num.8. versic. aut iurauit dicere veritatem super tota causa, & ibi Fulgos. numero 6. in fine,vers.si autem iurauerint, Castrens.num.14. vers. aut super articulis,& tota causa, Alexand.num.14.ff. de iureiuran. Aret.in l.momentaneæ versic. si verò iurauerit, & ibi etiam Cyn.numero 8. in fin. Cagnol. in l.1. num.76.ff.si cert.petat. Ant. de Butr. in cap.de testibus num.5.versic.secus si super toto negotio, & ibi etiam Imol.num.6.eodem vers.si iurasset, & post nu. 6. eod. vers. secus si iurasset, Spec.in ti.de testib.§.1.n.65.in fi.vers.

con-

consulo autem Mascard.de probat. lib.3.conclus.1365.num.7.

3 Limita secundo, quando id super quo deponitur, esset de cõnexis, dependentibus, & accessoriis ad articulum. tunc enim, quia iurans dicere veritatem super articulis, censetur etiam iurasse illam dicere super accessoriis, hoc ideo talē testem probare scripserunt Bal.in l.si duo patroni §. idem Iulianus col.1. vers.non tamen dicitur, vbi exemplificat in teste deponente de loco, & tempore, Iason. post nu.30.ff.de iureiur. idem Ias. in l.1.num.44.in fi.vers. simil. dicit Bal. Castren.in l.2.nu.2.& ibi etiam Alexan.n.2.ff.de iuris.omn. iud.vbi ipse Alex.declarat, quæ in proposito dicantur connexa, dependentia, & accessoria. Mascard.de probation. li.3.
4 conclu.1365.n.4. Cuius ratio est, quia testis non dicitur deponere extra articulum, si deponit super dependentibus, & connexis, vel super concomitantiis, vt voluit Bal.in cit.§.idem Iulianus num.3. Vnde Hippol. in l. §. Diuus Adrianus num.3.in fin.ff.de quæstio.reprobando distinctionem Bartol.in d.§.idem Iulianus, voluit, quod etiam si testis non iurauit dicere veritatē super tota causa, sed deponit facientia ad causam, valeat, etiam si sint extra articulum, nam negari non potest quin sint connexa, & quod testis, qui nō iurauit super tota causa, sed super articulis tantum, possit interrogari de appenditiis, & cõnexis voluit Alber.in d.§. idē Iulianus in fi.faciũt tradita per Cagno. post alios in l.1.n.75.ff.si cert.pet.

SVMMARIVM.

1 *Omissio interrogatoriorum vitiat examen.*

2 *Contrarium esse seruandum in praxi probatur ex pluribus.*

Omissio interrogatoriorum an vitiet examen testium.

DECIS. CCCCXL.

Videbatur, quod sic, prima facie, per tex.in c.fi.de iureiu.li.6.vbi videtur probari interrogatoria esse de substantia examinis, igitur ipsorum omissio vitiat processum. 1

Cęterum, contrarium est in praxi seruandum, nam si pars produceret interrogatoria, & iudex omittit interrogare testes super illa, per hoc non inualidatur examen, sed remanet facultas parti, vt postulet repeti testes ad interrogatoria, vt refert fuisse decisum Misingerius centuria 1. obseruat. 32. Gail.libro 1. obseruat. 95.post Innocent. in cap.cum causa, il primo, & ibidem Felin.de testibus Alex.cons.41.vol.4. & in con.74.volum.2.Dec.con.122.vol.1.vbi allegat iura, & DD.quæ hic breuitatis gratia pretermitto. Cui addo Mising.cons. 5.li.1.vbi in decis.32.refert, hanc opinionem per totam Germaniam in praxi seruari, & fide permittitur etiam post publicationem examinis, nam datur facultas pacti, qui interrogatoria omisit, iterum interrogaret, cap.per suas de testib. 2

SVMMARIVM.

1 *Repetitio testium in longinquis partibus existentium, fieri debet expensis petentis, quod probatur alio medio, num.2.*

3 *Remissio inquisiti fieri debet expensis petentis.*

4 *Supradicta procedunt etiam in criminalibus.*

5 *Testibus laboratoribus, & artistis nō solum debetur sumptus, sed etiam salarium erogari.*

Digitized by Google

Testium ad instantiam fisci receptorum repetitio, cuius sumptibus fieri debeat.

DECIS. CCCCXLI.

1 CVm petebatur ex parte rei inquisiti, testes repetendos esse, hic Neapoli coram Reuerendiss. Vicario fuit dubitatum cuius sumptibus hoc fieri deberet, & dicebatur, quod Ann. in sing. 519. quem refert Tapp. in const. Regni in pecuniariis, dicit, quòd quando testes sunt examinandi per commissarium causæ expensis petentis, examen fieri debet: vnde Vrsill. decis. 376. sub nume. 4. refert fuisse decisum in Regia Camera, quod testes absentes, qui debent coram iudice personaliter se præsentare, debent eorum expensis se venire ad repetendum.

2 Insuper pro hac eadem opinione allegabatur tex. in l. fin. C. de erogator. milit. annonę, lib. 10. in quo dicitur, quòd si ciuitas petat à principe militum custodiam, qui alibi à longe reperiuntur, & petatur annonam teneri, & loquitur in criminalibus ciuitatem milites petentem, & illius tex. auctoritate dixit Bal. in ca. fin. §. si iudex sub nu. 1. de pace tuen. & eius violator. quod remissio inquisiti ab vno iudice ad alium, sit sumptibus petentis, vt si petat eam in-
3 quisitus, faciat suis sũptibus: sin autem iudex faciat de publico, sequitur Afflict. in constitut. Capitaneorum num. 6. Hinc pars petens principalis litigantis examen, & depositionem, si is absens sit à loco, suis expensis illam procurabit, Carau. in ritu Magnæ Curię 235. nu. 13. cum pluribus seqq. qui licet videatur loqui
4 in ciuilibus, idem tamen est in criminalibus causis. cum militent eædem rationes, & præsertim, ne cui officium suum sit damnosum, & aliquas ponderant DD. ad hunc propositum punctum, & notorium est etiam in criminalibus hoc idem seruari per tex. in cap. si testes §. liberi, versic. venturi 4. q. 3. ibi, venturi autem ad iudicium per accusatorem, vel ab his, per quos fuerant postulati, sumptus competentes ministrentur, qui sumptus est ex l. quoniam lib. C. de testib. quæ idem disponit, cuius tex. auctoritate dicit Io. Faber in l. 1. nu. 2. C. de suffrag. quod clientulus debet sumptus facere aduocato exeunti domum, & quod plus est si sunt laboratores testes, vel artistæ, qui aliquid aliud lucrarentur, non solum debent eis sumptus, sed etiam salarium erogari, Guid. Pap. in decis. Gratianop. 68. & Franc. Marc. in decis. Delphin. 178. nu. 3. par. 1. text. in cap. mulieres de iudic. in 6. ibi expensis partis producẽtis, quod multis comprobat Luc. de Penn. in l. 2. col. 1. & 2. C. de prox. sacror. scrin. lib. 10. quod voluit etiam ante eum Accurs. in l. si quando in princ. C. de testib. & est de mente Franc. Marci in dec. Delphin 138. par. . Capyc. decis. 90. in fi. Cacheran. in dec. Pedemont: 45. per tot.

SVMMARIVM.

1 *Testis regulariter torqueri non potest. limita num. 2. 3. & 4.*
5 *Testis etiam in causa ciuili non potest torqueri, si tamen concurrant illa, de quibus in limitationibus.*

Quando testis torqueri possit.

DECIS. CCCCXLII.

TEstis regulariter torqueri non debet, prout seruatur in praxi in 1

in omnibus tribunalibus, præsertim in Curia Archiep. Neap. quod intellige, quando veritas aliter haberi possit, secundum Hartam. libr. 2. pract. quæst. tit. 15. obseruat. 12. Bertazol. in con. 153. num. 5. Hinc est, quod de tortura testium non habetur tanta ratio, prout in illa, quæ exigitur in reo, vnde non exiguntur indicia quæ requiruntur in reo, nec habetur disputatio cum aduocatis, sed totum iudicis arbitrio committitur, secundum Bart. & Marſ. in l. vnius §. testes ff. de quæstionib. Brunus in tract. de indiciis char. 7. in princ. Baiard. q. 25. num. 6. in fi.

2 Quare supradictis præsuppositis fuit dubitatum in Curia Archiep. Neapol. an testis, qui fuerat conuictus, quod interfuit, ac præsens fueri actuit, possit torqueri ex sola assistentia, dicebant aliqui quod non quia testis vilis regulariter non torquetur, nisi tribus concurrentibus, scilicet, quod vacillet, quod conuincatur de mendacio, & quod spontè accedat ad petendum testimonium, Bar. in l. ex libero in fine princ. ff. de quæstion. Parif. in conſ. 151. nu. 17. vol. 4. Ruyn. conſ. 147. nu. 5. vol. 5. Tobias Nonius conſ. 99. volu. 3. in fine Cœpolla conſ. 6c. nu. 7. quod locum habere etiam in causa ciuili, testatur Couarr. pract. quæst. c. 18. sub num. 51 Item dicebatur, quod quando testis
3 scit aliquid factum, & non vult reuelare, poterit absque indiciis torqueri Gram. conſ. 40. numer. 21. & idem Gramm. in voto 30. nu. 20. vbi dicit, quod iudex potest torquere testes absque aliquibus indiciis, dũ suspicatur, quod sciat veritatem, & nolit reuelare, vt noluit etiam Cœpolla in conſ. 60. numer. 17. & alibi dixit Decian. conſ. 189. numer. 19. quem referunt & sequuntur Gomez de delictis cap. 13. numer. 35. & Burſ. in conſ. 216. dum 113. & 116. volum. 2. quod testis nõ debet torqueri, nisi fuerit inditiatus de veritate occultanda, & aliter tortus, & confessus, non probat nec ei creditur, vnde Marſil. ff. de quæst. scriptum reliquit, quod testis regulariter non torquetur, nisi vacillet, vel conuincatur quod interfuit facto seu delicto, & ipse est pertinax, quod non interfuit, sequitur Carrer. in sua pract. verb. obseruare curabit nu. 180. Boſſ. in tit. de tortura testium num. 8. 10. & 13. vbi de communi omnium.

Vrgebat quoque pro hac eadem 4
opinione communissima illa opinio, quod testes cogendi sunt ad deponendum quid sciunt de negotio, etiam per viam torturæ, vbi verisimiliter apparet de eorum scientia, vt voluerunt Bal. in l. milites C. de quæstion. per tex. in l. vnius §. testes in fi. ff. de quæstion. & in l. fin. C. de abolitionibus. Quod amplia procede- 5
dere etiam in ciuilibus, si veritas aliter haberi non possit, secundum Gloſ. in l. ex libero in princ. verbo non vacillante ff. de quæstionibus, per tex. in l. Diuus ff. eod. tit. Natta conſ. 349. num. 1. vnde Teſſ. in decisi. Pedem. 42. refert fuisse decisum in illo Senatu, testem ex sola assistentia in actu, etiam absque mendacio posse torqueri, & secundum Franc. March. in deciſ. 780. sub nu. 10. par. 2. sufficit dictum vnius testis ad faciendum torqueri, quando dicit, alium fuisse præsentẽ, sequitur Boſſ. in tit. de tortura teſt. n. 10. & in tit. de indiciis n. 37. Foller. in pract. crimin. ver. capiat informationẽ n. 23. quod verum est, quando dictum illius esset alicuius grauis personæ, & in dignitate constitutæ secundum Marſil. in sæpius cit. l. vnius. & in l. si is, cui, Baiard. q. 25. n. 30. Farinac. q. 39. nu. 131. & Mastrill. in deciſ. 192.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Testis, vt eius depositio valeat, est necesse vt deponat intra terminum, adducuntur ad hoc duæ opiniones contrariæ, de quibus nu. 1. & 3.

4 Reconciliantur opiniones.

Testes iurati in termino an possint post terminum examinari.

DECIS. CCCCXLIII.

DVbium mihi pro opinione negatiua faciebat, crebrior ac re-
1 ceptior illa DD. sententia, quod testis, vt eius depositio valeat, debet intra terminum à iure statutum ad probandum deponere, alias post lapsum terminum, eius depositio non valet, secundum Bald. in l. 2. quæstio 13. numero 13. C. de Episc. aud. Archidiacon. in cap. iudicantem colum. 1. in fi. numer. 5. in verb. proponant 30. quæst. 1. Bar. in l. mancipiorum col. 2. numer. 5. vers. vltimo ista l. facit ff. de optio. leg.

Cęterum hoc non obstante, in hac quæstione tres sunt distinguendæ DD. sententiæ.

2 Prima est, quod si testis iurat intra terminũ, & post terminum deponit, eius depositio valet, quia depositionis tẽpus trahitur ad tempus iuramẽti, l. 1. §. vlt. ff. de bon. poss. ex testa. mil. delat. nam si secus esset, depositio facta alio tempore non valeret, cùm facta reperiretur parte non citata l. de vnoquoque ff. de re iudic. Archid. in cap. pia colu. 7. num. 9. super verb. probauerit de except. in 6. Lap. alleg. 82. in causa matr. col. pen. num. 6. Spec. in tit. de teste §. qualiter numero 13. vers. is quoque, cui datus est terminus, Butrig. in l. si quando in prin. vers. ego disputaui, & post eum Bald. co. 4. n. 8. ver. 6. dubitatur.

Secunda est opinio, quod in termino debet testis iurare, & deponere, alias depositio extra terminum facta, nullius erit momẽti, siquidem probatio non in solo iuramento cõsistit, nec in sola depositione, sed vtrumque simul requiritur, & vtrumque perficit probationem. licet ergo testes in termino iurauerint tãtum, hoc non sufficit, cum nihil factum esse dicatur, cum aliquid superest agendum l. pen. C. ad Sillanian. Rom. consil. 3. in fi. Bar. in l. damn. infecti §. Sabini col. pen. n. 8. ff. de dam. infect. 3

Demum alij distinguendo, conciliant opiniones, vt affirmatiua procedat in dilatione arbitraria data à iudice, tunc enim testes iurati in termino, posśũt post terminum examinari, etiam si pars diligentiam non adhibuit circa ipsorum examen in termino. Negatiua vero opinio obtineat in termino legali, veluti si datus esset terminus ad probãdum, & probandum habendum, præcipuè si dictum sit, per omne genus probationis, his enim casibus testes post terminum datũ examinari nõ possunt, quamuis in termino iurauerint, ita tenuit Dec. in c. licèt causam de probat. numero 15. & ibi Felin. nume. 20. Maran. in suo speculo aduocat. par. 6. in 3. actu de termino probator. nu. 16. fo. 671. Surd. consil. 8. per totũ, Didac. Perez. in l. 5. tit. 8. li. 3. ord. colum. 1109. in fin. & col. sequent. Lup. l. 64. Guttier. pract. q. lib. 1. q. 54. per tot. 4

SVMMARIVM.

1 Testium confrontatio habet vim repetitionis, vnde facta confrontatione, non est necessaria alia testium repetitio, num. 3.

2 Testiũ confrontatio debet fieri non solum

Digitized by Google

lum quando contradicunt reo, sed etiam quando eorum examen quandocunque reum officit.

4 *In confrontatione facienda, testes debent iurare.*

An confrontatio testium habeat vim repetitionis.

DECIS. CCCCXLIV.

1 FVit pluries dictum in Cur. Archiepis. Neap. testium confrontationem vim repetitionis obtinere, & consequenter licet non facta repetitione primum examen sit ipso iure nullum, l. fi. vbi DD. C. de testib. c. 2. eod. titul. ipsa enim confrontatio vim repetitionis formalis, ac identicè habet, secundum quod scriptum reliquit Ar.g. & reliqui presertim Castren. & Alex. Ias. in l. nequicquam §. vbi decretum col. 8. & sequ. ff. de off. procons. Dec. cons. 618. & hanc praxim seruari ab omnibus tribunalib. Italiæ testatur Treuisan. dec. 13. num. 13. part. 2.

2 Quæ testium confrontatio facienda est nedum quando testes contradicunt reo, sed etiam quando eorum examen quandocunque reum officiat, Farinac. in tract. de testibus q. 52. num. 140. cum seq. Sola in consti. Sabaudiæ tit. de reo Gloss. 9. numer. & 2 Perrenottus in tract. de testib. sess. 38. & facta hac confrontatione, non
3 est necessaria alia testium repetitio, secundum Solam, & Perrenot. loco cit. Hartaman. consil. 2. part. 2. Thoming. consil. 160. licèt non possit deueniri ad confrontandum reum, si magis expediens iudicauerit illum repetere, secundum Farin. cit. qu. 72. num. 142. vbi etiam numer. 148. animaduertit, quod testes in cõfrontatione
4 debent iterum iurare, & in cit. q. n. 194. disputat, an testes confrontati cum reo, possint repeti cum eiusdem rei interrogatoriis.

SVMMARIVM.

1 *Testium subornatio potest probari per testes de auditu.*

2 *Opinio auctoris est, quod possit probari subornatio per eosdem testes, qui asseruerunt se subornatos.*

3 *Subornati nullam faciunt probationem, nisi præcedente tortura. limita num. 4.*

5 *Subornatus dicitur ille testis, cui data est pecunia, vt veritatem ducat.*

Subornatio in testibus quomodo probetur.

DECIS. CCCCXLV.

VIdebatur primo, quòd posset huiusmodi subornatio probari per testes de auditu, secundum quod 1 refert decisum Marta dec. 117. Nihilominus in facti contingentia dicebam, quod ista subornatio probari possit per eosdem testes, qui asseruerunt se subornatos, & ad id proban- 2 dum præsertim motus fui ex singulari doctrina Bald. in cap. fi. de testib. cogen. quam refert, & sequitur Frãc. Marc. dec. 488. n. 9. & 10. Imo ex indiciis, & præsumptionib. illam argui, & probari, scribit Guid. Pap. cons. 75. & in dec. 128. & secundum Mascard. de probat. conclu. 341. habetur solam assertiuam subornati subornationem ipsam probare, licet secũdũ aliquos, 3 subornati nullam faciant probationem, nisi præcedente tortura: & ratio est, quia in eis esset præsumptio infamiæ, atq; periurij, vnde secundum Felin. in c. cum in tua de testibus subornati dicuntur socij criminis, & cõsequenter inhabiles ad deponendũ, c. fin. de confess. l. fin. Cod. qui accus.

non poss. Peguer. decis. 5. cum aliis per Panor. in c. sicut de testib. Specu-lat. eod. tit. §. 1. col. 10. vers. item qui est socius, Bero. qu. 58. per tot. Clarum §. falsum numero 3. Boer. decis. 319. numer. 5.

4 Et si velis hanc tenere opinionem, limitare poteris, quando sunt plures, vel duo cõtestes de eodem facto, & talia concurrerẽt adminicula seu indicia, quia tunc creditur testibus de subornatione asserentibus absque tortura, vt fuisse decisum in Senatu Pedemontano testatur Gaspar Thes. decis. 16. volum. 1. quam sublimitare potes, quando essemus in testibus omnino vilibus, tunc enim tutius esset in torturam illorum depositionem suscipere, prout censuit Senatus Pedemontanus anno 1595. nam fuit dictum esse torquendos duos falsos testes, viles personas, qui dicebant se subornatos in caput subornantis, quamuis concludenter deponerent de subornatione, Ant. Faber. decis. 3. C. de falsis.

Sed quæro in hac materia, quando quis dicatur subornatus, cui quęsito respondẽdo, dico, quod non dicitur subornatus ille testis, cui data est pecunia, vt veritatem dicat, secũdum Spec. in tit. de teste §. 1. vers. quid si dederit pecuniam. Rom. sing. 330. in fi. Henriq. cons. 125. num. 4. & seq. Dec. cons. 189. num. 13. & 14. volum. 1. Marta citata decis. 117. Ex qua doctrina infert Thesau. loco cit. non esse graui pœna dignum quendam inquisitum, qui amicis suis scripserat, vt testes pro sua defensione requirerent, pecuniam promittendo, quæ etiam fuerit soluta.

SVMMARIVM.

1 *Testis si in secunda depositione cõtrarium prima deposuerit, priori depositioni est standum, ad cuius corroborationem adducuntur nonnullæ Rotæ Rom. decisiones numer. 2. limita num. 3.*

4 *Testis varius potest torqueri.*

Testis in iudicio si ex interuallo contrari adeposuerit, cuinam dicto sit standum, priori, vel posteriori.

DECIS. CCCCXLVI.

IN hac quæstione duas reperio diuersas DD. sententias.

Prima est, fidem esse habendam priori depositioni, & hanc tenuerũt Couar. lib. 2. var. resol. cap. 13. numer. 8. Menoch. de arbit. iud. casu 108. nu. 10. Gabriel. libr. 7. commun. conclus. tit. de malefic. conclus. 29. Fachin. lib. 9. variarum iuris conclus. capitul. 84. quam opinionem variis in tribunalibus canonizatam fuisse testantur Guid. Pap. p. 546. Mising. dec. 86. centur. 2. Iaffred. Balb. dec. 508. 1

Mouentur omnes per text. in c. si cum nobis de testib. in illis verbis, *Non enim testimonium prædictorum, cùm periuri sint, in hoc casu aliquatenus admittendum esse.* Ex quibus verbis euidenter apparet, Summum Pontificem noluisse admitti testimonium, quod est contrarium priori depositioni, quia testis cõtraria deponens, periurus est. Igitur priori testimonio standum est, quicquid scripserint Ant. Butr. in c. cum in tua de testibus Bald. in l. gesta C. de re iudic. & nonnulli alij, quos refert Mising. cit. decisione 86. mouentes per l. cos ff. de fals.

Et hanc opinionem, quod priori depositioni stari debeat, non obstante quod testis contraria deposuerit, 2

fuerit, pluries censuit Rota Rom. teste Seraphino decis. 350. Domini de Rota decis. 9. de testib. in nouis, de Grassis decis. 8. eod. tit. & fuit iterum resolutum per Rot. in vna Vrbeuetana spolij 15. Decembris 1554. * coram eodem Cæsare de Grassis.

3 Limita tamen, vt illud primum dictum debilitatur, quo ad fidem depositionis, secundum Panorm. in d.c. cum in tua num... de testibus & communem dixit Dec. cons. 189. colum. 3. Bossius in tit. de oppositione contra testes numero 30. Clarus §. fin. quæstion. 53. versic. tertius casus, Gabriel de criminibus conclus. 29. numero 1. & de Grassis citata decisione.

4 Bene tamen verum est, quòd talis testis varius potest torqueri, secundum communem opinionem, quam tradunt DD. in l. eos ff. de fals. & quando potest pœna ordinaria puniri, secundum Panormit. Felin. & cæteros in cap. quoniam contra de probat. quod procederet etiam si testis varius esset rusticus, quia non potest esse simplicitas, vbi est contrarietas, secundum Ioann. Andr. in capit. cum Ioannes de fide instrum. Bald. in l. scriptura Cod. eodem Ias. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iud. & hæc opinio est verior, & communior, secundum Rip. in tract. de remed. præseruatiuis contra pestem nu. 234. vbi quoque subdit, quòd prudens, & circumspectus iudex considerabit naturam personæ ipsius rustici, & qualitatem facti, super quo vacillauit, & omnibus rectè pensatis, amplectetur, quæ opinio sit sequenda, vt idem Menoch. de arbit. iudic. casu 194. nu. 57.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus potest cogere per viam censurarum testes tam clericos, quam laicos, vt coram eo testimonium perhibeant.*

2 *Amplia tam in causa ciuili, quam criminali.*

Testes laici an compellentur censuris à iudice Ecclesiastico ad deponendum coram eo.

DECIS. CCCCXLVII.

EXpeditum est in iure posse iudicem Ecclesiasticum vti remedio censurarum tam contra laicos, quàm clericos, si renitent, coram eo testimonium veritatis perhibere, capit. 1. & 2. de testibus cogen. cap. cæterum, & capit. cum contra eodem titul. Immo, secundum Farinac. de testibus quæst. 78. numero 36. & ante eum Monticell. eiusdem nominis tractatu, quæstion. 3. possunt cogi per viam suspensionis, quæ conclusio procedit tam in causa ciuili, quàm criminali, iuxta veriorem opinionem Hostiens. in capit. delictorum de testibus cogen. quam vsu receptam esse testatur Foller. in praxi canon in verbo testibus diligenter examinatis, Clar. in §. fin. qu. 23. numero 19. Farinac. de testibus quæst. 78. numer. 116. & secundum Nouissimum in sua praxi capit. 10. hoc fuit seruatum à tempore immemorabili in Curia Archiepiscop. Neapolit. quod censuris compellit laicos ad ferendum testimonium in ead. Et in anno 1561. sub die 28. Decembris Serenissimus Philippus II. Hispaniarum Rex, Fidei, & auctoritatis ac potestatis Ecclesiasticæ acerrimus defensor, per litteras directas Proregi Neapolitano mandauit non

(margin numbers 1 and 2 stand beside "Expeditum est" and "viam suspensionis" respectively)

Digitized by Google

refert Cappell. Tholos. in decis. 425. vnde Balb. in decis. 103. Acta facta
6 coram iudice seculari contra clericum, valebunt saltem quoad duos effectus. Primo, quia ex illis potest clericus poni ad torturã, sicut si extraiudicialiter esset confessus, argument. notatorum in l.capite 5.ff. de adulteriis,& in c.quam graue de excess.Prælat. Secundo, quia poterit cogi perseuerare in tali confessione coram iudice ecclesiastico, nisi doceat de errore, & de causa variandi, DD.in l.magistratibus ff.de iurisdict. omn.iudicum.

Tandem facit pro hac obseruantia, quod scriptum relinquit Bald.in Authen.clericus C. de Episc. & cle-
7 ric.vbi voluit, quòd Episcopus tenetur sequi acta coram iudice seculari ad instructionem tantum, non autem ad punitionem, vt voluit etiam Balb.in dec.399.

SVMMARIVM.

1 *Attestatio, vulgo le fedi, si in indicio producantur, nullam probationem inducit, ad quod adducuntur tres rationes, de quibus numero 2.3. & 4.*

An attestationes vulgò *le fedi*, probant, si in iudicio producantur.

DECIS. CCCCXLIX.

1 COmmunis omnium Curiarum praxis est, vt ex attestationibus vulgò *le fedi*, etiam virorum optimæ famæ, & conditionis nulla probatio oriatur, si in iudicio producantur, cuius vniuersalis praxis triplex poterit assignari ratio.

Prima cauetur ex variis iuris dispositionibus, præcipuè ex l.solam C.de testibus, ibi (solam attestationem, quod verbum idem est, quod fides subiungit prolatam, nec aliis legitimis adminiculis causam approbatam nullius esse momenti certum est) hæc ille. Cui addo tex. in cap. attestationes de spons.impub. l.instrumenta cum gloss. C.de probat. & in l.cum antea in verbo attestatur C.de arbit.

Secunda, quia iuxta notata com- 3
muniter per DD.in rubr. de probationibus in fi. testibus,& non attestationibus,& sic fidei regulariter statur in iudicio.

Tandem tertia ratio est, cur fides 4
non probat, est ob defectum iuramenti, regulariter enim testi nulla adhibetur fides, absque iuramento, l.iusiurandum C.de testibus, quòd procedit etiam si esset Religiosus, c. tuis eodem tit.de testib.

SVMMARIVM.

1 *Actus fornicationis, est actus successiuus.*

An testes deponentes se vidisse per foramen portæ commiscere carnaliter, vnus post alium, dicantur singulares.

DECIS. CCCCL.

SVpponatur in facto, quòd duo te- 1
stes deposuerunt vidisse Titium se commiscentem in fornicatione cum Berta, & dicunt, se successiuè vidisse vnum post alium per rimulam, seu per foramen prædictos coeuntes. Et videtur, quòd contestes non sint, sed quod possint de singularitate argui.

Contrarium est verum, & communiter tenetur, nam cum fornicationis actus sit actus successiuus,

non videtur super diuersis fornicationibus deponere, sed super vna tantum. Item quod fit incontinenti vnum post aliud, dicitur fieri simul & sic erunt contestes, & ex eorum dictis resultabit plena probatio, vt notat gloss. in l. antiqui in verbo. eodem tempore ff. si pars hæredit. petat. & in l. hæredes in fine ff. de testament. ita determinat Gloss. ab omnibus communi consensu admissa in capit. nihilominus in verbo simul. 3. quæstio. 9. cum qua ibi transeunt Archidiacon. numero 1. Dom. de Sancto Gemin. colum. 2. numero 5. versic. nota, quòd quando, & post eos Præpositus colum. 2. ante med. versic. in eadem Gloss. ibi, si tamen, asserens dictam gloss. communiter commendari, Bartol. in l. petebatur numero 5. versic. quod facit ad quæstionem ff. de testamen. milit. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de teste §. iam de interrogatoriis numero 17. versic. quid si vnus in apostill. in verb. durat Missa, & in capit. præterea, il primo, numero 9. de testibus quem ibi sequitur Panormit. colum. 2. numero 2. versic. imo plus dico, Imol. colum. 1. numer. 4. vers. Gloss. in fin. & fortè Felin. colum. 1. numer. 2. versic. in Gloss. magna, Ant. de Butr. in capit. cum oporteat colum. 5. numero 20. vers. mihi autem ad præsens de accusat. Bald. in l. quid ergo §. quod ait prætor, per illum text. in princip. ff. de his qui not. infam. Iacob. de Aretin. in l. testium colum. vltima numer. 5. vers. sed è contra, & post eum Cyn. colum. penult. in medio versic. sed pone, quod ad probationem adulterii, & Bald. colum. vltima numer. 25. versicul. quæritur etiam Cod. de testibus & Ioan. Baptista Ferret. consil. 51. in causa præsenti matrimonii colum. 2. numero 4. & sequent. versic. nec dictæ conclusioni, vbi communem aperit.

* * *

PRA-

PRAXIS.

INDICIORVM.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Sola visio nudi cum nuda in eodem lecto, etiam quod non fuerint visi carnaliter commisceri, facit indicium ad torturam, redditur ratio, num.2.*
4 *Idem est dicere, vir cum tali muliere iacuit, ac si diceretur, quod eam carnaliter cognouit, & ex hoc videtur manifestè probata copula, num.5.*
6 *Dormire cum imberbibus non est de genere prohibitorum, vti est in fœminis.*
7 *Mala fama inquisiti agentis, & pueri patientis facit indicium ad torturam.*
8 *Crimen sodomiæ probatur coniecturis.*

An sola dormitio cum pueris imberbibus faciat indicium ad torturam de vitio nefando.

DECIS. CCCCLI.

1 IN Curia Archiepiscop. Neapolitana inquirebatur contra quendam clericum de vitio nefando, & quia de præfato delicto non constabat, nisi per coniecturas, & inter cætera, quod fuerat repertus dormire in eodem lecto cum quodam adolescente imberbi fuit dubitatum, an ex hoc tantummodo indicio posset torqueri: & dubitationem mihi pro opinione affirmatiua faciebat id, quod de muliere dicitur, scilicet quando quis visus fuit cum muliere iacens in lecto solus cum sola, & nudus cum nuda, tex. est in c. literas, extra de præsumpt. & ibi Host. vbi reddit rationem, quia sic in lecto cum muliere iacens, non præsumitur venisse causa faciendi pœnitentiam, vel delendi peccata. Abb. nu. 1. vers. & nota, vti expressè dixit, quod ad probandam fornicationem non est necesse testes deponere, quod viderint virum, & mulierem simul se commiscentes: sed satis est, quod deponant super nuditate & solitudine loci. Glos. in c. præterea in verb. conscios, vers. vel quia viderunt extra de testib. vbi dicitur, quòd suffi- 3
cit sola visio nudi cum nuda in eodem lecto, etiam quod non fuerint visi carnaliter commisceri, Roman. cons. 61. num. 6. vers. aliquando verò concludit probatio, vbi dixit, quòd hæc est præsumptio iuris sufficiens ad probationem adulterij, & de iure ciuili. est glos. in l. Caij Cassij, in verb. dictum. ff. de fideicom. libert. quæ vult paria, & idem esse dicere, 4
cum tali muliere iacuit, ac si dicere-

Digitized by Google

tur, quod eam carnaliter cognouit, quam gloss. alegauit Bald. in c. fin. in princ. numer. 17. vers. nunquid sit idem, quibus modis feud. amitt. Aymon. consi. 321. in princ. num. 1. litera B. Lap. alleg. 53. vbi dicit, quòd talis probatio operatur quoad omnem effectum, scilicet tam ad separandum & ad impediendum matrimonium, quàm etiam ad pœnam imponendam pro crimine, Dec. cons. 577. num. 9. in vers. quarto principa-
5 liter, & num. 10. & 12. vbi, quod ex hoc videtur manifestè probata copula carnalis, Crot. cons. 413. numer. 24. Io. Marin. de Amicis cons. 69. numer. 10. in fin. Natta cons. 205. num. 3. Hippol. Riminal. cons. 274. numer. 47. & 51. post med. vbi quid si vir & mulier stabant in eodem lecto non nudi, sed vestiti. Boer. decis. 297. nu. 9. Boss. in tit. de coit. damnat, & punibil. nu. 58. Franch. Marc. decis. 899. num. 8. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 59. num. 6. & seqq. & concl. 312. nu. 1. & seq. & numer. 21. & concl. 451. num. 1. & 8. & li. 2. concl. 810. num. 5. 7. & 9. Rot. decis. 69. num. 7. vers. quod tamen, il primo, & num. 8. versic. & quamuis, vbi quid si mulier erat nuda in lecto, & vir vestitus Ant. Gomez. in l. tauri 80. nu. 50.

6 Pro contraria opinione dicebatur, quod cùm dormire cum imberbibus non sit de genere prohibitorũ, vti est in fœminis, propterea non debet infligi eadem pœna. arg. tex. in l. 1. bemius C. de testam.

7 Verùm quicquid sit ex supradictis, fuit dictum, quod concurrente mala fama inquisiti agentis, ac pueri patientis, item quod nulla reddi potest verisimilis causa huius dormitionis, puta, quod iuuenis erat sibi consanguineus, vel quid simile, oriatur sufficiens indicium ad torturam, ex notabili doctrina Farin. de delict. carnis numer. 169. quia secundum eundem, sodomiæ crimen probatur coniecturis, allegat Calcan. cons. 110. vbi coniungit dormitionem sodomitati, cum fuga & teste, qui audiuit quassationes & tergiuersationes in lecto, vt voluit etiam Mascar. de probationib. concl. 1313. num. 3. Monticel. reg. criminal. nu. 16. & Decian. cons. 83. num. 3. & 11. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dictum sodomitati, nõ facit indicium ad torturam ex tribus adductis, de quibus num. 2. 4. & 5.*
3 *Infamis a testimonio repellitur.*
6 *Contrariam opinionem tenet Auctor.*
7 *Crimen sodomitati, est crimen occultum, in quo sufficiunt præsumptiones ad faciendum indicium ad torturam, num. 8.*
9 *Dictum minoris 18. annorum facit indicium ad torturam.*
10 *Declaratur conclusio, vt procedat duobus concurrentibus, de quibus num. 11. & 12.*

An dictum sodomitati faciat indicium ad torturam.

DECIS. CCCCLII.

FVit dubitatum, an dictum passi actum peccatum sodomiæ, faciat indicium ad torturam: & pro opinione negatiua mouebamur ex duobus. 1

Primò, quia sodomitam asserendo, se passum fuisse dictum actum sodomiticum, fatetur se infamem. Auth. vt non luxurientur contra nat. & in l. cum vir. C. ad l. Iuliam de adulter. & in cap. clerici de excess. Prælat. & in cap. flagitia, & cap. seq. 32. qu. 7. Infamis autem à testimonio repel- 2 3

repellitur, vt tenet Speculator in tit. de teste §. 1. vers. item, quod est infamis, ergo &c.

4 Secundò, quia allegans suam turpitudinem, non est audiendus, cap. inter dilectos extra de donat. c. cum super de concess. præbend. cum aliis allegatis per Specul. cit. loco, quem etiam sequuti sunt Gramm. decis. 28. nu. 14. & cons. 65. num. 2. & decis. 40. num. 19. & Paris. cons. 163. num. 7. & 8. li. 4.

5 Tertiò, quia regulariter impuberi in delictis non creditur, nec in caput alterius quæstioni subiicitur. l. ex libero §. de minore ff. de quæstionib.

6 Cæterum supradictis minimè refragantibus contrarium pluries fuit dictum in Curia Archiepisc. Neap. quam opinionem tenuerunt Boss. in tit. de indiciis & considerationibus ante torturam, num. 160. & in tit. de stupro detesta. in mascu. in fin. Plot. cons. 132. num. 23. inter cons. crimin. Zileti tom. 1. qui tamen requirunt aliquod aliud adminiculum: & ista opinio mihi semper placuit, quia
7 hoc est crimen occultum, & quòd non solet committi, nisi secretò, & aliter veritas haberi non posset. Debet tamen prudens iudex hoc casu considerare qualitatem passi, an sit pubes, vel impubes, vt latè per Viu. decis. 157. par. 1. Simon. de Pret. cons. 178. lib. 1. an infans puerulus, quia isti puerili faciles sunt ad subornandum. Imo voluit Viu. d. decis.
8 157. numer. 9. lib. 1. post Guid. de Suzar. quod in hoc crimine occulto sufficiant præsumptiones, etiam ad
9 condemnationem. Et quòd dictum minoris 18. annorum faciat indicium ad torturam; voluit Viu. decis. 86. num. 1. lib. 1. post Gloss. Speculat. Alex. Bal. & Brun. præsertim in atrocioribus, vt per Marsil. in l. de minore ff. de quæst. Papon. lib. 24. Aresto tit. 9. art. 7.

Intelleximus tamen suprapositam 10
conclusionem procedere, dummodo duo concurrant. Primò, quod præfatum dictum stuprati confirmetur in tortura, 11
vt tenet Marsil. in pract. in §. diligenter nu. 72. Farinac. de indiciis ad tort. q. 43. num. 134. Peguer. in decis. 76.

Secundò, quod adsint vltra di- 12
ctum stuprati alia indicia, seu adminicula, secundum Triuis. decis. 14. parte 2. vbi tradit exemplum si constaret de fractura de recenti vnica vice sequuta, non autem reiterata, nam argueret vitium patientis. Item si concludenter constaret de vi & metu illatis patienti, allegat Plot. inter cons. criminal. 132. li. 1. Calcan. cons. 110.

SVMMARIVM.

1 *Dicto stupratæ regulariter est standum quoad faciendum indicium ad torturam.*

2 *In delictis, quæ occultè committuntur, socius criminis admittitur ad faciendum indicium ad torturam. Amplia num. 3.*

4 *In delictis occultis iudex debet esse promptior ad torturam & condemnationem.*

5 *Decisio quæstionis.*

An dictum mulieris asserentis se ab alio stupratam, faciat indicium ad torturam.

DECIS. CCCCLIII.

INquirebatur, in Curia Archiep. contra quendam clericum de stupro, & abortu, & inter cæteras, quæ contra eundem opponebantur pro prætensi delicti verificatione,

Digitized by Google

erat confessio eiusdem mulieris, asserentis, se à præfato clerico stupratam. Quare fuit dubitatum an dictæ depositioni mulieris esset standum, saltem quoad faciendum indicium
1 ad torturam, & licèt depositioni stupratæ regulariter stetur, fidesque adhibeatur, secundum Alex. cons. 63. vol. 1. post Bartol. in l. eos col. 2. ff. de falsis, & Crauet. cons. 75. num. 50. ta-
2 liter quod socius criminis in delictis, quæ occultè committuntur, admittitur, vt faciat indicium ad torturam, vt per Simon. de Preta cons. 178. inquisitus nu. 18. vol. 1. Et de hoc, mirandum quippe non est, quoniam stupratus, vel stuprata deponit in tortura ipsa de facto proprio, quo nempe casu regulariter creditur, etiam vnico testi, si cum eius dicto concurrerent aliqua alia adminicula. l. quæro de ædil. edict. Soc. in reg. 422. Dec. cons. 342. num. 1. cons. 363. n. 3. & cons. 650. num. 9. & Tiraq. de retract. lignag. tit. 1. §. 1. glos. 14. nu. 46. & seq.

Imo cum agatur de facto proprio & de sui natura taliter occulto, quòd de eo haberi nequeant aliæ probationes, quam mediante confessione stupratæ, maritò igitur iudex tunc posset adhibere tormenta, prout sic in indiuiduo in stupro puerorum. scribit Afflict. in const. legum asperitate, in fin. & Dec. cons. 363. in causa quæ agitatur, num. 1. Tiber. Decian. cons. 29. instantè num. 35. cum aliis seqq. vol. 1. vbi loquitur in furto: cuius opinio comprobatur ex regula generali, quod in occultis iu-
dex debet esse pronior ad torturam, & condemnationem, vt post Bart. in l. 3. C. de Episc. aud. concludit Alex. cons. 77. num. 8. vol. 1. & cons. 64. nu. 5. eod. vol. exemplificantes hoc in adulterio, in quo & idem concedit Paul. de Cast. const. 348. in fin. vol. 1. licèt, & malè Hippolyt. Riminald. sentiat contrarium consil. 290. eleganter nu. 9. vol. 3.

Verumtamen in casu proposito
fuit dictum: nullum facere indicium, & hoc suadebatur attenta mala fama ipsius mulieris, & ob id etiam quod suprapolita conclusio non est semper vera, vt patet ex allegatis per Boer. decis. 299. Thes. decis. 3. nu. 4. Faber decis. 49. C. de testib. Capp. Tholos. decis. 172.

Finis Tituli Praxis Indiciorum.

PRA-

PRAXIS.

EXCOMMVNICATIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Citatio pro excommunicãdo aliquem, quomodo sit facienda.*
2 *Citatio fieri debet personaliter, assignatur ratio nu.3. limitatur nu. 4. 5. 6.& 7.*
8 *Certus certior fieri non potest.*
9 *Ritus Cur. Archiep. Neap.*

An citatio personalis requiratur ad aliquem excommunicandum.

DECIS. CCCCLIV.

1 Citatio hæc non solum debet esse personalis, verum etiam facienda est coram personis idoneis ad testificandum, per quas, si necesse fuerit possit probari, c. sacro de sent. excommun.

2 Et quod fieri debeat personaliter citatio, nec sufficiat illam fieri ad domum eius, qui excommunicandus est, voluerunt Inn. communiter receptus num.3. Panorm. numer. 14. Fel. num.5. in cap. fin. de eo, qui mitt. in poss. & ita Fel. in cap. cum sit Romana nu.13.& 24. de appell. Soc. sen. in c. nulli nu.15. de sent. excomm. Couarr. in capit. alma mater par. 1. §. 9. numero 4. vers. ab eadem radice de sent. excomm. in 6. Vgol. de censur. c.18.§.1.

Cuius conclusionis ratio est, ne 3
in re tam graui contingat innocentem puniri, & excommunicari, tum quia excommunicatio propter contumaciam & inobedientiam fertur, an verò quis contumax sit, nec ne, nisi ipsemet personaliter admoneatur, & citetur, cognosci non potest, id quod etiam docet Henriquez lib. 13. de excomm. c.17. §.3. & communis Doctorum consensus.

Limita nunc suprapositam con- 4
clusionem, & primò, quando reus se abscondit, vel impedit quominus personaliter citetur, tunc enim satis est, vt ad domum ipsius excommunicandi citatio fiat, quem casum ponit Innoc. in ca. fin. num.3. de eo, qui mitt. in poss. & facit text. in cap.1. qui matr. accus. poss. Rot. dec. 11. de dolo, & contum. Couarr. in cap. alma mater par.1. §.9. num. 4. vers. primus passim constituitur de sent. excomm. lib.6. Hugol. tabul.1. ca.18. §. 1. num.1. Henriq. lib.13. de excomm. cap.17. §.3. Existimo tamen ad hoc requiri, vt vel constet iudici, reum se abscondere, vel saltem habeantur indicia valde probabilia, quia non præsumitur dolus, nisi probetur, arg. legis dolũ ff. de dolo. quod si reus domũ non habeat, fieri debet admonitio in Ecclesia Cathedrali eius loci.

Digitized by Google

Limita secundò, cùm quis iterum excommunicatione innodatur, eo quod malè absolutus erat, tunc enim sufficeret citatio ad domum facta, ex Innoc. in ca. fin. num. 3. de eo, qui mitt. in poss. Rot. decis. 7. de sent. excommu. in nou. & additio ad Panor. in cap. sacro in lit. C. de sent. excom. Couarr. vbi supra num. 4. vers. quartus casus. Hugol. in d. §. 1. in fin. qui addit alios casus, in quibus non est necessaria citatio personalis, & admonitio, nimirum quando non in certam personam, sed generaliter fertur, quod fit vel vbi pro futuris culpis fertur, vt sunt omnes censuræ à lege latæ, lex enim semper admonet, ne quis prohibitum crimen cōmittat, vnde non est alia monitio necessaria, maximè, quia is qui contra facturus sit, ignoratur: vel vbi pro præteritis & præsentibus culpis ab homine fertur, sed ignoratur quisnam in culpa sit, tunc enim admoneri quis in particulari non potest, sed generaliter solum admonitio fit, arg. cap. 2. de offic. Ordin. vnde solet Ecclesia excōmunicationem in generali ferre in eum, qui rem Ecclesiæ furto abstulit, aut detentorem sciat, nisi detinens intra tantum tempus restituerit, aut detentorem patefecerit. arg. c. 2. de off. Ordin. iuncto cap. ex parte P. de verb. sign. & notat Panor. in c. dilectus de excess. Prel. & in c. qui cum fure n. 2. de furt.

6 Limita tertiò, quando iam semel fuit citatus personaliter, tunc enim reliquæ citationes fieri possunt ad domum, & in ipso tribunali excommunicari poterit, ex Felin. in c. cùm sit Romana num. 14. de appell. Rot. dec. 399. in nou. Couar. vbi supra nu. 4. vers. secundus est. Hugol. in d. §. 1. in fine.

7 Limita quartò, quando aliqua citatio facta ad domum, peruenerit ad notitiam ipsius citati, tunc enim reliquæ citationes ad domum fieri possunt, ex Fel. in d. cap. cum sit Romana num. 15. Rot. decis. 402. in nou. Couarr. vbi supra vers. tertius casus. Hugol. cit. etenim certus, certior fieri non potest. c. eum qui de regu. iur. in 6. 8

In Curia tamen Archiep. Neap. obseruatur, quòd citatus bis domi, possit excomunicari, & hoc virtute ritus eiusdem Curiæ 17.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura est de substantia in sententia excommunicationis: adducitur ratio numero 2. ampliatur conclusio num. 3. 4. & 5. limitatur num. 6. & 7.*

Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis.

DECIS. CCCCLV.

QVod sit necessaria, atq; de substantia excōmunicationis, probatur ex cap. . de sentent. excommunic. & ibi gloss. in verb. in scriptis, & ibi Steph. Gosta numero 20. de sent. excom. libro 6. Gabriel. 4. d. 18. quæst. 2. art. 2. conclus. 7. in fine. S. Anton. 3. parte tit. 24. capit. 74. Angelica verb. excommunicatio 2. numero 2. Pisanella verb. excommunicatio 1. versi. quomodo debeat fieri, Tabiena verbo excommunicatio secundo quæritur. Nauarr. in manuali capitul. 27. numero 11. Hugolin. de censur. eccl. tab. 1. capitul. 21. & latius tradunt Innoc. in d. c. cum medicinalis, in verb. in scriptis, & Gem. ibi num. 3. & Panor. in c. sacro, num. 3. versic. secundo not. de sent. excom. & Marian. Soc. sen. in c. perpendimus num. 68. versi. octa-

octaua, de sent.excomm.

2 Ratio verò suprapositæ conclusionis cũ requiritur, vt in scriptis, & de scripto à iudice proferatur excommunicatio, non autem memoriter, est, vt hac via sententia excommunicato dari possit, vt eam, si velit superiori deferre, & se hoc onere leuare possit, ex Mariano Socin. in c. perpendimus num.140. de sent. excomm.& Hugol.

3 Amplia principalem conclusionem procedere etiam quod à quocunque iudice excommunicatio ipsa proferretur, vt euidenter patet in d.c.1.vers. quisquis Balb.in decis. 190.Sayr.li.1.c.13.

4 Amplia secundo procedere siue excommunicatio feratur in certam personam, siue in incertam, secundum tutiorem opinionem Io.Andr. Dominici, & Franchi in d.c. 1. Marian.Soc.c.sacro, de sent.excomm.& in c.perpendimus eo.tit. Hugol. de censuris, tabula 8.c.21.§. 1.licet contrarium teneant ibi Io.Monach. Archid.& Lap.alleg.73.

5 Amplia tertio procedere etiam in præceptode aliquid faciendo sub pœna excommunicationis, ita Nouissimus in sua praxi cap. 24.& ratio est secundum eundem, quia nõ potest negari quin in tali præceptonon contineatur sententia excommunicationis, vt voluit etiam Sayrus in decis.11.de sent.excom.

6 Nunc limita, ac intellige procedere solum in sententia hominis, & excommunicationis maioris, ex Tabiena verb.excommunicatio 2.vers. secundo quæritur, & nu.210. & in c. perpendimus, num. 69. de sent.excomm. & idem sentit Steph.Costa repet.in c.cum medicinalis, nu. 37. de sent.excomm.libro.6.secus enim in sententia lata à iure, seu per modum statuti, cum lex & statutum scripturam non requirant necessariò, ex Fel.in rubr.de constit.nu.3. & Gemin.in c.cum medicinalis nume. 7.§.fin. vers. & per præmissa immo etiam licet in sententia hominis requiratur scriptura, & memoriter prolata, valida erit, ex glo.in c. cum medicinalis in verb.causam, de sentent.excom.& Steph. Costa in repet. in c.cum medicinalis num.36. & 37. de sent.excomm.lib.6.& Io.Andr.in reg.nemo potest, de reg.iur. lib. 6.in Mercurial.vbi hoc notat, & colligitur ex d.c.cum medicinalis, in verb. relaxans. Et quod de excommunicatione in scriptis ferenda diximus, ne suspensione & interdicto etiam affirmare oportet, vt habetur in d.c. cum medicinalis, vers. & hæc eandem, & ibi Gloss.in verb.obseruari. & ibi Gemin.numer,3.§.& hæc. & Steph.Costa numero 68.de sent.excom.lib.6.

Limita secundo, vt non requiratur authentica scriptura, quia sufficit quomodo libet fuerit confecta, Innoc.in cap.1.in verb.in scriptis, de sent.excom. lib. 6.& ibidem Steph. Costa nu.25.& Marian.Soc.sen.in c. sacro num.212.& in c.perpendimus num.145.de sent.excomm. quamuis melius sit, si authentica sit, & sigillo authentico sigillata, sicut non ab ipso excommunicante, vel à notario publico aut ab alio scribatur, vt Philip.Franc. in d.cap.cum medicinalis de sent.excom.lib.6.vers.tertio not. & Hugol.vbi supra §. 1.numer. 3.testantur. 7

SVMMARIVM.

1 Facti species.

2 Episcopo excommunicato non est excommunicatus Vicarius, probatur duobus mediis numero 3. & 4. Contrarium est verius, numero 5.

Digitized by Google

probatur & auctoritate, num. 6. & ratione, num. 7. & 8.

9 Mortuo Episcopo, Vicarij iurisdictio extinguitur, & ad Capitulum transfertur.

10 Excommunicato Episcopo, adiri debet Papa.

Episcopo excommunicato, an eius Vicarius possit exercere iurisdictionem.

DECIS. CCCCLVI.

1 QVidam Episcopus cùm incidisset in censuras, præsertim excommunicationis, dubitabat an effectus præfatæ excommunicationis in eum latæ, transisset etiam in eius Vicarium, petiit à me quid de
2 iure sentirem. Dubium mihi faciebat pro opinione negatiua, quòd cùm excommunicatio sit maxima pœna, cap. corripiantur 11. quæstio. 3. cùm nil aliud sit, nisi tradere hominem Satanæ, cap. audi ead. caus. & quæst. & excommunicatus dicitur possideri à diabolo, & eo vtitur tanquam pecore suo, Gloss. in cit. cap. audi, & citius moritur, cap. Episcopi 11. quæstion. 3. & secundum Panorm. in rubr. de sent. excommunic. Angelus Custos non ita adiuuat illum sicut priùs. Vnde cùm, vt dixi,
3 sit maxima pœna, & in pœnalibus non fiat extensio de persona ad personam, cap. statutum de elect. in 6. & cap. in odiosis de reg. iur. eod. lib. l. cum quidam ff. de lib. & posthum. Propterea non est dicendum, excommunicationem latam contra Episcopum extendi contra eius Vi-
4 carium. Item pœna, non debet egredi eius auctorem, l. sancimus C. de pœnis, & in eo, in quo quis delinquit, est puniendus, cap. ex parte de cler. ægrot. Vnde secundum Capyc. decis. 138. suspicio Episcopi non tangit eius Vicarium.

Cæterum supradictis minimè 5
suffragantibus, contrarium consului, scilicet non posse præfatum Vicarium, durante excommunicatione sui Episcopi, vicarialem iurisdictionem exercere, quæ opinio corroboratur auctoritate, & ratione.

Auctoritate enim probatur eui- 6
dentissimè ex latè deductis communiter per DD. in c. 1. & ibi gloss. in verb. filius de off. Vic. lib. 6. & Panorm. in c. licèt vndique numer. 8. de officio iudic. deleg. Soccin. in c. sacris num. 277. de sent. excomm. summa Astense 2. par. lib. 7. tit. 9. q. 14. Hugol. de censur. eccl. tab. 2. cap. 11. §. 3. num. 8.

Ratione verò probatur, quia i- 7
dem est vtriusque consistorium, eadémque iurisdictio: vnde à Vicario generali ad Episcopum appellari non potest cap. 2. de consuetud. libr. 6. & ibi gloss. in verb. officiali. Ias. in l. more numer. 18. ff. de iurisd. om. iud.

Secunda ratio est, quia iurisdi- 8
ctio Vicarij est accessoria & semper dependens à iurisdictione Episcopi, seu potius vna, eademque cum illa, quare sublata & impedita per superuenientem excommunicationem Episcopi iurisdictione ipsius,
similiter iurisdictio Vicarij subla- 9
ta, & impedita erit. arg. reg. accessorium de reg. iur. li. 6. vnde mortuo Episcopo, Vicarij iurisdictio extinguitur, & ad Capitulum transfertur, vt habetur in c. vnico de maior. & obed. lib. 6. & c. si Episcopus, de suppl.
neglig. Præl. li. 6. Excõmunicato aũt 10
Episcopo, adiri debet Papa, vt prouideat de causis interim cognoscẽdis, vt notat Glos. in c. 1. in verb. ipsius de

off. Vic. libr. 6. & summa Hastensis 2. part. lib. 7. tit. 9. quæst. 15.

SVMMARIVM.

1 *Falsi species.*
2 *Minor duodecim annorum non potest excommunicari, adducuntur duæ rationes, num. 3. & 4.*
5 *Quæ ætas requiratur ad hoc vt masculus, & fœmina impuberes dicantur.*

Qua ætate quis excommunicari possit

DECIS. CCCCLVII.

1 A Quadam Curia episcopali fuit emanata sententia excommunicationis contra nonnullos laicos renitentes deponere in eadem Curia, & cùm inter præfatos adessent nonnulli minores duodecim anno-
2 rum, fuit dubitatum an dicti minores censeantur comprehensi. Et respondi nequaquam comprehendi.
3 Mouebar primò, quod excommunicatio supponit culpam mortalem, quare neque pueri, neque infantes, furiosi, & amentes, cùm rationis vsu careant, excommunicari possunt, quòd si à iudice excommunicentur, sententia vtpotè intolerabilem errorem continens, nulla erit: vnde nullus horum clericum percutiens, excommunicationem incurret. cap. si quis suadente diabolo, 17. qu. 4. vt docent Glos. in cap. 1. num. 2. eodem tit. Syluest. in verb. excommunicatio 6. numero 2. Tabiena verb. excommunicatio 4. in princip. Hugol. de ecclesiast. censur. tab. 1. cap. 17. §. 3. numer. 3. aut vllam aliam excommunicationem ab homine, vel à iure latam, ex Panormit. in c. ab excommunicato num. 9. de rescrip. & in c. per tuas numero 11. de sentent. excomm. citans pro hoc cap. Romana §. vniuersitatem, vbi etiam Gemin. de excomm. lib. 6. quod certum est, si non sint doli capaces, aut amentes à natiuitate. Hoc tamen, quòd diximus, de excommunicatione sola intelligendum est, si enim vniuersitas interdicta, aut suspensa sit ab homine, vel à iure, etiam infantes, & amentes comprehenduntur. arg. ca. si sententia, c. si ciuitas, cap. fin. de sentent. excommunic. libro 6. & capit. non est vobis, de sponsal. & expresse tradit Hug. vbi supra num. 4. cum hæ censuræ leuiores sint excommunicatione maiori.

Secundò, quia impubes etiam doli capax, ac etiam si in excommuni- 4
cationem iuris incidat, argum. c. 1. & cap. fin. & ibi gloss. in verb. pueris de sent. excommun. eo quod delictum vouit, argum. tot titul. de delict. puer. à iudice tamen propter contumaciam excommunicari nequit, quandoquidem nec vim verborum præcepti iudicis, nec iudiciarium ordinem intelligere censetur, ideoque nec de iure citari ad defendendum se, aut ad agendum potest. argumen. capit. fin. & ibi Gloss. in verbo si annum de iudic. lib. 6. & ibi Ioann. Andr. & colligitur ex l. fin. Cod. de falsa mon. de qua re fusius tract. Soccin. sen. in cap. 1. num. 2. & in capit. nulli nu. 30. ver. octauo quæro de sentent. excom. quem sequutus est Hugol. de eccl. cens. tab. 1. c. 17. §. 3. in fin. Est au- 5
tem impubes dicendus filius, dum est in ætate annorum 14. & filia in ætate 12. annorum, l. in omnibus in princip. ff. de vulg. substit. & capit. si annum, & ibi Gloss. in verb. quartumdecimum de iudic. libro 6. & Summistæ in verbo. impubes.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Episcopus excommunicatus instituẽdo præsentatum ad beneficium, non contrahit irregularitatem, redditur ratio num. 2.*

3 *Inferuntur nonnulla ad declarationẽ quæstionis.*

An excommunicatus actum iurisdictionis exercens contrahat irregularitatem.

DECIS. CCCCLVIII.

SVpponatur in facto pro huius quæstionis dilucidatione, quod quidam Episcopus dum in excommunicatione permanebat, instituit quendam præsentatum ad aliquod beneficium, quare dubitabatur an præfatus Episcopus contraxerat irregularitatem. Vnde consultus, re-
1 spondi negatiuè, scilicet irregularitatem nequaquam contraxisse. Ratio, quia instituere ad beneficia præ sentatũ, nõ est actus ordinis, sed iu-
2 risdictionis, & irregularitas tunc contrahitur, quãdo excommunicatus ea, quę sunt ordinis exercet, ac actum ordini suppositatum agit, secundum Innocent. in capit. fin. num. 1. vers. in officio. & ibi Abb. numero 5. de excessibus Prælat. & idem Abb. in c. 2. num. 10. de cler. excomm. minist. Anch. num. 2. Franch. numero 3. de sen. excom. in 6. Siluester verb. irregularitas num. 15. quæst. 13. Angel. eod. verbo §. 46. Nauarr. in manuali cap. 27. numer. 163. Maioll. de irregularit. li. 3. cap. 21. num. 5. Filiarc. lib. 4. c. 13. Hugol. de cens. tab. 1. c. 14. §. 1. n. 1.
3 Quare si excommunicatus excommunicet, aut excommunicatum absoluat absque stola, & solemnitate, de qua in cap. à nobis de sent. excom. & in c. cum aliquis 11. q. 3. Item si iudicasset, sententiam tulisset, visitasset, castigasset, præsẽtasset, elegisset aut electum confirmasset, irregularis nõ est, ita Syluester verb. interdictum 5. quęst. 4. Ledesma quęst. 24. art. 2. Enriquez lib. 14. capit. 7. §. 1. Sayr. in Thesauro casuum conscientiæ, lib. 7. c. 10. num. 10. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Quid iuris de excommunicato in sordescente in excommunicatione per annum, constituitur conclusio, n. 2. asfertur ratio conclusionis nu. 3. Ampliatur num. 4. 5. 6. 7. & 8. limitatur num. 9. & 10.*

11 *Annus in hac materia debet esse completus.*

De excommunicato in sordescentę in excommunicatione per annum.

DECIS. CCCCLIX.

PRo cuius materiæ dilucidatione & vera intelligentia distinguendæ sunt nõnullæ iuris cõclusiones. 1
Prima sit conclusio. Excommunicatus, qui per annum perseuerauit 2
in excommunicatione, habetur pro confesso & cõuicto de delicto principali, pro quo fuit citatus, & nõ cõparens excommunicatur, ita quòd nõ est amplius audiendus, ex c. rursus, & quicunque, 11. quæst. 3. Ab. Ripa, qui testatur de communi in cap. 1. de iudic. & quod habetur pro conuicto voluit Gloss. in c. cum contumacia in verb. hęreticus, & ibi Franch. & Anchar. de heret. li. 6. & Glos. in c. excommunicamus 1. §. qui autẽ, in verbo condemnentur ibi Panor. num.

Digitized by Google

numer.7.de hæret. in antiq. & Spec. in tit.de accuſ.§.ſequitur,verſ.porro ſecundum canones, & Hugol. in d. cap.rurſus,& Panormit.in cap.1. numero 24.de iudic.ait:ex eo,quod capit.rurſus,& c.quicunque,11. q.3. dicunt,quòd nulla vox eorum in iudiciis penitus audiatur;apertè inſinuatur,quòd ſuper criminibus non ſunt audiendi,quaſi iuris interpretatione habeantur pro confeſſis, & in c. veritatis,num.27. vbi etiam refert Ioa. And.de dolo,& contum.Soc.in cap. per tuas numer.30.de ſent.excomm. Nauarr.in manual.c.27. numero 23. verſ.decimo ſexto,Couar. in cap.alma,mater,1.par.§.7.numero 10. verſic. conuentus de ſentent. excomm. libro 6.Rebuff.reper.in cap.poſtulaſtis numer. 147.de cler.excommun. miniſtr.Henriquez lib.13.de excommun.cap.7.§.;.Hugol. de cenſur. eccleſ.tab.1.c.14.§.3.numer. 4. & tab.2. cap.22.§.3.

3 Cuius concluſionis ratio eſt,quia ex quo iudicium ſubterfugit,præſumitur nocens, & confiteri,quæ præſumptio augetur, & vehemens efficitur, ex eo, quod tantum temporis in excommunicatione perſeuerat, argumen.c. cum contumacia, & ibi Glo.in verb.vehementem de hæret. in 6.

4 Amplia primo cõcluſionem principalem, vt talis ſic perſeuerans in excommunicatione poſſit temporaliter puniri, propter cõtemptum excommunicationis, Ioan. de Anania, Fel.in c.poſtulaſti,de homicid.Abb. in c.grauem de pœniten. Vnde valet ſtatutum epiſcopi, quòd perſeuerãs in excõmunicatione,quolibet menſe ſoluat certam pecuniæ quantitatem,Hoſtienſ.& communis in ca.ad aures de ſimonia,Felin. in capit.irrefragabili §. cæterum de off.ord. Immo poteſt epiſcopus præcipere officialibus locorum, vt expellant excommunicatos, Franc.March.deciſ. 60.Couar.in cap. alma mater de ſent. excommun.in 6. in prima parte relectionis, §.5. numero 5.& poterit præcipere Iudicibus, ne excommunicatum recipiant c.decernimus,eo. tit.in 6.

Amplia ſecũdo,etiam in caſu, vbi quis inobediens perſeuerauit per longum tempus in excommunicatione, & poſtea moriatur contritus, poterit,in pœnam, non obſtãte pœnitentia, & abſolutione, ſepeliri extra ſacrum: exemplo Diui Gregorij, qui Monachum proprietarium, licet pœnitentem, mandauit, ad aliorum terrorem, ſepeliri extra eccleſiam,vt in capitul.cum ad Monaſterium,de ſtatu monach.Idem de moriente in torneamentis habetur in cap.1.de torneament.Idem.in cap.2. de raptorib.idem tradit Gloſ. in cap. fin.diſt.77. 5

Amplia tertio,vt fiſcus,& pars cẽſeantur releuati ab onere probandi delictum, licèt poſſet inquiſitus aliis probationibus ſuam innocentiam demonſtrare, ſecundum Ripam,& Butr.in d.capit.1.de iudic.& Menoch. latè in tract. de arbit. centur.6.caſu 416. vnde ſecundum Nouiſſimum in ſua praxi cap.31. fuit dictum in Curia Archiepiſcop. non fuiſſe neceſſariam quandam repetitionem teſtium factam ad inſtantiam excõmunicati, qui perſeuerauerat in excommunicatione per annum: ſiquidem repetitio teſtium fit ad probandam intentionem fiſci,vt clarum, & fiſcus eſt in probatis. 6

Amplia quarto in eo, qui per quatuor menſes, vel per annum perſeueret in excommunicatione, cùm non gaudeat clauſula abſolutionis ad effectum,Rebuff. in pract.benef. 7

in declaratione nouæ prouisionis, num.10.lib.10.

8 Amplia quintò etiam in eo, qui per annum perseuerauerit in excommunicatione, quia possunt eius bona publicari. Isernia in Rebuff. de statu,& consuetudine, §.ad decus.

9 Limita nunc dupliciter,& primò vt tunc incurrat excommunicatus præfatas pœnas,quando nominatim fuerit excommunicatus, & declaratus,iuxta tradita in Glos.in l.inciuile C.de furtis. Ratio huius est, quia licèt ipsa excommunicatio à iure imposita affligat, & inhabilitet quoad omnes suas potentias illum, qui in eam incidit absque aliqua declaratione,vt in c. pastoralis in fin. de appel.vbi trahit secum exequutionem, & in capit. cum non ab homine de senten.excommun. Et sic respectu ipsius excommunicati,statim excommunicatio operatur,illum repellendo ab his à quibus de iure prohibetur,vt habetur in simili in cap.fin.de cohab.cleric. & mulier.& denunciatio, seu declaratio non addat vinculum aliquod excommunicationi, vt in d.c.pastoralis §.verum,& DD.ibi, quia qui declarat,nihil addit l.hæredes palam.§.si quid post ff. de testament.Quoad Ecclesiam tamen,& alios denunciatio, seu declaratio illa videtur necessaria,maximè ad hæresis suspicionem causandam, vt patet in cap. vera contumacia de hæretic. ibid.6.

10 Limita secundo in eo, qui citatus ob iusta impedimenta comparere nequiuerit,Hostien.Auan.&Doctores in cap.excommunicamus 1.§.qui autem de hæretic.Archidiac. Ioann. Andr.& Franc.in c.cum contumacia de hæret.libr.6.quos refert,ac sequitur Couar.in c.alma mater 1.par.§.7. n.11.de sent.excom.lib.6.

11 Est tamē notandum, quòd huiusmodi annus debet esse cōpletus, vt colligitur ex c. vera contumacia de hæret.lib.6. ponderando dictionem *ex tunc*, quæ lapsum terminum designat iuxta ea,quæ notat Gloss.in c. cupientes §.cęterum in verb.ex tunc de elect.lib.6.& clemen.1.in verb.ex tunc,de iurepatron.& l.4.in fi. ff. de condit.& demonstrat. & præterea etiam requiritur, vt in ea per annum continuauerit,vt in simili dicit Bart. per illum text.in l. fin. §. quoties in verb.anno continuo ff.de public. & vectig.

SVMMARIVM.

1 *Officiales Principum percutiētes clericum,turban. arcētes, sunt excusatione digni, ita vt non possint ex hoc excommunicari: probatur tribus medijs,de quibus n.2.3.& 5.*

4 *Adducitur ratio conclusionis.*

Officiales Principum turbam arcentes, & clericos percutientes,ab excommunicatione an excusentur.

DECIS. CCCCLX.

Respondi, quòd si hoc fecerunt absque animo iniuriandi, non sunt excommunicati. Primò, quia canon dolosos tantum,& violentos tenet, Gloss.cap. si verò,il primo, de sent.excomm. & secundum D.Thomam in addit.3.part.quæstion.24.artic. 1. quem refert, & sequitur Sotus in 4.distinct.22.q.2.art.3.post conclu. 5.Astens.in summa part.2.libr.7. tit.3. art.1.vers.8. percutiens clericum non ex odio,vel inuidia, aut indignatione,non est excommunicatus, vt refert quoque decisum Franc. March. 1

in

in decis.821.par.1.

3 Tum secundò, quia iuxta opinionem Sayr.lib.3.capit.8.numero 33. si quis nō ex deliberatione, sed ex subreptione, & subita passione socium suum clericum leuiter percutit, quamuis sit turbatus, vt contingere solet in ludente cum clericis, maximè si prius à clerico secum ludente percussus sit, non erit excommunicatus.

4 Cuius conclusionis vera ratio est, quia inconsultus calor, calumniæ vitio caret, arg.l.quicquid ff.de regulis iuris.

5 Tum tertio, quia talis percussio non dicitur violenta, iuxta terminos cap.si quis suadente diabolo, & esto, quod esset manus violenta materialiter; si tamen non sit formaliter talis, vtpote quia non intenditur violentia, seu iniuria, vel non intenditur quod sit in clericum, nec talis in excommunicationem incidet, secundùm Sayr.loco cit. Hartam.in consil.29.num.5.& sequ. Thoming. in consil.91.numero 3.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ob percussionem factam clerico, à quo sit absoluendus, distinguuntur dua species percussionis. de quibus num.2.& 3.*

Excommunicatus ob percussionem clerici, à quo absoluendus.

DECIS. CCCCLXI.

1 QVamuis excommunicationis huius absolutio regulariter ad solum Summum Pōtificem spectet, vt in c.si quis suadente diabolo 17.q.4.tamen in aliquibus casibus potest dicta absolutio ab Episcopo impendi: Quare distinguendæ sunt tres species percussionis.

2 Quædam est enim leuis percussio & hæc variis modis à Doctoribus fuit intellecta, nam Hostiens.in c. peruenit.de sent.excom. & ibi Panormit. & in c.cum illorum.eodem tit. leuis iniuria iudicanda est arbitrio boni viri, seu iudicis, id est Episcopi, ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis: si enim clerico solemniter ministranti in altari, quis leuiter manus iniecerit, non erit iniuria leuis, quæ aliàs leuis esset, sicut è contra. Quædam est leuis illata puero, vel in dorso, aut manu, vel baculo, aut in occulto, quæ non esset leuis illata seni, vel in facie, pugno, aut ense, vel in publico. Et communiter percussio, quæ fit à magistro, Prælato, patre domino, in discipulum, clericum, filium, aut seruum, leuis censetur.

Item secundum Nauarr. in manual.capit.27.n.91.quem refert Philiarcus lib.3.de off.Sacerdotis cap.33 notab.7.leuis percussio est illa, quæ fit pugno, id est palma, baculo, vel lapide, & vbi nullum membrum abscinditur, aut dēs euellitur, nec multum sanguinis emittitur.

Astensis verò par.2.lib.7.tit.13. artic.4.q.2.& Siluest.in verb.absolutio 4.in princip.dicunt, leuem esse illam, quando quis leuiter malo animo manum ponit super clerico, vel accipiat eum per vestes, vel habenas, aut eum trahat.

Tandem iudicatur leuis percussio, etiam si sit facta in publico, nisi in se fuerit notabilis, & generet aliquod magnum scandalum, ex Cord. cons. 42.vbi concludit, percussionem duorum clericorum, qui in itinere pugnis, & pedibus ad inuicem se percusserunt, fuisse leues, à quibus posset absoluere Episcopus.

Digitized by Google

Quædam est enormis, & hæc ex multis iudicatur, secundum Sayr. libro 3.c.28. Primo ex magnitudine facti. Secundo ex persona læsa. Tertio ex persona lædente. Quarto ex scandalo. Quinto ex irreuerentia. Sexto ex loco. Septimo ex loco vulneris. Octauo ex facti notorietate, quæ omnia tunc demum inducunt grauem percussionem, quando percussio est in se notabilis, & scandalum magnum pariat.

Vnde secundum Nouissimum in Cur. Archiepiscop. Neapol. fuit iudicata grauis percussio facta cum baculo quinque, vel sex vicibus, licèt non adfuerit sugillatio carnis, vel vulnus.

Item fuit iudicata grauis percussio facta in personam Confessarij cuiusdam mulieris agonizantis, cuius guttur quidam laicus fortiter manibus comprimebat, ita vt si ab alio non fuisset impeditus, ipsum suffocasset, ratione personæ dicti Confessarii, qui vltra integritatem vitæ, erat superior in suo Monasterio insigni: ratione scandali, quod fuit magnum in ciuitate, nam dictus Confessarius accesserat ad domum dictæ mulieris pro commendatione animæ, & percussor, qui erat consanguineus mulieris, prætendebat, mulierem consilio Confessarii fecisse quoddã legatum pium in præiudicium consanguineorum: locus etiam percussus erat in consideratione, iuxta l. vulneris ff. de iniur. est enim percussio gutturis nimis periculosa.

Item fuit iudicata grauis percussio duorum clericorum, qui inuicem pugnis se percusserunt, sine sanguinis effusione, vel suggillatione carnis, coram sanctissimo Sacramento, quod Illustrissimus, & Reuerendiss. Cardinalis Gesualdus Archiepiscopus deferebat per Ciuitatem in publica processione repositionis sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Cathedrali Neapol. in qua fuerat habita oratio quadraginta horarum, & fuerunt grauiter puniti.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus in foro conscientia, non dicitur absolutus in foro exteriori.*
2 *Decisio Cur. Archiepiscop.*

An absolutus in foro consciẽtiæ, debeat molestari in foro exteriori.

DECIS. CCCCLXII.

1 QVamuis regulariter absolutio in foro conscientiæ non suffragetur in foro exteriori, ad notata communiter per DD. per illum text. in c. de iis de accusationibus & iuxta hanc opinionem refert fuisse decisum in Rota Crescent. in decis. 14. deprobat. & ita quoque fuisse iudicatum scribit Iaffred. Balb. in decis. 122. Sayr. in decis. 1. de testibus latissime Couar. in repet. cap. alma mater §. 11. num. 16. de senten. excommunicationis in 6. Tamen in Curia Ar-
2 chiepis. Neapol. secundum Nouissimum in sua praxi ca. 25. pluries fuit dictum, quod si in iudicio appareat, aliquem esse excommunicatum verum constet iudici præfatum obtinuisse absolutionem in foro conscientiæ antequam negotium deduceretur in iudicium, licèt talis excommunicatus possit accusari, & puniri, honestius facit iudex, si ipsum non inquietet in foro exteriori, ita Nauarrus consilio 51. de sententia excommunicat. Henriquez in summa de irregularitate capite 20.

&c.

& ad idem facit consil. Nauarr. 4. de testibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non suspendit excommunitionem. amplia num. 2. 3. & 5. limita num. 6. & 7.*

4 *Plus est aliquid explicare facto, quàm verbo.*

Excommunicatio an suspendatur per appellationem.

DECIS. CCCCLXIII.

1 COnstituenda est regula pro huius quæstionis dilucidatione, quòd appellatio non suspendit excommunicationem, c. cùm contingat, & ibi Panormit. nu. 2. de off. delegat. & capit. per tuas, & ibi Glos. in verb. in quibus casibus, & ibi Panor. num. 3. de sentent. excom. & in c. solet, & ibi Gloss. in verb errorem, & c. venerabilibus §. sed si ex causa de sent. excomm. libro 6. & Glos. in cap. præsenti, in verb. ad cautelam de sentent. excomm. libr. 6. Franc. & communiter DD. in ca. si à iudice num. 3. de appellat. lib. 6. Soc. in capit. sacro, numero 51. de sentent. excomm. Nauar. in manual. cap. 27. num. 4. casu 3. vbi citat pro hac re capit. ad præsentiam, & ibi Gloss. in verb. contra appellationem de appell. & in cap. 27. numer. 273. Couar. in c. alma mater 1. part. §. 7. numer. 5. & §. 10. numero 4. Henriquez libr. 13. de excomm. cap. 16. §. 2. Hugol. tab. 1. de cens. eccl. cap. 13. §. 18. numer. 8. Ratio est, quia non est homo, qui ligat, sed Deus, cap. nemo 11. qu. 3. Cappell. Tholos. vbi assignat duas alias rationes in decisio. 298.

2 Amplia primò hanc regulam procedere non solum in expressa appellatione, sed etiam si intendens appellare, se supposuit protectioni superioris ante latam excommunicationem, quo casu perinde est ac si antea appellasset, ex quo de mente constat, vt habetur in cap. ad audiétiam, de appellat. & hoc tenuit Hostiens. Ioann. Andr. in capit. 1. de appell. libro 6. quos refert, ac sequitur Soccin. in cap. sacro numero 52. versic. si in intendens appellare de sent. excomm. & summa Astensis libr. 7. tit. 8. casu 11.

Amplia secundo procedere etiam in eo, qui iter arripuit ad Papam, ca. cum olim de dolo, & contum. & c. dilecti filij 2. & ibi Gloss. in verb. facto prouocare, & Panorm. numer. 5. de appel. quia itineris arreptio ad superiorem, habet vim appellationis, cùm plus sit aliquid explicare facto, quàm verbo, vt pluribus docet Gloss. in d. c. dilecti filii 2. vbi supra. 3

4

Amplia tertio tam in appellatione iudiciali, quàm extraiudiciali, ex capit. dilecti filii 2. & ibi Panorm. nu. 2. de appel. & cap. penult. de relig. domibus num. 2. & idem Panorm. in c. considerauimus num. 1. de elect. 5

Limita nunc primò procedere supradicta tantum in excommunicatione lata ab homine, cùm secus sit in excommunicatione lata à iure, seu per viam statuti, ex Anchar. in c. quicunque num. 3. de appell. lib. 6. argum. l. si qua pœna ff. de verb. signif. sententia enim iuris semper præsumitur iusta, argu. c. erit autem lex, 4. distinct. ideoque non suspenditur effectus eius appellatione, cùm appellationis remedium institutum sit ad præsidium innocentiæ, & non ad defensionem iniquitatis, cap. cum speciali §. porrò de appellat. 6

Limita secundo, quando appellatio est nulla, seu friuola, nam friuola, 7

Digitized by Google

& frustratoria appellatio non debet defendere appellantem, c. sollicitudinem, & ibi Panormit. & idem Panormit. in c. pastoralis 6. verum quia numer. 14. de appellat. in antiq. & de appell. lib. 6. & facit clem. 1. de dolo, & contum. tradunt Soc. sen. in c. nulli numero 40. de sent. excommun. & Anchar. in c. solet de sent. excom. lib. 6. & Hugolin. de censur. eccles. tab. 1. cap. 13. §. 18. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis gladius est valde salutaris, & magna circumspectione exercendus.*

2 *Excommunicatio propriè ob peccatū mortale proprium contumaciæ ferri debet. Amplia numero 3.*

De casu vt excommunicatio ferri possit.

DECIS. CCCCLXIV.

1 QVamuis excommunicationis gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, ac adcontinendos in officio populos valdè salutaris: sobriè tamen, magnáque circumspectione est exercendus, cùm experientia doceat, si temerè, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius parere, quàm salutem, Conc. Trident. capit. 5. in princ. de reformat. sess. 25. ca. multi in princ. 2. quæstion. 1. c. corripiantur, & ibi Gloss. in verb. maior 24. q. 3. cap. dilecto §. & quoniam de sent. excomm. in 6.

2 Vnde causa, vt rem paucis absoluam, ob quam excommunicatio ferri potest, & debet, est peccatum mortale proprium graue contumaciæ, & inobediētiæ, quo quis Ecclesiæ obedire recusat, Henriquez libro 13. de excommun. cap. 17. §. 3. Nauarr. in manual. c. 27. numero 9. Couarr. in capit. alma mater 1. part. §. 9. num. 4. Hugol. de eccl. censur. tab. 1. cap. 17. §. 7. & cap. 18. §. 3. Panormit. in c. qua fronte num. 7. de appell. & in cap. significauit num. 1. & 4. de offic. ordinar. & cap. cum non ab homine numero 25. de iudic. & in c. cùm sit Romana, num. 33. & in cap. fraternitati numer. 11. de cler. excommun. ministran, & in rubr. num. 1. de sentent. excomm. & in c. officii nu. 1. eodem tit. & in c. ex parte num. 3. de verb. significat.

Vlterius ob solam contumaciam, siue à iure, siue ab homine excommunicationem ferri posse, & debere inde probatur, quod excommunicatus statim, atque à contumacia discedit, & Ecclesiæ parere paratus est, à quacunque excommunicatione iuris, vel hominis incursu, Ecclesia eū absoluit, etiam post mortem, vbi id opus fuerit, vt habetur in c. ex literis, de constitut. & capit. à nobis 2. & cap. sacris de sentent. excommun. & DD. ibi. 3

SVMMARIVM.

1 *Laicus percutiens Monachum, quod sit absoluendus à superiore percussi probatur tribus mediis, de quibus num. 2. 3. & 4.*

5 *Contrarium fuit decisum.*

6 *Respondetur contrariis.*

An laicus percutiens Monachum sit absoluendus ab Episcopo, an verò à Superiore percussi.

DECIS. CCCCLXV.

VIdebatur prima facie dicendū, præfatum laicum absoluendum 1

dum esse à Superiore illius monasterij, in quo Monachus percussus manebat. Et hoc ex pluribus.

2 Tum primò, quia illius iurisdictio censetur offensa, & consequenter offendentes efficiuntur subditi illius. arg. tex. in l. nullum C. de testib. latè Bart. in l. à diuo Pio §. 1. ff. de re iudic. Afflict. decis. 230. de Franch. decis. 147. Triuis. decis. 8. par. 3. & Ann. cons. 107. vol. 2.

3 Tum secundò, quia per tex. in c. monachi de sentent. excommunic. Monachi se ad inuicem percutientes, absolui debent ab eorum Superiore.

4 Tum tertiò, quia per tex. in cap. cum illorum, eod. tit si regularis verberet regularem eiusdem monasterij, absoluitur à suo Prælato, vt dixi: si verò percusserit regularem alterius monasterij, absolueretur per Prælatum proprium, & per Prælatum eius, qui passus est iniuriam.

5 Cæterum præfatis minimè suffragantibus, contrarium iudicauit Curia Archiepisc. Neapol. scilicet, præfatam absolutionem ad Ordinarium laici spectare, non autem ad Superiorem Monachi percussi: & de decisione mirandum quidem non est, siquidem corroboratur per textum in cap. quoniam de vita, & honest. cleric. vbi clerici communiter viuentes, & sub vno tecto dormientes, ab Episcopo absolui possunt: his accedat tex. in cap. religioso de sentent. excommunicat. vbi regularis percutiens clericum sæcularem, absolui debet ab eius Episcopo: facit etiam tex. in c. de monialib. eod. tit. vbi moniales se ad inuicem percutientes, absolui debent ab Episcopo.

6 Non obstant contraria, quia procedunt ac loquuntur, vbi percussio contingit inter regulares, non autem quando vnus ipsorum esset laicus, & ita videntur procedere omnes textus supra allegati.

SVMMARIVM.

1 *Quod prouocatus, percutiendo clericũ prouocantem, non sit excommunicatus, probatur duobus rationibus, de quibus num. 2. & 3.*

Ampliatur conclusio nu. 4. & 5.

An prouocatus, qui percussit clericum, sit declarandus excommunicatus.

DECIS. CCCCLXVI.

FVit dictum in Curia Archiepisc. Neap. non esse declarandum excommunicatum quendam laicum, qui ob prouocationem sibi factam à clerico, eundem clericum percussit: quæ opinio nonnullis rationibus corroborari poterit. 1

Prima est, quia regulariter prouocatus debet esse alienus à quauis pœna, l. 1. §. 1. ff. si quadrupes pauperiem, Bald. cons. 23. num. 4. vol. 1. & quicquid facit præsumitur ad eius defensionem fecisse, secundum Dec. cons. 570. vol. 2. latè Barz. in decis. Rot. Bononien. 133. Felin. in c. significasti, de homicid. Vnde, secundum Marsil. cons. 537. num. 8. quem refert Clar. in §. fin. qu. 60. num. 14. si duo clerici inuicem se percutiunt, sed vnus prius incœpit; & prouocauit, non sunt ambo declarandi excommunicati, sed solum qui prouocauit, vt ante supracitatos voluit etiam Cardinal. cons. 42. 2

Secunda ratio est, quia vim vi repellere licet, l. vt vim ff. de iustit. & iure, c. si verò, il primo, de sententia excommunic. & ratio est, quia iure 3

naturali indictum est se defendere: his omnibus accedat tex.in l.is, qui aggressorem, C. de sicar. vbi si quis aggressorem, & sic prouocantem percutiat, nullam meretur pœnam: rationem reddit tex. in l. si vt allegas, C. eod. qui defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur, & consequenter nullam excommunicationem contraxisse præfatum percutientem.

4 Amplia primò, supradictam principalem conclusionem procedere nedum pro sua, verumetiam pro illarum personarum defensione, per quas ei fit iniuria, vt sunt vxor, filij, serui, & huiusmodi, arg. text.in l.personam, ff. de pact. Cappell. Tholos. decis. 370. Boer. decis. 118. nam & socij quoque iniuria propulsanda est, c.non inferenda 23. quæst.3.

Amplia secundò, procedere etiam pro defensione patris, vel matris, vel familiæ, vt docent Panorm. in cap.olim, il primo, de restitut. spoliat. Astens.in summa parte 2.lib. 7. tit.3.art.1.quæst.9. Diuus Antonin. 3. par.tit. 25. capitul.1.§.4. Angel. in verb.excommunicatio 5.numer.13. Siluester eodem verbo, numer.6. notab.4. 5

***

Finis tituli Praxis Excommunicationis.

PRAXIS

SVSPENSIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Vis suspensionis à Pontificalibus declaratur num.2.*

3 *Suspensio à Pontificalibus non prohibet exercitium iurisdictionis Episcopalis.*

Suspensio à Pontificalibus quid importat.

DECIS. CCCCLXVII.

1 QVIA in nonnullis locis Sac.Concil.Trident. fit mentio de suspensione à Pontificalibus, propterea congruum mihi visum fuit hic primo loco quærere quid importet suspensio à Pontificalibus. Cui quæsito respondeo, quod hæc censura propriè & directè prohibet actum apparatus Pontificalis, scilicet insignia Pontificalia, vt vsum Baculi, Mitræ, Pallij, etiam in illis, quibus pallium competit. Sic igitur suspensus quamuis Missam priuatam celebrare non prohibeatur, 2 aut alia facere sine ornamentis Pontificalibus, quæ eis ratione sacerdotalis officij competunt, vt baptizare, pœnitentias dare, & similia: Missæ tamen sacrum cum Mitra, & Baculo celebrare non potest:

test; immò verò consecutiuè etiam suspensio hæc omnem actum ordinis Pontificalis prohibet; cùm actus ordinis Episcopalis non debeant nec soleant sine ipsius insignibus Pontificalibus exerceri: qua de causa Gloss. in extrauag. suscepti regiminis, in verb. à Pontificalibus, de elect. docet, suspensum, à Pontificalibus, prohiberi etiam ab his, quæ sunt sibi aliàs vt Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis, puta ab Ordinum celebratione, frontis crismatione, Basilicarum, seu virginum consecratione, & similibus: quod si quis actus, sit, qui sine istis insignibus soleat exercere, ille non est prohibitus.

3 Vnde notandum, hanc suspensionem non prohibere exercitium iurisdictionis Episcopalis, vt expressè docet Host.& Ioan. And. in cap. cum medicinalis, de sentent. excommunicat.lib. 6.quos refert, & sequitur Panorm.in cap. cum dilectus numer. 20. de consuetud. Tabiena,verbo suspensio, numer. 4. versicul.tertio, Siluester verb. suspensio,quæst. 5. Hugol. de censur. eccl.tab.4.cap.6.§. 6. numer.5. & alij ferè omnes. Ratio est, quia iurisdictio nullo modo pertinet ad apparatum Pontificalem, vt notant DD. in cap. transmissam de elect.& in cap. aqua de consecr. eccl. vel altar.

SVMMARIVM.

1 *Suspensus ab ingressu Ecclesia, etiam à celebratione diuinorum in ea suspensus est.*

2 *Suspensus ab ingressu ecclesia, celebrare extra eam potest, nec erit irregularis.*

An suspensus ab ingressu ecclesiæ, extra eam celebrans, contrahat irregularitatem.

DECIS. CCCCLXVIII.

SVppono pro huius quæstionis dilucidatione hanc suspensionem prohibere omne solemne exercitium cuiusuis ordinis intra ecclesiam,vt habetur expressè in cap. is cui de sent.excommun.lib.6.& facit transgressorem irregularem, vt ibidem exprimitur summa Pisanella in verb.suspensus, Nauarr. in manual.c.25.num. 75. vers. duodecimo, & c.25.num.75.vers. sexto dico, Costa in repet.c.is cui nu.1.de sent. excom.lib.6.& ibidem Gemin. summa Confess.in addit.li.3.tit.29. quæst. 5. (quamuis contrarium li.3.tit.29. q.5. antea docuerit) & Henriquez li. 13. de excom.& suspens.c.32.§.2. in fin. Ratio est, quia interdicto principali, censetur interdictum & omne consequens ex eo;cùm igitur Ecclesia Dei principaliter facta sit gratia 1 diuini cultus,& vt in ea diuina celebrentur,consequens est, vt vbi quis suspenditur ab ingressu illius, etiam à celebratione diuinorum in ea suspensus sit.

Vnde non prohibet præfata suspensio celebrationem extra eam, 2 vnde celebrans sub domo aliqua, aut tentorio, aut oratorio aliquo priuato,cum altari portatili non erit irregularis,ex Gloss.in cap. is cui in verb.in ea,& Costa ibidem num. 17. & seq.de sent.excomm.lib.6. Siluester in verb.suspensio qu.5. Corona Confess.tit.de suspens.numer.6. de Graffiis lib.4.decis.cap.25.numer. 4. Henriquez lib.13. de excommun. & suspens.c.32.§. 2. Nauarr. in manual. cap.25.numer.75, verb. duodecimo,

Couarr. in c.alma mater, par. 2. §. 1. num.3.de sent.excom.lib.6.Armilla verb.suspensio,§.8.& Gloss.in c. vlt. in verb.ecclesiæ de off.ord.li.6.Calder.in suo tract.de eccl.interdict. in 2.membro vers.nunc redeo ad casum.Ratio est, quia causa limitata, limitatum producit effectum, arg.l. inagris ff.de acqu.rer. dom. & ita cùm pœna hæc limitata sit respectu loci, scilicet intra ecclesiam celebrando,nihil operabitur, si extra illam celebratio fiat, quod maximè procedit in pœnalibus,arg. c. statutum de elect.lib.6.& c. odia,& c. in pœnis de reg.iur.li.6.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio ad certum & determinatū tempus,eo ipso,quod elapsum fuerit tempus,cessat absque iudicis declaratione.*

2 *Suspensio iuris ante lapsum temporis, tantum potest à Summo Pontifice tolli: hominis verò suspensio tollitur à quo posita est, & superiori.*

An suspensus ad tempus, illo elapso cesset, absque vlla alia iudicis declaratione.

DECIS. CCCCLXIX.

1 EX Cappella Tholos. in decis. 297. deprompta est conclusio, suspensionem ad certum & determinatum tempus,eo ipso quod elapsum fuerit tempus, cessare absque alia iudicis declaratione, vt probatur ex celebri gloss. in clement. 1. in verb.donec,de decim.& Inn.in cap. cum bonæ de æta. & qualit. ordin. Corona Confess.tit. de suspensione nu.8.Graff.lib.4.decis.c.25.num. 14. Viuald.tit.de suspens.[illegible]um.180. Ante lapsum autem istius temporis si lata sit à iure,non potest tolli, nisi à Summo Pontifice, eo quod diminuere tempus est in iure dispensare, vt latius infra dicemus,cùm de absolutione suspensionis agetur, si verò lata sit ab homine, poterit ante lapsum temporis tolli ab eo, à quo posita est communiter, vel à superiori,aut ab eo qui succedit in dignitate eius,hic enim reputatur eadem persona,ex Nauar.in manual. cap. 27.num.162.versic.septimo dico, & Hendriqu.lib.13. de excomm. & suspens.cap.35. §. 2. de qua re infra dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nullam ipso iure incurrere suspensionem, nisi in mandato aut sententia,specialiter exprimatur.*

2 *Ponuntur vndecim casus, in quibus Episcopi contrahunt suspensionem.*

De casibus,in quibus Episcopi incurrunt in suspensionem.

DECIS. CCCCLX X.

REgula sit,Episcopos nullam incurrere ipso iure suspensionem, aut interdictum virtute cuiusuis cōstitutionis,mandati, seu sententiæ, nisi specialiter exprimatur,vt habetur express. in c. quia periculosum, de sent.excom.li.6.addit Calder. in tract.de interdict.par.1.memb.1. nu. 8.nec iuris,nec hominis sententiam incurrere Episcopos ipsos, nisi specialiter exprimantur, idque etiam probatur in cap.inquisitionis de hæret.in 6.& latè Io. Monach. de sentent.excomm.eod lib.Casus autem, in quibus contrahunt suspensionem,

nem, sunt videlicet.

Primò, ordinans aliquem sine literis dimissorialibus proprij Ordinarij, talis enim suspenditur à collatione eorum Ordinum per annum, Concil. Trident. sess. 23. capit. 8. de reform. & sess. 6. de reform. capitulo 5. & sess. 14. capitulo 2. de reform.

Secundò, qui ordinat in aliena Diœcesi, etiam cum expressa licentia, personas eidem non subiectas, eandem suspensionem incurrit, ex Concil. Trident. sess. 6. de reform. capitul. 5. & sess. 14. de reform. capitulo 2.

Tertiò Episcopi Titulares ordinantes aliquem absque licentia Ordinarij, cuiusuis priuilegij prætextu, ab exercitio Pontificalium per annũ sunt suspensi, ex Concilio Trident. sess. 14. de reform. c. 2. Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. cap. 38. §. 2. Nauarr. in manual. c. 22. num. 18. versicul. tertio, Maiol. lib. 3. de irregularit. cap. 23. numero 10. & libro 4. capitul. 2. num. 9. Viuald. titu. de suspens. nu. 125.

Quartò, Pontificalia exercens, vel etiam solos Calices, Corporalia benedicens in aliena Diœcesi, sine licentia loci Episcopi, efficitur suspensus ab exercitio Pontificalium. Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. de reform. Nauarr. cons. 69. numer. 1. de sent. excomm.

Quintò, ordinans religiosum non professum, sine titulo, seu prouisione, suspenditur à collatione eorundem Ordinum ex Bulla Pij Quinti.

Sextò, Episcopi, Cardinales, & alij Prælati, qui aliquem patiuntur obtinere Cathedram, id est Cathedralem Ecclesiam, aut gradum consequi, contra formam traditam à Pio Quarto in Bulla, quæ incipit, In sacrosancta, ab ingressu Ecclesiæ suspensi sunt.

Septimò, Episcopi, & alij Prælati dantes beneficia, præsertim Curata, personis indignis, & quæ in loco residere, & Curam per seipsos exercere non possunt, à collatione beneficiorum ea vice suspensi sunt, vt colligitur ex cap. cum in cunctis §. clerici, vers. Episcopus, & cap. nihil est de elect. & cap. quia nõnulli, de cler. non resident. & cap. graue nimis de præbend. & Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 3. iunctis gloss. & Doctores ibi.

Octauò, suspensi sunt ab ingressu Ecclesiæ Prælati, qui sine auctoritate Summi Pontificis commẽtarios, glossas, interpretationes, scholia, vllúmve interpretationis genus super Concilij Tridentini decretis edunt, ex Bulla Pij Quarti super confirmatione eiusdem Concilij: quæ constitutio ædita fuit quinto anno eiusdem Pij Quarti anno 1563. septimo Kalendas Februarij, & incipit, Benedictus Deus, & est constitutio 96.

Nono, Episcopi, & alij collatores beneficia, præsertim Curata, personis indignis, & quæ in loco residere, ac per seipsos Curam ipsam exercere non valent, conferentes, à collatione beneficiorum ea vice sunt suspensi, & collatio est irritanda, cap. graue nimis de præbend. & Concil. Trident. capit. 3. de reform. sess. 7.

Decimo, obtinentes beneficia in confidentiam ab ingressu Ecclesiæ, sunt ipso iure suspensi, & etiam Episcopi, ac S.R.E. Cardinales, per Bull. Pij Quarti de confident. in Bull. cap. 109. & plures alias pœnas incurrunt, vt ibi, & in constitut. Pij V. in Bull. cap. 87.

Vndecimo, Episcopi, eorúmque

Superiores qualiter ad visitanda limina Apostolorum Petri & Pauli, sub pœna suspensionis obligantur, vide Bullam Sixti V. de visitandis liminibus Apostolorum, æditam anno 1585. 13. Kalend. Ianuarij, quam refert Sayr. in thes. casuum conscient. lib. 4. c. 13. num. 53.

SVMMARIVM.

1 *Enarrantur sex casus, in quibus reliqui, præter Episcopos contrahant suspensionem.*

De casibus, in quibus reliqui, pręter Episcopos, contrahunt suspensionem.

DECIS. CCCCLXXI.

1 PRimus est Abbas regularis subditis laicis tonsuram, aut ordines conferens, aut eisdem litteras dimissorias, vt ab aliis ordinentur, concedens, ab officio & beneficio per annum ipso iure suspensus est, vt habetur in Concil. Trid. sess. 23. de reformat. c. 10.

Secundus, Fratres Prædicatores, si perturbare præsumpserint Officium Inquisitoris contra Hæreticos, per Fratres Minores exercitatum, & idem de Minoribus perturbantibus Officium Inquisitoris, per Prædicatores exercitatum, ipso facto ab executione Ordinum sacrorum suspensi sunt quousque vel per Sedem Apostolicam, vel ipsum Inquisitorem, cuius officium perturbarunt, absoluantur, vt habetur in quodam priuilegio concesso à Clemente Quarto, quod incipit, Paupertatis altissimæ.

Tertius, religiosi absque licentia, & litteris dimissoriis proprij Prælati sacris initiati ab vsu Ordinum sacrorum sic suspectorum, suspensi sunt, arg. extrauag. Cùm ex sacrorum Pij Secundi, Nauarr. in manual. cap. 25. num. 70. & c. 27. numer. 155. vers. tertia, Hendriquez libro 13. de excomm. & suspens. capit. 40. §. 1.

Quartus, Præpositi, Priores, & omnes religiosi, qui introducunt mulieres intra monasteria, à diuinis suspensi sunt, & beneficiis priuati, & ad illa, & ad alia omnia inhabiles redduntur, ex Bulla Pij Quinti, quę incipit, Regula. Viuald. titul. de suspens. nu. 118.

Quintus, habetur in Bulla Pij Quinti, quæ incipit, Quanta Ecclesiæ edita 1568. Calend. Aprill. & est 58. eiusdem in ordine, in qua Capitula, & Conuentus, quibus ob transgressionem Bullæ prædictæ circa nō admittendas beneficiorum resignationes est interdicta facultas conferendi beneficia, seu officia, vel confirmandi, eligendi, præsentandi, & instituendi quenquam in ipsis, & nihilominus ea omnia, vel aliqua sic potestate priuati faciunt, eo ipso à diuinis suspensi sunt, & à solo Papa absoluuntur.

Sextus, Vicarius Capituli Sede vacante, qui in infra annum vacationis litteras dimissoriales concesserit, Concil. Trident. sess. 7. cap. 10. de reform.

Notabilia quædam in materia suspensionis.

PRimus, suspensus ab ordine superiore, non dicitur ab inferiore suspensus, sed suspensus à minori, tanquam à fundamento censetur à superioribus suspensus. Henriqu. de suspen-

suspensione c.22.§.2.

Secundus, suspensus ab ordine, non dicitur suspensus à iurisdictione, quæ fundatur in ordine, nam ordo differt specie à iurisdictione, vnde Sacerdos suspensus ab ordine, potest absoluere excommunicatum ab excommunicatione, sed non solemnibus precibus adhibitis, neque à peccato, cum sit ordinis, illud verò iurisdictionis videatur Sayr.tom.1.fol.381.

Tertius, suspensiones tres incurreret, qui tres ordines sacros susciperet sine dimissoriis sui Ordinarij, Nauarr.cons. vltimo de corpore vitiatis.

Quartus, suspensionem ab ordine incurrens, non efficitur irregularis, exercens actus ordine suo ex constitutione propriæ regulæ deputatos, puta eligendo, stando, & sedendo in Choro, & Capitulo inter alios tali ordine insignitos, idem Nauarr. cons. 7.de ætat. & qualitat. ordin.

Quintus, à diuinis suspensus, prohibetur solum in officio suo agere sicut prius, ideo potest confiteri & communicare, idem Nauarr. cons. 64.de sent.excomm

Sextus, suspensionem vnius mensis, incurrens ob violationem statuti alicuius imponentis pœnam huiusmodi, si ante dictum tempus clapsum, aliam pœnam, vel eandem ob nouum simile peccatum incurrit, non expectatur adimplementum prioris temporis, sed statim incipit currere tempus secundæ pœnæ debitum, & sic non fit duplicatio totius, docet notabiliter Gloss. in clement. 2. de Magistris.

Septimus, suspensio à voce actiua vel passiua, & à Pontificalibus, potest quidem suspendi per appellationem subsequentem legitimam, pluribus docet idem Nauarr.cons.8. de electio. prædicta enim valde inter se differunt, ideoque cùm in iure non fiat mentio de ipsis, non est de illis intelligendum.

Finis Tituli. Praxis Suspensionis.

PRAXIS.

VICARIATVS CAP. SEDE VACANTE.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante, succedit in omnibus iis, quæ ad Episcopalem iurisdictionem pertinent. Amplia num. 2.*

3 *Limitatur regula nu. 4. 5. 6. 8. & 9.*

7 *Redditur ratio sexta limitationis.*

An Vicarius cap. Sede vacante eandem habeat iurisdictionem, quam Vicarius Episcopi.

DECIS. CCCCLXXII.

1 PRo huius quæstionis dilucidatione sit pro regula generali, Capitulum, Sede vacante, Ecclesiæ Cathedralis succedere in omnibus his, quæ Episcopalem iurisdictionem concernunt, c. cum olim, vbi Gloss. & Doct. de maior. & obed. c. vnic. eo. tit. li. 6. de qua iurisdictione patet apertè in c. illa, & c. fin. ne sede vac. c. ad abolendam de hæret. c. si Episcopus, & c. Ecclesiæ de suppl. negl. Præl. lib. 6. & in clem. statutum de elect. facit etiam tex. in c. cum nullus §. Episcop. de temp. ord. in 6. Vnde iurisdictio præfati Vicarij dependet ab ipso Capitulo, quod poterit illam limitare, & ampliare, cùm ipsa iurisdictio resideat principaliter penes Capitulum, & non transferatur in Vicarium, nisi exercitium illius tantum, vnde secundum Guttierez can. quæst. c. 11. nu. 10. potest Capitulum in creatione Vicarij aliqua sibi reseruare.

Suprapofita regula limitatur nonnullis modis, secundum Thes. fori ecclesiæ, c. 10. num. 8. 3

Limitatur primò in delegationibus, collationum, beneficiorum, dispensationum, absolutionum monitorialium, & aliarum gratiarum Apostolicarum, quæ Sede vacante Episcopis, vel Vicariis vicinioribus committuntur, non autem Capitulis, seu Vicarijs Capitularibus. 4

Limitatur secundò in commissionibus causarum, quæ tantummodo Episcopis, seu eorum Vicariis Generalibus, vel Iudicibus Synodalibus delegantur, cap. statutum de rescript. in 6. & Concil. Trident. cap. 10. de reform. sess. 25. nam Sede Episcopali vacante, aliis Ordinariis vicinioribus committuntur. 5

Limitatur tertio in cognitione causarum Vicario Episcopi delegata- 6

gatarum, quas Vicarius Capitularis exequi nō poteſt, vt teſtatur Archidiaconus in tract.de hęretic.trad.Feder.d.Sen.d.conſil. 20. ante numero 1.verſ. ſuo iure agitur & conſ. 130. in fin.Abb.in d.capit.cum olim, numero 2.

7 Cuius limitationis ratio eſt, quia Vicarius Capitularis non ſuccedit in iuriſdictione delegata Epiſcopo, Pauin.quęſtio.10.in princ. Ioan. Andr. quem communiter ſequuntur DD. in d.c.ad abolendam, Gemin. caſ. 7. Bellam deciſio.166. idem Feder.d. Sen.concluſ.130.Innoc.& Hoſt.in d. c.ad abolendam.

8 Limitatur quarto in litteris demiſſoriis, quas licèt de iure communi concedere poſſet, d.c.cum nullus de temp.ordi.in 6.fuit tamen per Concil. Trident. illi per annum ſublata ſub pœna ſuſpenſionis, & Capitulo ſub pœna interdicti, c.10. ſeſſ.7. & c. 10.ſeſſ. 23.de reform.

9 Limitatur quinto in collatione beneficiorum, quę conferre non poteſt, Abb.in d.c.cum olim, numero 2.eod.tit.quia illorum diſpoſitio eſt epiſcopo reſeruata, cap.vnico §.cum verò ne ſede vac. in 6. & hodie Sedi Apoſtolicæ vſque ad diem pacificæ poſſeſſionis epiſcopatus eſt reſeruata per regulas Clementis Papæ VIII reg.2.

Ad extremum notandum, quòd Vicarius Capitularis Sede vacante à Capitulo deputatus, non poteſt abſoluere eum, qui haberet à Papa, vt ab Epiſcopo, vel Vicariis abſoluatur, non enim videtur appellatione Vicarij comprehendi Vicarius Capitularis in tali caſu, vt teſtatur Galetus in ſua Margarita caſuum conſcient.verb. Vicarius.

SVMMARIVM.

1 Cōſtituitur tempus Capitulo Sede vacante ad eligendum Vicarium Capitularem.

2 Vicarius debet eſſe Doctor, vel licētiatus. Amplia in Archidiacono, nu. 3.

De modo eligendi Vicarium à Capitulo.

DECIS. CCCCLXXIII.

EX diſpoſitione ſac. Cōc.Tridēt. ſeſſ.24.ca.6.tenetur Capitulum, Sede vacante, infra octo dies eligere, ſeu conſtituere Vicarium, vel cōſtitutum confirmare, aliàs deputatio illius deuoluitur ad Metropolitanum, & ſi Sedes Metropolitana vacat, ad ſuffragium antiquiorem, vel ſi epiſcopatus eſt exemptus, ad Ordinarium viciniorem, cap.16.de reformat.ſeſſ.24.vt voluit quoque Franc. Leo in ſuo theſ.fori eccleſ.ca. 10.numero 8. Quarant in ſum.Bullarij in verb. Capitulum Sede vacante, numero 2.Vgol.de poteſt.epiſ.numero 6. Eman. Sà in aphoriſm. Confeſſ. verb.Vicarius numer.3.Galet. in ſua margar.caſuum conſc. eod.verb.Vicar.ſede vac.num.5.

Et ſecundum idem Conc.loc.cit. debet conſtitui Doctor, vel Licentiatus in Iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poteſt idoneus, ita Nauar.in conſi.2.de off.vicar. quem refert Sayr.in dec.2.eod.tit.& Henriquez conſ.90. 2

Quemadmodum etiam promouendus ad Archidiaconatum, debet etiam eſſe Doctor, vel Licentiatus in Theologia, ſeu iure Canonico, Cōcil.loc.cit.cap.12.de Archidiaconatu tamen, qui non habet actu annexā iuriſdictionem aliquam, legitur huiuſmodi Sacr.Congregation. reſcriptum. 3

An archidiacon.qui verè cura anima-

rum, & omni prorsus iurisdictione caret, comprehendatur decreto Conc. sess. 24. c. 12. quoad qualitatem Doctoratus, licentiæ in eo requisitam, Congregatio censuit non comprehendi.

Quemadmodum Theologalem Pœnitentialem, Scholasteriam obtinens, requiritur quoque vt sit Doctor, siue Licentiatus. Conc. Triden. ead sess. cap. 8. & sess. 5. cap. 1. de reform. Quinimo idem Conc. sess. 24. cap. 12. cit. monet, vt ibi id commodè fieri potest dignitates omnes, & vel saltem dimidia pars Canonicatuũ in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, nonnisi Doctoribus, seu Licentiatis in Theologia, seu iure Canonico conferantur.

SVMMARIVM.

1 *Capitulo, Sede vacante, quod non sit necesse constituere Vicarium probatur ex tribus, de quibus numero 2. 3. & 4.*

5 *Contrarium seruatur in praxi.*

An necesse sit Capitulo Sede vacante constituere Vicarium.

DECIS. CCCCLXXIV.

1 2 Videbatur, quòd non, ex pluribus. Primò, quia mortuo episcopo Capitulum in spirituali, & tẽporali iurisdictione succedit, c. si Episcopus, c. fin. de suppl. neglig. prælat. c. vnico, de maior. & obed. in 6. & Graff. de aur. c. 15. parte 1. libr. 4. numero 77. & de iure communi non tenetur Capitulum constituere Vicarium, Sede vacante, sed per se posset iurisdictionem exercere, Fel. in d. c. cùm olim, de maiorit. & obed. n. 4.

3 Secundò, quia si Episcopus regulariter non potest cogi ad cõstituendum Vicarium, secundum dec. Mohed. 3. de off. vic. Put. decis. 45. libr. 2. Rota diuers. in decis. 222. part. 2. Iaffredus decis. 33. igitur & Capitulum, Sede vacante, quod succedit in omnibus, & ipsum Episcopum repręsentet, capit. is qui cum aliis, de maior. & obed.

Tertio, quia si Capitulum potest administrare per vnum ex Canonicis per eum electum, igitur & totum Capitulum potest administrare, ex regula iuris: quod vbi plura consilia, ibi salus, c. fin. de const. 4

Cæterum præfatis minimè refragantibus, contrarium est hodie in praxi tenendum, vt necesse sit Capitulo constituere Vicarium infra octo dies ex dispositione Conc. Trid. sess. 24. cap. 16. de reform. & iure optimo sancitum fuit, secundum sum Bul. in verb. Capitulum. Primò, propter difficultatem congregandi totum Capitulum, præsertim in his, quæ celeritatem desiderarent. Secundò, ob contradictionem, ac discordiam, quę oriri posset inter singulos de Canonicis: commodius, & expediens visum fuit, vt hanc iurisdictionem, quæ penes ipsum Capitulum residet, vni committat, vnũque ad illam exercendam deputet. 5

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis Canonicus, quod debeat præcedere alios Canonicos probatur ex tribus mediis, de quibus nu. 2. 3. & 4.*

5 *Contrarium est decisum, & seruatur in praxi.*

6 *Redditur ratio decisionis, & corroboratur ex nonnullis, num. 8.*

7 *Episcopus Canonicus debet sedere in loco Canonicorum in actibus Capitularibus.*

9 Da-

Digitized by Google

9 *Datur intellectus ad cap. statutum, de maior. obed.*

An Vicarius Capituli Sede vacante præcedat Canonicos.

DECIS. CCCCLXXV.

1 LOquor quando Vicarius Capituli eligitur vnus ex Canonicis, qui interuenit in Choro cum canonicali apparatu, vt lucretur distributiones, an debeat sedere primus inter alios Canonicos, & videbatur affirmandum ex pluribus.

2 Tum primò, quia quemadmodum Vicarius Episcopi debet eodem modo honorari prout Episcopus, cùm idem sit auditorium vtriusque, c.2. de consuetudine, c. Romana de appell. in 6. Card. in cap. quoniam Abbas in fine opposit. 12. de offic. deleg. igitur & Vicarius Capituli.

Tum secundò, quia Vicarius Capituli totum Capitulum repræsentat, & consequenter ratione totalis repræsentationis debet singulis precedere, quamuis essent antiquiores, ex regula iuris, quod subrogatus est honorandus sicut is, in cuius locum subrogatur, Fel. in cap. cum olim, il secundo, numero 1. de maior. & obed. Decius in c. sane, il secondo, colum. 1. in princ. de off. deleg Purpurat. in l. 1. numero 631. versic. non tamen videtur, ff. de off. eius, Card. in clem. 1. num. 2. col. 2. oppos. 6. de off. Vic. & idem honor debetur subrogato, sicut principali in actibus, in quibus illum repræsentat, secus in aliis. Gabriel. de regulis iuris concl. 2. num. 45. versic. secundo limita, Barbat. in cit. cap. sanè de off. deleg. licèt hoc cesset, quãdo honor est debitus tantummodo illæ personæ, Nauarr. in cons. 8. de maioritate, & obedien. vbi procurator Abbatis non habet eundem locum, quem haberet principalis, Gonsalez de alternatiuis Gl. 5. §. 9. nu. 105.

Idem dicimus, quod delegatus ab Episcopo ad aliquem actũ, puta celebrandi Synodum, vel quid simile, 4
omnibus debent præferri, etiam in sedendo, quia in illo actu specialiter Episcopum repræsentat, ca. præcipimus 93. distinct. Rom. sing. 340. vti in Inquisitore, qui concurrens cum Episcopo in negotiis Fidei, illi præfertur. Eimeric. in direct. 3. par. qu. 50. nu. 3. Carrer. in prax. tit. de hæret. num. 7. Pedia in direct. 95. nu. 4. & de veriori opinione quicquid alij contradicant. Mendoc. libr. 1. diuers. iuris arg. c. 1. num. 1.

Cæterum præfatis minimè suffragantibus, contrarium est in praxi tenendum, quæ opinio fundatur præsertim in declaratione Sacræ Congregationis Rituum, in qua cùm fuisset dubitatum, an Canonicus Vicarius Capituli deberet præcedere Canonicos, fuit resolutum negatiuè. 5

Cuius decis. ratio, quia in Capitulo non consideratur vt Vicarius, sed 6
vt Canonicus, neque enim est dignitas pertinens ad Capitulum, & consequenter non debet causare mutationem loci, Fel. in cap. ex literis, in 1. not. ad med. de probat. post Roman. In l. si verò §. de viro, ff. sol. matr.

Vnde Episcopus canonicus debet sedere in loco canonicorum, quãdo 7
sumus in actib. capitularib. habebit tamẽ primũ locum post Decanũ, seu Presidẽ. Abb. in c. postulasti nu. 13. de concessione præb. debet magis honorari propter suam dignitatẽ, quæ est inseparabilis à persona, l. 1. C. de consulib. libr. 11. Boer. de auctoritate Magni Cõsilij n. 65. Purpu. in l. 1. n. 19.

ff.de offic.eius, Anna consil. 122. nu. 22.vol.2.& ita seruari dicit de Franc. in decisi.158.col.2. Mandos. cons.99. numero 13.Menoch.in consi.90. numero 75.volu. 10. & fuit per Rotam resolutum in vna Meluiten.preeminentiarum, 27. Februarij 1548. * coram Cardin.de sancta Cruce.

8 Et tandem, quòd præfatus Vicarius Canonicus debet sedere in loco proprio sui Canonicatus, antiquiores non præcedendo, voluerunt Gemin.numer.6. Franc. num. 4. Butrig. numer. 7. in cap. à collatione de appell.in 6.Menoch.de arbit.iud. libr. 2.cent.1.casu 68. nu. 23. & quod non debet attendi illa qualitas dignitatis Vicariatus, Frezz.de subfeudis libro 1.quæst.7.Nauarr.cons.2. de off. Vic. & Sayr.in dec.2.eod. tit. & ita quoque fuit per Rot. resolutum in vna Lucana beneficij 18.Decembris 1579. * coram Seraphino.

9 Non obstat, quòd maior dignitas debet præcedere, c.statutum, de maior. & obed. quia intelligitur quãdo dignitas est ordinata ad illum actũ, pro quo tractabatur de pręcedẽdo, Menoch.in consil.51.num.43.volu.1. Dec.in cons.160.

SVMMARIVM.

1 *Sedes Episcopalis dicitur vacare donec literæ Apostolicæ sunt expeditæ & præsentatæ Capitulo.*
2 *Respondetur contrariis nu.3.& 4.*

Potestas Vicarij Capitularis quando expirat.

DECIS. CCCCLXXVI.

Regula iuris, quod cùm quid est, propter tale consideratur illud, propter quod est, Auth. multo magis C.de sacros.eccl.l.eum, qui. ff. de auro, & arg.leg. quare cum Vicarius, de quo verba facimus, potestatem habeat dependentem ab ipso Capitulo, consequenter cessabit cessante potestate capituli, Rebuff. in prax. tit.for.Vic.num.20.Hostiens.in cap. olim, il primo, de restitut.spol.Felin. notabiliter cons.40. Vital. in clem.1. numero 176.de hæret.Abb.cap.1. de electione.

Vnde Sedes Episcopalis dicitur 1
vacare, donec literę Apostolicę Prę lati, cuius Sedes vacabat, fuerint expeditæ, & præsentatę Capitulo, text. est in extrauaganti iniuncta de elect. Rebuff.in prax.tit.de sim.in resignatione num.11.Hendriquez consil. 29. numero 4.Bombin.consil.93.numero 4. & secundum Gratianum libro 1.discept.forens.cap. 27. non sufficeret fuisse promotum ad aliam ecclesiam, si literæ non essent expeditæ, & secundum Quaranta in sum. Bullar. in verb.Capitulum, potest Vicarius Capitularis exercitium continuare, donec nouus Prælatus adeptus fuerit possessionem, allegat Pauin. de pot.Cap.sed vac.quæstion.11. numero 19.

Nõ obstat, quod de iure communi Sedes episcopalis desinat vacare per prouisionẽ factam à Sede Apostolica, ita vt Prælatus statim acquirat iurisdictionis exercitium per dictam prouisionem, antequam sit capta possessio, ita vt sit etiã licita collatio beneficiorum, Glos.communiter approbata in ca.penult.vers. collatio de præb.in 6.Couarr. var.resol. libro 3.cap.16.numer. 1. Abb.in cap. transmissum numer.3. vbi testatur etiam de communi Felin. in cap.eam te, col.3.versic.& hinc est, vt latè in c. ne Dei, numer. 2.versic.4. de simon. Franch.in c.cum, qui §. insuper numero 6.de præb.in 6. Gemin. in c. si ele-

Digitized by Google

electio.num.6.de elect.in 6.Silua de benef.q.40.part.3.& Rot.diuers. decis.182.num.3.par.2.

Quia respondetur, quòd hodie nō
3 solum requiritur prouisio, sed etiam expeditio literarum, & trāsportatio, ostensio, & præsentatio per d.extrauag. iniuncti. de elect. & ita fuit dictum in decis. Rota Roman. in vna Burgen. canonicatus 3. Iunij 15[illegible].
* * coram Illustrissimo Lancelloto, vbi declaratur valida collatio facta per Capitulum, non vocato Episcopo iam promoto, non tamen præsentatis literis expeditionis, cum adhuc dicatur vocatio, quamuis si non vacaret, opus esset Episcopum requirere pro huiusmodi collatione facienda.

4 Tandem non obstat, quod voluit Paris.de resign.lib.7.qu.23.vbi tenet cessare vacationem per prouisionem antequam capiatur possessio, prout testatur ita fuisse resolutum per Rot. Roman.in vna Burgen. canonicatus 28. Iunij 1583.* coram Gipsio, quia à dicta decisione fuit recessum 3.Iunij eiusdem anni 1583. in eadem causa, quemadmodum etiam notat Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ, Gloss. 15. §. 2. numero 88.

De quibus omnibus, secundum Gonzales loco cit.refert, fuisse conclusum, quandam collationem canonicatus in mense Ordinario vacantis, factam à Capitulo Burgen. spreto episcopo iam promoto, & habente expeditas literas suę prouisionis, qui tamen nondum illas ostenderat, nec præsentauerat, quamuis alias D. episcopus simultaneam haberet collationem cum Capitulo, quia adhuc durabat vacatio dictæ Ecclesiæ, potuit collatio fieri à solo Capitulo sine vlla citatione, requisitione, aut interuentione episcopi promoti, iuxta text.in cap.1. ne Sede vacant. libro 9. & dicam in Glossæ 45.

Item secundum eundem loc. cit. habetur similis casus de prouisione vnius canonicatus Cordub. à solo capitulo, facta Sede vacante post literarum expeditionē, ante tamen pręsentationem illarum, de cuius præsentationis viribus fuit consultus, ac respondit, validam esse, ex supradictis, & consequenter esse nullam, secundum prouisionem ad fauorem diuersæ personę postmodum factam de eodem canonicatu insimul ab episcopo, & Capitulo credente primam collationem nullam per id, quod resenpserat, Parisiis vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capituli potest substituere, probatur nu.2.& 3.*

4 *Distinguitur conclusio nu.5.& 6.*

An Vicarius Capituli possit substituere Vicarium.

DECIS. CCCCLXXVII.

Videtur prima facie negandum ex duobus. 1

Primò, quia in dubio facultas substituendi nemini in dubio concessa 2
pręsumitur, argum.text.in capit.1. de procurat.in 6.Bald. conf.123. volu.1. Artham.conf.39.Thoming.conf.60. & sequent. Hendriquez conf.4. nu. 5.& 6.

Secundò, quia text.in cap.clericos de offic.Vic.disponit, quòd Vicarius 3
nō potest substituere Vicarium, vnde in cap.extirpandæ §.quia verè de præbend. disponitur, quod Prælati Ecclesiarum, in quibus curam animarum habent, vel aliā dignitatem,

Digitized by Google

in propria persona deseruire debent
ecclesiæ, & non substituere sibi Vicarium,
& ita etiam tenet Ruin.consil.39.vol.4.numer.1.Roland. consil.
280.vol.2.

4 Cęterum præfatis minimè refragantibus,
in hoc articulo distinguendum est, quod aut habet in mandato substituendi facultatem, aut
non.

Primo casu virtute præfatę facul-
5 tatis potest substituere, secundum
Rebuff.in forma Vicariatus, numer.
79. Rota decision.14.de off.Vicar. in
nouis, Put.decision. 487. libro 2. Seraphinus decis.1033.part. 2. Faber decision.159. Rota diuersi decis.159. libr.
3. & fuit dictum in Rota Romana in
vna Oriolen. beneficiorum, 9. Iu-
† nij 1593. † coram Illustrissimo Seraphino.

6 Secundo casu, cùm substituendi facultate careat, nõ est dubitandum quin substituere non possit, secundùm Paris.in consil.80. num. 15. vol. 4. Put.dec.168.lib.1.& Seraph.loc.cit. & in supradictis casibus non conceditur præfata facultas, nisi ad modicum tempus, & ex magna causa, & non minus frequenter, secundum Hostien.in d.c.clericos, de off. Vicar. Zabarell.in clemen.vnic.qu.19.eod. tit. Sbrizz.eiusdem nominis tract. q. 43. Pauin.par.2.q.10. Seraph.cit. dec.

SVMMARIVM.

Capitulum substituendo secũdum Vicarium, non videtur a primo recessisse.

2 *Contrarium est verum.*

3 *Redditur ratio conclusionis: limitatur tamen, & declaratur n umer. 4. & 5.*

An Capitulum constituens secundum Vicarium, censetur primum reuocare.

DECIS. CCCCLXXVIII.

Videtur, quòd non censetur à
primo recessisse, ex regula iuris, 1
quod in dubio non præsumitur voluntatis mutatio.l.eum, qui. ff. de probationibus Bald.consil.29.num. 3.& in cons.5.numero 5.& seq.vol. 1. Alex.cons.122.vol.2.Bulcult. consil.91. num.12.

Cæterum, contrarium est haben- 2
dum in praxi, & ita tenuit Rota Romana in vna Oriolen. beneficiorum
21.Maij 1591. * coram Seraphino, vt *
patet in eius decisio.125.part.2. & ita quoq; procedit in constitutione secundi procuratoris, qui reuocatus censetur per commissionem factam secundo, l.si quis §.1.ff. de procuratoribus latè Ias.in l.pacta nouissima, in 2.colu.in princ.C.de pact. Butrig. & reliqui communiter in cap.si duobus eod.titul.de procurat.in 6. Azeued.in l.2. tit. 5. partita 3. Gonzales Glo.5.§.3.nu.67. & refert iudicatum Lanfranch.Balb.in decisio.29.prout pariter decisum in Rota scribit Verall.in dec.332.par.2.

Cuius cõclusionis ratio reddi po- 3
terit ex regula iuris, prioribus derogari per posteriora, cap.1. de constitutionibus in 6. & latissimè Ias.& reliqui in cit.l. pacta nouissima, C. de pact.& in l.si in legatis, §.fin.ff.de legat.1.

Supra positam principalem conclusionem limita, ac declara dupliciter.

Primò, quando prima nomina- 4
tio, seu constitutio Vicarij esset specialis, & secunda generalis, vt decisum refert Card. Put. in decisio.167. libro 3. Fabius in decisi. 222. Ant.Faber

Digitized by Google

ber in decis.3.C.de procurat.&Gonsalez loco cit.

5 Secundo limita, quando constat, & euidenter apparet de contraria voluntate constituētis, Gemin. in c. licet de off. Vicar. in 6.Rebuff.de forma Vicariat.num. 205. DD.communiter in c.1.eod.tit.in6.Card.Put. in dec.168.li.1. & Seraphin. cit.decis.

SVMMARIVM.

1 *Per mortem Vicarij substituentis expirat potestas substituti.*

An per mortem Vicarij Capitularis substituentis, expiret potestas Vicarij substituti.

DECIS. CCCCLXXIX.

ARchidiacon. in capit. quamuis de off.delegat.in 6.quem refert Capp.Tholos.in decisio.369.tenuit, quod per mortem Vicarij substituentis expiret potestas substituti.

Cuius opinio corroboratur à simili,de eo, quod dicitur de mandato procuratoris,quod mandantismorte finitur.l.mandatum, cum similibus C.mand.quemadmodum etiam per mortem delegantis expirat delegatio,c.licet,c. gratum,& cap. relatum de off.deleg.

Verum applicando terminum mandati procuratoris potestati traditæ à Capitulo eius Vicario, dico, quod si Vicarius nullam habuisset substituendi facultatem, non posset substituere : tamen si habuisset, & substituisset, tunc per mortem eius non extinguitur potestas substituti, & ratio est, quia huiusmodi substitutio censetur facta ab ipso Capitulo, ministerio tamen substituentis: & ita fuisse in Rota resolutum patet in decis.218.& facit tex. in l.item eorum §.decuriones ff.quod cuiusque vniuersit.nom. arg.cap.mulieres de sentent.excomm.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis substituens, non tenetur de facto substituti,*

2 *Redditur ratio conclusionis.*

Vicarius Capitularis substituens,an tenetur de facto substituti

DECIS. CCCCLXXX.

FVit decisum,quòd Vicarius Capitularis substituens alium Vicarium virtute potestatis sibi traditę ab ipso Capitulo,non tenetur de facto,seu de periculo substituti,si aliqua culpa ei imputari non potest, & 1
ratio est,quia videtur hic procurator constitutus à Capitulo mediante 2
persona Vicarij, cui concessa fuit facultas substituendi,vt dicit Gloss.in capit.1.de procuratoribus in 6.Bald. consil.31.numero 6.volum.1.Alexan. cons.22.vol.1.Hartam. consil. 61.numero 3. & sequent. & hanc etiam opinionem tenet in specie Salyc. in l.quod quis in 5. quęst. C. de procurat.Franch.in ca.1.§.licet in 3.colum. vers.tertio aduerto,eod.tit.libr. 6.& in procuratore substituente, quod non teneatur de facto substituti, refert iudicatum in S. C. de Franch.in decisi.212.& ad materiam vide optimam dec.Bellam. 7. vbi distinguit.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis, quod tenetur stare syndicatui probatur tribus rationibus,de quibus nu.2.3.& 4.*

An Vicarius Capitularis tenetur dare sindicatum.

DECIS. CCCCLXXXI.

1 Ratio dubitandi pro opinione affirmatiua est multiplex.

Prima, quia regula iuris est, quem-
2 libet aliena negotia gerentem teneri reddere suæ administrationis rationem, vt probat tex. in l. vnic. latè Bald. in l. fin. C. ne neg. gestis, & in consilio 9. nu. 3. Alexand. in cons. 17. vol. 1. quod procedit etiam in matre administrante negotia sui filij, l. oleo vbi DD. communiter C. de vsur. Gratian. in decis. 180.

3 Secunda, quia tex. in l. 1. C. vt omnes iudices tam ciuiles, quàm militares disposuit, quòd omnes iudices tam ciuiles, quam criminales post eorum administrationis tempus per spatium 50. dierum debent ibidem permanere ad effectum reddendi sindicatum, & ita voluit quoque Iafred. Balb. in deci. 391. & 474. quo loci limitat d. l. 1.

Tertio, quia per Concil. Trident. sess. 24. de reformat. ca. 16. fuit sanci-
4 tum Vicarium Capituli Sede vacante teneri stare in syndicatu, & consequenter reddere rationem administrationis nouo Episcopo, vt patet his verbis. Episcopus verò ad eandē ecclesiam vacantem promotus ab iis, quę ad eum spectant ab eodem Vicario, & aliis quibuscunque Officialibus, & administratoribus, qui Sede vacante à Capitulo, vel ab aliis in eius locum constituti etiam si fuerint ex eodem Capitulo rationem exigat officiorum iurisdictionis administrationis, aut cuiuscunque eorum muneris, possitque eos puniri, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint, etiam si prædicti Officiales redditis rationibus à Capitulo vel deputatis ab eodem absolutionem, aut liberationem obtinuerint, eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis ad ecclesiam pertinentibus sique ad Capitulum peruenerunt rationem reddere.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis non potest ad libitum Capituli reuocari absque legitimis causis, de quibus nu. 2. & 3.*

4 *Contrarium seruatur in praxi.*

An Vicarius Capitularis possit ad libitum eiusdem Capituli reuocari.

DECIS. CCCCLXXXII.

In facti contingentia respondi negatiuè, & ratio est, quia reuocare 1
aliquem ab officio, est maxima pœna, l. 2. vbi latè Ias. ff. de offic. procurat. Cęsaris, & grauiorem esse primi generis pœnarum voluerunt Bald. in consil. 339. vol. 2. Burs. in cons. 17. numero 3. & in cons. 24. num. 6. & seq. volum. 1. Berett. consil. 31. numero 4. Alciat. consil. 99. nu. 5. & pœna priuationis non infligitur, præterquam in casibus à iure expressis, Glos. not. & communiter recepta in cap. fi. de iurepatronat. Alexand. in l. fin. in fine ff. de in ius vocan. & in consilio 16. volumin. 1. Paris. consilio 104. numero 8. volum. 4. Cassad. in decision. 5. numero 5. super regulis, Seraphin. in decision. 1356. & fuit in Rota resolutum in vna Romana Casalium de Maximis, 20. Februarij 1576. * *
coram eodem, vt patet in eius decis. 286.

Supra-

Supradictis accedat, quod Vicarius constitui solet ad beneplacitum & consequenter censetur perpetuus iurisperitus,& quod ibi notatur ff.de excusat.tutor.Bart. in l. qui centesimis in 1.col.in princ.ff.de verborum obligat. vnde non potest reuocari absque causa, latè Capyc. in decis. 116.& 136. & Mastrill. in decis.Rotæ Siciliæ 188. Et hoc esse generale, vt absque causa reuocari non posse tenuit Panor.communiter receptus in c.1.de clerico ægrotante. Felin.in cap.venerabilis.num.3.de exceptionib.& in cons.17.num.2.Menoch. in cons.16.num.3.& seq. volu. 1.licèt limitari in Papa testatur Seraph. in decis.254.

2 Et inter legitimas causas, secundum Quarant. connumerantur primò, quando appareret insufficiens in exercitio illius officij,allegat. tex. in c.quamuis triste 7.q.1.Boer.in decis.149.quibus addo Bertol.in cons. 120.vol.2.Gallin. cons.193.numer. 3. Bomin.cons.29.num.4. Menoch.de arb.iud.q.55.nu.29.

3 Secunda causa est, quando in officio Vicariatus esset negligens, argumen.tex.in l.mancipia, C. de seruis fugit.l.si quos,C.de officio Præfecti Prætor. gloss. communiter recepta in c.grandi de supplen.neglig. Prælatorum, Guid.Pap.in decis.281. & quanta esse debet præfata negligentia, & quomodo erit probanda, fuit in Rota resolutum in vna Calaguritana iuris ingrediendi 27. Februarij 1580.† coram Seraphino.

4 Verùm quidquid sit ex supradictis, contrarium est tenendum in praxi, vt scilicet possit Vicarius Capitularis ad libitum Capituli amoueri, tenetur tamen Capitulum alium Vicarium intra octo dies constituere, alias ius deputandi ad Metropolitanum deuoluitur, & si ipsa fuerit metropolitana, ad antiquiorem Episcopum deuoluitur, vt declarasse sacram Congregationem Concilij testatur Galett.in sua margarita casuum conscient. verbo Vicarius num.3.Aduerte tamen, quòd Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium fertur contrarium rescripsisse.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis potest publicè pœnitentes reconciliare.*

2 *Capitulum succedit in omnibus Episcopo pertinentibus.*

An Vicarius Capitularis possit reconciliare publice pœnitentes.

DECIS. CCCCLXXXIII.

IN Curia Archiepiscopali Neapolitana fuit iudicatum in Vicario Episcopi, nam fuit dictum id posse fieri, præcedente mandato eiusdem Episcopi, & quidem speciali,per tex. qui communiter allegari solet in c.Aurelius,26.quest.6.quem commendat Roias de hæreticis qu. 23.A relatan. eiusdem nominis tractatus,q.29. Lanfran. Balb.in decis. 331.& fuisse decisum testatur Nouiss. in sua praxi c.43. vbi quoque allegat gloss.in c.1.26.q.6. 1

Quare cùm Capitulum succedat in omnibus Episcopo, secundum Ponorm. communiter receptum in cap.his, qui & c. cum olim de maior.& obedient.consequenter si Vicario dederit mandatum speciale, poterit Vicarius ex vi supradicti mandati reconciliare publicè pœnitentes. 2

Notabilia in materia Vicarij constituti à Capitulo Sede vacante.

1 PRimo, pendente termino octo dierum, in quo debet eligi Vicarius à Capitulo, Sedevacante, totum Capitulum administrare debet. Quaranta in summa Bull. in verb. Capitulum.

2 Secundò, quando adest discrepantia inter Canonicos in electione Vicarij, & plures ad hoc officium assumerentur, tunc magis idoneus, & habens qualitates Concilij remanere debet, cæteris remotis, vt declarauit Sac. Congreg.

3 Tertiò, quando allegatur ex aliqua causa suspectus Vicarius à Capitulo deputatus, tunc recurrendum est ad Capitulum, ipsumque potest eligere arbitros ad cognoscendum de causis suspicionum, quæ proponuntur eo scilicet modo, quo Episcopus potuisset, & ita Sacra Congregatio censuit, quod si causæ suspicionis militauerint in eo casu, arbitror posse Capitulum illas causas à Vicario auferre, & alteri committere.

Capitulum non tenetur de necessitate eligere personam de gremio ipsius Capituli, bene verum, quod si adesset idoneus, cæteris paribus, esset præferendus, ex declaratione Sacræ Congregationis, quæ etiam voluit irritam esse electionem Vicarij non Doctoris, quando haberi potest Doctor. Item, quod si Episcopus demortuus reliquerit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium, qui sit Doctor eligere: Et si in Capitulo nullus ex Canonicis adesset Doctor, & fieret electio in Vicarium vnius ex ipsis simul eidem potest deputari Consultor, ex constitutione Leonis X. incip. Regimini vniuersalis Ecclesiæ, fol. 188. in Bull. vbi inter alia est dispositum, quòd iudices à Sede Apostolica deputati, si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti, assumere, & secundum eius relationem iudicare teneantur.

Finis Tituli Praxis Vicariatus Cap. Sede vacante.

PRA-

PRAXIS VNIONVM.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio dans formam resignandi, non habet locum quando resignetur beneficium pro vnione Fabricæ Ecclesiæ. nu. 1.*

3 *Episcopus an cogatur vnire beneficium Fabricæ Ecclesiæ.*

An Constitut. Pij V habeat locum quando resignatio beneficij fit ad effectum illud vniendi Fabricæ.

DECIS. CCCCLXXXIV.

IN Collectaneis nonnulla reportaui in materia resignationis, iuxta formam Bullæ Pij Quinti, ac illam varijs modis ampliaui & limitaui: verum-
1 tamen cùm in facti cõtingentia fuisset à me quæsitum, si locum haberet quando præfata vnio fieret ad effectum vniendi Fabricæ Ecclesiæ: dicebam, quòd non, quia Bulla loquitur de beneficiis resignatis ad effectum transferendi illorum titulos in alienam personam per viam prouisionis faciendæ per ipsum Ordinarium, & sic de illis beneficiis resignatis, quibus dantur successores, vt patet ex lectura eiusdem Constitutionis, sed quando vnitur beneficium, non solum transfertur titulus, sed penitus extinguitur, ita vt perdat nomen beneficij, Rot. decisione 11. de reb. eccl. non alien. in antiq. Sarnen. de trien. quæstion. 8. in princip. vers. tota difficultas. Mandos. reg. 19. quæst. 10. numer. 2. & reg. 22. quæst. 13. numero 19. & 20. Vnde cùm deficiat persona cessionarij non intrat Constitutio, prout in specie fuit decisum per Rot. coram R. P. D. Cantuccio 24. Octobris 1580. Segobiẽ. patrimonij, & per Cardin. Lancell. in eadem causa 28. Iunij 1581. cùm præsertim d. constitutio concedat Ordinariis, vt admittant permutationes permissas à sacris sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus; ideo etiam 2
extenditur ad istas vniones beneficiorum, quæ admittuntur pro fabrica ecclesiæ. Imo. in capitul. cum accessissent 8. col. 3. in princip. numero 14. ad med. vers. & intellige, quod dixi de iuramento, de constit. ita vt etiam Episcopus cogatur vnire causa 3
subsistente. Archidiac. in c. & temporis 16. qu. 1. Mandos. reg. 12. nu. 3. & 4. q. 6. & de aliis causis admittendi istas vniones, idem Mandos. reg. 22. qu. 4. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Vnio non dicitur sortita effectum, nisi secuta fuerit possessio. numer. 2. qua*

non secuta, beneficium dicitur vacare, num. 4.

3 *Amplia in instituto ad iuspatronatus, qui nō dicitur institutus, nec acceptasse institutionem Episcopi, nisi sequatur possessio.*

5 *Adducuntur ad corroborationem regulæ nonnullæ Rot. decisiones.*

6 *Ampliatur regula.*

7 *Limitatur num. 8. & 9.*

Vnio quando dicatur sortita effectum.

DECIS. CCCCLXXXV.

HVius articuli examinatio vtilis est, atque summoperè seruit pro
1 intelligētia duorum locorum, quorum primus est regulæ 12. Cancellariæ ab omnibus Summis Pontificibus fieri solitæ, in qua reuocantur vniones, quæ suum non sint sortitæ effectum, & secundus est Conc. Triden. decretum sess. 7. c. 6. de reform. vbi opiniones à quadraginta annis citra, quæ nondum sortitæ fuerint effectum, viribus carere debeant.

Quare prefatorum occasione fuit
2 à me quæsitum, quando vnio dicatur sortiri effectum, cui quæsito respondi, inprimis oportere, vt sit sequuta possessio, secundum Mandos. in gloss. eiusdem quæst. 5. Hoied. de benefic. part. 2. c. 3. num. 21. Garz. eiusdem nominis tractatu, part. 10. ca. 12. num. 181. Merend. consil. 29. num. 3. & seq. Bomin. cons. 53. num. 6. & Mar. in cons. 3. nu. 7. & 13. vnde per extrauag. Martini V. quæ declarat præfatam regulam, in quantum loquitur, nisi sortitæ sint effectum, debet intelligi scilicet quando non est sequuta possessio.

Quare semper exigitur possessio,
3 vt quælibet res dicatur sortita effectum. Vnde in præsentationibus patronorum ad hoc, vt præsentationes dicantur sortiri effectum, nedum requiritur vt illarum vigore Ordinarius presentatum instituat, verum etiam vt institutus acceptet, sequuta possessione, secundum Calder. in cons. 12. de iurepatronatus. Caputaquens. in decisio. 135. numer. 1. & 2. & idem in decisi. 418. part. 2. Crescent. in decisi. 5. de iurepatron. Rot. diuers. in decis. 147. numero 1. & in decisione 167. num. 1. par. 1. Oldrad. consil. 229. num. 2. 4

Vnde si constaret, possessionem minimè fuisse subsequutam, & superuenisset regula suprapositа reuocatoria vnionum, vnio ipsa reuocaretur, & succedente vacatione, posset de beneficio tanquam verè vacante legitimè prouideri. Mohed. in decis. 6. de priuilegiis. Rot. diuers. in decisi. 1136. li. 3. par. 3. Thanis. in decisi. 45. licet alias de beneficio vnito non possit fieri collatio, secundum Gonzales glo. 5. §. 7. num. 23. Et ratio est, quia beneficium vnitum desinit esse beneficium, Rot. in decisi. 11. de reb. Eccles. non alien. Cassad. in decisio. 2. de vnionib. Caputaq. in decis. 349. nu. 2. par. 2.

Et Rota in vna Toletana beneficij de Vallencas 20. Nouembris 1592. 5
† coram Gipsio tenuit, quod vnio beneficij, quæ non fuit sortita effectum ante regulas reuocatorias Gregorij XIII. & Sixti V. est per illas reuocata, vt voluit quoque Accorabon. decision. 20. l. 1. & iterum in vna Mediolanens. dismembrationis 16. Nouembris 1594. † coram Orano, fuit dictum, quod vnio facta, quæ non est sortita effectum ante regulam Sixti V. reuocatur, quando non fuit facta ex causa necessitatis, sed voluptatis, vel vtilitatis; & iterum in vna Cæsaraugustana fructuum 10. Nouem-

† Nouembris 1595. † coram Iusto fuit decisum supradictas regulas cessare, quando dismembratio fit pro dote Monasterij in argumentum cultus diuini. Puteus in decis. 331 & in decis. 337. lib. 1. & Achil. de Grass. in decis. 1. super regul. & eadem Rota tenuit in vna Conchen. erectio-
† nis 13. Aprilis 1592. † coram Seraphino, vnionem, de qua agitur, non cadere sub regula reuocatoria vnionum, ex quo applicatio ista bonorum fabricæ locorum depopulatorum fit pro dote necessaria beneficij erigendi, & pro augmento cultus diuini. Mohed. in decis. 145. & Crescent. in decis. 2. & 3. de parochiis. Fabius decis. 5. lib. 1. Puteus in decis. 141. lib. 1. Achill. decis. 397. Verall. in decis. 289. lib. 1. & Than. d. decis. 43.

6 Ampliatur, vt ad hoc, quod vnio dicatur sortita effectum, non requiritur fructuum perceptio ex ipsa possessione capta, vt tenuit Rota in vna Perusina beneficij 5. Aprilis 1596.
† † coram Blanchetto.

7 Limitatur quoque dicta regula vnionum non procedere, quando vnio fit ex causa dotis, & necessaria alicuius loci, vel rei piæ, vt fuit resolutum in dict. Cæsaraugustana dismembrationis fructuum 13. Maij
† 1596 † coraam Iusto.

8 Item limitatur quando vnus ordo supprimeretur in totum, & eius beneficia alteri applicarentur, vt fuit pariter in Rota resolutum in vna Tirasonen. Prioratus 17. Februa-
† rij 1595. † coram Blanchetto.

9 Limita tertiò regulam non procedere quando saltem in parte vnio sortita fuerit effectum, quia tunc non intrat reuocatio, vt tenuit in vna Burgen. vnionis, & Rot. in decis. 468. num. 1. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vnio de beneficio iurispatronatus facta absque consensu patroni, non valet.*

2 *Duplices sunt conclusionis rationes, de quibus num. 3. & 4. per totum.*

5 *Consensus patroni an præsumatur, & an stetur assertioni Episcopi.*

Vnio de beneficio patronatus an fieri possit absque consensu patroni,

DECIS. CCCCLXXXVI.

TEx. expressus in clem. 1. §. ad hæc de statu monach. qui confirmatur per Conc. Trid. in sess. 24. cap. 15. de reformat. in illis verbis, ibi iura patronum consensu, vult requiri in vnione facienda de beneficio patronatus consensum eiusdem patroni, vt voluerunt quoque Vital. Card. & reliqui communiter in clement. fin. de reb. eccles. non alien. Soc. cons. 2. col. 2. vol. 5. Dec. in cons. 174. col. vlt. Abb. col. 3. & alij in cap. cum accessissent de const. Rocch. de iurepatronatus in verb. honorificum. q. 3. Lambert. eiusdem nominis tractatu lib. 3. qu. 6. art. 2. vnde secundum Rebuff. in cons. 20. vers. quinto respondetur, si per inferiorem à Papa facta esset vnio, oporteret probare nondum vnionem, verum etiam consensum collatoris, seu patroni præcessisse. 1

Cuius conclusionis duplex est ratio. 2

Prima, quia vnio debet fieri vocatis his, quorum interest, alias non valet. Conc. Trid. sessi. 7. de reform. c. 6. Rot. diuers. in decis. 133. num. 4. par. 2. Azor. li. 6. qu. 28. & q. 14. Rebuff. de vnionibus num. 43. & fuit per Rot. 3

Digitized by Google

resolutum in vna Theanen. beneficij Sancti Eustachij 20. Maij 1587. † coram Gipsio, & inter personas, quæ vocari debent, connumeratur ipse patronus, secundum Caccialup. de vnionib. art. 6. num. 3.

Vnde secundum Panor. communiter receptum in c. cum dilectè in fi. de iurepatr. quem sequitur Fel. in c. venerabilis numer. 13. de exceptionib. vnio de beneficio iurispatronatus laicorum facta absque consensu patroni, non facta de hoc mentione, est nulla, vt decisum refert Caputaquen. in decis. 246. par. 3. Fastol. decis. 6. & fuit pluries per Rotam resolutum. & signanter in vna Aprusina iurispatronatus 20. Aprilis 1580. † coram Bubalo, & iterum in vna Taurisina plebis coram eodem, & tandem in vna Romana iurispatronatus coram Illustrissimo Millino.

Hinc est, quòd licèt per sacrum Conc. Trid. sess. 21. c. 6. de refor. fuerit dispositum, posse Episcopum facere vniones perpetuas quarumcunque ecclesiarum parochialium, & aliorum beneficiorum cum Curatis propter eorum paupertatem, non tamen comprehendit beneficia iurispatronatus, vt censuit Sacra Congregatio, secundum Garf. de beneficiis. par. 10. c. 2. num. 210.

Et Rota in vna Spoletana Cappellaniæ 29. Maij 1551. † coram Capisucco tenuit, vnionem factam per legatum de latere de beneficio iurispatronatus sine consensu patronorum esse inualidam, cui accedat decisio Caputaq. in decis. 350. part. 3. & per eundem in decis. 346. part. 3. habetur vnionem factam de beneficio iurispatronatus laicorum, non accedente consensu omnium patronorum esse nullam.

4 Secunda ratio principalis est quoniam in vnione consideratur præiudicium patroni, cùm per vnionem exeat de manu, & dominio ipsius, quia beneficium vnitum, trásfertur in naturam illius rei, cui fit vnio, & ei accrescit. Alex. cons. 20. nu. 4. vol. 1. Dec. in cons. 36. nu. 4. & post vnionem dicitur prædium illius, cui fit vnio. Caputaq in decis. 349. num. 2. & beneficium vnitum, desinit esse beneficium, mediante vnione. Oldrad. cons. 257. num. 15. Cassad. in decis. 13. super regulis Rot. in decis. 11. de reb. eccl. non alien. in antiquis.

5 Limita, vt consensus patroni non præsumatur, nec de eo statur assertioni Episcopi, vt fuisse decisum refert. Crescent. in decis. 13. de probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Vnio absque Capituli consensu facta, non valet.*
2 *Redditur ratio conclusionis.*
3 *Ampliatur conclusio.*
4 *Limitatur num. 5. & 6.*

Consensus Capituli an requiratur in vnione facienda.

DECIS. CCCCLXXXVIII.

VNio facta absque consensu Capituli est nulla, cùm ei forma non seruatur. Bal. cons. 322. volum. 1. Socc. consil. 15. num. 15. vol. 1. Et hæc nullitas poterit opponi à quocunque, cuius interest. Rota diuers. decis. 247. num. 5 par. 1. Nam consensus Capituli in vnione, non fuerit introductus in eius fauorem, cùm de eius præiudicio non agatur, sed potius pro forma, & solemnitate, ne passim, & temerè fiat, secundum Simoncellum de decretis, in præfatio-

ne

ne nu.54.Burfatus conf. 185. num. 14. vol.2.Rubeus confi.17.num. 4. Bondignus conf.60.nu.7.Merenda conf. 17.nu.5.& 8.

3 Amplia, vt huiufmodi confenfus poffit interuenire etiam poft vnionem. Alex.conf.219.num.16.17. & 22. vol.6.Soc.conf.15.volum.1. Mandoff. conf.30.num.3.& in conf. 32.num. 2. Parif.de refignat.beneficij li. 8. q. 10. Serua de benef.par.1.qu.6.numer. 11. Quicquid dicat Burf. cit. confil.185. vol.2.

4 Nunc limita fuprapofitam conclufionem principalem, & primò, non procedere vbi extat confuetudo in contrarium, vt vnio fiat per Epifcopum abfque confenfu Capituli, Fufcus de vifitatione lib.2.cap.26. nu.1.Caccialup.de vnion.art.6.num. 10.Licèt hæc confuetudo requiratur vt fit immemorabilis. Fasto.decif.26. nu.2.Duen.reg.140.

Limita fecundò, non procedere hodie, ftante decreto Conc. Triden. feff.21.c.5. vbi datur Epifcopis facultas vniendi etiam tanquam Sedis Apoftolicæ delegatis, ita Nauarr. conf.10.de offic.delegati. Nihilominus fecundum Garfiam de benefic. parte 12. c. 2. contrarium eft tenendum: nam dictum decretum Concilij requirit in vnione cõfenfum Capituli, etiam fi fiat ab Epifcopis tanquam Apoftolicæ Sedis delegatis, ex illis verbis, iuxta formam iuris, vt patet ex additione eiufdem Nauar. loco citato.

Vnde Rota in vna Leorien.beneficij 23. Ianuarij 1593. † coram Gipfio refoluit vnionem redituum Cappellæ, feu altaris factam parochiali ob paupertatem illius fine confenfu Capituli effe nullam.

5 Limita fecundo in vnione facienda per legatum, in qua non exigitur Capituli confenfus, & decifum refert Rota decif. 1. & 2. de off. leg. in nouis. Ægidius Bellamera decif. 133. Nauar.conf.10.nu.de off.deleg.

Limita tertiò, vt multo magis non requiratur confenfus capituli in vnione facienda per Papam, feu ex eius commiffione, fecundum Nauarr.in citato confil. Faftor. decifione 5. 6

SVMMARIVM.

1 *Epifcopus non poteft vnionem facere in fauorem fui Capituli, etiam ipfius Capituli confenfu intercedente, redditur ratio num. 2.*

3 *Limitatur conclufio nu. 4. & 5.*

Vnio an fieri poffit per Epifcopum Capitulo fuæ Ecclefiæ Cathedralis.

DECIS. CCCCLXXXVIII.

IN clem.fin.de rebus ecclef. non alienand. in 6. hæc habentur: Quod fi Epifcopus (fui etiam Capituli accedente confenfu) menfæ fuæ, vel ipfi Capitulo aliquam duxerit ecclefiam vniendam, hoc irritum effe decernimus, & inane, contraria quauis confuetudine non obftante. 1

Et ratio eft, quia Capitulum cuius confenfus in vnione requiritur, non poteft in re propria authorizare. l. quod dicimus ff. de author. tut. & hac ratione non valet vnio facta ab Epifcopo ipfi Capitulo, fecundum Gabriel.confil. 186. lib.2.licèt contrarium teneat Oldrad.confil.182.numer.3.& cum opinione Gabriel. tranfiit etiam Monald. confi, 16.num.3.Bellon.conf.6.num.4. & 7. Declaper.confil.23. Alia ratio reddi poterit, quia capitulum, & Epifco- 2

pus fictione iuris vnam constituunt repræsentationem, c. quanto de his quæ fiunt à Præl. sine consen. Cap. & consequenter vniendo Capitulo, censetur fecisse vnionem in eius personam.

3 Primò limita, ac declara, procedere, quando vnio fieret Capitulo principaliter, & directè; secus verò quando in consequentiam, & indirectè, quia tunc bene valeret vnio. Rota decis. 1. de eccles. ædific. in antiq. vbi Capitulum ex vnione consequebatur in effectu vtilitatem releuationis ab onere præstandi quandam portionem, de qua ibi, Sed quia hæc vtilitas contingebat consequenter, & indirectè, & ideo valida fuit vnio, prout latius deducitur. Et cum ista decisione Domini transierunt, vt patet, in decis. 133. num. 7. & 8. parte 2. diuers. Quicquid dicat Rota decis. 3. de reb. eccl. in antiqu. Et per hæc limitatur regula supradicta de auctorizante in facto proprio, quemadmodum dicimus de tutore, cui licet prohibeatur auctorizare in facto proprio, intelligitur principaliter, non autem in consequentiam, & secundariò. Et ex his Rota in vna Segobien. præstimon. † 24. Octobris 1580. † coram Cantuccio decidit, quod licet vnio facta ad fauorem fabricæ, vertat in vtilitatem Capituli, cum mediante vnione prædicta Capitulum eximatur ab oneribus fabricæ, ad quæ de iure tenebatur. cap. fin. & ibi Abb. in fin. de his, quæ fiunt à maior. parte Capit. Idem Abb. in cap. 1. in 2. notab. de eccles. ædif. Nihilominus cum præfata vnio non fiat principaliter, sed in consequentiam ipsi Capitulo, fuit resolutum fuisse validam.

4 Secundò limita vbi vnio fieret alicui dignitati, vel præbendæ Capituli. Rota decis. 786. num. 4. par. 1. diuers. Gonzales gloss. 37. numer. 25. quem refert Gars. de benef. in præcitata parte numer. 11. cap. 2. referens obtinuisse in Sacra Congregatione Conc. Trid. mens. Septembris anno 1601. Quod vnio facta ab Episcopo Cauensi mensæ Capitulari de quibusdam beneficiis simplicibus, vigore Concilii d. c. 15. esset nulla, quia dictum Concil. non dat facultatem vniendi mensę Capitulari, sed tenuibus præbendis singulorum Capitularium, aliud singuli de Capitulo, & allegasse Fel. in c. cum accessissent de const. num. 22. quod tamen iuxta prædicta accipiendum videtur, vt etiam omnibus præbendis simul fieri possit dicta vnio, quia non ideo fit Capitulo, seu mensæ Capitulari, fauet Acor. d. c. 28. qu. 1. in fi.

Tertio limita, quando in vnione, quæ fieret Capitulo, interuenisset consensus Apostolicus, vt optimè per Oldrad. in cons. 262. in 1. col. iuxta fin. Bercolten. cons. 2. nu. 4. & 5. Imola cons. 60. numer. 6 practicabilia. Rotæ in tit. de vnione nu. 12. 5

SVMMARIVM.

1 *Vnio facta seminario ad hoc, vt valeat, duo sunt necessaria, num. 3.*
2 *Redditur ratio decisionum.*

Vt vnio facta Seminario valeat, quæ requirantur.

DECIS. CCCCLXXXIX.

Ex mente Concilij Tridentini sess. 23. cap. 18. cuius verba sunt, *Quia ad Collegij fabricam instituendã, & ad mercede præceptoribus, & ministris soluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios sumptus, certi reditus sunt*

Digitized by Google

sunt necessarij, &c. Idem Episcopi, cum consilio duorum de Capitulo, &c. ex fructibus mensæ Episcopalis, & Capituli, & quarumcunque dignatum, personatuum, officiorum, præbendarũ, &c. partẽ aliquam, vel portionem detrahent, & eã portionẽ, sic detractam, nec non beneficia aliquot simplicia, cuiuscũque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones nũcupatas, etiam ante vacationẽ (sine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio) huic Collegio applicabunt, & incorporabunt. Hactenus sac. Conc.

Vnde vt valeat præfata vnio, duo sunt necessariò concurrenda, Primò requiritur, quod Seminarium fuerit actu erectum, & habeat actu scholares, & magistratus, vt censuit Sacra Congregatio anno 1588. in vna Gienen. his verbis, *Congregatio Concilij censuit vnionem nullam esse, & inualidam cùm Seminarium non fuerit erectum, iuxta formam Concilij, vtpote, nec magistris, nec scholaribus verè, & actu in eo existentibus.*

Et iuxta hanc opinionem pluries tenuit Rota Roman. & signanter in eadem Gienen. præstim. 17. Aprilis
* 1594. * coram Illustriss. Blanchetto, & iterum in vna Corduben. prestim.
† 6. Nouembris 1596. † coram de Rubeis, & tandem in vna Corduben.
† præstimon. 7. Februarii 1601. † coram Licta.

2 Quarum decisionum ratio est, secundum Gonsalez loco citat. quia Conc. Trident. dicit, quòd vniones fiant dicto Seminario, & Collegio, vt in illis verbis, *Huic collegio applicabunt, & incorporabunt.* sed sic est, si ante dictã erectionẽ non adest Collegium, cui fiat vnio, nec in rerum natura, l. quidam referunt §. 1. ibi, quia hæres. ad quem sermonem conferat in rebus humanis non est, ff. de iure codicill. ergo vnio fieri non potest, & si facta sit, non tenet, quia qualitas sine subiectio adesse non potest. l. 2. de vsufruct. l. decem ff. de verb. oblig. 1. ff. de vsufr. leg. & sufficit huiusmodi qualitatem ab initio fuisse verificatam, quare si semel benè facta vnione, Seminario actu erecto, & habenti scholares in dicto Seminario, nihilominus valeret vnio, ex deductis per Panormit. in c. gratum de postul. præl. numero 12. Cuccus in inst. maioribus lib. 4. ti. 1. Mandos, de priuileg. ad instar. causa 7. numero 44. Azor. lib. 5. c. 22. quæst. 11. Et ratio est, secundum text. in l. cum vxori c. quando dies legati cedit. quia sufficit, quod conditio in momento temporis fuerit adimpleta.

Secundò principaliter requiritur, 3
quòd præfata vnio fiat cum consilio quatuor deputatorum, duorum de Capitulo, & duorũ de Clero, ex decreto eiusdem Conc. loco cit. vt tenuit Rota, Cæs. de Grass. dec. 532. & ita censuit sacra Congregatio eiusdem Concilii.

Congregatio censuit vniones factas Seminario, absque consilio eorum quatuor, quos iubet Concilium adhiberi; minimè valere; alias non valent vniones simpl. cum beneficiorum facta, irrequisito deputatorum consilio. Et tenuit Rot. in vna Mediolanen. benef. 1596.
*etiam Placto, & censuit Sacra Cõgregatio eodem Concilio his verbis. *

Episcopus quatuor deputatos Seminarij debet adhibere in Concilium pro tota temporali administratione prædicti Seminarij excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat, non tamen tenetur eorum sequi Concilium.

SVMMARIVM.

1 *Parochialis vnita Canonicatui non dicitur amplius parochialis.*

2 *Vna dignitas minus principalis, alteri principaliori remanet suppressa.*

3 *Vnio de beneficio est extensiua tituli, & tollit omnia vincula.*

4 *Habenti Canonicatum, cui est annexa parochialis, debet residere in Canonicatu.*

5 *Ad obtinendum Canonicatum, cui est vnita parochialis, non requiritur ætas viginti quinque annorum.*

An parochialis vnita Canonicatui subsit formæ traditæ Conc. Trident. circa examen per concursum.

DECIS. CCCCXC.

RESpondi, circa hoc consultus, præfatam parochialem non subesse dispositioni Conc. Trident. sess. 24. cap. 18. volentis parochiales non esse conferendas, nisi præuio examine per concursum, & motus fui ad ita consulendum ex pluribus.

1 Primò, quia non dicitur amplius parochialis, cum assumat naturam Canonicatus, & consequenter eius, cui fuerat vnita, secundùm Oldrad. in consilio 257. Gassador. in decis. 13. numero 15. de regulis. Vnde secundùm Alex. in consil. 20. post numerũ 4. volum. 1. quem refert Dec. in cons. 36. visis numer. 9. beneficium vnitum conuertitur in naturam eius rei, cui fit vnio, & ei accrescit, arg. l. si ex toto ff. de legat. 1. & parochialis post vnionem dicitur prædium canonicatus. Gambar. libro 5. de potest. legati numer. 139. Verall. in decis. 349. num. 2. & ratio est, quia vnio operatur extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli beneficii vniti, ita vt amplius beneficium dici non possit. Cassad. in decis. 2. de vnionibus, & in dec. 13. super regulis. Put. in dec. 6. de vnionibus Veral. in decis. 349. part. 3. Rot. diuers. in dec. 758. numer. 6. par. 1. & in decis. 133. par. 2. diuers.

Vnde Rota in vna Illerden. pensionis 6. Martij 1595. † coram Licta, & iterum in vna Compostellana prioratus 17. Martij 1597. * coram eodem tenuit, quando vna dignitas minus principalis, vnitur alteri principaliori, illa minus principalis remanet suppressa, quia vnio de beneficio est extinctiua tituli, tollens omnia vincula, Gregor. Tholos. in instit. rei beneficiariæ. c. 20. num. 1. Hinc est, quod beneficium vnitum, nunquam dicitur vacare. Mandos. in reg. de infirmis quæst. 10. neque posset permutari. Feder. de Senis consil. 195. Rot. in decis. 1. de rer. permut. in antiq. Bisignett. in dec. 3. eod. tit. 2 † * 3

Secundo, pro hac eadem opinione facit, quod attenditur tantum qualitas, & natura beneficii principalis, non autem annexi. Gloss. in clem. per literas in verb. ecclesiæ de præbendis Rota decis. 114. numer. 4. Nam parochialis vnita Canonicatui, assumit naturam, consuetudines, & priuilegia Canonicatus, secũdum Paccianum de probat. lib. 1. c. 27. numer. 14. Gonsalez Gloss. 5. §. 7. numero 2. Nauarr. cons. 10. numer. 2. & 3. de maioritate, & obedientia.

Vnde habens Canonicatum, cui est vnita parochialis, debet residere in Canonicatu, & non in parochiali, c. extirpandæ, vbi Abb. & reliq. communiter, de præb. & ibid. Rebuff. in 4. notab. & ita censuit Sacra Congregatio, secundum Gars. de benef. par. 2. c. 2. numero 24. 4

Tertio facit pro eadem sententia, quod ad Canonicatum, cui est vnita parochialis, non requiritur ætas viginti quinque annorum, quæ in parochiali requiritur, vt censuit Sacra Con- 5

Digitized by Google

Congregatio, secundum Garſ. cit. loco. Vnde redeundo ad caſum propoſitum, dico, quòd parochialis vnita Canonicatui, non ſubeſt diſpoſitioni ſacri Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. vt cenſuit Sacra Congregatio, refert Gonzales gloſ. 5. §. 7. numer. 12.

SVMMARIVM.

1 *In vnione facienda, non eſt vocandus Rector beneficij, reſpondetur contrariis, num. 2. & 3.*
4 *Ampliatur concluſio num. 5.*
6 *Limitatur numero 7. & 8.*

An citatio Rectoris ſit neceſſaria in vnione facienda.

DECIS. CCCCXCI.

EX eadem ſæpius cit. clé. fin. verſic. quod ſi Rector, de rebus eccleſ. non alien. firmata eſt præſens
1 concluſio, ſcilicet Rectorem beneficii non eſſe vocandum in vnione facienda, & ita quoque voluerunt gl. ibidem verb. vocatus. Card. q. 1. nu. 7. Innoc. nu. 12. Anchar. numer. 5. Abb. pariter numer. 5. Vital. numer. 8. Rebuff. in reg. de vnionibus gloſ. 11. Rota diuerſ. in deciſ. 153. part. 2. numero 14. Garſ. de beneficiis par. 12. capit. 2. num. 24.

2 Non obſtat, quòd vnio facta, non vocatis iis, quorum intereſt, ſit inualida, vt per Pet. de Vbald. in tract. de vnionibus cap. 5. in princ. Conc. Trident. ſeſſ. 7. c. 6. & Rot. diuerſ. in dec. 33. par. 1. Hendriquez conſ. 99. num. 6. Anchar. conſil. 23. numer. 6. Bombin. conſ. 70. num. 4.

3 Quia reſpondetur, quòd per vnionem non fit præiudicium Rectori, nec vllum intereſſe in eo conſideratur, cùm vnio ſortiatur effectum ſuſt post mortem ipſius. cap. conſultationibus de donationibus. Hoieda parte 2. cap. 3. numero 9. & fuit in Rota reſolutum in vna Segobien. præſtimonii 24. Octob. 1580. † coram Cantuccio. †

Nec obſtat Seraph. in deciſ. 1459. num. 13. volentis vnionem beneficiorum eſſe inualidam ſi fiat abſque conſenſu poſſeſſorum, quia vltra quod nihil allegat, hoc dicit pertranſeundo.

Quam ſupra poſitam concluſionem ſic firmatam ampliat Garſ. loco cit. procedere etiam in vnione facienda per legatum. Gambara de poteſt. legati rubr. 1. lib. 5. & fuiſſe per Rot. reſolutum teſtatur Bellam. in deciſ. 405. 4

Amplia ſecundo, vt neque etiam plebs debet reuocari. Boer. in deciſ. 345. num. 4. Pet. de Peruſ. de vnione cap. 2. Alex. de Neuo in conſ. 48. nu. 7. & fuit in Rota reſolutum in vna Gerunden. vnionis 20. Martij 1600. † coram Sacrato. 5 †

Amplia tertiò, vt neque in vnione facienda per legatum, ſeu ex commiſſione Papæ, vocari debeat Epiſcopus, vt tenet Ripa conſil. 18. libr. 2. licèt contrarium videatur velle Bellam. in deciſio. 512. & 513. Caputaq. in deciſ. 350. num. 1. par. 3. 6

Limita tex. in cit. clem. fin. nõ procedere, quando vnio fieret in monaſteriis Religioſorum, quia in illis debet fieri de eorum conſenſu, & proinde vocari debent, ſecundum Cald. in conſilio fin. de rebus eccleſ. non alien. 7

Limita ſecundò, quando fieret vnio totius Eccleſię, alteri eccleſiæ, ſed ſi fieret alicuius iuris eccleſiæ, ſeu diſmembratio, quia cùm requiratur conſenſus Rectoris viuentis, debet propterea vocari, ita Rot. in deciſ. 1. de rebus eccl. non alien. in nouis, & 8

in dec.vnica de his, quæ fiunt à Prælatis, Card.conf.65.in 2.col. post medium.

Limita tertiò, quando vnio fieret Capitulo de aliqua ecclesia, quia tūc requiritur consensus Rectoris, ita Oldrad.in consil.262.in vlt.col. circa finem.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante non potest vnire sibi quodcunque beneficium.*
2 *Legatus a latere habet facultatem vniendi vti Episcopus.*
3 *Inferioribus episcopis competit etiam facultas vniendi.*
4 *Episcopus non potest omnia beneficia suæ Diœcesis vnire.*
5 *Vnio fieri non potest ad vitam, neque ad tempus.*
7 *Parochialis Ecclesia in simplex beneficium conuerti non potest.*
7 *Ordinarius non potest dismembrare beneficia curata.*

Quę beneficia vniri possint per Episcopum virtute Conc. Tridentini.

DECIS. CCCCLXXXV.

IN sessione 23.ca.5.hæc sunt. *Possunt Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtinentium, facere vniones perpetuas quarumcunque Ecclesiarum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris casibus à iure permissis, etiam si dictæ ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reseruata, aut qualitercunque affecta.* Cōcordat text.in c.sicut venire de excess.præl.cap. si autem de relig.domibus. Rota in dec.1. & 2.de off.leg.in nouis. Rota diuers. dec.133. numero 20.part.2. quam facultatem cōpetere etiā Vicario voluit Mohed. decis.3.de off.vic.Gabr.cons.200.nu. 3.vol.1.

Amplia secundò, huiusmodi facultatem concedi quoque Capitulo Sede vacante, secundum Rebuff. de vnion.num.36. Azor.lib.6.cap. 28. qu. 9.Cuccus lib.2.tit.9. num. 87. Garsia par.12.cap.2.num.69. Licèt non possit Capitulum Sede vacante sibi vnire, vt censuit Sac.Congreg.Conc.super c.15.sess.24.de reform. his verbis. *Capitulum Sede vacante non potest supprimere quodcunque beneficium, & sibi vnire.* 1

Amplia tertiò procedere in Legato à latere, quia cum in sua prouincia sit maior Episcopo, poterit in sua prouincia vniones facere, quemadmodum Episcopus in sua Diœcesi. Villadieg.de legato.q.9. num. 82. Azor. par.2.lib.5.c.29.qu.14.Rota decis.459. & decis.1.& 2.de off.leg.in nouis, Panor.in c.fin.de confirm.vtili, vel inutili.& in cap.sicut vnire, num.3.& 5.de excess. præl. & fuit in Rota Roman. resolutum, teste Bellamera decis.512. 2

Amplia tertiò, secundum Bellamerā in tract.de permut.benefic. par. 1. quæst.2.num.9.vt possint etiam inferiores episcopi facere vniones, existente consuetudine pręscripta: & ita censuit Sacr.Congreg.supra d. cap.5. sess.21.his verbis. *Censuit Congregatio dignitati Curatæ posse vniri alia dignitatē ex causa paupertatis, iuxta hoc decretum.* & sess.24.c.13. *Eamque vnionē facere posse Abbatem, & sibi hac facultatem vniendi legitimè præscripsit, aut ex priuilegio in Ecclesia sibi pleno iure subiecta, iurisdictionē quasi Episcopalē habet in omnibus, & per omnia: alioquin vnionem faciendam esse per Episcopum cū consensu ipsius Abbatis, & Capituli.* 3

Limita nunc primò, vt non possit Episcopus virtute præfatæ facultatis 4

sibi

concessæ, omnia beneficia suæ Diœcesis vnire. Oldr. cons. 162. numer. 2. Cacher. cons. 134. numero 6. Artam. consil. 60. num. 5. & 9. & secundum Garsiam cit. loco §. 1. numero 61. Ita declarauit Sac. Congr. Concil. super c. 18. sess. 23. per hæc verba. *Concilium non decernit, vt omnia beneficia simplicia vniantur Seminario, sed aliquot, ideo vnio facta omnium beneficiorum nõ valet, vt alias decreuit Congregatio.*

5 Limita secundò, vt non possit facere vniones ad tempus, seu ad vitã Mandos. reg. 12. qu. 6. Azord. d. lib. 6. c. 28. q. 17. Zerula in praxi episcopali, in verb. vnio. §. 6.

Limita tertio in terminis Conc. Trident. cap. 9. sess. 25. vbi prohibetur episcopus beneficia libera vnire beneficiis, vel hospitalibus iurispatronatus.

Limita quarto in casibus eiusdem Concilij sess. 23. can. 18. de reform. ad beneficia simplicia, vt eadem Sacra Congreg. censuit.

Limita quinto in terminis Concilij cap. 9. sess. 14. de reformat. vbi Episcopus non potest beneficia vnius diœcesis, vnire beneficiis, seu locis alterius diœcesis.

Limita sextò in terminis Cõc. sess. 24. c. 13. de reform. vbi prohibetur vnio beneficiorum curatorum fieri monasteriis, dignitatibus, præbẽdis, seu aliis beneficiis simplicibus, & censuit Sacra Congregatio per hæc verba, Non solum vnio parochialis est prohibita, sed etiam aliqua pars fructuum earum vniri non potest.

Limita septimo in terminis Concilij c. 16. sess. 25. de reform. vbi beneficia curata in simplex conuerti non possunt, & ita pluries declarasse Sacram Congregationem refert Garsias loco cit. nu. 87. per hæc verba.

Prima, parochiales Ecclesiæ in simplex beneficium conuerti non 6
possunt, quod intelligendum etiam in aliqua parte fructuum ipsius parochialis.

Secũda, nec Ordinarius dismembrare potest beneficia curata, ac vni- 7
re beneficiis simplicibus.

Tertia, ibi, non cõuertantur etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum parochialis constituere beneficium simplex.

Quarta, nõ poterit Ordinarius separare ab ecclesiis parochialibus beneficia simplicia, siue oratoria, si illis vnita essent, etiam si illis separatis parochiales non egeant.

Finis Tituli Praxis Vnionum.

Vuli

Digitized by Google

PRAXIS.

DISTRIBVTIONVM QVOTIDIANARVM.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Capitulum, quod possit vigore consuetudinis permittere Canonicis absentibus per spatium 15. dierum percipere distributiones quotidianas probatur ex tribus nu.2.3.& 4.*
5 *Contrarium est verius, quod probatur ex tribus aliis, de quibus num. 6. 7. & 8.*

De consuetudine cuiusdã Capituli permittentis Canonicis absentibus per 15. dies percipere distributiones quotidianas.

DECIS. CCCCXCIII.

1 FVIT à me quæsitum, si esset iuri consona consuetudo cuiusdam Capituli Ecclesię Metropolitanæ, permittentis Canonicis absentibus distributiones quotidianas percipere per spatium præfati temporis, scilicet 15.
2 dierum & dubitandi occasionem præbebat, quòd cũ quilibet sit moderator, & arbiter rei suæ l. in re mãdata Cod. mandati, & iniquum sit,
3 liberis hominibus rerum suarum administrationem tollere l. non vsque ff. si quis à parente fuerit manumiss. & iustum est vnicuique suum committere. l. nemo exterus Codice de Iudæis, propterea videbatur, quòd si omnes Canonici permitterent absentibus per spatium alicuius temporis percipere distributiones quotidianas, quod possent, ob id præsertim, quod est ius eis competens, vti singulis, argum. text. in l. per fundum ff. de seruit. rustic. prædiorum.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium est de iure verius, vt patet apertè ex pluribus. 5

Primò, quia regulariter distributiones quotidianæ non nisi diuinis interessentibus dari solent. ca. vnico de cler. non resid. in 6. Vnde absenti petenti distributiones, obstat exceptio non residentiæ, vt per Abb. & Anan. in capit. conquerente numero 4. de cler. non resid. & in capitu. licet in 4. not. de præbend. Gemin. consil. 85. numer. 18. Conc. Trident. sess. 24. cap. 5. 12. præterea, & fuit pluries per Rotam resolutum, & signanter in vna Carthaginens. fructuum 29. Maij 1595. † coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius decisio. 1131. part. 2. & iterum in vna Caurien. fructuum 13. Martij 1592. † coram Orano: hinc 6 7

fuis-

fuit resolutum in vna Baren. emolumentorum 9. Iunij 1595. * coram eodem Seraphino Canonicis absentibus non esse concedendum mandatum de manutenendo in percipiendis distributionibus quotidianis.

7 Secundo, quia non poterunt Canonici retinere, aut remittere, nam lex prohibet illis receptionũ, prout declarat Gemin. in d. c. vnico §. qui vero, col. fin. in verbo suus nume. 10. & quod Consensus Canonicorum non possit facere, vt qui non interfuit diuinis, habeat distributiones quotidianas concludit quoque Menoch. de arbit. casu 429. numer. 6. in addit. vbi etiam dicit, quod neque statuto, aut lege hoc potest constitui. Nauarr. de horis canonicis cap. 5. numer. 20. & cap. 21. numer 63. Gonzales libr. 1. var. iur. argum. cap. 9. vbi, quod nulla via possũt canonici donare distributiones quotidianas, aut de illis gratiam facere absentibus, sequitur quoque Gratian. lib. 1. disceptationum forensium c. 166.

8 Tertiò, quia secundùm quod iudicauit Rota Romana in vna Hispalen. distributionis 2. Martij 1603. † coram Coccino, neque totum Capitulum, vt in casu nostro per consuetudinem posset concedere, quod absens lucretur distributiones quotidianas, etiam si per momentum tẽporis, durauerit absentia, vt declarauit quoque Sac. Congregat. testatur Gratian. cit. c. 166. nu. 31.

SVMMARIVM.

1 *Regula est distributiones quotidianas debere tantum præsentibus, & diuinis officiis interessentibus. Ampliatur regula n. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. & 10.*

5 *Subampliatur tertia ampliatio, vt scilicet absens percipiendo distributiones quotidianas, illas non faciat suas in foro conscientiæ.*

Casus in quibus Canonici non lucrantur distributiones quotidianas.

DECIS. CCCCXCIV.

Sit pro regula huius quæsiti dilucidatione, quod distributiones quotidianæ non nisi præsentibus, & interessentibus dari debent, c. vnico de cler. non resident. in 6. Concil. Trid. cit. sess. c. 12. 1

Amplia primo, vt nec sufficiat adesse in Ecclesia dum diuina peraguntur, sed oportet esse pręsentem in choro, vnde non excusaretur Canonicus quominus amittat distributiones quotidianas, etiam si adesset in ecclesia Missam celebrans, extra chorum eo tempore, quo Horę Canonicales decantantur, secundum Gonsalez reg. 7. §. 7. procem. The. fori eccles. c. 13. n. 6. Piaseg. in prax. fol. 129. nu. 8. Galer. in sua margarita casuum conscien. fo. 81. Henriquez cõs. 22. & ita declarauit Sacr. Conci. Cõgregatio per hæc verba, videlicet. 2

Qui tempore quo cantatur vna Hora in choro, Missam celebrat in eadem ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illi Hora, nec illius distributiones accipere potest: si verò iussus fuerit à superiore, vt celebraret, tunc reciperet, sup. rior tamen debet cauere à tali iussione.

Amplia secundo, vt neque excusatur Canonicus quominus distributiones amittat, si associauerit Pręlatum audientem Missam in alia Ecclesia eo tempore quo Horę decantantur. Gonsalez loco citato numer. 183. Artam. consil. 91. num. 3. & seq. & Piaseg. loco citat. & ita declarauit Sac. Congregatio per hæc verba. 3

Non possunt Canonici, videlicet duo, aut plures associantes eorum Prælatum quandoque volentem audire Missam nō in Cathedrali, sed in alia Ecclesia ciuitatis participes fieri distributionum quotidianarum, quæ non nisi præsentibus, & inseruientibus dantur.

4 Amplia tertiò, vt in casibus, in quibus distributiones quotidianas in absentia non percipiuntur, non possunt per Capitulum remitti, aut donari ipsi absenti. Rot. in vna Hispalen. distributionū 2. Maij 1602.* coram Coccino, refert Gratian. libr. 1. disceptationum foren. c. 166.

5 Subamplia, quod absens illas sic accipiens, non faceret suas in foro conscientiæ, quod intelligas etiam de distributionibus, quæ currunt in illis tribus mensibus à Concilio cōcessis, non obstante consuetudine contraria, vt declarauit Sacra Congregatio, secundum Galer. loco cit. num. 5.

6 Amplia quarto, vt neque debentur interessentibus per modicum tēpus, quia omnibus Horis interesse tenentur, atque per omnes Horas debet fieri compartitio distributionum clement. 1. de æta. & qual. iuncta Gloss. in verb. certis horis, & ibidem Card. quęst. 6. quòd etiam declaratum fuisse à Sac. Congreg. testatur Nauarr. conf. 9. de cler. non resid. & Piaseg. loco sæpius cit.

7 Amplia quinto, vt distributiones quotidianę non possint percipi à canonicis absentibus, & per substitutum ecclesiæ deseruientibus, nisi expressè id priuilegio concedatur, vt consuluit Calder. in suo eleganti cōsil. 1. in 2. dub. in cler. non resid. Fortun. consil. 191. nu. 4. & seq. Thoming. in consil. 31. & Galet. citato loco.

8 Amplia sexto, quòd distributiones quotidianę nullo modo, nullo pacto percipi possunt à nō interessentibus quo ad portionem illam, præsertim quę Missis defunctorum, anniuersariis, aut officiis specialiter est applicata, vt declarauit Sacra Congregatio Conc. secundum Galet. cit. loco, & ratio esse poterit, secundùm Nauar. in cons. 15. de cler. non resid. quia appellatione emolumentorum pro anniuersariis non continentur distributiones.

Amplia septimo, vt neque indultū concessum alicui ad lucrandum fructus in absentia comprehendat distributiones, Gloss. in c. vnico, in verbo abfuerint, de cler. non resid. ibi 6. Cald. in con. 1. eodem Couar. var. resol. c. 13. n. 2. & ita iudicauit Rota Roman. vt scribit Cassad. in dec. 1. cit. tit. quibus addo Graff. consil. 1. eod. tit. 9

Amplia octauo procedere pariter in Canonicis absentibus tribus mēsibus à Conc. Trident. concessis per c. 12. sess. 24. de reform. nam nequeūt pro illo tempore consequi quotidianas distributiones, vt etiam declarauit Sacra Congregat. 5. Aug. 1586. refert Gonzalez §. 7. procem. num. 182. 10

SVMMARIVM.

1 *Absens ex causa studij, pro præsente habetur.*
2. *Redditur ratio conclusionis.*
3 *Contrarium declarat Sac. Congregat. Concil. Trident.*
4 *Adducitur ad corroborationem declarationis decisio Putei.*
5 *Ampliatur declaratio Concil. etiam canonico Lectore.*
6 *Ampliatur etiam in docentibus in ecclesiis.*

Distributiones quotidianæ an debeantur absentibus causa studij.

DECIS. CCCCXCV.

Regula iuris est, absentem causa studij, pro præsente haberi l. quæ 1

quæsitum, vbi Bar. ff. de fun. instruct. Bald. consil. 324. volu. 2. Alex. consil. 122. numer. 3. & seq. volu. 1. Monald. cons. 62. num. 5. & proinde ex pręfata regula sequi videtur, quòd tanquam præsentes lucrari debeant distributiones quotidianas, si ita consuetum est in illa ecclesia vbi resident, secundum Couarr. alios referens libr. 3. var. resol. c. 13. num. 5. in fin. vers. tertio eadem ratione infertur. Gratian. lib. 1. disceptationum forens cap. 166 nu. 15. & seq.

2 Et ratio est, secundum Probum ad Monach. in c. vnico nume. 60. de cler. non residen. in 6. quem refert Decian. cons. 43. nu. 13. volu. 1. Quia si absentes causa studij consequi non possent, eorum priuilegium redderetur inutile, & sine effectu, nihilque eis prodesset, quod esset inconueniens. arg. tex. in c. in his, de priuileg.

Verùm quicquid sit, Sacra Conc.
3 Congregatio declarauit contrarium his verbis, *Congregatio censuit, Canonicum absentem, studiorum causa, percipere quidem fructus præbendæ nō autem distributiones quotidianas.* & ita Gratian. citat. q. 166. n. 19. Gonzales §. 7. n. 180. Quaranta in summa Bull. in verbo residẽtia Franc. Leo. in thesauro fori Ecclesiæ, c. 33. n. 22. Endriquez cons. 13. Attamen si omnes fructus Canonicatus consisterent in distributionibus quotidianis, & consequenter careret prębenda, tūc Canonicus absens lucrari debet etiam distributiones quotidianas, dempta tertia parte, quæ inseruientibus ecclesiæ debetur, vt censuit Sacra Cōgregatio his verbis. *Quod si in huiusmodi distributionibus omnes Capituli redditus consistant, percipere etiam distributiones dempta tertia parte, quæ inseruientibus accrescit: nullo autē casu debere ipsum Canonicum percipere distributiones, Missis, aut defunctorum anniuersariis applicatas.*

Quæ declaratio corroboratur ex notabili decis. Card. Putei num. 367. 4
par. 2. vbi voluit, quòd quando Canonicatus caret præbenda, tunc distributiones quotidianæ succedunt loco præbendarum: quare infertur, quod in casibus, in quib. Canonici absentes lucrantur fructus præbendæ, & non distributiones quotidianas, prout in c. de cætero, c. cum dilectus, c. ad audientiam, de cler. non re sid. & cap. licet de præbend. tunc si Canonicatus consisteret in distributionibus quotidianis tantum, illas etiam lucrari debet ipse Canonicus absens.

Amplia id, quod de absente, causa studij, diximus, procedere etiam 5
in Canonico Lectore sacrę Scripturæ, in qualibet ecclesia, iuxta formam Conc. Trid. sess. 25. ca. 1. & Greg. XIII. ex speciali gratia, vt dixit eadē Sac. Congreg. his verbis. *Idem censendum est de docentib. in ecclesiis, qui* 6
quamuis a seruitio chori absentes essent, possunt percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia, diebus quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro, & inseruientes, non modo pro illis Horis, vt si mane legunt pro Horis matutinis, & Missa solemni, sed etiam pro tota die, vt declarauit S. D. N. Gregorius XIII.

SVMMARIVM.

1 *Datur diffinitio distributionum quotidianarum.*

2 *Datur Diffinitio distributionū grossarum.*

3 *Quando possunt dici distributiones quotidianæ.*

Distributiones quotidianæ, quæ dicantur.

DECIS. CCCCLX.

1 ARguendo ab etymologia vocabuli, quæ quidem in iure validissimum est argumentum, vt tradunt communiter DD. in l. 1. ff. de acq. possess. dico dstributiones quotidianas eas esse, quæ quotidie, & singulis diebus particulariter distribuuntur, arg. tex. in c. vnico de cler. non resid.

Vnde distributiones grossæ, quæ dantur in fine anni, vel certis aliquibus temporibus nõ possunt propriè dici distributiones quotidianæ, extrauag. cum nouellæ §. præterea de præb. commun. & efficiunt potius præbendam, Tib. decian. consil. 43. numer. 13. maximè verò si in illis solis consistant omnes redditus Canonicatus, seu præbendæ, debentur absentibus ex iusta causa, vt ratione studiorum, ca. de cætero, c. audientiam, de cler. non residen. detracta nimirum portione, quæ communi mensę debetur. Inn. in c. licet de præb. seu detracta tertia parte interessentibus assignata à conc. supra citato: quod etiam declaratum fuisse à Sacra cõgreg. Conc. refertur apud Quaranta in verbo residentia.

9 Verumtamen quando distributio fit habito respectu punctorum, & considerato seruitio interessentiæ in choro, dicuntur quoque distributiones quotidianæ Achil. de Grass. decis. vnica de distrib. quot. Verall. decis. 29. par. 2. Seraph. decis. 1141. par. 2. Thoming. decis. 17. & fuit in Rota Resolutum in vna Baren. emolumentorum 19. Iunij 1595. * coram eodem Illustrissimo Seraphino. Quare idem Achill. de Grass. dec. 12. de præb. voluit, quod distributiones quotidianæ etiam dicuntur, quamuis solutio semel tantum certo tempore fiat, non autem in dies singulos, vel horas, quando tamen in solutione habetur respectus ad seruitium singularum Horarum Canonicarum.

SVMMARIVM.

1 Beneficia ecclesiastica ad quem finem sint constituta. infertur ex hoc ad tria, de quibus nu. 2. 3. & 4.

Distributiones quotidianę quomodo considerandæ circa dispositionem sacri Cõc. Trid.

DECIS. CCCCXCVII.

CVm beneficia ad diuinum cultum, atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium prę̃stetur statuit sancta Synodus in ecclesiis tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuũ, & quorumcumque prouentuum, & obuentionum, tam dignitatum, quàm Canonicatuum personatuum portionem, & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti. Hactenus sacrũ Conciliũ. 1

Ex quo infertur, quod vbi essent distributiones sufficiẽtes, tertia pars huiusmodi fructuum præbendarum detrahi non possent, applicanda distributionibus, secundum Piaseg. in sua praxi fol. 129. n. 7. auctorem praxis par. 2. verb. distributiones quotidianæ, Endriquez cons. Bermon. in cons. 42. 2

Secundò, non procederet, vt detrahi posset aliqua pars fructuum bene- 3

beneficiorum extra Ecclesiam Cathedralem applicanda distributionibus, nisi ipsa beneficia essent incorporata præbendis canonicalibus, vt fuisse responsum à Sacra Congregatione Concilij Archiepiscopo Genuens. testantur Zerula, & Piasegius cit. locis.

4 Intellige tertio procedere sacrum Conc. iuxta declarationem Illustrissimorum Cardinalium, quæ habent in decisio. 325. Rot. diuersor. part. 2. in qua continentur hæc verba. Attenta declaratione Illustrissimorum Cardinalium circa decretum Concil. Trid. sess. 22. cap. 3. quod intelligatur quando adsunt distributiones quotidianę, prout accepi ab Illustriss. D. Cardinale Alciato, quam declarationem retuli Dominis in Rota, fuit conclusum, quod statutum Reuerédiss. Episcopi Gadicens. de quo agitur, potest sustineri, dum distributiones deficientium applicauit fabricę, & monasterio, attento, quod cōstat in dicta ecclesia adesse distributiones: quando verò illę non adsunt vel sunt tenues, tunc locus est alteri decreto dicti Conc. in sess. 21. c. 3. prout dicta Congregatio declarauit.

SVMMARIVM.

1 *Regula est distributiones quotidianas illis tantum esse præstandas, qui sunt præsentes, & diuinis officiis intersunt: in nonnullis tamen casibus etiam absentibus debentur, de quibus nu. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

Casus in quibus absenti debētur distributiones quotidianæ.

DECIS. CCCCXCVIII.

1 ET si regula sit pręsentibus, & diuinis interessentibus tantummodo distributiones quotidianę deberi, nonnulli tamen reperiuntur casus, in quibus absentibus debentur.

Primò, absenti legitimè impedito ex legitima causa, c. quorundam 74. dist. & cap. ad supplicationem de renunciat. Cald. in cons. 17. de præben. Cassad. in decisi. vnica numero 2. de cler. non resid. Seraph. in dec. 1239. parte 2. & fuit in Rota Romana resolutum in vna Salamantina censurarum 1. Iunij 1594. * coram Corduba: vnde eadem Rota in vna Valentina emolumentorum 27. Nouembris 1579. * coram Seraphino, tenuit, absenti ex iusta causa, non deberi distributiones, nisi adsit consuetudo. 2

Secūdo, Canonici missi ab eorum Episcopis ad limina Apostolorum, eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina, ex decreto Sixti Papæ V. distributiones quotidianas lucrantur, vt testatur Congreg. Conc. in declaratio. super eod. cap. 12. in verb. fructuum §. Canonici. 3

Tertiò lucrātur etiam distributiones quotidianas, qui curam animarum exercent, quę illi ecclesię imminet, dum tamen sunt in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectāt ad ipsam curam, quia tanquam pręsentes in choro habentur, vt per eandem Sac. Congre. fuit declaratum super eod. cap. 12. in verbo recipiant. 4

Quarto, pœnitētiarius interim dū Confessiones audit, quia cēsetur pro pręsente in choro, nec amittit distributiones, Conc. Trid. sess. 22. c. 8. 5

Quintò, Theologus seu Lector eo die, quo legit sacram lectionem pro præsēti habetur, vt declaratū fuisse à Sac. Congreg. Conc. coram Gregor. XIII. testatur Gonz. super 8. Cancel. §. 7. procem. n. 180. vt supra diximus. 6

Sextò, distributiones percipiunt mārini,& senio cōfecti, qui residere non possunt, si alias residere nō possunt, si alias residere cōsueuerūt, c. vnic. de cler. non resident. in 6. & debentur etiam detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam, ex traditis per Ioan. And. cit. ca. vnic. & Congreg. Conc. super eod. cap. 12. in dec. sub tit. Rauennaten.

SVMMARIVM.

1 *Datur differentia inter distributiones grossas, & distributiones minutas.*
2 *Diffinitio prima distributionis, & ex hoc infertur ad duo, de quibus num. 3. & 4.*
5 *Declarantur distributiones minutæ.*

Distributiones quotidianę quo casu fructuum loco succedant.

DECIS. CCCCXCIX.

1 CVm in facti contingentia de hac re fuissem interrogatus, pro resolutione distinguebam, diuersum ius esse inter distributiones illas grossas, quæ dantur residētibus, & alicui horæ interessentibus, quæ non actu distribuuntur, sed ad finem mensis semestris, vel anni diuiduntur, & alias distributiones minutas, quæ singulis Horis nocturnis, & diurnis interessentibus dantur, & tunc actualiter distribuuntur.

2 Nam primæ non dicuntur propriè, ac verè distributiones, secundum Monet. in tractat. de distribut. quotid. qu. 22. Artam. consil. 24. Flamin. Rubeum consi. 14. volu. 1. Vnde Canonicatibus non habētibus præbendas distinctas, aliósve fructus, præter memoratas distributiones, in quibus dumtaxat Canonicatuum redditus consistunt, tunc huiusmodi distributiones dicuntur efficere præbendam, eiúsque loco succedunt ac fructuum nomine veniunt. Tib. Decian. propriis terminis in consil. 43. num. 13. vol. 1.

3 Ex quo primo capite distinctionis infertur, quòd in præfatis distributionibus nō procedit regula illa, quod priuilegiati in absentia licet percipiant fructus non tamen distributiones quotidianas, quia cū succedant loco præbendæ, & tanquam fructus habentur, proinde absentes ex quauis legitima causa illas lucrātur, secundùm Glos. in capit. vnic. de cler. nō resid. in 6. verb. pepererit, & ibi Gemin. in §. qui verò, & c. licet de præb. ver. distributiones enim propriè, extrauag. Ioan. XXII. cum nonnullæ ecclesiasticæ, Calder. cons. 21. de præbend. & in cons. 1. de cler. non resid. Abb. in d. ca. licet, & in c. olim de verb. sig. optimè declarat Cardin. Paris. in cons. 32. vol. 4.

4 Infertur secundò, secundùm Galett. in sua margar. casuum conscien. in verb. distributiones, vbi voluit, quod distributiones quotidianę nō percipiuntur à Canonicis, qui inseruiunt Episcopo visitanti, sed si fructus omnes cōsistunt in distributionibus quotidianis; debent percipere duas partes earum, amissa tertia, quę accrescit interessentibus, & ita declarauit Sac. Cong. secundùm Thes. for. eccl. cap. 33. n. 18.

5 Secundæ dicuntur propriè, ac verè distributiones, vt dicit Gloss. in verb in totum, post med. versic. distributiones enim, in extrauag. vnica in princ. ne Sede vacante aliquid innouetur, inter communes, prout etiam distinctionem prædictam ad alios effectus faciunt, Archi-

Digitized by Google

chidiac.in c.vnic.de cler. non resid. in 6.numero 1. & Probus ibidem nu. 12.Caputaq.dec.29.part.1.Paris. consilio 32.numero 6.& 7.& 8.Nauarr.in suo consil.13.de cler.non resid. Rot. decis.330.nu.5.&6.part.1. diuers. Puteus decis.375. num.5.libro 2.

Et istas quoque puto subintrare loco fructuum præsertim quando canonicatus non consisteret nisi in supradictis speciebus distributionum, prout sunt aliqui canonicatus ecclesiæ Neapolitanæ,in quibus canonici si abessent ex causis legitimis,& à iure permissis, lucrantur distributiones, secundùm Felin. in cons. 18. & Rebuff.in consil.134.& ratio est,vt supra dixi, quia dictus canonicatus non consistit nisi in distributionibus.

SVMMARIVM.

1 *Canonici associantes episcopum, quod lucrentur distributiones quotidianas,probatur ex duobus, de quibus, numer.2.& 3.*

4 *Decisio Congregationis Concilij.*

Distributiones quotidianas an lucretur Canonicus ecclesiæ inferioris,associans, seu seruiens Episcopo.

DECIS. CCCCC.

1 VIdebatur,quòd sic,ex pluribus.
2 Primo, quia canones generaliter loquentes,generaliter debent intelligi.ca.1.vbi Gloss. de operis noui nunciat & de iure ciuili est text. in l. 1.ff.de leg.præstand. sed text. in cap. ad audientiam de cler. non resid. generaliter disponit,quod pro seruitio Episcopi duo canonici absentes possunt percipere fructus præbendarum,igitur.

Secundo,quia canonici Ecclesiæ 3
Cathedralis habent idem onus quémadmodum illi Ecclesiæ Cathedralis, igitur debent ipsi quoque in isto releuari, vnde tenentur ad eandem residentiam in ecclesia collegiata, vt declarauit Sacra Congregatio Concilii in vna Comen.5. Iulij 1598. his verbis, *Congregatio censuit Canonicos* 4
ecclesiarum collegiatarum etiã in oppidis non insignibus existentiũ, teneri ad residẽtiam, nisi essent collegiata rurales prorsus destructæ,aut in quibus nunquã antea supra hominum memoriã solitum esset residere,& quarum Canonicatus ea essent fructuum tenuitate,vt qui eos obtinuerint, nec ex eis ali possint, nec aliunde habeant vnde commodè viuant.

Quia licèt cap.ad audientiam illos 5
non comprehendat,tamen per DD. extenditur, vt procedat quoque in clericis inferioribus,vbi ecclesiæ cõcurrit vtilitas, & Episcopi dispensatio,vt per Ioann.Andr.& reliq. in d. c.ad audientiam. Silua de beneficiis par.4.quæst.6.num.33.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, in contrarium est veritas,& hanc esse magis communem, & iuri consonam scribit Lanfranch. in decis.71.& ratio est duplex secundum Nouiss.in sua praxi c.95. Prima, quia non est tanta communio inter Episcopum, & Clericos inferiores, quemadmodum inter Canonicos. Secunda,quia cùm hæc materia sit damnosa ecclesiis, atque per eam diuinus cultus diminuatur, potius est restringenda,quàm relaxanda,allegat Panormit.in c.cum dilectus numero 7.de cleric.non resident. & ita fuit dictum in Rot.Romana in vna Calaguritana fructuum 18. Martii 1594.* coram Bubalo & ita Put. *
in decision.libro 3.Rot.diuers.in decis. 222.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Canonicus potest abesse ab eius Cathedrali per spatium trium mensium. amplia numero 2.3.4. & 5.*

De tempore, quo Canonicus abesse possit à Cathedrali.

DECIS. CCCCCI.

1 EX dispositione sacri Concilij Trid. sess. 23. cap. 1. §. quoniam autem de reform. sancitum est, posse Canonicos ab eorum Cathedralibus abesse per spatium trium mensium.

2 Amplia primò, vt censeatur abesse quoad præfatum effectum canonicus, etiam si maneat in ciuitate, vbi sita est ecclesia, sed non inseruit, nec frequentat ecclesiam ipsam Cathedralem, vt declaratum redditur à Sac. Congregat. eiusdem Conc. his verbis. *An puniendi sint, qui à seruitio ecclesiæ absunt, quamuis in loco, vbi ipsa ecclesia consistit, sint præsentes, Congregatio censuit esse puniendos.* Ita Piaseg. in sua praxi fol. 133.

3 Amplia secundò, vt præfatum tempus trium mensium debet computari, siue ex vna absentia continuata, siue ex pluribus interpellatis, secundum Concil. Trident. loco cit. licèt regulariter tempora non coniunguntur, vt de nouitio quoad tempus professionis ita tenuerunt Abbas, & Anchar. in c. ad Apostolicam de regul. Siluester in verbo religio quinto, sell. 4. numero 4. licet quando exierit de licentia superioris à Religione, & postea iterum ingressus fuit, tempore coniungantur, secundum Gonsalez libro 2. variorum iuris argumentorum capit. 15. Gratian. libro 1. disceptationum forensium capit. 166. num. 1. Sayr. decis. 15. de regularibus.

Amplia tertio, vt non tamen omnes Canonici, vel maxima eorum pars possunt abesse eodem tempore, ne ecclesia suo debito seruitio destituatur, sed tantum ea quota pars canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & Capituli, vt censuit Sacra Congregatio Concil. secundum quod refert Thesaurus fori ecclesiæ cap. 33. Berretta consil. 96. num. 5. Gallin. cons. 35. numero 6. Arram. consil. 60. num. 4. & 6. 4

Amplia quatro, vt canonicus possit abesse illis tribus mensibus, à Conc. Trid. permissis, nec ob id tenetur obtinere, seu petere licentiam ab Episcopo, arg. notat. per Nauarr. in manuali cap. 25. num ero 121. post Panorm. in cap. tua sub numer. 5. de clericis non resid. Rebuff. in praxi tit. de dispens. de non residendo nu. 25. Mand. de signat. gratiæ, verb. indultum percipiendi fructus, Galett. in sua margar. casuum consc. cap. 29. verb. canonicus, & ita declarasse Sacram Congregationem Concilij refert idem loco cit. 5

SVMMARIVM.

1 *Parochus tenetur ad personalem residentiam, amplia numero 2. 3. 4. & 5.*

De tempore quo Parochus abesse potest à parochiali.

DECIS. CCCCCII.

PRo huius materiæ dilucidatione est in primis, Parochum teneri ad personalem resi[illegible]tiam, vt patet ex Conc. Triden[illegible] adeo obligatur, v[illegible] tui- 1

tio

tio Episcopi, vel diœcesis abesse possit vltra duos menses, quod in diuersis casibus fuisse declaratum à Sacra Congreg. Conc. refert Gonsalez super reg. 8. cancell. Gloss. 6. num. 258. vbi legitur declaratio eiusdem Congreg. in hęc verba, *An si Episcopus iudicauerit expedire vti opera alicuius Curati pro Secretario, vel pro Vicario foraneo possit abesse, vel excusetur a residētia? Congregatio censuit non posse.* Et iterum. *Episcopus nō potest vti opera Parochi in visitatione, vel alio seruitio suæ diœcesis, nisi pro tempore duorū mēsium, & idoneus Vicarius deputetur.*

2 Amplia primò, vt Rector parochialis abesse non possit etiam pro legendo in ciuitate Cathedrā Grammaticæ, quamuis alius idoneus, qui legeret, non inueniatur, vt dixit eadem Sacr. congregat. per hæc verba, *An deficiente magistro Grammaticæ in ciuitate, possit in ea Curatus habitare, relicto idoneo Vicario, & approbato, cum congrua mercede in parochiali, dummodo solemnibus diebus intersit? Congregatio censuit, non posse.*

3 Amplia secundo, vt neque excusetur Parochus à residendo propter officium Inquisitoris, vt pariter eadem censuit congregatio, dicens, *Inquisitoris officium exercens, à residentia porochialis non excusatur.*

4 Amplia tertio, vt neque excusetur, si esset Subcollector Apostolicus, vt sequentibus verbis Sacra respondit congregatio: *A residentia non excusatur exercens officium Subcollectoris Apostolici.*

5 Amplia quarto, vt neque lis mota super eadem parochiali in solo petitorio, non autem in possessorio, eum à residentia excusare valeat, vt censuit ipsamet Illustrissimorum Concilii interpretum congregatio Sacra dicens: *Obtinens parochialem Ecclesiā per prouisionē Sedis Apostolicæ, & habens liberum curæ exercitium, & omniū bonorum, fructuum, & prouentuum, ad dictam Ecclesiam parochialem pertinentium, possessionem, licet in limine adeptæ possessionis prædictæ mota lis fuit per aliquem in petitorio; tamen tenetur ad residentiam in dicta Ecclesia.*

Amplia quinto, vt nedum Rector parochialis ecclesiæ, verumetiam Coadiutor teneatur ad residentiam, vt refert Gonsal. super reg. 8. Cancel. Gloss. 4. §. 9. numer. 9. 15. & 30. vt censuit Sac. Congreg. Concil. secundum Piaseg. in sua prax. fol. 133.

Ratio supradictorum omnium est, quia residentia in beneficiis curatis, est de iure Conc. Trid. sess. 23. c. 1. de reform. Nauarr. cons. 3. de cler. non resid. & in manual. cap. 25. numero 121. Sot. libro 10. quæst. 3. Siluester in summa in verb. residentia numero 1. Emanuel Sà in aphorism. confessar. eodem verbo numero 3. nec excusat aliqua consuetudo, aut paucitas ouium, aut defectus domus proprię, potest enim conducere: nec secundum Caiet. 2. 2. quæst. 185. esse Auditorem Rotæ, aut Secretarium Sedis Apostolicæ, nec secundum Sotum, esse Cardinalem: si enim est Episcopus, debet residere in ecclesia sibi commendata.

Amplia quinto, vt Parochi absentiam facere nequeant, etiam studiorum causa, neque Ordinarij possunt talem licentiam concedere, secundum Gonsal. Gloss. 6. num. 249. Henriquez consil. 23. num. 4. Thoming. consil. 6. numero 6. & seq. & ita declarauit Sacr. Congregatio per hæc verba: *Obtinentibus parochialē Ecclesiam post Concilium Trident. studendi licentia, ac in absentia studiorum causa, fructus percipiendi, non datur.*

Notabilia quædam in materia Canonicarum.

1 CAnonicus etiam si habeat perpetuò vnitam accessoriè parochialem, conferri potest habenti ætatem legitimam ad ipsum, secus verò si vnita esset æquè principaliter, quia tunc assumit naturam canonicatus, vt declarauit Sacra Congregatio concilii.

2 Canonicus legens sacram Scripturam in ecclesia ex forma à Concilio Trid. præscripta, potest abesse à choro, cum amissione tamen distributionum quotidianarum, & toto die, quo legit, haberi pro præsente in choro, etiam quoad easdem distributiones, sed non censeri præsens Matutino, quod dici.

3 Canonicus theologalem obtinens, non potest admitti ad optionem competentem canonicis, & nec præbenda ipsius, nec Pœnitentiarii subiacet optioni: ita Sacra Congregatio.

4 Canonici duo inseruientes Episcopo, ad mentem sacrorum canonum non percipiunt distributiones quotidianas, nisi tamen in illis consisterent omnes fructus, quo sanè casu duas partes tantum reciperent, reliqua tertia accrescente inseruientibus. Sacra Congreg.

Canonicus electus ad Seminarij 5 administrationem, perpetuo illam habere debet, nec remoueri potest nisi ex legitima, & iusta causa. Sacra Congregatio.

Canonicatus est beneficium sim- 6 plex, secũdum communem testatur Nauarr. consil. 61. numer. 5. de simon.

Canonici, & dignitates cogi pos- 7 sunt ab Episcopo, vt sibi pontificalia exercenti assistant, & inseruiant in ciuitate tantum, non etiam extra eam. nec etiam, in ciuitate, cùm priuatim Missam celebrat. Sacra Congregatio.

Canonicus habens annexam curam animarum, etiam in perpetuum, non est examinandus. Sacra Congregatio.

Finis tituli Praxis distributionum quotidianarum.

PRA-

Digitized by Google

PRAXIS.

APPELLATIONVM.

SVMMARIVM.

1 *Enumerantur casus, in quibus conceditur appellatio.*

Appellari à quibus sententiis possit ex vi Concil. Trident.

DECIS. CCCCCIII.

1 EX sess. 24. c. 20. de reform. & ex sess. 13. c. 1. de reform. depromptum est appellationem esse admittendam in infra scriptis casibus, videlicet.

Primo, à sententia diffinitiua, quæ secundum Panorm. Fel. & reliquos in rub. de sent. & re iudicata, est, quæ decidit negotium principale in iudicium deductum.

Secundo, ab habente vim diffinitiuæ, quæ secundum Hostiens. in summa in tit. eod. num. 2. est, quæ definit vnum articulum causæ substantialem, vel etiam totum negotium perimit, licèt per indirectum, vt si quis repellatur ab agendo per aliquam exceptionem, iuxta terminos tex. in c. licet de except.

Tertiò, à grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest. d. c. 1. & d. c. 2.

Quarto, quando ab ipsa diffinitiua appellari non potest. d. cap. 1. de quibus terminis videndus est Oldr. cons. 20. Dec. in l. quod iussit ff. de re iudic. Marant. in vltim. parte speculi in tit. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Ponuntur omnia ea, quæ per Sacram Congregationem Concilij declarata in materia appellationis fuerunt.*

Quidquid per Sacram Congregationem reperiatur sancitum in materia appellationis.

DECIS. CCCCCIV.

CIrca appellationis materiam nonnulla decreuit sacra Episcoporum Congregatio anno 1600. relata per Nouissimum in sua praxi c. 88. Quaranta in sum. Bull. in verbo Archiepiscopi auctoritas. Piaseg. par. 2. praxi Episcopali. c. 4. num. 191. quæ sunt tenoris sequentis. *Ad tollẽdas ambiguitates, & controuersias iurisdictionales, quæ inter appellationum, & prioris instantiæ iudices nõ sine partium dispendio, cursusque iustitiæ impedimento, & sæpe cũ scandalo oriuntur, sacra Cõgregatio caus. Episcoporũ Præposito, facta prius relatione Sact. D. N. Clem. VIII. ac de Sanctitatis suæ mandato, viuæ vocis oraculo desuper habito in hũc, qui sequitur modũ ab omnibus, ad quos spectat in posterũ fieri, ac seruari debere mãdauit, & mãdat Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Pa-* 1

triarcha, Suffraganeos, eorúq. subditos nō iudicēt, nisi in casibus à iure expressis.

Item nec alij Superiores, etiam Nuncij, vel Legati de latere specificam facultatem maiorem non habentes causas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, ad se aduocent, nisi per viam legitimè appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iurisdictionibus, quoad alias causas eximere non possint.

Appellationes nunquam recipiātur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit appellationem à sententia diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ, aut à grauamine, quod per diffinitiuam sententiā reparari non possit in casibus a iure nō prohibitis per legitimam personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosecutam.

Nec dum causæ coram inferioribus iudicibus pendent, ante diffinitiuā sententiam, vel habentem vim diffinitiuæ, de grauamine illato Superiores cognoscere valeant, licèt intra præiudicium cursus causarum, se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, vt ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationē, sicut præmittitur receptam, non cōcedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, aut decreti diffinitiui, aut cum diffinitiui habentis, vel damnum per diffinitiuam irreparabile cōtinentis, alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta quacunque sint ipso iure nulla, eisque impunè non parere liceat.

Si appellare asserat sententiam, aut appellationis exemplum culpa iudicis, vel actuarij habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantum, ad quos pertinet iniungi poterit, vt soluta condigna mercede actorū, exemplū authenticum appellanti intra breuē aliquē competentem terminum tradatur.

Ab executione decretorum sac. Conc. Tridēt. aut visitationis Apostolicæ appellationes à metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtutem eiusdē Sac. Conc. procedant vti Sedis Apostolicæ Delegati in causis, quæ sub eorū iurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salua tamen in hoc casu Legatorum, & Nunciorum Apostolicorum auctoritate.

In causis verò visitationis Ordinariorū, aut correctionis morū, quoad effectum deuolutiuū tantùm admittantur, nisi de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cum Visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensum.

Cum grauamine, quod per definitiuā reparari nequit, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, nō nisi visis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel prouisio aliqua concedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodē, quo reperitur carcere permanebit, quoad iudex, ad quē appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreuerit, & tunc si à iudicis, ad quem decreto vim diffinitiuæ habente, fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per iudicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processum primæ instātiæ ad iudicē appellationis Notarius mittere nō cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ iudicialiter obiciatur, & tunc terminata causa remittēda sunt ad Ordinarium, vt in suo archiuo conseruentur.

Censu-

Censura ecclesiastica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per iudicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tũcque si constiterit eam iustam esse, ad iudicem, qui excommunicauit appellans, remittendus est, vt ab ipso, iuxta sacros canones, beneficiũ absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emẽdationem praestiterit, obtineat: si verò iniustã esse clarè appareat, superior absolutionẽ impendat; si dubitetur, honestius est, vt ad excommunicationem intra breuem aliquem competentem terminum eidẽ praefigendum, absoluendum remittatur, licèt etiam superior hoc casu idipsum per se praestare iure possit.

Absolutio ad cautelam, nonnisi parte citata, & visis actis, cùm dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolata, vel à iure si occurrat dubiũ facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cũ reincidentia, & praestita per excommunicatum cautione de stando iuri, & parendo mandatis Ecclesiae tantum: & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cauere de iudicio sisti coram excommunicatore, quis tenebitur prius, quàm ad cautelam absoluantur.

A sententia etiam diffinitiua contra verum contumacem prolata, & appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quauis prouisio quandiu appellans in huiusmodi vera cõtumacia perstiterit, concedatur. Romae in Sacra Congregatione die 13. Octobris 1600.

Alex. Card. Florent.

SVMMARIVM.

1 *A sententia interlocutoria appellatur quando continet grauamen intolerabile.*

2 *Amplia etiam si contineret grauamen, quod cum difficultate reparari potuisset.*

3 *Amplia etiam si non ex toto reparari possit.*

4 *Grauamen irreparabile quid sit, ponuntur nonnulla circa hoc.*

Grauamen quando dicatur irreparabile.

DECIS. CCCCCV

CVm virtute Conc. Trid. loco saepius citato, à sententia interlocutoria appellari non possit, nisi grauamen contineatur irreparabile, vt voluit etiam tex. in l. 2. ff. de appell. recip. glo. in clem. 1. in verb. ipso iure de haeret. & disponitur in d. l. 3. tit. 23. par. 3. Rota, & ibi additio sub lit. B. decis. 58. de appellat. in nouis. Lancell. vbi sup. ex numer. 110. vsque ad num. 107. 1

Idemque est, si tale grauamen posset reparari, sed magna cum difficultate, aut praeiudicio partis. Bar. per tex. ibi in l. 1. §. quaesitum, sub nu. 6. in fin. ff. de appell. Felin. in c. accepimus sub nu. 5. vers. hinc est, de fide instr. Greg. Lopez per text. in d. l. 3. in glossa *à menos de gran damno*, tit. 23. par. 3. Duen. reg. 52. 2

Item quando grauamen potest per diffinitiuam reparari, sed non ex toto, quia tunc quoque datur appellatio. Felin. in c. cum super nu. 17. de sent. & re iud. Petr. Surd. decis. Mantuan. 36. num. 14. 3

Nec non quando articulus interlocutoriae esset praeiudicialis negotio principali. l. intra vtile num. 59. vbi notat Bart. ff. de minor. Bald. in l. arbitrio numer. 6. ff. qui satisd. cog. Fel. in cap. cum causam num. 6. vers. limita quarto, de sent. & re iudic. Magon. in decis. Lucana 23. numer. 6. Bald. in l. fin. sub num. 5. vers. secundus est actus. C. de relation. vbi idem

dicit, quando interlocutoria ingerit difficultatem circa causæ decisionem. Lopez vbi supra ad fin. glos.

4 Grauamen demum irreparabile est omnis actus irretractabilis , & quo mandato executioni, pars grauata amplius non subleuaretur appellatione à diffinitiua, vel non sine difficultate & præiudicio subleuaretur, yt patet ex deductis per de Franch.decis.139.& Capp.Thol.dec. 431.Balb.Iaffred.dec.469.

Casus continentes grauamen irreparabile, sunt, videlicet.

Primò, est indebitæ carcerationis quare ab eo appellari potest, vt censuit Sacra Congreg. per hæc verba: *An quod decreto Sacri Conc.Trid.sess. 13.c.1.de reform.& alia sess.24.c.20. de reform.dicitur de grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari nõ potest, intelligi possit, & debeat de grauamine indebitæ carcerationis.*

Secundò, excommunicatio, suspẽsio, interdictum. Duen.reg.52.Frãch. de appell.c.super eo 2.not. Rebuff. in concord.tit.de friuol. appellat. & si appellatur, non suspendit, c.pastoralis de appell.

Tertiò, decretum torturæ, quare ab eius comminatione datur appellatio: quotiescunque enim iudex comminando, vel interloquendo protulerit decretum, quo executioni mandato, grauaretur pars irreparabiliter, potest appellari, ita hodie procedit tex.in cap. cum cessante de appell. & à tali futuro grauamine appellari posse, tenet Bart.in d.l.2. ff. de appell.recip.& ius ciuile, & ius canonicum concordat cum hac dispositione conciliari. Nauarr. consi. 2.de appell.

Quartò decretum, per quod iudex declarat se competentem. Bald. in auth.habita nu.28. C. ne fil. pro pat. Natt.cons.172.num.1 Guid. Pap. qu. 10.num.1.vbi dicit, intelligi non solùm quando expressè pronunciat super competentia, sed etiam tacitè, per processum ad vlteriora. Menoch. de adipisc. possess. Ratio est, quia hoc casu grauamen non potest reparari per appellationem à diffinitiua, ideo non mirum si prius succurrendum est, quasi iurisdictionis defectus omnes alios excedat; prout etiam diximus de legitimatione personarum, quia à tali pronunciatione appellatur, cùm trahat secum executionem, & præiudicium, quod non potest reparari in appellatione à diffinitiua. Honde. qui de vtroque casu loquitur consi.27.nu. 20. & 21. lib.1.post Bart. in l. ante sententiam numer.13. de appell. recip. Roland. cons.33.num.3.lib.4. Præsertim quia habet vim diffinitiuæ, secundum distinctionem, de qua per Aufr. ad dec.Capp.Thol.48.num. 3. & 4. vbi intelligit, quando profertur à Delegato, secus ab Ordinario, quo casu decretum super incompetentia non habet vim diffinitiuæ. Rom. cons. 358.Bald. in c. significantibus de off. deleg.nu.1.

Quintò, decretum admissionis, vel non, articulorum. Rota decis. 44. sub nũ.3.de appell.in nouis. Franch. in cap.interpositas sub num. 4. vers. septimo de appellat. Mascard. de prob.concl.131, sub num.5. Lancell. de atten.2.parte c.14.lim 1.numer.42. & 45, in nouiori impressione , Corneus cons.35.volum.1. Surd. in decis. Mantuana 36.ex num. 17. & inferius nu.247.

Sic etiam fuit resolutum in Rota, teste Caputaqu.decis.38. parte 1. & decis.37.num.1.& per totam, par. 3. quod erat attentata , & nulla sententia lata post appellationem , interpositam à coarctatione dilationum

num à iure præscriptarum, cùm tali casu appellatio ab interlocutoria sit legitima.

Sextò, decretum denegationis copiæ actorum, l.2. C. vt lite pend. Duen.reg.52.fallent. 5. Azeuedus l. 3.tit.18.li.4.

SVMMARIVM.

1 *Super desertione appellationis an sit pronunciandum.*

2 *Ponuntur duæ rationes, ex quibus concluditur esse pronunciandum.*

Super desertione appellationis an sit pronunciandum.

DECIS. CCCCCVI.

1 IN quadam causa Curiæ Archiepiscopatus Neap. instabatur pro executione sententiæ, sub prætextu appellationis desertæ, quare fuit dubitatum, quid iuris, & prima facie videbatur dicendum, esse concedendam ex regula, iuris, desertionem appellationis fieri ipso iure, ita quod non egeat declaratione super ea, & hoc sit ad effectum vt euitetur circuitus, & occasio appellandi. Alex.in l. præses. vers. vnde consilium ff.de re iud. Ang.in l. si contra maiorem C. de appell. & consi. 130. visis omnibus dictis in fin. Cotta in memorabil. in verbo appellatione deserta, latè Surd.cons.139.numer.14. li.1.

Contrarium fuit dictum, quod immo requiratur sententia super desertione, & hoc ex pluribus.

Tum primò, quia solus cursus
2 temporis illam non infert, cùm possit constare de impedimento, cuius probatio tanquam consistens in facto, reddit dubiam, & non claram desertionem. Bald.in l. eos in princ. num. 5. coll. 2.vers.scias tamen de appel. Fel. in c.ex parte, il secondo, coll.6.vers.& nota duo, num. 10. de rescriptis, & sic appellans poterit excusari à desertione. Iaffred. decis. 465.

Tum secundò, quia tempus appellationis prosequendæ est vtile. l.1.§.fin.ff.de appell. recip. quo casu non datur executio, nisi prius pronuncietur super desertione, tempus enim vtile requirit inquisitionem facti, & computum dierum non computandorum, vnde lapsus fatalium non potest apparere ex dinumeratione naturali dierum, sed exigit exteriorem cognitionem causæ, an interueniat impedimentum, nec ne. l.1.de diuers.temp.præscr. l.3. §.ad diem de re milit. Ang. in specie in l.si expressum de appell. Franc. in cap. ex ratione 8. in fin. eod. titul. Bald.cons.382. punctus super quo quæritur lib.3. vbi ex hoc infert temerariam dici executionem, si fieret antequam declaretur causa deserta, quia non constat, an iurisdictio principalis sit deuoluta iudici à quo.

Non obstat contrarium.s.causam intelligi desertam sine aliqua pronunciatione: quia respondetur, quod cùm requiritur aduersus desertionem fatalia fuisse lapsa, super quibus requiritur declaratoria, quod illa effluxerint, licèt multæ causæ possint allegari, ex quibus iudicandum sit, fatalia non expirasse, vt propter paupertatem partis prosequentis, subterfugia aduersarij, impedimentum iudicis. Doct. in auth. si tamen. C. de temp. appell. & in clem.quandiu de appell. Franc. in c. ex ratione num.14.cum seq. eod. tit. Idem dum cognoscitur de attentatis, vel de aliquo emergenti. Lancellot.de attentatio. appell. pend.

c.12.in præfat.Vestr. in praxi lib. 7. c. vlt.num.19.Ioan.de Amic. conſ. 6. nu.9.aut ex ſimilibus cauſis,quæ excuſant à deſertione, & non currit inſtantia iuris,quando is,qui de illis oppoſuit,obtinuiſſet, vel ſi non obtinuit, habuit ſaltem iuſtam credulitatem opponendi. Alex. Fel.& alij allegati per Mand.Form. 14. commiſ.in verb.in primis, & ante omnia q.3.per tot.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis tunc poteſt inhibere,cùm de deuolutione conſtat:& quid in interlocutoriis.*

2 *Decretum Conc.Trid.circa præfatam concluſionem.*

3 *Vbi dubitatur de incompetentia iuriſdictionis, an ſcilicet appellatio recipienda ſit, iudex appellationis non poteſt inhibere.*

Decretum inhibitionis, item quod acta tranſmittet, quomodo, & quando per iudicem appellat, ſit faciendum.

DECIS. CCCCCVII.

1 QVando iudex,ad quem eſt appellatum, poſſit inhibere, ſiue à diffinitiua, ſiue ab interlocutoria appellatum ſit,tractatur in cap. non ſolum,& in cap. Romana §. ſi verò cum §.ſequent.de appell. in 6. nempe cùm de deuolutione conſtet: item in interlocutoriis, cùm iudex recepta appellatione ſaltem ex cauſa probabili de veritate eius incipit cognoſcere,id eſt iam deuoluta, & acceptata cauſa appellationis, vt pulchrè per Aret.in conſ.20. colum. 3.& in conſil.33.vbi dicit, ante citationem appellati, & receptionem appellationis non eſſe inhibendum,quia cognitio an ſit iudex, debet præcedere omne exercitium iuriſdictionis, c.ſuper literis de reſcriptis.

Et iuxta præfatam opinionem 2 ſanciuit Conc.Trid.ſeſſ.22.cap.7. de reform.ibi, *In concedendis inhibitionibus poſt appellationem ſeruare tenentur formam, & tenorem ſacrarum conſtitutionum, & præſertim Innocentij Quarti,quæ incipit,Romana.*

Ex quibus omnibus infertur primo,quod quando in puncto incompetentiæ obiicitur dubietas, quod 3 iuriſdictio redditur dubia, interim non eſt inhibendum donec cognoſcatur de iuriſdictionis veritate, vt not. Inn.in c.dilectus de præſcrip. vbi generaliter refert, quod iudex appellationis pendente cognitione an appellatio ſit recipienda, nunquam inhibere debet, vt refert quoque fuiſſe in Camera Imper. deciſum Mynſing.cent.3.obſer.87.

Infertur ſecundo, quod quando eſt appellatum in caſu in quo appellatio prohibetur, vel quia cauſa eſt iniuſta,vel appellatio friuola, & fruſtratoria, non debet iudex ad quem inhibere, niſi prius adhibeat cauſæ cognitionem ſuper iuſtitia appellationis, alias inhibitio non valet.Spec.tit.de appell.ff. de officio verſ.ſed quæritur,& Felin. in c. dilectus 2.col.pen.de reſcript.per tex. in d.cap.Rom.§.ſi verò, & §. ſi autem, & ibi Gemi. Item ſemper debet fieri inhibitio parte citata, alias non valet, vt per Alex. conſ.9?.col.pen. lib. 2. & eundem in l. Titia in fine. ff. ſolut. matrimon. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Item in l.4.§.condemnatum col. 4. ff. de re iudic.& gloſſ.in l.ſi opus ff. de no. oper.nunc. Vnde dicit ſingulariter Abb. in capitul. cum veniſſent in

4.not.

4.not.de restit. in integr. quod inhibitio iudicis contra ius facta, non inducat nullitatem actus postea gesti.

Limitatur suprapoſita concluſio quatenus loquatur de modo, & forma proponendi literas inhibitoriales dupliciter, &

Primò non procedere in Camera Imperij in qua quoties de iurisdictione saltem ex narratione appellantis conſtat, inhiberi solet, siue à definitiua, siue ab interlocutoria (modo appellabili) prouocatum sit, & quando post inhibitionem procedit iudex à quo, illa tanquam attentata reuocantur, vnde latè de hoc Spec. tit. de appell. §. officium iudicis ad quem, & §. seq. vbi materiam attentatorum vberrimè tractat, licet satis confusè, & quando attentata debeant reuocari, & in libello peti, vide Bart. in l. chirographis §. adeo ff. de administrat. tutor. & Guid. Pap. conſ. 4. & 66. numer. 6. & 7.

Secundò in casu alleg. Lap. 60. colu. 2. in fin. dicentis diſpoſitionem tex. in d. cap. Romana debere procedere, vbi tractatur de impediendo actum irreiterabilem, quo casu receditur à reg. iuris, ad dicta per Alex. in l. 3. §. in amittenda numer. 6. ff. de acquir. poss. & cum quando imminet periculum, iudex possit inhibere, tradit latè Felin. in rub. de treg. & pace sub num. 12. vsque in fin. vbi dicit ex auctoritate Rot. quod ratione imminentis periculi poteſt delegatus inhibere, ne quid innouetur, etiam si causa nondum sit adeo recepta, quod sit in statu inhibendi.

Ad hæc insuper notandum, quod vt literæ inhibitoriales valeant, & suos operentur effectus, quatuor concurrere debent, secundum Costa de remed. subsidiar. remed. 16.

Primum dependet à iurisdictione inhibentis, seu iudicis, coram quo lis pendet, cuius etiam eſt cognitio an sit iusta, vel subreptitia, nec ne, Surd. d. conſ. 424. num. 31. 46. & 51.

Secundum eſt, quod non sit limitata, quoniam inhibitio respectu vnius causæ, non extenditur ad aliam causam. Paris. conſ. 39. num. 28. volu. 1. Mago Rot. Florent. decis. 128. num. 13. & Rot. Rom. decis. 641. numer. 11. parte 1. in nouissim. & verba determinata ad causam, ad personam, vel locum, vel tempus, non extenduntur. Bald. conſ. 339. vol. 1. nisi commissio haberet clausulam quam, & quas Rot. Rom. dec. 785. n. 2. part. 2. in nouissim.

Tertium eſt, quod sit concessa ei, cuius intereſt, eadem Rot. Roman. decis. 796. numero. 3. part. 1. in nouissim.

Quartum eſt, quod duret officium iudicis inhibentis, quandoquidem finito officio expiret inhibitio. l. vltim. ff. de pœn. Affl. decisio. 290.

Quibus casibus concurrentibus inhibitio siue iusta, siue iniuſta timeri debet l. 1. §. 1. ff. de no. oper. nunc. Rot. Roman. annot. loc. & Verall. decis. 92. cum sequ. par. 2. Cæsar. de Grass. Rot. Rom. decis. 109. in fin. de appell. Riminal. iun. conſ. 821. numer. 18. volum. 7. Veſt. suæ prax. li. 8. ca. 4. numero 10. ideo appellandum eſt, alioquin transit in iudicatum, cùm præsumatur pro iudice, & contra contumacem. Alex. conſ. 4. vol. 4. Corn. conſ. 292. in fin. volu. 3. Bero. consil. 14. volum. 3. Menoch. conſ. 892. Marant. conſ. 61. numer. 12. Gayl. lib. 1. obſeruat. 144. Mynsing. cent. 3. obſeruat. 87. Couarr. pract. quæſt. cap. 24. numer. 3. Contard. ad l.

vnic.qu.5.c.1. de moment. possess. id quod intelligendum est de stylo Curiæ Romanæ. Eugen. consil. 75. n. 11. & 12. cum seqq. aliàs de iure communi inhibitio iniusta, seu inualida, non est metuenda, etiam sine appellatione, c. non solum de appellat. in 6. Eugenius d. cons. 75. num. 68. Surd. cons. 424. num. 32. cum seqq. volu. 3. Lancell. c. 20. ampl. 11. & limit. 1. Farinac. cons. 17. num. 24. & in addit. litera H. vbi subiicit duos casus, in quibus nec de stylo Rotæ seruanda est inhibitio, veluti quando per calumniam fuisset impetrata, seu notoriè constaret de iniustitia, & quando commissio fuit signata cum clausula, prout de iure.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio debet fieri in scriptis.*
2 *Clausula in his scriptis non est necessaria in libello appellationis.*

Clausula in his scriptis an sit necessaria in libello appellationis ab interlocutoria.

DECIS. CCCCCVIII.

1 EX dispositione tex. in c. 1. de appell. in 6. sancitum fuit, appellationem proponendam esse in scriptis, quod quidem procedere tantummodo in ea, quæ fit ab interlocutoria, docuerit Franch. cit. cap. 1. num. 5. vers. in ea gloss. post Archid. ibidem numer. 12. & Ant. de Butrig. num. 6. & voluit etiam Balb. in dec. 29. & Rota diuers. in decis. 2. num. 8. par. 2.

2 Et clausulam (in his scriptis) esse necessariam voluerunt Ang. in l. à sententia §. si hæres autem, nu. 1. ff. de appell. Spec. eod. titul. §. 1. num. 2. par. 5. Castren. in l. 2. §. libelli num. 2. circa med. ff. eod. tit. Burs. consil. 22. nu. 3. & 8. vol. 1. Cæphal. cons. 23. eod. vol. Menoch. cons. 123. vol. 1.

Cæterum secundum Rot. diuers. cit. decis. 2. num. 8. præfatam opinionem de iure non subsistere: & ratio est, quia in c. 1. de appell. in 6. nulla fit mentio de huiusmodi clausula, sed solum ibi disponitur appellationem ab interlocutoria in scriptis fieri debere. Tunc autem appellatio in scriptis fieri dicitur, quando libellus appellationis scriptus porrigitur, vt per Franc. in c. vt debitus q. 3. num. 12. de appell. latè Corn. cons. 95. numer. 2. libr. 4. Marant. de ordin. iudic. parte 6. tit. de appellat. numer. 127. & contrarium, quod non sint necessaria illa verba, in his scriptis, voluit gloss. in simili in c. fin. in verb. illustrium in fi. de re iudic. li. 6. Franciscus d. c. vt debitus qu. 8. nu. 13. & in c. 1. num. 10. in fi. de appell. lib. 6. Imola in dict. l. à sententia §. à simili num. 22. vers. sed certè, vbi pluribus rationibus reprobat opinionem Angeli, qui vt vera fuit solus in hac opinione, nam Castr. in d. §. libelli non dicit, in libello appellatorio scripto, debere exprimi illa verba in his scriptis, sed solum dicit, non esse appellationem in scriptis, si quis appellat viua voce, & facit in scripturam redigi appellationem per notarium, nisi tamen notarius in scriptura adiecerat ista verba in his scriptis appellauit. Spec. verò postea se declarat, nisi apparent illa verba scripta, in quibus continebatur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ad quem, non autem à quo, pronunciat appellationem desertam.*

Iudex

Digitized by Google

Iudex à quo, an iudex ad quem, debet pronuntiare appellationem desertam.

DECIS. CCCCCIX.

1 IN hac quæstione responsio est cum distinctione, videlicet, quod aut fuit aditus iudex ad quem, & coram eo appellatio fuit introducta, & tunc ad eum spectat super desertione pronunciare, aut verò non fuit aditus, & tunc, cùm nulla facta fuerit instantia coram eo, non potest hoc facere, quia deest petitio, quæ secundum Seraphin. in decis. 190. part. 1. & ita quoq; distinguendo videtur velle Ang. in l. eos in fin. vers. tu tene. C. de appell. vbi quod secũdum huiusmodi distinctionem est intelligenda opinio Glos. ibi in verb. vel iniustam, & Bart. ibid. in princip. col. fin. num. 8. vers. quæro quid si tempore, & sequitur Felin. in ca. ex parte il secondo col. 5. princip. vers. declara primo numero 10. de rescrip. Castren. in l. si præses in fin. quomod. & quand. iud. & ita esse tenendum dicit Alexand. consil. 104. in princip. lib. 5. versic. & istam opinionem Grauet. ad Vestr. c. vlt. libr. 8. num. 29. Afflict. rubr. 45. de appell. numer. 14. ad med. super constit. regni vbi etiam citat Butr. in cap. tuam de ordin. cognit. Et ratio est, quia propter inhibitionem ligantur manus iudicum, capit. non solum de appell.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, an appellatus teneatur producere acta.*
2 *Concluditur contra appellantem.*
3 *Appellans tenetur suis expensis producere acta.*
4 *Ampliatur dupliciter num. 2. 3. & 4.*
5 *Limitatur num. 5. & 6.*
7 *Allegans nullitatem, tenetur exhibere omnia acta.*

Quis teneatur producere acta appellans, an verò appellatus.

COmmunis est distinctio DD. in l. hi, qui ad ciuilia, C. de appellationibus, victori incumbere onus probandi se iustitiam fouere: vnde secundum Bald. & alios de quibus per Surd in decis. 327. num. 3. appellatus debet ostendere, quod sententia pro se lata fuerit iusta, non dando nouas probationes, si non vult, sed producendo acta iam gesta, & dicit Grat. libro 1. disceptationum forensium ca. 121. numero 2. quod ille, qui est originaliter actor, in causa principali, remanet actor in causa appellationis, per quam nihil immutatur l. 3. C. de appellat. & sufficit appellanti docere se ex iusta causa appellasse, & infra legitima tempora, cap. Romana §. si verò eod. titul. ita vt de prædictis dicatur sufficienter constare per solam productionem sententiæ, vt voluit quoque Cyn. in l. per hanc q. 5. in fin. versic. aut quærimus C. de temporib. appellat.

His accedat, quod tenuit Rota, 2 teste Verall. in decis. 128. parte 3. vbi quod petens reuocari sententiam, sufficit, vt producat appellationem, sed qui instat pro confirmatione, debet producere processum & acta sine quibus nihil sententia probat, quamuis limitetur regula hæc in casu decis. Cassad. 1. de præsumptionib. & Caputaq. in decision. 234. part. 3. de quibus per Paris. in consil. 38. num. 7. vol. 4.

Tandem pro hac eadem opinione 3

Digitized by Google

faciebat, quòd cùm sumus in sententia diffinitiua, proinde appellatus tenetur producere processum, cum in sententia interlocutoria appellans, siue sit originaliter actor, siue reus, semper debet producere acta in causa ad iustificandam suam appellationem Guid. Pap. in decis. 20. numer. 1. & in decis. 436. conclusio. 7. numero 9. in fin. versic. & ita seruatur, prout etiam quando solum appellans prosequeretur appellationem, altera enim parte existente contumace is, qui prosequitur, tenetur ad exhibitionem actorum, latè Gabriel de appellat. concl. 5. numero 16. post Aretin in cap. quoniam contra colum. 6. versic. pro intellectu de probat.

Cęterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium est in praxi tenendum, cuius obseruantiæ ratio ex duplici capite deducitur.

Primo, ex dispositione Concilij Trident. sess. 24. capit. 20. vbi si quis appellauerit in casibus à iure permissis, tenetur suis expensis transferre acta omnia coram episcopo gesta ad iudicem appellationis.

Quæ sancta dispositio locum sibi vendicaret, etiam quod reus nollet vti, & intenderet nouum prosequi iudicium, vt tenuit Rota in vna Valentina parochialis 13. Ianuarij
† 1580. † coram Illustriss. Blanchetto.
4 Ampliatur etiam, vt procedat in actis factis in partibus coram iudice delegato, Rota in vna Placentina administrationis Sacramenti 1. De-
* cembris 1567. * coram Gipsio.
5 Limitatur nunc, & primò, vt non procedat quando causæ sunt diuersę, quia licet vna dependeat ab altera, non habebit locum huiusmodi productio actorum, vt est iudicium euictionis cum causa principali, in qua fuit facta euictio. Rot. diuers. in decisio. 445. part. 1. & fuit resolutum in eadem Rota, in vna Burgens. sancti Sepulchri bonorum 2. Decembr. *
1594. * coram Illustrissimo Seraphino.
Limitatur secundò in aliis actis, 6
præterquam causæ principalis, Rota *
in vna Toletana pensionis 22. Maij
1592. * coram Illustrissimo Seraphino.
Secunda principalis ratio erat, quia 7
allegans nullitatem, tenetur exhibere omnia acta, vt possit argui contra sententiam, quasi tunc appellans, seu dicens de nullitate, suscipiat onus probandi sententiam iniquam, & nullam, ideo si velit obtinere, probabit suam intentionem, exhibendo processum, & omnia acta. ita Vant. de nullitatibus in tit. à quo, & à quibus nume. 20. addit. ad Guid. Pap. in cit. decisi. 20. & hanc opinionem tenuerunt Cappel. Tholos. in decis. 91. & 341. Guid. Pap. in decis. 431. & Rot. Romana in vna Molen. castrorum
16. Martij 1576. * coram Illustrissimo *
Seraphino.

SVMMARIVM.

1 *Ponit formam, quam seruare debet iudex appellationis in absoluendo excommunicatum.*

Iudex appellationis absoluendo ab excommunicatione, quænam obseruare debet.

DECIS. CCCCCXI.

Licet à sententia excommunicationis appellari nequeat, iuxta latè tradita per DD. in cap. pastoralis §. verum de appell. de cuius dicti veritate latissimè per Cappel. Tholos. in decis. 303. & Veral. in decision. 1

56.parte 1.poterit tamen excommunicatus adire Archiepiscopum per viam quærelæ ita probatur optimè in c.ad reprimendum, vbi communiter Scribentes de officio Ordinarii, qui iudex nonnulla obseruare debet, videlicet.

Si ei constet excommunicationis sententiam esse iniustam, statim absoluat: si verò dubitet, cautione præstita, absoluet: si autem de offensa, & contumacia constiterit, non nisi premissa reali satisfactione, absoluat: quod si sententia nulla sit, statim nullam fuisse declaret, vbi colligitur ex cap. venerabilibus, de sentent. excommun. in 6. & c. cum contingat de off. delegat. si verò manifesto constet, sententiam valere, tunc licèt ipse absoluere possit, satius tamen erit, cum ad absoluendum remittere ei, à quo est condemnatus, ex d. c. venerabilibus §. sanè de sent. excomm. lib. 6.

SVMMARIVM.

Archiepiscopus potest causas ad se per appellationem deuolutas, etiam in diœcesi suffraganei cognoscere.

An causas per appellationem deuolutas, possit Archiepiscopus in diœcesi suffraganei cognoscere.

DECIS. CCCCCXII.

PRo huius quæstionis dilucidatione adest tex. expressus in c. vt litigantes de offic. Ordin. in 6. pro cuius corroboratione placuit hic inserere decis. Rotæ in vna Valentina iu- † risdictionis 1. Aprilis 1596. † coram Seraphino, quæ est tenoris; videlicet.

Domini sine difficultate dixerunt, 1 *Archiepiscopum causas ad se per appellationē, aut alias delatas ab Episcopo suffraganeo, per se, vel Vicarium generalem, vel per delegatum cognoscere, & terminare, in totum, vel in partem; etiam in diœcesi Oriolensi, per tex in c. 3. de offic. ordin. in 6. vbi traditur differentia inter causas deuolutas, & deuoluendas, & ibi Anchar. & Franch. idē probatur in cap. vt litigantes eodē titul. & potest tota causam, vel partem tantum delegare capit. super quæstionū in princ. de offic. delegat. vbi gloss. & Abb. numero 9. Imol. numero 15. Barb. in fin. Ias. in authent. ad hæc, numero 5. Cod. de iudic. potest etiam Notarium, & Nuncium deputare pro exercenda iurisdictione, quia vno cōcesso, censentur omnia concessa, sine quibus id explicari nō potest l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. & hæc omnia procedunt de iure communi, circumscripta consuetudine.*

SVMMARIVM.

1 *Absolutio excommunicationis differri potest ex causis.*
2 *Excommunicatio est medicinalis.*
3 *Excommunicatio nonnulla mala, & incommoda producit.*

Excommunicatus an sit absoluendus, si aduersarius ne absoluetur appellat.

DECIS. CCCCCXIII.

DVbitabatur in Curia Archiepiscop. Neapol. an esset absoluendus quidam excommunicatus, qui ab eadem Curia humiliter absolutionem petebat, stante interposita appellatione per eius aduersarium ne absoluatur. Dubium faciebat pro

negatiua opinione, quod absolutio potest differri ex causa, etiam si præcedat satisfactio, secundùm Gloss. communiter receptam in ca. si quis autem 18. distinct. & ibi Arch. & Præpos. num. 23. vbi enumerant causas, ex quibus id fieri potest, voluit etiam Burcult. in consilio 22. num. 4. Artam. consil. 93. num. 6. & seq. Rubin. cons. 71. num. 4. & 8. & secundum Nouiss. in sua praxi cap. 23. vt excommunicatus magis confundatur, potest absolui coram multitudine gentium, & ex tali causa differri absolutio, vbi numer 1. refert fuisse decisum per Curiam Archiepisc. cedulones esse affigendos contra excommunicatum, etiam si comparet, & petat se absolui: & ratio est, quia cedulones affiguntur, vt excommunicatus videns se ab aliis vitari, aspiciens suam confusionem, erubescat, & conuertatur, vt notatur in c. 1. de exceptionibus in 6. & in clement. 1. de pœn.

2 Vrgebat pro eadem opinione, quòd excommunicatio est medicinalis c. cum medicinalis de sentent. excommun. in 6. quādoquidem profertur nedum vt excommunicatus conuertatur, verum etiam vt alii de communitate terreantur. Couarr. in c. alma mater, in initio relectionis de sent. excommun. in 6. Et proinde dicunt DD. quòd Episcopus potest excommunicare illum, cui scit excommunicationem non esse proficuam, vt alios terreat, ita Panormit. & alii in cap ab excommunicato de rescript. Felin. in cap. ad Apostolicæ de exceptionibus.

3 Cæterum supradictis minimè refragantibus, cōtrarium fuit decisum in eadem Curia, videlicet excommunicato absolutionem petentem omnino esse impartiendam eandem absolutionem, etiam quod aduersarius ne absoluetur appellasset, quæ decisio fundatur per text. expressum in c. qua fronte de appellationibus. vbi cauetur absoluendum esse excommunicatum, licet aduersarius, vel excommunicator ne absoluatur appellet, idque propter multa mala, quę affert excommunicatio. gl. communiter recepta in c. qua fronte de appel. Siluest. in verbo excommunicatio §. 1. Vnde nulla maior pœna est in ecclesia Dei excommunicatione cap. nihil 11. q. 3. & secundum Nouissimum in manuali confess. capit. 64. nonnulla ponuntur exempla memorabilia huius pœnæ, nam refert, quòd Diuus Antonius volens ostendere effectum excommunicationis, excommunicauit panem, & statim effectus est niger, absoluit postea, & euasit albus. S. Bernardi, qui excommunicauit muscas, quę impediebant diuina officia in ecclesia, & statim ceciderant omnes mortuæ. Quidam Abbas excommunicauit quandam syluam cum lacu, quam occupauerat quidam potens, à quo recuperare eam non poterat, & sylua non amplius fructus protulit, nec lacus pisces. Quidam miles excommunicatus sedens in mensa porrigebat panem canibus, & illi nolebant accipere. Et domo cuiusdam excommunicati statim Ciconiæ filios abstulerunt, & alio trāstulerunt: quamuis animalia bruta, & arbores non possunt excommunicari, sed maledici.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio alternatiua admittitur regulariter.*

2 *Intellige dummodo infra decem dies fiat declaratio iudicis.*

3 *Limitatur numer. 3.*

Appel-

Appellatio alternatiua an admittatur in Curia Archiepisc. Neapolitani.

DECIS. CCCCCXIV.

1 IN libello appellationis in Curia Archiepiscopali porrecto, quidam his verbis vsus fuit, videlicet, *Appello ad Archiepiscopũ*, vel *ad Papam*. Quare fuit dubitatum in eadẽ Curia an huiusmodi appellatio esset admittenda. Et licet Iaffred. dec. 549. Bellam. dec. 474. Cach. dec. 130. Gratian. decis. 139. teneant huiusmodi appellationem admittendam fore, vbi quoque asserunt valere etiam si copulatiuis verbis concepta fuerit, puta *ad Archiepiscopum, & Papã*, vt voluit quoq; Fel. qui de communi testatur in c. 2. num. 2. de appellat. post Ang. in l. cum proponas colum. 1. C. de bon. auctorit. iud. possid. vbi etiam Bald. in fin. additio ad Geminian. qui etiam de communi testatur in §. post datam 2. q. 6. Aret. in l. 1. §. si quis in fi. ff. de appell.

2 Declarauimus tamen prout supradicti intelligunt, dummodo infra terminum datum ad appellandum, id est decem dierum, declaretur coram quo quis velit prosequi appellationem, secundum Gloss. magnam, circa fin. in capit. si is cui de off. delegat. libro 6. Speculat. titul. de appellat. §. nunc tractemus, versicul. quid si dicat, Ang. in l. 1. §. si quis ff. eodem Bald. & Angel. in l. cum proponas Cod. de bon. auct. iud. possid. Præpositus in capit. dilecti circa fin. extra de appellat. Alex. consil. 12. viso processu inter libr. 6. Ioann. Andr. in addit. Spec. in titul. de appell. §. nunc tractandum versic. sed pone aliquis, Alexand. consil. 101. num. 2. & consil. 167. num. 4. vol. 2.

Limitauit tamen eadem Curia supradictam opinionem non procedere quando ad vnum tantum ex ipsis potuisset appellare, tunc enim etiam non facta declaratione valebit appellatio ex doctrina Alexand. consilio 164. viso processu, sub num. 3. libr. 2. Aufr. ad decis. Cappell. Tholos. 475. vbi de eo qui appellat à subdito suffraganei ad Episcopum, vel Archiepiscopum. Vnde si appelletur ab eo, qui non recognoscit nisi Papam superiorem, valebit appellatio generalis ad Papam, & alium iudicem competentem, etiam quod infra decem dies non fiat declaratio, Bero. consil. 80. numero 12. libro 3. Lancellot. de attent. limitat. 50. numero 121. & 209. tom. 5. fol. 380. Iaffred. decisione 449. Aufrer. ad decisionem Capp. Tholos. 475. vbi de appellatione à delegato Papæ, quæ valet etiam de iure canonico, cùm intelligatur illa alternatiua solum in Papa, qui tantum in ea est Iudex competens. Idem est, quando adesset clausula optione sibi retenta, coram quo appellationem prosequi voluerit. Bero. consil. 7. nu. 17. libro 1. Lancellot. de attent. d. limitat. 50. num. 121.

SVMMARIVM.

1 *In Curia Archiepiscop. fiscus appellat.*
2 *Ponuntur duæ decisiones præsentis conclusionis.*
3 *In Regno fiscus non appellat.*

Fiscus Curiæ Archiepiscop. Neapol. an appellet.

Digitized by Google

DECIS. CCCCCXV.

1 CVria Archiepiscop.Neapol. tenet opinionem iuris communis, videlicet fiscum admitti ad appellandum aduersus sententias contra ipsum latas, quæ praxis fundatur in notatis communiter per DD. in cap.cum clamor de testibus præsertim Innocent.numero 5. Panormit. numer.9.& seq.& Butrig.numer.22. cum nonnullis aliis, & secundum Nouiss.in sua praxi capit.14. hanc opinionem pluries canonizauit Curia Archiepisc. Neapolit. siquidem quando aliquis fuit condemnatus per Curiam Archiepiscopalem, & appellauit ad Papam, & iudex appellationis reuocauit sententiam Curiæ, fiscus fuit solitus appellare, & impetrauit de nouo appellationem committi ad eius sententiam.

2 De qua quidem obseruantia mirandum quidem non est, quoniam, vt dixi, fiscus de iure communi appellat ita Gramm. decis. 14. Jafred. decis.29.de Franch.in dec.270. & in decis.148.numero 6. & 7. Thoming. in decision. 21. Zerol. in praxi Episcop.verbo fiscus, latè Gabr. conclus. 14.libro 7. Baiard. ad Clarum quæst. 94.numero 24.

Vnde cum in anno 1600. quædam persona pro falsa depositione fuisset condemnata ad quandam pœnam,& appellasset ad Papam, & Delegatus reuocasset sententiam dictæ Curiæ, fiscus eiusdem Curiæ de nouo appellauit & post habitam disputationem in vrbe, fuit commissa causa Nuncio.Neapolit. qui sententiam protulit, vt referunt Nouissimi scribentes.

3 In Regno tamen Fiscus non appellat, secundum Carau. super ritu 47.de Franch.citata decision. Franch.March.in decision.148. quemadmodum neque restituitur.Guid.Pap. in decis. 302. vbi tamen dicit, quod de stylo, & communi obseruantia contrarium obseruatur. Crem.sing. 32.quod si iudex. Nell. in tractatu bann.2.part.1.temp.quæstion.3. ante finem. Bertaz. cons.195. & 197.& D. Oldrad.in tract.de restitut. in integ. quæst.3.numero 85.vbi tenet, magis communem opin. esse, vt Fiscus in pœnalibus non restituatur, nisi attenta enormitate delicti, quia tunc, per Principem daretur restitutio contra rem iudicatam, ne delictum remaneret impunitum,&hoc secundum Boss.in tit.si aduersus rem iudicatam num. 15. & in titul. de supplicat.numero 9.& quare Fiscus in pœnis non restituatur in integrum, ratio est,quia Fiscus habet causam lucratiuam. Vulpel. consilio 41. numero 3.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur à decreto de torquendo.*
2 *Amplia etiam ad habendum responsum affirmatiuum, & negatiuum.*
3 *Amplia etiam à comminatione torturæ.*
4 *Amplia si confessio extorta pendente appellatione sit nulla,*

An possit appellari à decreto de torquendo.

DECIS. CCCCCXVI.

IN omnibus Curiis ecclesiasticis admittuntur appellationes à decreto de torquendo,&ratio est,quia tortura infert grauamen irreparabile l.2.ff.de appellat.recip. Assignius in praxi iudiciorum 6.31.numero 18. Bonincend.decis.69.num.6. latè Farinac. 1

rinac.de indic. & tort.quæsti. 28.numero 11. & proposita appellatione, etiam ante inhibitoriam iudex supersedere debet, secundum Neuiz. consil.6.numero 15. Ber. consil.206. numero 8.volum.3. Lancel.de attentatis cap.12.limitat.12.Baiard.in §.fin quæstion.64.numer.85.Guido Papa decisio.436.& idem in dec. 74.dicit, quòd de stylo Curiarum tam parlamenti superioris, quam inferioris ita seruatur, voluit quoque Catan.ritu 259. & Franch.Marc. decision. 60. numero 5.

2 Amplia primò, istud procedere non solum quando iudex pronunciat, reum fore torquendum, verum etiam quando torquetur ad habendum responsionem affirmatiuam, vel negatiuam. Marant.in specul. 6. part. princip. in 2. act. principali in Gl. &quandoque appellatur.numero 212. Cauer. super pragm. reg. 45. numero 48. Lancell. de attent. 8. capit.12.in 2.limit.nu.93.sequent. & num.98.Brun.à Sole in d.suo consil. post numer.153.& post nu 174. vbi alios adducit Cirill. in summa crim. particula 3.rubr.31.de appell.numer. 8.in fin.fol.mihi 169.col.2. Cartar.in sua practic.interrog.reo libro 4.cap. 1.nu.71.72.& 73.

3 Amplia secundo, vt etiam à comminatione ipsius torturæ possit appellari.ita Card.Alex.in c.vt debitus col.19.de appell.Ang.in tract. malefic.in §.&dictus Titius se defendendo, agitur enim de præiudicio irreparabili, nam post brachiorum, ac ossium laxationem, vana esset, & inutilis,& infructuosa appellatio, & ad nihil prodesset, vt post Barthol.de Capua, & Sebast. Napod.tenuit Io. Ant.de Nig.in cap.reg. si iste per totum, &appellatio à tortura deuoluit totam causam ad iudicem ad quem.Panormit,in d.c.super eo numer.7. & sicut per appellationem à decreto de torquendo ligantur manus iudicis, ita quoque per appellationem à comminatione Farin.loco cit nu 13.Clarus quæst.64.nu.4.& ita quotidie practicari in M.C.V.N.testatur Gram.supra c.regni fo.133.n.4.

Operatur enim appellatio duos effectus, suspensionis,& deuolutionis, suspendit enim vel iudicatum vel grauamen ipsum,& deuoluit iurisdictionem Archid.in cap.fin.in fi. de sentent & auct. iud. in 6.Io.Sanson.in consuet.Tureto.ti. *des droicts de basse iustice*,art.19.in verb.*& on iustic*.col. 5. nouissimè per absolutam controuersiam Ant. Sola in constit. Sabaud. tit.de indulg. in decreto gl. 1.num.9.

Amplia tertio, confessio extorta pendente appellatione à tortura, erit nulla,&inefficax,ex doctrina Bartol.C.comminat.epistolas. Cotta in suis memorabilibus verbo appellatio Lancell.de attent.c.12.limit.1.nu. 99.Gomez.de tort.reor.n.25.ver.3.infertur.Franc.Marcus dec.40.nu.12. 4

SVMMARIVM.

1 *Clausula in appellatione si, & inquantum, quid operetur.*

Clausula si, & inquantum, in appellatione quid operetur.

DECIS. CCCCCXVII.

Bartolus in l. ambitiosæ circa fin quem refert, & sequitur Io.de Imol.in l.iudex postquam, in fi.& finali col.ff. de re iud.tenēt, quod per præfatam clausulā nullatenus intelligatur admissum, quod in effectu nō debuit admitti, sequitur Soc.consil. 48.num.61.vol.4.Balb.consil. 17.n.4. Rub.cons.45.nu.7.& seq.Catald. in 1

tractat. syndicatus numero 82.& sequent.

Vnde quando appellatio interponitur à sententia diffinitiua, iudex admittendo si,& in quantum de iure, &c. dicitur ei detulisse, & illam admisisse, quia tunc talis conditio non facit suspensionem, sed habet veritatem, nam licèt dicat iudex si & inquantum, tenetur tamen rationabilem admittere, secundum dec. Benintend.1.

Notabilia quædam in materia appellationis, ex Concil. Trid.

PRimò, ex sess.23. capit.de reformat.ordin.vbi disponitur, quod nulla appellatio, vel inhibitio superioris impedire possit Ordinarium quo minus suam sententiam circa residentiam Curati latam exequatur.

Secundò, ex sess.31.capit.1.& sess. 24.cap.de reformat.habetur, quod nec in causis visitationis correctionis morum, & criminalibus executio sententiæ appellatione suspendatur.

Tertio, ex eadem sess. 13. capit.2. dicitur, vt causæ ad Romanam Curiam per appellationem deuolutæ committantur in partibus Archiepiscopo seu eius Vicario, siue ex causa alteri viciniori Episcopo, seu eius Vicario,&non inferiori.

Quarto, ex sess. 25. ca. 3. Regularibus ordinatur, quod causæ præcedentię remotę, omni appellatione terminentur.

Quinto, ex sess. 25. capit.14. de reformat. statuitur, quod contra concubinarios ordinarius procedere possit, appellatione non obstante.

Finis Tituli Praxis appellationum.

PRA-

PRAXIS IRREGVLARITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare à quibuscunque irregularitatibus occultis. Amplia nu. 2. limita numer. 3. 4. 7. & 8.*

5 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*

6 *Cui verba legis non conueniunt, nec dispositio.*

A quibus irregularitatibus Episcopus absoluere possit.

DECIS. CCCCCXVIII.

1 LICET Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quę oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare, & in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputatum, in foro consciẽtiæ gratis absoluere. Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de reformat.

2 Amplia, vt hanc potestatem Episcopus alteri delegare possit, vt secum dispenset in huiusmodi irregularitatibus, in quas Episcopus fortè incidisset, vt declarauit Sacr. Congreg. & ratio est, quoniam Episcopus in hoc delegatus est ad vniuersitatem causarum, & vicem delegantis gerit, ergo subdelegatus vice delegantis fungitur, & per cit. c. fin. de off. Ord. facultatem subdelegandi habet. ab Archiepiscopo etiam suo absolui poterit, eius enim Ordinarius est, ita Abb. ac DD. in c. pastoralis de off. Ordin. & idem Nouissimus cap. 66. num. 21. Limitant tamen Doctores nonnullis modis.

Et primò non procedere in illis 3 regionibus, in quibus Concil. Trid. receptum non est, quia tunc non possent Episcopi vti hac facultate, vt declarasse Sac. Congregationem scribit Garzia de beneficiis par 7. capit. 11.

Limita secundò, non procedere 4 cum extraneis personis, quoniam Episcopi non possunt dispensare cum eis, qui subditi non sunt, cum hęc facultas concedatur, habito respectu ad subditos, per illa verba, *quoscunque sibi subditos*, ergo secus quoad alios: limitata enim causa, li- 5 mitatum producit effectum. l. in agris ff. de acq. rer dom. & l. fin. ff. de calumn. & cui verba legis non conueniunt, nec dispositio conuenire 6 potest. c. solemnitatibus §. penult. de

elect.li.6. & l.4. §. solum ff. de dam. infe.& Fel.in c.nonnulli num.31. de rescript.& ita Nauarr. in cons. 31. de pœnitentia, quare nec cum irregularibus exemptis dispensare poterit, ita Nouissimus in sua praxi c.66. nu. 19.

7 Limita tertio, vt Episcopus dispensare nequeat etiam cum subditis extra diœcesim, nam sancta Synodus permittit id ei in diœcesi sua vt ibi dicitur, ergo extra eam non potest. nam nec pontificalia in aliena diœcesi exercere potest, vt habetur in eodem Concil.Trid.sess.6. de reform.cap.5.Quamuis melior ratio sit, quod ita sancta Synodus statuit fauore residentię. cuius gratia residens Episcopus alia priuilegia habet, vt suo loco vidimus suprà id, quod locum habet, vel Episcopus diœcesis id concederet, vt per eundem Nouissimum cit.c.num.17.esto de licentia in sua alterius subditum possit,ita ibidem.

8 Limita quarto,vt Episcopus non possit dispensare cum prædictis extra forum conscientiæ, nam sancta Synodus facultatem ei tribuit,vt habetur in eod.ca. 6.in foro conscientiæ,ergo aliàs secus ita Vgol. de potest.Episc.§.2.c.57.

SVMMARIVM.

1 *Datur Diffinitio homicidij voluntarij, & distinguuntur duo termini.*

2 *Adducuntur circa hanc materiam nonnulla Sac.Congre.declarationes.*

Homicidium voluntarium quando dicatur.

DECIS. CCCCCXIX.

1 SAyr.lib.7.cap.1.nume .10.ex mente Aristot.libr. 3. Eth. cap. 1. & ex D.Thom.par.2.q.6.art.1.diffinit,homicidium voluntarium illud esse, quod in se ab agente est intentum, & subdiuiditur,secundum eundem, in voluntarium in se, & voluntarium ex sua causa, potest enim voluntas ferri in actum homicidij,tam directè,quam indirectè:directè quidem, & per se fertur voluntas in homicidium, quando quis habet animum occidendi, vt qui intendit occidere Petrum, & hæc est vera, & propria malitia, & peccatum homicidij:indirectè verò, & secundum quid, fertur voluntas in homicidium, quoties fertur in id, ex quo immediatè, & per se sequitur homicidium, vt cum propinatur venenum, percutitur prægnans, vel quis grauiter percutitur in capite aut iuxta cor,& inde sequitur mors, applicans enim huiusmodi res, est causa efficax mortis, quamuis ex eo, quod voluntas non feratur directè, sed indirectè in homicidium, minuatur aliquantulum culpa.

Et tandem, quod dicatur homicidium voluntarium vide Caiet. 2. 2. quæst.64.art.vlt.Nauarr. in manual. c.27.num.240.Couarr.in clem.si furiosus 2.par.initio,& §.1.numer. 2.de homicid.Vgol.cap.35. de irregularit. Rocch. de visita. verb. homicidio voluntario.Auilam de censur.7.par. disput.6.sect.2. dub.1.Molin. tract.3. disput.3.33. & 39. & alios.In qua etiam materia notandæ sunt infrascriptæ Sacræ Congregationis declarationes,secundum quod refert Garz. loco cit. 2

Mandans homicidium in persona vnius si cōmittatur in personam alterius non incurrit irregularitatē,quę cōtrahitur ex homicidio voluntario,decisum anno 1587.Secūdo querebatur, an is qui mandauit aliquem baculo vulnerari,eo expresso,

expresso, ne occideretur, si mandatarius armis percusserit & occiderit, intelligatur incidisse in hoc decretum Concilij, vt omni ordinatione ac beneficio, & officio absque spe dispensationis perpetuo carere debeat? Cōgregatio censuit negatiuè, & hāc doctrina confirmat Nauarr. in manual. c. 27. nu. 240. Concilium enim requirit homicidium per industriam, per insidias, &, ex proposito.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare super irregularitate proueniēte ex mutilatione, quamuis non possit dispensare super irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio voluntario.*

2 *Assignatur ratio conclusionis, & adducitur etiam ad hoc constitutio Pauli III. num. 4.*

3 *Datur intellectus ad Nauarr. c. 27. n. 194.*

5 *Declaratur Gloss. in clem. 1. de homicid.*

An mutilatio membri æquiparetur homicidio voluntario ad effectum vt Episcopus dispensare nequeat.

DECIS. CCCCCXX.

1 LImitatur communiter per DD. conclusio illa, quod Episcopus dispensare nequeat super irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, vt minimè procedat in mutilatione, ita Nauar. c. 27. num. 194. in fi. Rodriquez in summa cap. 181. & in quæstionib. regularium c. 24. art. 10. Garz. de benef. par. 7. c. 11. numer. 29. Tolet. lib. 1. c. 88. vers. 6. & c. 89. num. 3.

Cuius conclusionis ratio assignatur, quoniam expositio posita in 2
Conc. videlicet, *excepto homicidio voluntario*, non comprehendit irregularitatem ortam ex mutilatione membri, secundum Viuald. de irregularit. numer. 328. nam secundum Henriquez cons. 122. in mutilatione membri, Concilium nihil innouauit, cùm solum excepit homicidium voluntarium, sub qua exceptione non intelligitur mutilatio voluntaria, cùm verè non sit homicidium, secundum Thoming. decis. 200. & Mastrill. decis. 168. & in propriis terminis Rodriquez in addit. ad Bullam §. 1. numer. 6. Molina disput. 79. num. 8.

Non obstat Nauarr. c. 27. numer.
194. asserens, mutilationem membri 3
æquiparari homicidio, quia respondetur, secundum Rodriquez cit. capitul. 181. æquiparationem procedere tantummodo quoad irregularitatem contrahendam, non autem quoad prohibitionem dispensandi, cùm, vt supra dixi, homicidium distinguatur à mutilatione, vt probatur in capitul. 1. de cler. pugn. in duel. ibi, homicidium, vel membrorum diminutio non fuerit sequuta.

Denique quod sub præfata prohi-
bitione Conc. non comprehēdatur 4
mutilatio membri. Garz. sæpius cit. loco allegat Constitutionem Pauli III. in anno 1549. in fauorem Societatis Iesu, vbi in facultate dispensandi in irregularitate, cum personis Societatis, excipit homicidium voluntarium, bigamiam, & mutilationem membrorum, vt in libro literarum Apostolicarum Societatis Iesu pagina 40. & ita censuit Sacra Congregatio Concil. super dictum cap. 6. his verbis, ibi, *Homicidio voluntario, appellatione homicidij non*

venit mutilatio membri.

5 Nec secundum eum obstat glos. in clem.1.de homicid. quia procedit quoad incurrendam irregularitatem, non quoad dispensationem, vt referunt Suarez. tomo 5. disput. 44. sect.2.nu.4.sect.3.seu 4.nu.35.

SVMMARIVM.

1 *Datur diffinitio homicidij casualis; ex qua diffinitione infertur ad duo nu. 2.& 3.*

Homicidium casuale, quod dicatur.

DECIS. CCCCXXI.

1 Secundum glos.in ca.sicut dignum de homicidio casuale propriè dicitur, quando omnino sequitur prçter aliquam culpam, & præter omnem intentionem, & ideo dicitur casuale, quia opponitur voluntario directè, & de hoc loquitur Conc.Trid. sess.14.c.7.de reform. ibi, *Si verò homicidium non ex proposito, sed casu.*

2 Ex quo infertur primò quòd si aliquis occidit hominem, non intendens occidere: item si quis mandat alicui, vt verberet, vel percutiat, ita vt non occidat illum, si mandatarius occidat, est homicidium casuale dispensabile ab Episcopo. Nauarr. in manual.c.27.num.240.& cons.25.de homic. Henriquez lib.14. c.19.§.3.in annot.lit.E.

3 Infertur secundò, quòd si quis facit aliquid, vnde sequuta sit mors, non tamen fecit animo inferendi mortem, incurrit irregularitatem ex homicidio casuali prouenientem: sic si quis defendat se, & se defendendo, aliquem occidat, exercendo moderamen inculpatæ tutelæ, committit homicidium dispensabile, & irregularitatem inde prouenientem incurrit, ex Nauarro c.27.nu. 240. & cons.8.de homic.

SVMMARIVM.

1 *Delictum dicitur, deductum in iudicium per citationem, redditur ratio.*

2 *Ampliatur conclusio non solũ in causa principali, sed etiam in causa appellationis.*

3 *Limitatur num.4.*

5 *Citatio inualida nil operatur.*

6 *Occasio inualida non constituit aduersarium in contumacia.*

Homicidium quando dicatur deductum ad forum contentiosum.

DECIS. CCCCXXII.

Respondetur, delictum tunc dici deductum in iudicium, quando est facta citatio: & ratio est, quia regulariter à citatione incipit. text. est 1
expressus in §. fin. de pœna temer. litigan.instit.Glos.in rub.C.de in ius vocand.Bart.in l. & quia ff.de iurisd. omn.iud.Bald.in l. vbi ceptum ff. de iudic.& in addit. ad Spec.in titul. de appell.vers.iudicium. dicitur latè Alex. post Castren. in l. postquàm liti C.de pact. vnde secundum Nouissimum in sua prax.cap.66.non sufficeret sola informatio capta per Curiam, si Curia ipsa non procederet contra inquisitum, neque ipsum citari fecisset.

Amplia id quod dixi, quod per citationem dicatur deductum ad 2
forum contentiosum procedere nõ solum in causa principali, sed etiam in causa appellationis l. fin. §. illud cum ibi no.Bart. C. de temp. appellat.

lat. Vnde citatio dicitur processus, prout expressus tenet in c. prudentiam in princ. in verb. formam de off.deleg.facit tex.in cap. quoniam contra falsam in verb.citationes, & ibi DD. de probat. & ideo si statutum dicat, quòd appellans debeat post appellationem infra tot dies procedere in causa, aliàs appellatio habeatur pro deserta, sufficit quod fecerit partem citari, ad hoc, vt dicatur præcessisse, secundum Paul. de Cast.hic.

3 Limita nunc propositam conclusionem de citatione, & primò in illa, quæ est extraiudicialis. Gloss. in clement. 1. in verb. citationes de iudic.

4 Limita secundò, quando citatio esset circumducta, quia tunc habetur ac si non esset facta. l. & post edictum §.quod is ff. de indic. Et ex hoc dicit notabiliter Bald. in l. 1. ff. eod.post Guil.de Cu.in l.sicut,C. de præscript.30.ann. quod per talem citationem, quando actor non comparuit, non censetur interrupta præscriptio.idem tenet Bald. in l. fin. in princ.ff.de eo, per quem fa.erit, & in d.l.& post edictum §.1.vbi hoc reputat not.dignum, & sequitur Alex. hic, qui prædicta allegat.idem tenet Lanfr.de ori. Brix. in tract. de arbit. in 6.par.in quæst.32.idem, & plenius tenet Bald.in c.consuluit in 3. col. de off.deleg. vbi hoc competebat duabus rationibus. Primo, quia actor non comparendo, videtur renunciare tali citationi. Secundo, quia ista citatio non habet suum perfectum esse.d.l.& post edictum §. circumducto.idem etiam tenet Bald. in addit.Spec. in tit. de citationib. in vlt. col.& idem Bald.in reper. suo super Inn.in verbo citatio, motus, quod actore non comparente, citatio est imperfecta, cùm non constet ex suis partibus, & est in casu caduci: ideo non interrumpit præscriptionem, facit, quia per citationem inualidam non interrumpitur præscriptio, secundum Bart.in l.accusare ff. de adult.Bald.in l. quoniam contra falsam, in 6.col.de probat.& in cap. tua nos, in pen.col.de cohabit. cler. & mul. sicut nec per contestationem litis factam coram iudice non suo, interrumpitur præscriptio. Gloss. est in c.placuit 2.§. quod si per naturale in vers.interrupta 16.q.3.in Gloss. in l.si pater,& ibi Bal. C. ne de sta. defunct.

Item citatio inualida nihil operatur.gloss. in l. si accusatoribus in gloss.fin.C. de accus. quam not. & sequitur Bald.in c.in nomine Domini, in 4.not.de testib. & in dict. cap. quoniam contra falsam in 6.col. 5

Item citatio inualida non constituit aduersariũ in contumacia. gloss. in c.de causis in verbo venire de off. deleg. 6

SVMMARIVM.

1 *Occultum dicitur omne improbabile.*
2 *Occultum dicitur illud, quod opponitur notorio.*
3 *Opinio Graff.quid sit circa hoc.*
4 *Occultum, secundum opinionẽ Garz. de benefic.*
5 *Delictum vt dicatur occultum, quid requiratur.*

Delictum quando dicatur occultum.

DECIS. CCCCCXXIII.

NAuarr.in suo manuali c.27.nu. 150. & seq. cupiens hanc explicare quæstionem, scriptum reliquit, illud esse occultum, quod non est publicum, sequitur Tolet.lib. 1.cap. 1

89.num. 5. Azor.par.1.li.8.c.10.qu.9. Sanchez de matrim.lib.2.disput. 37. nu.11. vbi constituit conclusionem, omne improbabile esse occultum, & iuxta hanc explicationem intelligendus est tex.in c. vestra de cohab. cler.& mul.

2 Henriquez verò de irregularit. c. 20.num.40.tenuit occultum dici illud, quod opponitur notorio, quod quidem notorium inducitur ex confessione in iudicio facta.c.cum olim de verb.sig.Crauet.cõs.248.Gramm. dec.31.& 36.& Balb.in decis.51. vnde acta iudicialia inducunt manifestum.Veral.in decis.325.par. 1. Capp. Tholos.in decis. 199. Rota Genuens. in decis.146.Capp.Tholos. in decis. 122.

3 Graff.lib.1.suar. in aur.decis. c. 13. num.45.scripsit occultum dici, cuius non sunt legitimi testes, etiam si ab aliquibus sciatur, non autem quod opponatur notorio,& manifesto, & ita quoque voluit ante eum Maiol.de irregularit.lib.5.c.51. numer. 4. Viuald. eiusdem nominis tractatu, num.215.Auila de censuris par.2.c.7. disput.1.dub. 12. Rodriquez 1.tomo, 9.reg.quæst.24.art.11. Zehe. de casibus reseru.casu fin.num. 13.

4 Tandem Garzia de beneficiis par.7.cap.11.num. 47. his vsus fuit verbis, In hoc articulo intelligendum est occultum secundum terminos iuris,alias absolutus, vel dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus,vel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, non est tutus in conscientia, quia Concil. vtitur termino occulti, quod propriè loquendo, dicitur, quod probari non potest. c. vestra de cohab. cler. & per duos testes probari potest, & verba Conc. debent intelligi secundum proprietatem, & huic opinioni quoque ego adhæreo: quare si delictum patratum esset coram vno teste, crederem dici occultum ad effectum, vt Episcopus posset in eo dispensare. quia dictum vnius, dictum nullius c.iusiurandum C. de testib.& c.tuis eod.tit.

Notandum tamen in hac materia esse attendendam radicem delicti, quod sit occulta, vnde si excommunicatus occultè, publicè celebret, licèt celebratio sit notoria irregularitas, tamen dicetur occulta, propter occultam excommunicationem, ex qua ipsa descendit, ita Nauarr. de cler. excommunic. ministr.const. 2. & Piaseg. in sua praxi fol.61. 5

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*

2 *Dantur duæ species pensionis,*

Irregularis non est capax pẽsionis, de

3 *qua autem pensione sit capax, vide num.2.*

4 *Contrarium est verius, & fuit resolutum quod scilicet quomodocunque constituatur pensio possit retineri ab irregulare, quod probatur etiam auctoritate Gonzal.nu.6.*

5 *Respondetur contrariis.*

Irregularis an sit capax pensionis.

DECIS. CCCCCXXIV.

Reperiebatur inquisitus in Curia Archiep.Neap.quidam Clericus, qui de homicidio in personam cuiusdam Barbitonsoris, quare cùm fuisset per eandem Curiam condemnatus ad triremes per quinquennium, fuit dubitatum, si debebamus quoque eum priuare pensione, quã obtinebat, in qua dubitatione vnus 1

ex Do-

2 ex Dominis distinguebat, quod si huiusmodi pensio assignata fuerit eidem Clerico in stipendium, puta pro seruitio temporali, seu alias, vt laico, quod tunc per homicidium illam amittere non debebat, secus verò si fuerat assignata loco beneficij, vt commodius sustentari valeat, vel ex causa resignationis; nam cùm hæc cedat loco beneficij, regulanda est quoad amissionem tanquam beneficium; & sic eisdem modis amittitur quibus & beneficium, vt tradit Gabr. cons. 187. nume. 11. & cons. 200. libro 2. qui ita quotidie practicari, & consuetudine, & stylo receptum attestatur, & Paris. de resign. benefic. libr. 3. quæst. 1. num. 13.

3 Nec potest huiusmodi pensio reseruari irregulari. Nauar. cons. 63. nu. 5. de simon. dicens communem, & cons. 44. num. 3. de homic. dicens, ita esse de stylo Curiæ, sequitur Paris. li. 4. q. 3. nu. 37. Vgol. de irregularit. c. 65. §. 1. nu. 3. & Sayrus de censuris libr. 6. c. 2. nu. 22.

4 Cæterum quidquid sit ex supradictis, contrarium fuit resolutum, videlicet, clericum homicidam non esse incapacem retentionis pensionis, quam opinionem fundauimus ex doctrina Suarez tom. 5. disput. 44. sect. 3. numer. 39. Emanuel Sà in suis aphorismis Confess. verb. irregularitas numer. 4. & 6. Henriquez conf. 22. numer. 5. Galet. in marg. casuum conscient. in verb. pensio, circa med. & secundum Garz. de benef. par. 1. cap. 5. numer. 136. ita censuit Sac. Congreg. Conc. in vna Cremonen. per hæc verba, videlicet, *Decretum Conc. c. 7. sess. 14. de reform. loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua sunt homicidæ, non extendi ad pensiones.*

5 Non obstat ratio illius Domini in contrarium, quia vltra declarationem Congregationis in contrarium, quæ vim legis obtinet, respondetur, quod iuxta doctrinam Gonzales gloss. 5. §. 5. num. 3. quomodocunque constituatur pensio, siue in titulum, vt communiter fieri solet, siue in stipendium non dicitur verè, & propriè beneficium, & consequenter non venit illius nomine, secundum Gig. qu. 28. Gomez in regul. de infirmis resignantibus q. 12. nu. 2. Mandos. ibid. q. 11. nu. 11. & in reg. de annali.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Clericus vulnerando aliquem in oculo, ita vt eius lumen amittatur, potest priuari beneficiis tanquam irregularis.*
3 *In contrarium est decisio, scilicet præfatum clericum nullo modo priuandum esse beneficiis, nec irregulariter declarandum.*
4 *In pœnis infligendis, mitior est facienda interpretatio.*

An clericus vulnerans aliquem in oculo taliter quod omittat eius lumen, sit declarandus irregularis, & consequenter beneficiis priuandus.

DECIS. CCCCCXXV.

IN Curia Archiep. Neap. detinebatur quidam clericus nobilis ob vulnus illatum in oculo cuiusdam personæ mediocris fortunæ, quare cum præfatus vulneratus amisisset lumen eiusdem oculi, fuit per nos, consideratis considerandis, & existente prouocatione, dictus nobilis in exilium condemnatus per biennium: & cùm fuisset dubitatum, an debebamus illum decla- 1 2

Digitized by Google

rare irregularem, & consequenter beneficiis priuare. Et vnus ex Dominis affirmabat, ex Panorm. in cap. cum illorum col.3.nume.8.vers.item dic, quod propriè est mutilatio de sent.excommun.eandem firmat Syluest in verb. homicidium 3. quæst.3. & Ang. in verb. homicidium 5. quæst.5.

3 Contrarium tamen iudicauimus, scilicet præfatum clericum nullo modo declarandum esse irregularem,& consequenter beneficiis priuandum, de qua decisione mirandum non est, quoniam ita se habet communis opinio, vt scilicet ex debilitatione membri, vt quia ex vulnere redditum sit mancum, aridum,vel inutile, modò non sit abscissum,seu detruncatum, irregularitas non iudicatur,licèt enim membrum debilitatum, sit ferè inutile percusso,quoad operationem, valet 4 tamen quoad decorem:& in pœnis, mitior interpretatio facienda est. l. interpretatione ff. de pœnis.ita tenent plerique Canonistæ in ç. 1. qui cler.vel vouent.vt Card. Florent.numer.3.vers.oppo.secundo. Calder. quem refert, & sequitur Panorm. sibi contrarius col.1.numer.9. vers.sed est dubium quotidianum, & Præpos.col.1.in 2.notab. vers.& ideo dicit hic, eandem firmat Card. Florent.in clem.si furiosus colu. vltim. num.31. versic. vigesimo primo quæro,de homicid. Felin. in cap. cum illorum colu.3.num.12.versic.in quantum.Aufrer.ad Cappel. Tholos. qu. 208.Item fuit quæsitum nume.3. vbi ait, hanc opinionem benigniorem, & in foro contentioso seruandam. Couarr.in d. clem. si furiosus in 3. parte relectio.in initio col. numer.9. vbi hanc asserit communem sententiam.

SVMMARIVM.

1 Infans non contrahit irregularitatem.
2 Amplia etiam in infante maiore, doli tamen incapace tempore delicti.
3 Redditur ratio ampliationis.

In qua ætate contrahatur irregularitas.

DECIS. CCCCCXXVI.

EX clem.1. de homicid. expressè colligitur, infantem non contrahere irregularitatem, quod ampliant procedere etiam in eo, qui est maior infante, si tempore quo deliquit,non erat doli capax, nam in irregularitatem non incidit, vt ante omnes tenuit gloss. in citata clem. vnica in verbo infans,cum qua conueniunt ibi Petr. de Anch. num.7.Imol.num.6.Bonifac. Vital.colu.pen. num.73.& alij communiter. Socc. in cap.ad audientiam colu.12. numer.48 versic. vnde arbitror de homicid. Igneus in l.1.§. impubes numer. 8.ff. ad Syllan. & nouissimè Gonzal. à Villadiego in tract.de irregular. c.de percussore numero 12. qui hanc perhibet communem, id quod faciunt similiter Soc. & Igneus locis signatis:& ratio est, nam si per infantem septennio minorem, & doli incapacem, irregularitas non contrahitur, d.clem.vnic. vt supra visum est, quia consilij imbecillitas eum excusat, & talis est ætas; quod quę videt, ignorat.l.1.C.de fals. monet. Eadem etiam ratio militans in puero maiore infante,doli tamen incapace, ergo idem ius erit.arg.l. illud ff.ad leg. Aquil.

1 (margin, line "colligitur") 2 (margin, line "pliant") 3 (margin, line "hibet")

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans lethaliter aliquem illo tunc moriturum, etsi ex vulneribus ab aliis sibi prius illatis, adhuc efficitur irregularis num.2.*
3 *Amplia nu.4.& 5.*

An infligẽs vulnus lethale vulnerato ab alio iam iam morituro, sit censendus homicida voluntarius, & sit irregularis ad effectum priuandi beneficiis.

DECIS. CCCCCXXVII.

IN Curia Archiepiscopali reperiebatur quidam clericus beneficiatus inquisitus de vulnere lethali cum pugione in personam cuiusdam, qui reperiebatur prostratus in terra, & iam iam erat moriturus: quare fuit dubitatum an prefatus clericus censendus sit homicida voluntarius, taliter quod debeat priuari beneficiis, & fuit resolutum affirmatiuè, vt tenuit Rot.in vna Curiolen. Canonicatus 22. Maij 1602. * corã Corduba.
1

2 Et quod inferẽs vulnus ei, qui propemodum erat moriturus, sit irregularis, videtur velle tex. in c.significasti, il secondo de homicid. Tabiena in sum.verbo irregularitas 3.sum. 6.Maioll.de irregularit. libro 5. cap. 48.§.4.num.6.& Vgol. tract.de irregularit.cap.18.

3 Amplia primò procedere etiam si homicidium fuerit iustum, & meritorium contra latrones publicos. Corneus cons.57.nu.10.libro 4. Nauarr.consilio 11. numero 2. & consilio 15.numero 1.& 2.de homicid.parte 2.

4 Amplia secundo procedere etsi non appareat, an ex illa percussione fuerit mortuus, an vero ex percussione aliorum sociorum, quia nihilominus omnes sunt irregulares cap. fin.23 q.8.dicit communem Couarr. in clement.si furiosus part.2.§. 2. numero 5. & eadem irregularitas intraret etiam si non vulnerasset, sed ex eo solum, quod armatus spontè exiuit ad occidendum hostes cum aliis militibus, & fuerint occisi, etiam si ipse nil commisisset, c. sicut dignum §.fin.de homic.Spec. libr.1.tit. de dispens.§.4.nu.56. Candell.aur.de irregularit.num.273.

Amplia tertio in eo, qui armatus assistit alicui homicidio, nec eduxit arma, nec operatur, paratus tamen ferre opem, nam irregularis est, ex Felin.in cap. sicut dignum de homicid. Couarr. in clement. si furiosus par.2.§.2.numer.2.vers.quatenus de homic.& Henriquez lib.14.capit.14. §.2.& facit cap.continebatur de clericis percuss.Ratio est, quia ex præsentia illius, alter animatur, & acrior ad pugnam efficitur, vnde auxiliari videtur nocenti: sic etiam qui volentem occidere, comitatur, vt eum defendat, etsi dissuadeat illi ne occidat, dissuadendo, eum comitatur quousque ille occidat aduersarium, irregularis est, quia licet dissuaserit occidere, eo ipso tamen, quod armatus, homicidam comitatus sit, censetur dedisse causam homicidio, eique animũ adiecerit, & ita auxiliatus est in mortem alterius, vt bene notat Henriquez lib.13.capit.18.§.1. post alios Maioll.lib.5.c.48.§.4.n.1.Summa Astensis part.2.libr.6.tit.14.art.8.q.6. Specul.ti. de dispens. §. iuxta versic. quid si aliquis vadit. Tabiena verbo irregular.2.§.20. 5

SVMMARIVM.

1 *Efficitur irregularis clericus rixãs cũ*

Digitized by Google

aliquo, cuius causa eius consanguinei homicidium committunt.
2 *In contrarium est decisio.*
3 *Respondetur contrariis.*

An clericus rixans cum aliquo, cuius causa fratres clerici illum occiderunt, sit irregularis ad intellectum text. in capit. Petrus de homicid.

DECIS. CCCCCXXVIII.

1 CVm casus iste accidisset in Curia Archiepisc. Neapol. dicebat vnus ex Dominis illius Curiæ, præfatum clericum contraxisse irregularitatem, licet ipse nil patrauerit contra hominem mortuum: mouebatur per text. in §. de cætero, vbi Felin. de homicid. vbi habetur, quod censetur homicida ille, & consequenter irregularis, qui licet nullum hominem occiderit, homicidio tamen causam præbuit. Insuper dicebat, se ad hoc ponderasse text. in l. nihil interest ff. de sicariis, vbi nihil interest, an quis occidat, an causam mortis præbeat. Tandem dicebatur illud de adulterio, qui dedit causam marito, vt eius vxorem occideret, nam licet ipse nihil se ingesserit in hoc delicto, verum tamen cum causam ei præbuit, nihilominus efficitur irregularis. Nauar. cons. 32. de homic. & idem Nauarr. in manual. cap. 15. nume. 6. & cap. 27. numero 228. vbi ait, opinionem suam placuisse Piõ V. & ita declarasse cõtra quendam adulterum, cùm in sacra pœnitentiaria casus ille controuerteretur Rosella verb. homicidium 4. numer. 2. Maioll. libr. 5. 48. in princip. num. 8. & § 3. nume. 15. & Syluester verb. homicidium 3. qu. 4. vertertium, & citat. Astens. li. 1. tit. 25. art. 2. Summa Corona part. 3. tract. de irregularit. 13. & par. 4. tract. de Sacramento Ordinis num. 21. Cosmus Philiarcus de off. Sacerd. par. 1. libr. 4. capit. 11. §. 3. Zerula in sua praxi Episcopali, verbo irregularitas, rubr. 6. Ratio eorum est, quia tale adulterium, & reliqua exempla de se sunt illicita, & via quædam ad homicidium perpetrandum, & ideo præuideri poterant, & debebant huiusmodi effectus, vnde nihil mirum si irregularis sit, & homicida, si quis voluntariè se ingerat in ea, in quibus solet esse periculum mortis, vel mutilationis alterius.

2 Cęterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit decisum in eadem Curia per tex. expressum, qui cauillari non potest in cap. Petrus de homici. vbi habetur, quod non censetur homicida is, qui prohibet, & causam non dat homicidij, & nihilominus homicidium committitur.

Non obstant contraria, præsertim conclusio illa, quod qui dat causam homicidio, censetur homicida, quia respõdetur præfatum clericum nullam dedisse causam, quoniam eius fratres ex seipsis, & naturali quadam inclinatione patrauerint homicidium, & de iure frater occidens fratris aggressorem, non tenetur pœna ordinaria homicidij, ita Bald. in repet. l. rectè num. 57. Cod. vnde vi. Alex. in l. si in rixa ff. de sicar. Felin. in cap. 1. col. 7. de off. & potest. iudic. deleg. Bertacch. in suo repertorio in verb. auxilium in conclus. incip. auxiliator tenetur demum. Marsil. in l. nihil interest num. 13. ff. de sicar. & in pract. crim. §. constante sub num. 46. & Foller. in pract. crim. §. pœnis debitis feriantur numer. 67. Et ista est concors, indubitata, & communis omnium Scribentium opinio, & ita seruari in Mag. Cur. Vicar. & in Sac. 3

Cons.

Concil.in causa D.Claudii de Auria, & D.Scipionis sui fratris de ciuitate Luceriæ in anno 1566.refert Viu. in sua decision.63.

Insuper dicebatur, quòd frater, qui rixabatur eo tempore cum interfecto, licèt præbuerit causam homicidio, non tamen proximam, sed remotam, quę non sufficit ad faciendum quem irregularem, ex latè deductis communiter per Doctores in citat.capit. de cætero de homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Clericus ad hoc vt possit dici irregularis ex aliquo homicidio commisso, est necesse, vt fuerit causa proxima.*
3 *Præstare concilium quando quis dicatur.*

Dicens aliqua verba, ex quibus mouetur alius ad patrandum homicidium, an fiat irregularis.

DECIS. CCCCCXXIX.

1 INter nonnullos astantes, quidam cõquerebatur de malis tractationibus sibi illatis à quodam suo amico, quæ cum audiuisset Canonicus cuiusdam Cathedralis huius Regni protulit hęc verba, *Per certo, se hauesse fatto questo cose a me, farei ad ogni modo, che lui nõ practicasse tra gli huomini.* quibus habitis, per spatiũ dimidiæ horæ ille occidit, quo peracto capitur informatio, quod dictus Canonicus, vt instigator, adhortator, & consultor debeat cẽseri incurrisse in irregularitatem, & quamuis ex regulis mandans, adhortans, & consulẽs, vel peruersa intentione suffulti sunt omnes irregulares, vt probatur expressè in ca. vt periculosè de pœnitent.distinct.1.Gloss.in c.sicut §. clericus de homicid. quod adeò verum est, vt procedat etiam si esset iustum homicidium ca.sententiam ne cler. vel mon.latè Gloss.in clem.1.de pœnis. Et procedit etiam si non statim, sed diu post patratum fuerit præfatum homicidium, secũdum Specul. in tit.de dispensatione, §.iusta versic. sed quæritur. Siluester in summa in verbo homicidium primo quæstion. 8. versicul. sextum. Balbus decisione 23.

Supradictis accedat, quod in dubio dum ambigitur an clericus sit irregularis, vel non, semper dicendum est, esse irregularem, & à celebratione abstinere, debere, secundum Panormit.in c.ad audientiam numero 2.vbi Felin.num.1.de homic.per tex. in c.2.de obseruãt.ieiunii, & latè Villagut.in dec.50.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium consului, videlicet, præfatum canonicum nullam contraxisse irregularitatem, ad quod consulendum, salua omnium correctione, mouebar ex pluribus.

Tum primò, quia vt præbens causam homicidio, dicatur irregularis, 2 erit necesse, vt causa illa fuerit proxima, non autem remota, vt latè tradit Felin.post alios in cit. cap.de cætero de homicid.de Rubeis cons.23. num.6.& seq.Marant.cons.27. num. 3.Cacher.in cons.103.numero 6.& in casu proposito præfatus Canonicus apertè apparet, nullam dedisse causam proximam, immo remotissimam, secundùm quod in propriis terminis, refert se consuluisse Burell.in consil.62.volum.1.quem refert, & sequitur Burchult. in consil.22.

Digitized by Google

Tum secundò, quia per supradicta verba, quibus vsus fuerit dictus Canonicus non videtur præstitum fuisse consilium, ex quo præstari cōsilium dicitur, quando quis suasit, rogauit, mandauit, vel quid simile fecisse, ex quibus sequeretur homicidium c. sicut dignum de homicid. & ponit exemplum Spec. in tit. de dispensatione §. iusta numer. 39. puta si ostendit vtilitatem, quæ ex patrato homicidio sequeretur.

Denique ad excusandum præfatum Canonicum ab irregularitate adducebatur, quod homicida non fuit motus principaliter ex verbis dicti Canonici, quoniam erat aliàs occisurus ob inimicitias ortas inter eos, quo casu cōsulens personæ, quæ omnino erat homicidium commissura, irregularitatem non contrahit, secundum Panormit. in cap. ex literis.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Corpora mortuorum non debent vexari.*

An Episcopus absque irregularitatis metu possit concedere licentiam iudici laico exhumandi corpus.

DECIS. CCCCCXXX.

1 Istud solet peti ad finem capiendi delictum in genere, quare cùm in Curia Episcopali Auersana id contigisset, cùm peteretur exhumari corpus sepultum in terra Cassandrinæ, diœcesis eiusdem ciuitatis, sub prætextu cognoscendi an esset venenatum. Cumque Illustrissimus Dominus meus Cardinalis Spinellus petiisset à me, an iure istud fieri solet: ego in primis dubitabam pro negatiua opinione, quod de omni iure cadauera mortuorum debent esse in maxima veneratione: hinc in l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. funer. habetur, quod corpora, & ossa mortuorum non debet vexari, probatur 2
quoque in l. ne corpora ff. eodem tit. vbi habetur maxima veneratio Gentilium in sepeliendis corporibus defunctorum, & statuitur in iure canonico in capit. in nostra de sepulturis.

Accedat secundo text. in l. qui sepulchrum C de sepulc. viol. vbi corpus mortuum non debet percuti, & lacerari, voluit etiam Bertach. in suo repert. in verbo cadauer furans. Catald. de syndicatu quæst. 147. & 148. Alberic. in suo diction. in verbo mortuos non licet. Milis in suo repert. verb. sepultura. Hippol. sing. 199. immò datur actio iniuriarum contra talia perpetrantes. l. 1. §. & si forte ff. de iniuriis & qui contra supradicta facit, peccat mortaliter, cùm committat contra legis præcepta Armill. in verb. mortuum, quem refert Caualcan. in decis. 18. part. 5. & cadauer non potest exhumari, etiam ex causa licita, absque licentia episcopi, aliàs puniri debet qui sic contrectet, ac si reliquias spoliaret, & auferret, & sacrilegium committeret. Clar. in §. sacrilegium num. 3. Franch. March. in decis. 1056. numero 9. part. 1. & in decis. 1. parte 2. Rota in decision. 8. vt lite pend. in antiq.

Sed contrarium fuit practicatum in Curia Archiepiscop. Neapolit. prout testatur Nouissimus auctor praxis in 1. impressione c. 41.

SVMMARIVM.

1 *Clericus potest de suis malefactoribus conqueri, præmissa clausula; citrà pœnam*

Digitized by Google

pœnam sanguinis, *& non efficitur irregularis. amplia numero* 2. 3. *&* 4.

§ *Redditur ratio conclusionis.*

Clausula *citra pœnam sanguinis*, an præseruet ab incursu irregularitatis.

DECIS. CCCCCXXXI.

SVpposito, quod clericis, seu quibusuis ecclesiasticis personis prohibitum sit se immiscere causæ sanguinis c.clerici, & c.sententiam, ne cler.vel mon.

1 Dubitatur, an id procedere etiam stante protestatione in accusatione, vel querela criminali, *cura pœnam sanguinis*, & text.in capit. Prælatis de homicid.libro 6.aperte denotatur, licitum esse clericis absque vlla irregularitate, apud iudicem secularem querelam proponere de malefactoribus suis, & pœnam petere etiam in causa criminali, præmissa hac protestatione.

2 Amplia primo, etiam si præfatus clericus certo sciat, iudicem mortem accusato illaturum, secundum Panormit.Felin.Ioan.Andr.& reliquos in c.postulasti numero 3.de homicid. Sum.Confess.libro 2.titul.1.quæstio. 46.& Couar. in clement. si furiosus par.2.§.5.numero 1.versic. quarto de homicid.& Soc.in capit. ad audientiam numero 54.de homicid. Angelica verb. homicidium 2. numero 6. & Siluest.verb.homicidium 2. quæstion.8.Tabiena verb.irregularitas 3. §.8.& S.Anton.3.part.tit.29.cap.2.§. homicidium casuale, quicquid Vincent.vt refert Panormit. contrarium in hoc casu senserit, Sum. Corona titul.de irregularitate numero 7. Cosmus Philiarcus de off. Sacerd.part.1. libro 4.cap.11. §.2.Ratio est, quia aliàs daretur materia trucidandi clericos, & bonis suis spoliandos, vt rectè Panormit.vbi supra ex cap. Prælatis de homicid.

Amplia secundò, vt præfata clausula suffragatur quoque etiam criminaliter querelantibus pro offensionibus illatis in personas suorum consanguineorum, vt fuisse decisum in Curia Archiepiscop.Neapol. scribit Nouissimus in sua praxi cap. 34. Et ratio est, quia iniuria facta vni, censetur facta omnibus de familia Bart.in l.lex Cornelia ff. de iniuriis. Bald.in l.f.in 5.not. C. de raptu virg. Ant.de Butrig.& Felin. in c. cum oporteat de accus. & dicitur tractari de proprio interesse, quando iniuria illata est vni de familia, secundum Dec.in cons. 133. numero 4.Gramm. in decis.23.vnde Nauarr. in consilio 2.de iniuriis, concludit, patrem, clericum posse agere contra interfectorem filii, cum protestatione prædicta Couar.in clement.si furiosus §.5. numero 4. 3

Quare sequitur ex prædicta ampliatione, quod clericus, qui aliquẽ accusauerat pro offensione alteri illata, contraxisse irregularitatem, etiam interposita clausula *cura pœnã sanguinis*, ita Nauarr.in man.c.27.numero 213.Couar.cit.loco num. 4.Fel. in cap. postulasti de homic. & idem Fel.cum Panorm.in ca.de cætero de testibus. Villadieg. de irregularitate c.de percussore. Henriquez libro 14. §.11.numero 4.Medices par.2.titul.9. quæst.34.§.13. Ratio est, quia cap. Prælatis de homicid. locum habet, cum accusatio proponitur pro iniuria ipsi clerico accusanti illata.

Amplia tertiò, etiam si clericus habuisset animum contrarium protestationi, quia irregularis non est iudicandus, etiam quo ad forum iudiciale exterius.ita Nauar.cit.c.27.nu- 4

Digitized by Google

mero 226. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. 56. numero 4. Saldez. in c. 98. numer. 15. pag. magna 343. Viuald. in Candelab. ecclesiæ, tit. de irregul. ex homicid. volũtar. ex num. 242. Sum. Confess. libr. 2. tit. 1. quæst. 46. Felin. in cap. postulasti de homicid. & ibi Anania, quem refert, ac sequitur Couar. in clement. si furiosus part. 2. §. 5. num. 2. versic. sexto fauet. Sotus lib. 5. de iustit. quæst. 1. art. 9. in fin. vbi absolutè tradit, clericum petentem rei suæ æstimationem, præmissa protestatione, non esse irregularem, & expressè Tabiena verbo irregularitas 3. §. 8. & Martin. Ledesm. 2. 4. quęstio. 26. art. 2. tract. de irregularit. pag. 365. col. 3. Iacob. de Graff. lib. 2. c. 62. n. 41. qui falsò dicit talem in foro interiori esse irregularem, Philiarc. parte 1. libr. 4. cap. 12. §. 4. Cordub. addit. ad Sot. in relect. de tegen. secreto, membr. 4. q. 3. conclus. 5. quem refert, ac sequitur Henriquez libro 14. cap. 3. §. 4. in annot. litera O. & capit. 11. §. 5.

5 Ratio est, quia pœnæ sunt restringendæ, & quia nemo est habendus irregularis, nisi sit in iure expressum, at hoc non est iure, expressum, immò contrarium habetur in iure, siquidem in cap. prælatis de homicid. lib. 6. Pontifex ait, non incurri irregularitatem, si clericus accuset, præmissa protestatione, & actus interior non est sufficiens ad causandam irregularitatem; sed neque probabile est, ecclesiam ob occultam mentis intentionem velle quem tam graui pœna irregularitatis damnare.

SVMMARIVM.

1 *Prælati inferiores, puta Abbates, & similes, quod possint absoluere ab irregularitatibus occultis, probatur ex duobus, numero 2. & 3.*

4 *Contrarium est verius.*

An facultas absoluendi ab irregularitate occulta, virtute Concilii Trident. competat Prælatis inferioribus habentibus iura quasi Episcopalia.

DECIS. CCCCCXXXII.

EXemplificari potest in Prælatis Regularium, in Abbatibus obtinentibus vsum Mitræ, & Baculi, & in reliquis omnibus Prælatis quibus ex speciali priuilegio reperiuntur cõcessa iura Episcopalia: in qua quæstione videbatur posse responderi pro affirmatiua sententia, & hoc præcipuè ex duobus. 1

2 Primò, quòd licet dispensatio sit odiosa, ad text. in cap. fin. §. fin. de filiis presbyt. libr. 6. latè omnes in l. omnes Cod. de testament. potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda. Dominicus, & Franchus in capit. nos consuetudine 12. distinct. Butrig. Abb. & Fel. in cap. postulasti de rescriptis, Emanuel Sà in aphorism. confess. verbo dispensatio numero 7. & communiter DD. in capit. at si clerici §. de adulter. de iudic.

3 Secundo, quia iura loquentia de Episcopis quandoquidem extendũtur ad Prælatos habentes iurisdictionem quasi episcopalem, vt patet ex deductis per Rotam collectam à Farinacio in decisio. 10. per text. in c. accedentibus, & quod ibi notatur de excess. prælat.

4 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, in contrarium est veritas, in eaque consistit communis, & receptior est opinio, nam eam tenẽt Suarez in 4. tom. de pœnit. disput. 30. sect. 2. nu. 6. & idem in tract. de censur. disp. 41. sect. 2. num. 7.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Capitulum Sede vacante non habet facultatem absoluendi ab irregularitatibus occultis.

2 *In his, quæ sunt à Sede Apostolica Episcopo delegata, non succedit Capitulum Sede vacante.*

3 *Contrarium est verius, quod probatur auctoritate nu. 4. & ratione nu. 5.*

An supradicta facultas competat Capitulo Sede vacante.

DECIS. CCCCCXXXIII.

1 VIdebatur prima facie dicẽdum, quod quia præfata potestas non competit Episcopo iure communi, & proprio, sed ex iure speciali, seu accidentali, & consequenter non transit in Capitulum arg. text. in c. verum de foro comp. Rebuff. in praxi beneficial. in titul. de deuolut. numero 68. Item præfatam facultatem
2 habet vti delegatus Apostolicus, in qua delegatione Capitulum non succederet, voluit Glos. communiter recepta in clem. 1. in verb. Capituli, propè fin. de hæret. Host. in cap. abolendæ eodem tit. Franchus numero 3. & Geminian. numer. 8. de maior. & obedient. Abb. in c. cum olim eodem tit. & Feder. de Senis consilio 30.

3 Cæterum supradictis minimè refragantibus in contrarium est veritas, & iuxta hanc sententiam consului, quam opinionem fundabam auctoritatibus, & rationibus.

4 Auctoritate enim probatur ex notatis per Garz. de benefic. part. 6. capit. 11. numero 21. Henriquez libr. 6. c. 16. §. 1. & idem libr. 14. c. 20. §. 1. Zeued. §. 4. collect. 4. ad sensum numero 3. Rodriquez q. 61. art. 9. Suar. disp. 30. sect. 2. numero 4. tom. 4. Auila de censur. disput. 10. dub. 6. Nouissimus in sua prax. c. 66. nume. 22. Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 40. q. 2. & idem Garz. par. 5. cap. 7. numero 41. Vgol. de potest. episcop. lib. 2. cap. 58. §. 2. post Guttierez libr. 1. can. quæst. cap. 3.

Ratione etiam probatur, quia licet illa facultas Episcopo concessa, competat iure speciali, ex decreto Conc. sess. 24. de reform. capit. 6. tamen competit Capitulo iure communi, & ex iurisdictione ordinaria ei tributa per dictum decretum, & ita in terminis docent Henriquez, Rodriquez, Suarez, & Sanchez loco cit. vbi ita referunt declarasse Sac. Congreg. Concilij. 5

SVMMARIVM.

1 *Clausula, quæ apponitur in Bulla collationis,* teque absoluentes à quibusuis censuris, *non includit irregularitatem, quod probatur ex duobus, numero 2. & 4.*

3 *Ampliatur conclusio principalis vt procedat etiam si in Bulla adyciantur verba,* & à pœnis.

Bulla Iubilei dans facultatem absoluendi à censuris, an includat irregularitatem.

DECIS. CCCCCXXXIV.

1 EVenit quandoquidem, vt excommunicati, & irregulares impetrent à Romano Pontifice eis dari aliquod beneficium, quare cùm in Bulla collationis soleat apponi clausula, *teque absoluentes à quibusuis censuris*, fuit dubitatum an præfata clausula quemadmodum

absoluit excommunicatum, taliter quod possit esse capax recipiendi beneficium ecclesiasticum, ita quoque censeatur absoluisse ab irregularitate, si quam habebat: In qua quæstione consulendo, respondi negatiuè ex pluribus.

2 Tum primo, quia irregularitas non est censura, sed pœna quædam seu inhabilitas, vt probat text. in ca. quærenti de verb. signif. Nauar. cap. 17. num. 254. Salon. 2.2. quæst. 64. art. 8. Aragon. Bannes eadem quæst. ex canon. Carb. l. 8. de legibus Sot. 4. d. 22. q. art. 31. (sed fallo) v. Sot. sibi ipsi contradicentem l. 5. quæst. 1. artic. 4. Nauar. cap. 27. nu. 194. & 254. Couar. in cap. alma mater p. 1. §. nu. 6. Sayr. lib 1. c. 1. numer. 18. & fusius li. 7. l. 14. de censur. & alios multos ab eo citatos.

3 Amplia suprapositam principalem conclusionem procedere etiam si in Bulla adiiciatur verbum, *& a pœnis* quia adhuc non includit irregularitatem. Nauar. in manual. cap. 27. nu. 194. & idem in consil. 7. numer. 2. de temp. ord. & in consil. 4. num. 3. de filiis presbyt. & in consil. 82. num. 3. de simonia. Saldez ad Diaz. capit. 26. lit. C. versic. sexto, & esse de stylo Curiæ tradit Garz. loco cit. vbi allegat consil. Mediolanen. 3. in tit. de his, quę ad Sacrament. Pœnitent. pertinent, vbi habentur hæc verba, videlicet. *Ne Confessary Sacerdotes, cum sibi facultate vel ex Iubileo, vel ex alius Apostolicis literis concessa pœnitentium confessiones audire, eosdemque à peccatis etiam grauioribus, quæ admiserunt, & a pœnis item, ac censuris, quibus irretiti sunt, absoluere licet cum eo, qui irregularitatem incurrerit, dispenset, nisi eius rei facultate illis literis nominatim expressa.*

4 Tum secundo, quia cum per huiusmodi clausulam datur facultas absoluendi, non potest extendi ad irregularitatem, quæ non absolutione, sed dispensatione tollitur, ita Sot. in 4. distinct. 22. art. 1. Corduba libro c. quæstionum quæstio. 43. dub. 4. & in summa quæstion. 28. & 144. circa fin. Medina par. 2. quæst. 96. artic. 4. & in summa lib. 1. cap. 11. §. 9. & 12. lib. 2. ca. 12. Bannes 2. 2. quæst. 64. art. 8. 4. parte, dubio 1. & ibi Salon. 4. controuersia.

SVMMARIVM.

1 Clericus nobilis, quod teneatur aufugere, alias incurrit irregularitatem, probatur ex tribus, de quibus n. 2. 3. & 4.

5 Respondetur contrariis nu. 6. & 7.

Clericus nobilis an tenetur aufugere ad euadendam irregularitatem.

DECIS. CCCCCXXXV.

FVit dictum in Curia Archiepisc. Neapol. Doctrinam Gloss. in clemét. 1. in fine de homicidio, quod vbi volens quis fuga euadere posset periculum occisionis aggressoris, si non faciat, quod efficiatur clericus occidens irregularis, procedat etiam in Clerico Nobili: de qua quidem decisione mirandum quippe non est, si quidem de eius iustitia constat ex pluribus. 1

Tum primo, quia in iure generaliter, & indistinctè fuit cautum irregularitatem contrahi per eum, qui poterat mortem vitare fugiendo si omissa fuga inuasorem occiderit, ita. Gloss. in cit. clem. 1. in verbo fuga, & ibidem Card. q. 26. Panorm. in capit. significasti el 2. eodem & in cap. 1. in princ. de vita, & honestate clericor. Syluester verbo excommunicatio 6. 2

q.9.& latè Couar.in d.clem.part. 3.§. vnico nu.4.

Tum secundo, quia d. Clement. tunc tantummodo ab irregularita-
3 te excusat, quando aliter mortem euitare nequit secundum Couarr. loco cit.num.4. *ibi, si aliter mors vitari non poterat.*

Tum tertio, quia clericus eligen-
4 do potius aduersarium occidere quã fugam arripere videtur excedere ecclesiasticam mansuetudinem, quæ consistit potius in millies aufugere, quam proximum interimere secundum Panor.in cit.c.significasti, Sotus de iustitia, & iure li.5.q.1.art.8.ad finẽ Petrus Nauar.lib.2.de restit.c.2.num. 389. Valent.tom.3.disput.5.q.8.pun.4. & alij quos cõgerit Sayr.in Thesaur. casuum conscientiæ li.7.c.17.num.17.

Non obstat, quod fuga est iniuria
5 l.apud Labeonem ff. de iniuriis, & præsertim personis nobilibus, Bart. in l.1.C.vnde vi Bald.in cons.11.volu. 3.Cæpol.cons.73. & consequenter in repellandam iniuriam possit percutere illam inferentem Sot. cit. loco nu.7. Viuald. de irregularitate nume. 222.quia respondetur istud non procedere in personis clericorum, quia illis fuga minime est ignominiosa secundum gloss. in c. suscipimus in verbo ligauerunt,& in verbo interimere,& ibi Panor. num.4. de homicidio Couar.loco cit.num. 5.& Sayr. nume.16.& iniquum,& ab omni iure alienum esset permittere clerico ob tutelam honoris proprij vitam alterius adimere, sic gloss.in cit. clemen. in verbo non valens,& alia gloss. in sum.23.q.8.in verb.hactenus, Panor. in c.olim nu. 17. de restitutione spoliatorum, Alex.cons.111.volu.1. & in cons.119.vol.7. Siluester verb. homicidium 1.quæst.2.§.7v.ers. 4. Tabien. verb.irregularitas 2.§. vlt. Nauar. in Manual.c.27.nu.211.

Et quamuis laicis fuga sit ignominiosa secundum Alex in cons. 6
104.nu.4.vol.1.Ias.& Dec. in cap. vt vim ad finem ff. de iustitia, & iure, quòd probatus ex eo, quod potest quis aggressorem occidere ad vitandam iniuriam, quam vel alapa, vel fustibus sibi inferendam vitare non poterat, Alex, in cons. 119. volum. 7. Hipp.in l.1.limit.9.ff. de sicariis Carrer.in §.6.num.94. hoc autem obtinet quoad pœnam temporalem, & quoad eius diminutionem ac moderationem, non autem quoad irregularitatem, cum ipsi quoque in hoc casu contrahant.

Nec non obstat, quod canones 7
plurimum deferant clericis nobilibus ad tex.in c. 2. de officio delegati in 6.c.venerabilis, & quod ibi notatur communiter de præbendis & dignit.latè Hoieda par.2.ca.3. quia respondetur istud procedere in conferendis eis beneficiis:non autem quo ad effugiendam irregularitatem, argum.gloss.in l.5.ff.pro socio, & Arnon.soliloq.3.

Finis Tituli Praxis irregularitatis.

Digitized by Google

PRAXIS.
EPISCOPORVM.

SVMMARIVM.

1 *Testes renitentes iterum deponere cogi possunt per commissarium ad perhibendum testimonium.*
2 *Ratio pro opinione negatiua redditur.*
3 *In Curia Archiepisc. Neap. est decisum quod est petenda licentia ab Episcopo suffraganeo, ita vt possint examinari dicti testes per Commissarium.*
4 *Ratio huius decisionis redditur.*

An Archiepiscopus possit compellere subditos suffraganei ad perhibendum testimoninm.

DECIS. CCCCCXXXVI.

1 IN Curia Archiepiscop. Neap. pendebat quædam causa Nolana, in eandem per viam appellationis deuoluta. Vnde cùm esset mittendus vnus ex nobis in Castro Conuiniani Diœcesis dictæ Ciuitatis pro repetendis testibus primo loco examinatis, fuit dubitatum inter nos, an casu, quo præfati testes reperiantur renitentes, iterum deponere cogi possunt censuris, vel aliis pœnis per dictum commissarium. Ratio dubitandi pro opinione negatiua erat, quòd cum ius cogendi testes vel alios non subditos non sit pœnes Archiepiscop. cap. pastoralis, & ibi Abbas numero .2. de off. delegati c. 1. numero 1. & ibi gloss. in verbo suscipere de foro competenti lib. 6. propterea videbatur dicendum nullam potestatem competere præfato commissario cogendi testes. Item dicebatur, quod cum Metropolitanus non habeat iurisdictionem in subditos suffraganei, nisi in casibus à iure expressis cap. cum simus, vbi Franchus num. 3. de priuilegiis in 6. cap. ex frequentibus, & ibi DD. de institut. cap. Romanę §. si aliquibus de censibus in 6. Felinus latè in cap. pastoralis numer. 6. versicul. circa nouam opinionem Abbatis de officio ordinarij. ideo compelli nequeunt.

Cæterum fuit dictum in eadem Curia esse petendam licentiam ab eodem Episcopo, vt possit dictus commissarius examinare testes in eius diœcesi: & decisionis ratio fuit, quia Archiepiscopus in subditos suffraganeis iurisdictionem non habet, quod requiritur ad hoc, vt cogere possint l. eum, qui vbi Bel. num. 1. ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & Abbas in cit. cap. pastoralis, numer. 5. licet possit cogere ipsum suffraganeum, vt eius subditos compellat ad deponendum, quia ipse est imme- 3 4

immediatè subditus Archiepiscopo, vnde in eo cessat ratio d. legis, eum qui, quod expressè tradit gloss. in cap. 1. §. neque in verbo suscipere, de foro competenti, quare Rota Romana in vna Oriolen. Iurisdi-
† ctionis 11. Nouembris 1596. † coram Illustrissimo Seraphino fuit resolutum posse Archiepiscopum suffraganeum in causis ad eum per appellationem deuolutis, vel alias Iure Metropolitico spectantibus cogere ad suscipiendam delegationem tam pro recipiendis testibus, quam pro aliis articulis, vt patet apud eundem decis. 1212. vnde Hostiensis in cap. citato pastoralis tenuit Archiepiscopum posse cogere suffraganeum ad compellendum subditos pro perhibendo testimonio, & suffraganeo negligente coget vtrunque, nec propter talem negligentiam iurisdictio deuoluitur ad Archiepiscopum, cap. cum simus quæst. 9. 3. & ibidem gloss. in summa. & cap. fin. in verbo negligentes ead. quæst. & cap. 1. in verbo culpis de supplend. negligentia prælat. in 6. vbi Gemin. ad gloss. in verbo iurisdictio dicit; quod vsus mundi approbat hanc sententiam, sequitur Franch. num. 3. Felin. in cap. pastoralis in 6. de officio ordin. vbi tradit totum mundum tenere hanc opinionem, & quod contraria opinio est noua, allegat Paul. de Leazar. in capitul. 1. de supplend. negligentia prælat. in 6. Andreas in d. cap. pastoralis numer. 5. Bellamer. num. 2. Præposit. dict. cap. cum simus quæst. 9. 3. & fuit dictum in vna Tolentina iurisdictionis 18.
† Aprilis 1597. † coram eodem, vt patet in decis. 1512. & iterum in eadem 4. Iulij 1596. † coram eodem Seraphino, vt patet in decis. 1537.

SVMMARIVM.

1 *Familiaritas in iure variis modis sumitur.*

2 *Familiaris quis dicatur in præsenti materia.*

3 *Vicarius Card. Episcopi dicitur familiaris secundum distinct. traditam per Simonet.*

4 *Distinct. Simonet. subdistinguitur per Rot.*

An Vicarius Episcopi dicatur familiaris eiusdem.

DECIS. CCCCCXXXVII.

FVit dubitatum an Vicarius Cardinalis in aliquo eius Episcopatu vel Abatia dicatur familiaris Cardinalis ita, vt eius beneficia censeantur affecta, cui respondi quòd licèt variis modis secundum subiectam materiam in iure appellentur familiares, vt in l. pronunciatio §. familiæ ff. de verbor. signif. l. fin. C. eod. tit. l. 1. §. familiæ ff. de publicanis, Fel. in c. insinuante in 2. col. de officio delegati. tamen, vt diuino Io. And. Dominic. & alij in cit. cap. fin. in præsenti materia familiaris dicitur ille qui se deputat ad honestum seruitium alicuius, vt est tex. quem ibi ponderat Abb. in cap. cum dilectus de clericis non residentibus, vnde ex supradictis videbatur concludendum Vicarium dici familiarem. 1

Item dicebatur, quod quando Vicarij recipiunt certum quid pro expensis, & salario à Cardinalibus, in quorum episcopatibus munus vicariatus exercent omnino dici debent familiares cùm certum sit in iure præfatam familiaritatem taliter contrahi, ad tex. cit. cap. final. 2

Digitized by Google

de acerborum significatione Cald. in cons.5.de officio delegati.

Cæterum in præsenti articulo conclusi iuxta distinctionem traditam per Simonet. in tract. de reseruat.qu.35.num.21.videlicet, quod si ille qui mittebatur Vicarius erat ex familiaribus,& continuus commensalis illius Cardinalis Episcopi tunc dicitur familiaris, cuius ratio poterit reddi ex deductis per Crescent.in decis.12.de rescriptis, vbi familiaritas continuatur nec præsumitur fuisse interrupta: facit decis. Achil. 13.de præbendis, si verò fuit electus Vicarius cum aliqua mercede, & tunc familiaris dici nequit,quoniam nunquam fuit continuus commensalis,cum nunquam cum illius familia comederat.

Alia quoque potest reddi ratio, quia præfati Vicarij potius censentur deseruire dignitati,quam personæ Episcopi,vt resoluit Rota in vna Parmen.Canonicatus, 11. Februarij 1586.†coram Gipsio, in qua fuit pariter consideratum atque resolutum de Auditore Cardinalis,qui licèt inseruierit eidem Cardinali habendo prouisionem in frumento, vino, lignis,& similibus, non tamen dicitur familiaris, vt regula reseruatoria intret cum requiratur in hoc casu, quod sit continuus commensalis d. cap.fin.Sarnens. de impetrand. benefic.per obitum familiar.qu.13. in princip.Simonet.cit.9.num. 21. Gratian. disceptation. forens. cap. 257. nu.4.

Verum Gonzales ad Regulam 8.Cancellariæ gloss.fi.num.66. refert Rotam in vna sequutina beneficij 12.Maij 1589. † coram Orano resoluisse suprapositam distinctionem traditam per Simonet. loco cit. procedere quando Vicarius est absens, secus quando retinetur in domo ipsius Cardinalis,quoniam tunc intraret reseruatio.

SVMMARIVM.

1 *Missa nō potest celebrari in domo priuata,nisi in ecclesia consecrata ab Episcopo.*

2 *Et quomodo se gerere debet Episcopus in concedendo licentiam pro celebrandis Missis in domibus priuatis.*

An Episcopus possit concedere licentiam celebrandi in domo priuata, vulgo,Oratio.

DECIS.CCCCCXXXVIII.

Ratio dubitandi quia Missa non potest celebrari, nisi in ecclesia consecrata ab Episcopo cap. 1. & cap.sicut de consecratio. dist. 1. vel in ecclesia ædificata de consensu Episcopi,licet non consecrata. c. nemo ibidem, qui consensus sufficit, quod sit tacitus, & non expressus Silua tractatu de beneficij 1. parte quæst.6.num.vltimo. modo adsit altare portatile, nec alibi etiam cum eodem altari portatili sine licentia Summi Pontificis Ancharanus in cap. quoniam num. 2. de priuilegiis lib.6. vbi dicit hanc non posse dare Episcopum Concil. Trident. sess. 22.capitul.quanta cura Nauarr. cap. 25. numer. 82. Gom. tractatu de breui, vbi dicit Summum Pontificem hoc non facile concedere, nisi magnis personis. Vnde in ecclesia siue cappella directa antiqua etiam discoperta sub dio modo sit clausa, & cum altari portatili, & non adsit periculum aliquod eò 1

vel

vel maximè quando illuc accederet aliqua processio, vel festo suo die magnus populorum Concursus, Nauarr. loco cit. & in cap. Episcoporum de priuilegiis in 6. prohibetur sub mortali peccato celebrare Missam extra locum, diuino cultui deputatum, vt sequitur Diuus Thomas 3. parte quæst. 83. art. 3. Canisius Titulo de Veneratione Sanctorum li. 5. c. 8.

2 Quare sanctum Conc. Trid. sess. 22. in decreto de obseruando & euitan. in celebrat. Missam, sanctissime statuit atque decreuit, ne ordinarij locorum Episcopi patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, & oratoria ad diuinum tantum cultum dicata ab eisdem ordinariis assignando, & visitanda sanctum sacrificium Missæ à secularibus, vel regularibus quibuscunque peragatur, ac nisi prius, qui intersint decenter composito corporis habitu declarauerint se mente etiam, ac deuoto corporis affectu non solum corpore adesse, cuius decreti consilij meminit Nauarr. vbi supra numer. 10. & cap. 25. num. 98. & infra num. 81. vbi addit, quod quamuis ante Concil. Trid. de licentia Episcopi celebrari poterat extra locum sacrum supra ara sacra portatili aliis necessariis interuenientibus, vt in cap. concedimus de consecrat. dist. 1. post Conc. tamen non licet Episcopis illud concedere per dictum decretum, nec Papa concedit etiam Episcopis in vrbe commorantibus, nec aliis quam Cardinalibus, vnde secundum Guttierez lib. 1. canonicar. quæst. cap. 30. numer. 28. ex eod. Nauar. locis supra citatis præfert se adhærere opinioni eiusdem, qui ait, quod credit, quod sicut de licentia dicti cap. concedimus, poterat ante dictum Concil. celebrari propter necessitatem sine licentia Episcopi, vt possit etiam hodie, quia non videtur quoad hoc illi derogatum per Conc. argum. l. præcipimus eod. de appellatio. vbi quoque idem Guttierez refert esse notandum pro terris, in quibus frequentissimè supplicationes fiant ad aliqua parua Heremitoria, præ quorum foribus solet dici Missa, vt ab omnibus audiatur, & pro primis Missis Sacerdotum, ad quas maior multitudo, quam ecclesia capere possit solet conuenire.

Ex quibus omnibus colligitur, quod, vt Episcopus valeat concedere licentiam oportet, vt grauis ac vrgens sit necessitas, ita Nauarr. in Manuali cap. 25. num. 82. Graffius decis. aur. casuum conscientiæ lib. 2. c. 41. num. 7. vbi vlterius dicit id licere Sacerdoti absque licentia Episcopi, Siluc. in verbo Missa, versiculo quinta conclusio Henriquez in summa. Theol. Mor. lib. 9. c. 27. num. 1. quare secundum Quaranta in verbo Missa, summa Bullarij ait, quando summus Pontifex hanc licentiam per Breuia apostolica indulget, soleat in illis apponere sequentia moderamina, seu clausulas, videlicet vt oratorium ad hoc decenter extructum, & ornatum existat, ac ab omnibus domesticis actibus liberum ab ordinario loci, etiam visitandum & approbandum. Item vt Missa celebrari possit per quemcunque Sacerdotem secularem, seu de suorum superiorum licentia Regularem: item, vt dicta concessio intelligatur sine tamen Iurium parrochialium præjudicio, ac exceptis diebus Pascatis Resurrectionis Pentecostes, & natiuitatis Domini nostri Iesu Christi. Item adiici solet, vt alij præter familiares illius

Digitized by Google

personæ, cuius contemplatione dicta licentia impartitur seruitio necessarios, ibidem Missæ inter euntes diebus festis de præcepto ab obligatione audiendi Missam in ecclesiam minimè liberi censeantur.

Aduerte tamen, quod nouissime emanauit decretum Sacræ Congregationis Concil. Trid. interpretum, quo declaratur de oraculo sanctissimi, quod incedere licentiam celebrandi in dictis oratoriis priuatis spectat solum ad Summum Pontificem, & non ad Episcopos, qua declaratione sic stante, sunt correctæ doctrinæ contrariæ.

SVMMARIVM.

1 *Benedictio Campana solum ad episcopum, & non ad alios personas pertinet.*
2 *Nõ est licitum Abbatibus Diua Mariæ Montis Virginis benedicere Campanas, nec vestes ad vsum alterius monasterij.*
3 *Abbates non nisi in ecclesiis propriis habent iurisdictionem.*

Ius benedicendi Campanas, an aliis præter episcopos, competat.

DECIS. CCCCCXXXIX.

1 IN facti contingentia respondi negatiuè, motus præsertim, quia benedictio præfatarum rerum ratione inunctionis olei Sacri videtur esse ordinis Episcopalis teste Rub. cons. 23. num. 4. Balb. cons. 60. num. 6. Anton. lib. 1. variarum resolution. resolutio. 112. casu 3. & propterea episcopi tantum competit cap. aqua, de Consecratione Ecclesiæ cap. nati, & cap. transmissam de electione, latè Couar. in repetition. cap. quanto de consuetudine.

Vnde inferebam quoque in facti contingentia non licere abbatibus Diuæ Mariæ Montis Virginis ordinis Sancti Gulielmi benedicere Campanas, necnon Calices Corporales, & vestes ad vsum alterius loci, quam proprij monasterij per tex. & ibi gloss. in cap. consulto de consecratio. dist. 1. alia gloss. in cap. 3. in fine de priuilegiis in 6. Siluester in summa verb. benedictio num. 5. Tabien. in sum. verbo, Abbas num. 12. Azor. li. 10. Instit. moral. c. 28. quæst. 2. & ratio est, secundum Cuccuum li. 1. institutionum maiorum titul. 6. nu. 46. Abbates non nisi in ecclesiis propriis habere iurisdictionem, & non aliis per tex. in c. abbates de priuileg. in 6. & ita tenuit Rota Romana coram Seraphino.

SVMMARIVM.

1 *Absens an causa reipublicæ censetur adesse.*
2 *Decisio quæstionis.*
3 *Assignatur ratio decisionis, & adducitur declaratio concilij nu. 4.*
5 *Respondetur opinioni contrariæ.*

Episcopus residens pro nunciatura in aliquo regno an gaudeat alteratiua.

DECIS. CCCCCXL.

VIdebatur affirmandum ex Regula iuris, absentem reipublicæ causa haberi pro præsente, secundum Bald. in cons. 59. num. 3. vol. 1. cum aliis, quos longa serie congerit Menoch. in cons. 23. vol. 1. Mandos. cons. 18. num. 11. & absens ex iusta 1

sta causa, prout hic, non dicitur abesse cap. ex parte el. 2. de cleric. non resident. cap. 1. eod. tit. in 6. Gloss. in cap. de cætero eod. tit. Card. in clement. vt hi qui 99. de ætate & qualit. Paris. cons. 31. num. 3. & 4. volu. 4. Feder. de Senis cons. 246. Calder. in cons. 17. Roman. in cons. 263. sub numero. 4. & in cons. 264. sub numer. 3. Nauar. in cons. 8. de clericis non resident.

Verum supradictis minimè suf-
2 fragantibus in contrarium se habet veritas in praxi, cuius multiplex assignatur ratio.

3 Prima ob vim seu efficaciam nonnullarum dictionum contentarum in regula 8. Cancellariæ præsertim dictionis personaliter, quæ sui natura exigit realem ac veram residentiam secundum gloss. communiter receptam in clem. 1. in verb. personaliter de vita & honestate clericorum, Panorm. & communiter omnes in c. fin. §. is autem de officio delegati, item dictio duntaxat, quæ secundum Gonzalez est restrictiua ad veram residentiam, & tandem dictio quandiu, quæ diuidit tempus quo gaudere debet, vt fuit in Rota resolutum in vna Sulmo-
† nen. Canonicat. 13. Martij 1590. † coram Cantuccio.

4 Secundo, quia iuxta hanc opinionem declarauit Sacra Congregatio Concilij teste Galett. in sua Margarita casuum conscientię verbo Episcopus, Gratian. lib. 1. discept. forens. c. 156. vnde secundum Gonzalez in gloss. 43. num. 84. cum quidam Episcopus Hispaniæ abesset à propria diœcesi pro exercitio sancti officij Inquisitoris Generalis in cur. inuictissimi Hispaniarum Regis, vbi Generalis inquisitor cum suo tribunali residere solet, & instanter supplicasset Clementi 8. quod concederet indultum speciale, vt posset gaudere beneficio alternatiuè, quãuis non resideret in proprio episcopatu, nunquam obtinere potuit.

Non obstat, quod Paris. li. 1. q. 10.
numer. 8. dicat fuisse contrarium declaratum, per Sacram Congregationem Concilij, quia respondet Gonzalez. loco citato id producere attento tenore regulæ Gregorij 13. in quo tunc non erat apposita illa dictio verè, prout ad præsens adest in moderna regula. 5

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest dispensare cum bigamis in minoribus ordinibus, in contrarium est communis opinio nu. 2.*

3 *Auctoris opinio.*

An Episcopus possit dispensare cum bigamis ad minores ordines.

DECIS. CCCCCXLI.

GLoss. in cap. 2. in verb. dispen- 1
sare in fin. de bigamis firmat posse cum prædictis Episcopum dispensare, vt ad minores tantum ordines promoueantur, asserens ita intelligendum tex. in cap. quicunque pœnitens 50. dist. & cum gloss. conuenit Hostiens. in summ. eiusdem tit. §. vlt. prope fin. & hanc opinionem ex Hostien. falso dicit communem Ceuallus in suis practicar. quæst. q. 559. & hanc opinionem amplectitur D. Thomas 4. sentent. distinct. 27. art. 3. Siluester in verb. bigamia q. 7.

Cæterum contrariam opinionem communiter sequuntur scribentes, non posse videlicet episcopum cum talibus dispensare, nec etiam, 2

vt ad minores ordines promoueantur, ita in dict.cap.2. tenuerunt Innocent.num.1.Hostienſ.colu.1.num. 2.vterque ſuper verb. diſpenſare Io. Andr.colu.vltim. numer. 13.verſic.& in fin.Petrus de Anchar.colu.1.num. 2.in 4.notabil.Card.Flor.col. vltim. quæſt.2.ante fin.Ant. de Butr.colu.1. numer.8.verſ.ad ſecundum Panorm. col.1.num.6.verſic.ad ſecundum, & Ioan.de Anan. qui hanc ſententiam communem appellat numer.1.verſ.2. concordant vnanimiter ſcribentes in cap. vnico eod. tit. de bigamis in 6.vt Franciſcus Vercellenſis, quem ibi refert,& ſequitur Io. Andr.num. 1.verſic.in gloſſ.2.vbi Archidiac.col. 1.numer.1.Petrus de Anchar.colu.2. num.6.verſic.quæro,quis poſſit, & Philipp.Franc.col.1. numer. 4. verſ. in gloſſ. 2. in fin. & Couarr. cum aliis per eum citatis, qui etiam de communi in clem. ſi furioſus par. 2. §.2.nume.4. de homicid. quorum opinionem nouiſſime ſequuti fuerunt Nauarr. cap. 27. numero 197 verſic. 6. & Maiol.de irregularitat. cap.6.

Ego autem in tanta Doctorum varietate dicerem cum Viualdo de irregularitat.bigamiæ num.34.in fin. præfatam opinionem, quod ſi poſſit Epiſcopus diſpenſare, intelligendam fore, quoad adminiſtrationem in ſusceptis, non autem quoad suſcipiendis.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*

2 *Pro opinione affirmatiua adducitur Oldrad. & Calderin. in eorum conſil.*

3 *Contrarium tenent nonnulli, ex quibus videtur conſiſtere communis opinio.*

4 *Reddunt rationem, & eſt quia epiſcopus nullum habet ius diſmembrandi eccleſiam à ſua iuriſdictione, & cum opinione tranſit, Felin. qui dicit receptiorem nu.5.*

An Epiſcopus poſſit Eccleſiam vnam ſuæ diœceſis in totum à ſua iuriſdictione eximere.

DECIS. CCCCCXLII.

QVidam Epiſcopus Auerſanus vt Neapoli continuam reſidentiam facere potuiſſet, cupiebat ac petebat ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Neapolitano, vt in eius diœceſim Neapolitanam transferre poſſet quandam eccleſiam parochialem epiſcopatus Auerſani, & verſa vice ipſe intendebat tradere aliam parochialem ſuæ diœceſis Illuſtriſſimo Cardinali Neapolitano, & hoc totum ad effectum, vt ipſe epiſcopus Auerſanus reſidendo Neapoli in d.parochia tranſlata, cenſeretur facere reſidentiam in propria eccleſia,quæſitum fuit num, vi fieri potuiſſet, & quidem mihi videbatur dicendum, quod ſic ex conſil. Oldrad.177.& conſ.244.colu. 2.nu. 6. quem refert, & ſequitur Calder. conſ.5.de rebus eccl.non alienandis. 1

Nonnulli tamen longe plures contrarium aſſeruerunt, & communis eſt ac recepta opinio, vt in ſpecie tenet gloſſ.in cap. conſtitutus in verbo à quocunque, & ibi DD. de religioſis domibus, & gloſſ.pen. in cap.paſtoralis de donat. Io.Andr. qui diſputat articulum ad partes in capitul. cum venerabilis numer. 7. Anchar.numer.5.Panormit. nume.3. de cenſibus Calder. qui videtur ſibi contrarius in conſ. 12. an epiſcopus 2

poſſit

possit mutare vbi de communi in tit. de rebus ecclesiæ non alienandis, Federic. de Senis in consil. 247. Panormit. in cap. cum olim il 2. colum. 2. numer. 4. de priuilegiis, qui omnes
3 testantur de ratione, quia Episcopus non habet ius dismembrandi ecclesiã à sua iurisdictione; vt voluit quoque idem Panormit. in cap. cum inter numero 13. & seq. de sententia, & re iudicata. Socc. senior. in cap. recepimus colum. 4. num. 24. versic. vlt. quæro de priuilegiis, & hanc communem nuncupat Philip. Dec. in ca. sua nobis col. 1. num. 1. de confirmat. vtili, vel inutili, & receptiorem, Fel. in capit. cum inter colum. 2. numero 4. eodem titul. de sentent. & re iudicat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si vult in aliena diœcesi prædicare an teneatur illius ordinarij licentiam petere, quod non probatur ex duobus numero 2. & 4.*

3 *Prædicatio non consistit in iurisdictione contentiosa.*

5 *Contrarium refert decisum Nouissimus in sua prax. cur Archiepiscop. Neapol.*

6 *Potestas prædicandi Episcopo concessa intelligitur in proprio populo.*

7 *Respondetur contrariis.*

Episcopus an possit prædicare in aliena diœcesi absque consensu ordinarij.

DECIS. CCCCCXLIII.

Videbatur prima facie dicendum quod posset ex pluribus.
2 Tum primò, quia vbi de salute animæ agitur non est disceptandum, secundum apices iuris, vnde dicit textus in cap. inter corporalia, de translatione Episcopi, quod vbi spiritus Dei est ibi libertas & hoc non consistit in iurisdictione contentiosa, nec refert, quis prædicet, sed qui prædicetur, neque an hoc faciat quasi iure suo, cum etiam sine sollemnitate possit quilibet prædicare etiam monachus, vnde aliquid amplius concedendum est episcopo, & sic etiam solemniter hoc poterit facere, ita per prædictam rationem concludit Alexand. in c. scriptum ad finem numer. 2. & ibi Archidiac. numero 1. Turrecrem. in fin. vers. aliorum est opinio num. 3. Geminian. ad fin. versic. quod dicit num. 2. vbi idem addit in legato. Bellamer. ad med. vers. adde hæc sententia Felin. in cap. excommunicamus 13. colum. 4. ad fin. versicul. & dic, quod episcopi numero 3. de hæretic.

Tum secundò, quia iuxta Conc. Trident. sess. 5. c. 2. de reform. episcopi possunt vbique prædicare ex priuilegio Christi, Matthæi c. vlt. ite per vniuersum mundum ca. in nouo 21. dist. pro qua opinione facit text. in c. scriptum 6. q. 3. vbi ambo Cardinales dicunt posse episcopũ in aliena diœcesi prædicare sine licentia diœcesani, etiam solemniter, congregando populum, & ascendendo pulpitum, & idem quoque voluit Felin. in cap. excommunicamus dè hæretic. licet Cardin. Zabarella in clementin. dudum vers. ab olim, nume. 6. de sepultur. dicat Episcopos posse vbique prædicare nisi ab aliis episcopis prohibeantur.

Cæterum supradictis minimè refragantibus contrarium fuit resolutum in Curia Archiepiscopali Neapolitana vt refert Nouissimus in sua praxi cap. 57. vbi cum in anno 1[illegible] Reuerendissimus Episcopus [illegible]nus obtinuisset licentiam a Summo Pontifice prędicandi tempore qua-

dragesimæ, in ecclesia Diuæ Mariæ Annuntiatæ ciuitatis Neapolitanæ prætendebat non petere licentiam prædicandi ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo Neapolitano, & re delata ad Sanctissimum Clemente in VIII. mandauit dicto Episcopo, quod si prædicare vellet obseruaret decreta Concilij Tridentini d.cap.2.sess.25.de reform. &sic petiit licentiam à Vicario Neapolitano.

6 De qua decisione mirandum non est, si quidem potestas prędicandi intelligenda est in proprio populo non in alieno, Fuscus de visitat.lib.2.cap.20.num.23.in fin. & idem per prius docuerat gloss.in c.scriptum in verb. admonendo 6.q.3.vbi ait, quod non potest episcopus prædicare in episcopatu alterius tanquam Euangelista, vel Prælatus, vel congregando populum, aut pulpitum ascendendo, & tanquam ius habens nisi inuitetur c.hortamur 71.distinct. ca.episcopum q.92.c.1.13. quæst. 1. 1.cap.interdicimus.

7 Non obstat priuilegium episcopis concessum videlicet prædicandi in toto orbe, quia respōdetur cum Cardinal.in cit.clem. dudum §. ab olim colum.3.quæst.6.num.6.de sepultur. quod intelligitur nisi in alienis diœcesibus prohibeantur ab episcopis illius loci.

SVMMARIVM.

1 *Pro opinione affirmatiua adducitur auctoritas Lucæ de Penn. & Specul. scilicet, quod possit episcopus prohibere fructuum collectionem absque eius deputati præsentia, & cum hoc concurrit communis opinio numero 2.*

3 *Hoc procedere etiam in domino proprietatis allegatur text. in l. si ita § dominus ff. de vsu, & habitatione, & redditur ratio.*

4 *Adducitur vnde fundatur ratio prohibitionis.*

5 *Ampliatur conclusio, & declaratur ampliatio num.6.*

7 *Limita existente consuetudine in contrarium.*

8 *Sublimita, quando ex hac consuetudine docetur occasio surripiendi.*

An Episcopus cui decimæ debentur possit prohibere collectionem fructuum absque presētia deputati ab eo.

DECIS. CCCCCXLIV.

Dictum fuit originale, Luc. de Penna in l. meminimus Cod. quando, & quibus quar. pars debetur lib.10.post Specul. in tit.de decimis in fine posse scilicet episcopum facere præceptum de fructibus non colligendis absque præsentia deputati ab eo. 1

Et hanc opinionem communiter sequuntur DD. in c.ex parte il 2. de decimis Tiraquel.de retract. lignag. §.1.glos.7.numer.38. vbi multos more suo concordantes allegat, Crauet. cons.21.Plot.in l.si quando num.137. C.vnde vi. Ang. in Authen. & si hæredes C.de litigiosis, per tex. in l.si ita §.dominus ff.de vsu. & habitatione vbi à simili. Dominus proprietatis etiam inuito vsufructuario vel vsurario fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire potest subiugit tex.rationem, quia ei interest fines fundi custodire. 2 3

Ratio vero supradictæ prohibitionis fundatur ad finem vt Episcopus, parochus, vel quiuis alius quibus decimæ debentur videant fructuum 4

ctuum descriptionem, ita de Franch in decis. 117. Rot. Auenion. in decis. 54. Viu. in decis. 4. num. 37. Gaspar Tess. in decis. 9. part. 1. Guido Papa in decisione 283. & in cons. 70. & idem Guid. in decis. 286. Amplia, vt hodie censetur inducta consuetudo relin-
5 quendi decimas in agro antequam aliqua fructuum fiat separatio quam de iure subsistere tradiderunt, Curt. in c. fin. in 3. requisito de consuetudine Moneta in tract. de decimis capit. 6. num. 7. Capp. Tholos. in decis. 432. & Thess. cit. loco in princ. Anna allegat. quæst. 4. part. 2. Mangrell. ad Bartol. in l. item illa ff. de constituta pecunia Cott. in suis memorabilibus verbo fructus, Gaball. in resolut. crimen. 168.

6 Intellige tamen supradictam ampliationem, vt non maiori tempore quam 12. horas diurnas remanere habent præfati fructus in terra ad finem faciendi prædictam descriptionem, vt refert fuisse in Senatu Sabaudiæ decisum, Thess. in decisio 9. cuius decision. ratio fuit ne si diu fructus existerent in fundo præberetur materia delinquendi cum possent noctis tempore à vicinis surripi.

7 Limita nunc principalem conclusionem, quatenus loquitur de præcepto faciendo, vt non procedat existente consuetudine in contrarium iuxta notata per doctores communiter in cit. ex parte, in materia enim decimarum regulariter iudicari debet secundum consuetudinem regionis iuxta terminos text. in cap. in aliquibus §. 1. de decimis.

8 Quæ opinio sublimitatur secundum Nouissim. in sua praxi capit. 79. non procedere quando talis consuetudo præstaret occasionem surripiendi, quia tunc non esset seruanda, vt fuit in Rota Romana resolutum in vna Segobiens. decimarum 16. Octobris 1583. * coram Aldobrandino postea Clemente VIII.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas de patre ad filium descendit non è contra.*

2 *Filius comitis, comes dicitur patre viuente.*

3 *Filius feudatarij feudatarius in vita patris dicitur.*

4 *Filius Doctoris collegiati, in eius doctoratu non soluit nisi munuscula.*

5 *Pater episcopi plebeius nobilitate filij in pœnis gaudet.*

6 *Priuilegium dignitatis filij mansit in patre.*

7 *Pater & filius vna, & eadem persona censetur.*

An pater Episcopi plebeius gaudeat dignitate filii, quoad pœnas infligendas.

DECIS. CCCCCXLV.

IN quodã oppido huius regni reperiebatur quidã ex obscuris natalibus ortus, qui habebat filium in dignitate episcopali fulgentem, quare cum ob atrox delictum, per eum patratum esset puniendus, fuit mihi quæsitum, an præfatus deberet gaudere dignitate eius filii episcopi, licet ipse esset plebeius, cui articulo dubitationem faciebant duo. 1

Primo, quia dignitas de patre, in filium descendit l. filium ff. de senatoribus, non autem ascendit de filio in patrem: vnde filius Doctoris,

Digitized by Google

vel medici delinquens punitur pœna nobilium, non autem pater Medici, vel Doctoris Anna in constit. terminum vitæ numer. 21. post Tiraquell. de nobilitate num. 3. cap. 5. n.
2 de Isern. in cap. 1. in princ. quis dicatur Dux, voluit, quod adeò dignitas patris transit in filium, quod filius comitis comes dicitur, etiam eius patre viuente allegat. tex. in l. emancipatum ff. de senatoribus, idem Andr. in constitut. prosequentes, & dixit Bald. capit. 1. col. fin. vers. ego cogitabam. An mutus, quod filius feudatarii
3 etiam viuo patre dicitur feudatarius sequitur Afflict. ibidem numer. 6. Anna sing. 219. & de filio Baronis loquitur Grammat. voto 7. numero 22. Frezz. de subfeud. lib. 2. differentia 3.

Secundò, quia filius Doctoris de collegio cui Nobilitas eius patris in eum descendit, non soluit pro eius
4 doctoratu nisi munuscula tantum: Anna sing. 216. Gloss. in l. iubemus in verb. sumptibus C. de aduocatis diuers. iudic. Bart. in l. 1. numer. 8. C. de dignit. libr. 10. Afflict. de iure protomiss. 12. Rub. nu. 17. & fuisse decisum refert Viu. in decis. 159. non tamen ex prædictis censetur dicendum de patre doctorando.

5 Cæterum supradictis minime suffragantibus contrarium consului, scilicet patrem Episcopi quamuis plebeium esse puniendum pœna nobilium, mouebar ex infrascriptis.

6 Tum primo, quia per tex. in §. generaliter in Authen. const. quæ de dignitate, priuilegium dignitatis filii transit in eius patrem, & per text. in l. mort. §. parentes ff. de pœnis. pater nobilior efficitur per nobilitatem filij, vt volunt quoque Lucas de Penna in l. in sacris C. de proximis sacror. scrin. lib. 11. Tiraquell. de nobilitate ca. 7.

Tum 2. quia pater, & filius vna eademque persona censentur vulgatis iuribus: quare vnius priuilegium seu nobilitas transfunditur in alterum.

SVMMARIVM.

1 Prædicare munus Episcopi est.

2 Item eorum, qui curam animarū habent.

3 Amplia id, quod diximus de Episcopo procedere etiam si dubitaretur quorum sumptibus sit conducendus prædicator.

4 Limita supradicta existēte consuetudine in contrarium.

5 Item vbi populus eligeret, & nominaret prædicatorem eiq; sumptus præstaret.

An sumptibus Episcopi soluenda sit eleemosyna prædicatori.

DECIS. CCCCCXLVI.

CVm in facti cōtingentia de hoc disputaretur ego pro opinione affirmatiua adducebam, quod cum prædicandi munus spectet ad Episcopum, & inter cætera de officio ordinarii, & probatur auctoritate Lucæ cap. vlt. *euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ, & D. Paulus prædica verbum &c.* cap. & probatur quoque apud Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de reformat. & cap. 4. sess. 24. de reformat. vnde secundum Vgolin. de potestate episcopi capit. 42. in princ. statim atque, quod episcopus fuerit creatus solent proferre cap. Verba videlicet *Vade & prædica verbum Dei*, & fac. t. tex. in clement. inter cuncta §. caueant de priuile-

uilegiis,vbi habetur,quod in illa hora qua prędicat Episcopus alius prędicare non poteſt, & tandem facit doctrina D.Thom.2.2.quæſtio.33. artic.5.vbi diſputat an peccet Epiſcopus prædicando in peccato mortali, de qua re latè Nouiſſ.in ſuo Manuali paſtorum capit.32.numer.6. quare ſi ad ipſum pertinet, igitur eo impedito ſuis ſumptibus per alium hoc peragere debet, argum.text.in l. ſed ſi hæreditas §.1.ff.ad exhibendum,& probatur in cit.cap.inter cætera, *ibi quibus ipſi cũ indiguerint cõgruè neceſſaria ſubminiſtrent*,& Conc.Trident. vbi ſupra in illis verbis, *ibi impenſis eorum*,hinc fuit deciſũ in ſenatu Toloſan.e teſte Mainard.in deciſion. eiuſdem Rotę 34.Miniſtros verbi Dei eſſe alendos ab iis à quibus idem verbum prædicari debet,licet in decis.35.& in dec.36.aſſerat in hac præſtatione ſalarii eſſe cogendos ad contribuendum etiam decimas percipientes.

2 Ampliatur præſens concluſio procedere quoque in parrocho qui etiam tenetur ad verbum Dei prædicandum,vt ita diſponitur in Concil.Tridentin.ſeſſ.5.capit.2. de reformat.

3 Et, quod de Epiſcopo ſupra diximus ſacra Concil. Congregatio ſecundum quod refert Vgolin. loco citat.& praxis Epiſcopalis verb. prædicatio quæſt.7.& Galet.in Margarit.caſuum conſcientiæ verb.eleemoſyna numero 1. dedurauit procedere quando,dubitatur, quorum ſumptibus ſit conducendus prædicator.

4 Excipitur tamen, vbi conſuetudo eſſet in eccleſia Cathedrali, vt prædicator, vel ab epiſcopo eligeretur, vel ab alio, communitas eligeretur vel alius ſumptus præberet: tunc enim Epiſcopus ab hoç onere leuabitur, vt cenſuit ſacra Congregatio.

Excipitur 2. vbi populus eligeret, & nominaret concionatorem, & ſumptus etiam faceret, tunc enim & Archiepiſcopus liberabitur hoc onere.conſuetudo igitur conſideranda erit,ita Fuſcus de viſitatione libro 1. cap.18.in fine. 5

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia,vt dicatur polluta quæ neceſſaria.*
2 *Quæ differentia ſit inter eccleſiam benedictam,& eccleſiam conſecratam, quoad caſum noſtrum.*
3 *Eccleſia ex quibus poteſt dici conſecrata.*
4 *Eccleſia non conſecrata an gaudeat eodem priuilegio,quo conſecrata.*
5 *Eccleſia an in dubio præſumatur cõſecrata.*

An alius præter Epiſcopum poſſit reconciliare Eccleſias profanatas.

DECIS. CCCCCXLVII.

Dvobus explicatis erit dilucida præſens quæſtio, quorum primum eſt,quæ concurrere debent, vt eccleſia dicatur polluta: ſecundo quod diſcrimen,eſt quoad hunc effectum inter eccleſiam conſecratam, & benedictam, & quoad primum,vt colligitur ex Gloſſ. in cap. 1
vnic.de conſecrat. eccleſ. quinque concurrere debent,quibus deficientibus eccleſia non dicitur polluta: primo,vt ſit iniurioſa, & voluntaria ſanguinis effuſio,hinc ſi ioco, aut correctione,ſequeretur ſanguinis effuſio, vel ob ſui defenſionem niſi modus excedatur, vel ſi facta eſſet

Digitized by Google

à puero vel ebrio aut insano, non diceretur ecclesia polluta Sotus. 4. sent. dist. 53. quæst. 2. art. 3. Victor in summa sacram. numer. 99. secundò, vt sit magna effusio sanguinis, & non ex nare, vt solet multum sanguinis exire, tertiò quod effusio sanguinis vel seminis sit publica, & dicitur publica, vel ex confessione eorum, qui hoc fecerunt, vel ex ecclesia facti cap. vestram, & ca. fin. de cohibit. cleric. vel mulier. quartò vt fiat intra ecclesiam. quamuis sanguis in vase recipiatur, vel percussus ita cito extraheretur, vt sanguis in ecclesiam non caderet, sic pollutio seminis humani polluat ecclesiam oportet, vt sit voluntaria, vnde per nocturnas pollutiones, quæ fiunt in somnis, vel quæ ex impetu naturali accidunt, vel si esset quædam humectatio, aut esset secreta, non polluitur ecclesia.

2 Quoad secundùm ecclesiam benedictam potest reconciliare solus sacerdos cum aqua benedicta d. cap. aqua, & glos. in cap. vltimi vers. lauetur de consecrat. eccles. vel altar. ecclesiam autem consecratam solus Episcopus cum aqua à se, vel ab alio Episcopo benedicta debet reconciliare Sayr. in Thesaur. casuum conscient. lib. 5. cap. 16. numer. 9. vsque adeò, vt nec Vicarius Generalis possit reconciliare ecclesiam consecratam, nisi & ipse sit Episcopus, habeatque mandatum speciale, cum reconciliatio ecclesiæ sit de reseruatis Episcopo, sitque ordinis Episcopalis, idcirco cessante priuilegio fit indelegabilis quoad non habentes iurisdictionem Episcopalem Didac. var. resolut. lib. 3. c. 20. numer. 3. Sbric. Vic. Episc. lib. 2. quæst. 10. & Graff. cons. 2. numer. 15. cum sequentibus.

3 Cæterum dignoscitur ecclesia consecrata, vel ex scriptura, seu instrumento donationis, vel ex antiquis libris ecclesiæ, veluti columna, seu sasso, aut tabula marmorea, vel ex crucibus rubeis pictis ad parietes ecclesiæ, vel ex dicto testis, etiam si vnicus sit, vel de visu, vel de auditu, cum non agatur de præiudicio alicuius, sed de commodo multorum, quo casu recipitur dictum vnius testis Innoc. in rubr. de consecrat. eccles. vel altar. Abb. in d. cap. vlt. de consecrat. eccles. vel altar. Sayr. d. loco numer. 31. vltra quod scribit Francisc. Leo Thes. for. eccles. par. 2. cap. 4
29. numer. 27. Ecclesiam non consecratam gaudere eodem priuilegio 5
quo consecrata, vt in Oratorio, in dubio autem non præsumitur consecrata Ecclesia etiam per diuturnitatem Temporis c. ecclesiæ, &c. solemnitates de consecrat. distin. 1. & Mascard. de probat. conclus. 415. & 582. vbi in extremo distinguit inter cathedrales ecclesias quæ præsumuntur consecratæ, & inferiores, sicuti duiturnitas temporis nil præstat ad præsumendam sollemnitatem extrinsecam, cui partes non possunt renunciare, multo minus quando ageretur de magno præiudicio tertij, & sollemnitas requiretur post perfectionem actus Bart. in l. sciendum numer. 3. cum sequentibus ff. de verb. oblig. Osasc. decis. 175. numer. 6. cum adductis per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 132. in fin. Gabr. suis communibus sic de præsumpt. conclus. 1. numer. 53. cum sequent. & Mascard. de probat. conclus. 1315. numer. 13. & sequenti.

SVMMARIVM.

1 Episcopus potest sibi eligere confessarium non subditum.

Digitized by Google

2 *Contrarium adducitur declaratum per Sacram Congreg. Concilij, & sic remanet correctus tex. in cap. fin. de pœnitent. & remiss.*

An Episcopus possit in aliena diœcesi eligere in suum confessarium sibi non subditum.

DECIS. CCCCCXLVIII.

1 TEx. in cap. fin. de pœnitentiis, & remissionibus, disponit posse Episcopum absque licentia superioris sibi eligere prouidum confessorem, licet antea non poterat se subiicere alicui confessori p.c. omnis vtriusque sexus eod. tit.

2 Verum Galett. in sua Margarita Casuum Conscientiæ in verbo Episcopus refert Sacram congregationem declarasse per hęc verba videlicet.

Episcopus virtute priuilegij cap. fin. de pœnitentiis non potest eligere confessorem sibi non subditum, quia proprio suo Episcopo non sit approbatus.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest coram ecclesiastico iudice conueniri nisi in quibusdam casibus de quibus remissiuè.*
2 *Magister actorum non est familiaris episcopi.*
3 *Decisio quæstionis.*
4 *Refutatur opinio, quæ se habet magistrum actorum non esse familiarem episcopi.*
5 *Familiaris episcopi gaudet priuilegio fori tam in ciuilibus, quam criminalibus, num. 6. & in omni materia. nu. 7.*
8 *Familiaris quis dicatur.*
9 *Officiales Principis gaudent eius Principis priuilegio.*
10 *Officiales episcopi etiam laici delinquentes in eorum officio puniuntur ab ipso episcopo siue eius vicario.*
11 *Magister actorum gaudet priuilegio fori cum dicatur de familia episcopo num. 12.*

An Episcopus possit magistrũ auctorum laicum suæ curiæ punire,

DECIS. CCCCCIL.

VIdebatur, quòd non ex pluribus.

Tum primò, quia laicus coram ecclesiastico conueniri non potest nisi in casibus de quibus notatur in cap. solitæ de maioritate, & obedientia, & in cap. nouit. de iudiciis, maxime cum distinctæ sint iurisdictiones c. solitæ de maiorit. & obedient.

Tum secundo, quia Magister actorum non est familiaris episcopi, ex quo non est suus commensalis nec dentibus inseruit cap. fin. & ibi DD. de verborum significat. in 6. Gomez. in Reg. Cancellariæ de impetrandis benefic. vacant per obitum Card. q. 10. Paris. consil. 50. numer. 393. volum. 4. Mascard. de probat volum. 2. conclus. 753. numer. 1. cum sequent. Direct. inquisit. part. 3. quæst. 30. comment. 119. Tuscus lib. 2. de visitatione cap. 23. numer. 6. Anton. lib. 2. variarum resolut. cap. 75. 2

Cæterum supradictis minime refragantibus in contrarium est verius, quod multis rationibus probatur. 3

Digitized by Google

4 Primo quia supradicta opinio, quæ tradit magistrum actorum non esse familiarem, est falsa cum contra eam extat DD. cumulus quos refert Gratian.in dec.233. & Antonin.libro 1.variar.resolut.cap.75.

5 Quare cum sit familiaris, sequitur quod gaudetur priuilegio fori vt probatur in cap.fin.& ibi communiter omnes de officio Archidiaconi, Capic.in decision.12. latè Clar. in §. fin.quæst.35.numero 12. & ita in occurrenti casu fuisse Neapoli decisum refert Thor. in suo compend. decision.Neapol.verbo familia,& i-

6 stud procedere tam in ciuilibus, quã in criminalibus, secundũ Arch. in cit. c. fin.de officio Archidiaconi, Capic.cit.dec.numero 5. post Panormit.& reliquos in capit. cum non ab homine de iudiciis, & idem Abb. Felin.& reliqui in c. de foro competenti Alban.in lucubrat.ad Bart. in l. administratores numer.1.ff. de excusat.tutor. Niger in repetit.extrauagant.1.de vita,& honestate clericor. vbi hoc ampliat procedere etiam in familia Vicarij Episcopi.

7 Ratio vero principalis conclusionis est, quia in omni materia familiaris gaudet priuilegio sui principalis, secundum Archidiac. in cap. 211.quæstio 5. Feder. de Senis in consil.106.hinc est, quod priuilegium concessum scholaribus competit etiam eorum familiaribus Anna singul.401.Menoch. de arbitr. iudic. casu 306. & de familiari Cardinalium latè Feder.de sen.in cons. 29.& generaliter,quod quis gaudet priuilegio sui domini latè Curauit. ritu 46.numero 27.post Bartol. in consilio 57.Thesaur.in dec.22.Campagna in capit. regni statuimus numero 4. Add.ad consuetud.Neapolit.in proœmio lit.C. fol. 30. & Magistrum actorem esse familiarem non dubitatur,vt supra dixi, quia familiaris, & de familia dicitur esse, qui est deputatus ad aliquod officium seu seruitium l.fin. C. de proximis sacrorum scrinior.libr.11.Bartol. in l.1. §. familiæ numero 5.ff.de publicanis, Bero quęst.39.numero 2. Farin. de opposit.contra personas testium quæst.5. numero 133. Mascard. conclus.756. Salicet.in l.2.numer. 5. C. de episcopis,& clericis. 8

Quinimo absolutissimum est in iure Notarios & alios curiales,& ministros principis gaudere eiusdem principis priuilegiis l. 2. & ibi Gloss. & DD. C. de episcopis, & clericis, Ferret.in tractat.de gabellis numero 535. Paris.de sindicat. cap. 1. in princ. numero 2.vers.testis Dec. & Ias.in l. Scriniarios C. de testament. militis, & episcopus dicitur princeps clement.1. §. ne super de pœnis Sbroz. de officio Vicarij in proœmio num. 8.Turrecrem.consil.80.num. 4.vol.1 & Dei Vicarius in sua diœcesi secundum Panormit.in capit.1.num.7. de iureiurando. 9

Supradictis accedat, quod voluerunt Archid.& Io. Andr. in cap.si episcopus de officio ordinarij libro 6. quos referunt,& sequũtur Barbat.in capit.cum contingat numer. 11. & 13. eodem tit.& Couar.pract.quæstion. capit.10.numero 2. posse episcopum 10 seu eius Vicarium Generalem suum, laicum in officio delinquentem libere carcerare,& punire,& istud esse speciale, sicut multa conceduntur episcopis quę aliis denegantur Natta cons.576.

Denique facit pro hac eadem opinione, quod cum magister actorum dependeat ab episcopo,ita vt sine illo commodo officium suũ exercere non possit, propterea est ei cõcedendum priuilegium fori pro vt 11

con-

Digitized by Google

conceditur illis sine quibus priuilegiatus non posset vti commode suo priuilegio, Oldrad. cons. 293. numer. 93. vers. aduerte tamen post Bart. in l. tract. de represalis quæst. 6. & 7. principal. Bald. in l. 1. C. de vxoribus militum, & in auct. habita C. ne filius pro patre, Fel. in cap. 2. col. 2. vers. tene istam conclusionem de foro compe-
12 tent. & Magister actorum dicitur de Curia Episcopi Castrens. in l. nulli numer. 6. C. de episcopis, & clericis, Socc. cons. 86. num. 5. vol. 1. Duen. regul. 40. §. num. 6.

SVMMARIVM.

1 Episcopus quod possit concedere licētiam clericis arma portandi probatur ex num. 2. 3. & 4. quomodo autem seruetur in praxi, & cuius non sit autor num. 5.

An Episcopus possit concedere licentiam clericis ferendi arma.

DECIS. CCCCCL.

1 Dixi in facti contingentia, primo posse episcopum, & mo u bar ex pluribus.

2 Primo ex Clement. ne ingrato de statu monachorum vbi religiosi arma tenentes intra monasterium absque sui superioris licentia ipso iure sunt excommunicati, igitur cum licentia licite possunt.

3 Secundo ex auctoritate gloss. in cap. duo sunt genera 12. q. 2. quam refert, & sequitur Panorm. in c. clerici de vita & honestate clericorum, vbi clericis, & religiosis non est aliter interdictus prohibitusque armorum vsus, saltem pro naturali propria eorum defensione interueniente licentia superioris.

Tertio, quia clerici possunt vti armis etiam offensiuis, de licentia Papæ secundum Panorm. in c. ergo de iureiurando, cum secundum eum hoc solum sit prohibitum de iure positiuo. 4

Cæterum contrarium est in praxi tenendum, & ratio est, quia regulariter vsus armorum est prohibitus, vt probatur in §. 1. in aut. vt armorum vsus, & maximè clericis quibus omnino prohibetur de iure canonico cap. clerici arma, de vita & honestate clericorum. quare cum episcopus non possit contra canones dispensare argumento tex. in cap. cum inferior de maioritate, & obedientia: propterea sum in voto episcopum præfatā facultatem deferendi arma non posse clericisconcedere. 5

SVMMARIVM.

1 Abbas distinguit hanc quæstionem dicens, quod aut episcopus habet iurisdictionem spiritualem, & temporalem, aut spiritualem tantum. primo casu tenet affirmatiuè, secundo negatiuè.

2 Contraria opinio scilicet, quod possit indistinctè episcopus habere familiā armatam, probatur ex pluribus nu. 3. 4. 5. 6. & 7.

An Episcopus possit tenere familiam armatam.

DECIS. CCCCCXXXVI

IN hac quęstione duæ reperiuntur opiniones.

Prima est Panorm. in c. fin. de officio delegati distinguentis, quod 1 aut episcopus habet iurisdictionem temporalem, & spiritualem in ter-

ra aut spiritualitatem tantum, primo casu potest habere familiam armatã, alias non, sequitur Afflict. in constit. intentionis numer. 13. Host. in summa de tregua, & pace colum. 2. vers. ratione personæ, vbi refert quinque opiniones idem Hostien. col. 3. vers. sed contra Ioan. Andr. col. 2. Anchar. q. 8. Gemin. col. 2. in cap. delicto de sententia excommunicationis in 6.

2 Altera opinio est superiori contraria, & hanc tenuit Bald. in l. 2. §. fin. ff. de officio præfecti vbi Ang. sequitur Barbat. in d. cap. significasti col. 4. numer. 17. & sequent. de officio delegati, vbi voluit, quod indistinctè Episcopus habere potest familiam armatam, & latè defendit Dec. ibidem col. fin. & multis quoque rationibus illam comprobat Campagna in clement. 1. num, 21. de vita, & honestate clericorum.

Quorum opinio fundatur sequentibus rationibus videlicet.

3 Primo, quia cum episcopus habeat diœcesim dicitur habere territorium c. omnes 16. q. 1. cap. fin. de constit. in 6. Barbat. in cap. cum contingat numer. 13. de officio ordinarij Tess. fori ecclesiæ cap. 9. n. 30. Anton. lib. 3. variar. resolut. c. 14. & latissimè Gaball. lib. 1. resol. crimin. in casu 94.

4 Secundo, quia si episcopus potest iudicare, & punire delinquentes c. 1. de officio ordinarij c. statuimus 16. q. 1. cap. quisquis, & cap. attendentes 17. q. 4. c. quoniam 18. distin. cap. 1. de adulteriis cap. in archiepiscopatu, de raptoribus, Fel. in cap. irrefragabili numer. 5. de officio ordinarij, consequenter fatendum est, posse teneret. familiam armatam.

5 Tertio absolutissimum est in iure inquisitorem hæreticæ prauitatis posse d. familiam tenere, vt patet in clement. 1. §. 1. de hæreticis Inn. in ca. significasti numer. 4. vbi etiam Fel. numer. 9. de officio delegati Berret. consil. 4. nume. 38. Direct. inquisitor. d. par. 3. q. 56. comment. 55. episcopi autem sunt inquisitores ordinarij d. clem. 1. §. 1.

Quartò, quia cum episcopus habeat carceres, & pœnas corporis in causis ad suum forum spectantibus infligere possit c. contra idolorum 26. q. 5. Dec. in cons. 131. in principio, & in cons. 300. numero 4. rationabiliter concluditur, quòd possit etiam habere executores armatos per quos reos capere, & in carcerem detrudere valeat. 6

Quinto quia teste Anna in sing. 171. in Regio Collaterali consil. Neapol. fuerunt expeditæ prouisiones, quod episcopi possunt tenere aliquos familiares armatos vsque ad solitam horam, ita quoq; refert Anna filius in const. regni si quis aliquem n. 22. & Thorus in compend. dec. Neapol. verbo familia. 7

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum extinguitur morte.*
2 *Quid quando contemplatum fuit dignitas.*
3 *Beneplacitum regium extinguitur morte regis.*

Relegatio ad beneplacitum episcopi an extinguatur eius morte, ita vt possit illic migrare absque licentia curiæ.

DECIS. CCCCCLI.

FVit per Curiam Archiepiscopi Neapolit. quædam mulier ob nonnulla facinora per eam patrata in insulam relegata ad beneplacitum Illustrissimi Ordinarij, quo 1

postea

postea mortuo prætendebat posse ab insula recedere absque noua licentia eiusdem curiæ. quare fuit dubitatum an de iure fieri potuisset. dicebatur pro parte mulieris, quod cum fuerit relegata ad beneplacitum Archiepiscopi, consequenter eo mortuo extinguebatur pœna ipso iure, ita vt non egeat noua licentia pro recessu cum beneplacitum extinguatur morte c. si gratiosæ de rescriptis in 6. l. 4. ff. locato. Dec. in cons. 130. vol. 1. Anna cons. 14. vol. 1. Graff. cons. 1. de pœnitentiis vol. 2. & latè Capic. in dec. 136.

Quod maximè dicebatur procedere, cum præfatum beneplacitum non fuit factum sub commemoratione dignitatis, vt patet, quia fuit dictum ad beneplacitum Illustriss. Cardinalis Archiepiscopi, non autem Curiæ Archiepiscopalis, quo casu morte non expirat, quia sedes nõ moritur. d. c. si gratiosè cap. liberti 12. q. 2. & tex. in cap. licentia in Auth. quomodo oportet episcopus, & latè Couarr. lib. 3. variar. resolut. cap. 15. numer. 2. vbi ampliat procedere etiam si dicatur ad beneplacitum Archiepisc. Neapolit. quoniam secundum eum adhuc persona esset contemplata, & non dignitas, cui addo Ioann. And. in cap. licet, de accusat. & in cap. ad abolendam de hæreticis, vbi voluit præfata locum sibi non vendicare, quando verba essent concepta in tertia persona, puta donec Archiepiscopo placuerit, tunc enim verba dicuntur in rem scripta, & potius dignitas quam persona censetur contemplata, & consequenter pœna relegationis non expiraret per mortem.

3 Quemadmodum quoque dicitur de beneplacito Regio, quia si fuerit concessum priuilegium ad Regium beneplacitum non expirat mortuo Rege, quia dignitas censetur fuisse contemplata. Capic. cit. dec. 136. Catal. in tract. de indultu cap. 15. n. 144. Georg. allegat. 86. num. 17. Capiblanch. in pragmat. 7. nu. 21. Borell. cons. 1. nu. 91. de Leo in l. mathematicos C. de episcopali audientia. Tapp. in constit. minor. iura n. 17. & latè Carrocc. in dec. 17.

Denique in eiusdem mulieris fauorem allegabatur Bart. in l. centesimis §. final. & ibidem Ias. numer. 22. ff. de verborum obligat. vbi condemnatio exilij siue relegationis facta per iudicem ad ipsius beneplacitum eodem mortuo extinguitur, vnde Castrens. in cit. leg. dixit, quod qui aliquem ad confinia posuit cum verb. ad arbitrium vel beneplacitum confinia eatenus durant quatenus durat voluntas, quę per mortem cessat. d. l. 4. ff. locati, nec requiritur, quod contraria voluntas superueniat, sed tantum sufficit, quod prima cesset, quam opinionem Bart. sequitur Alex. ibi numer. 10. dicens in hoc DD. non contradicere, ita quoque voluit Cinus, Bal. & Salic. in l. fin. C. de contrahenda emptione Fel. in cap. ex litteris col. 8. vers. 2. casus extra de constitutionibus Couarr. lib. 3. var. res. c. 15. n. 3. & sic cum non exigatur quod superueniat noua volũtas, igitur poterat hæc mulier ab insula recedere absque noua voluntate, ac licentia Curiæ, cum. vt dictũ est, sufficiat primam voluntatem cessasse.

Cæterum, quidquid sit ex supradictis, fuit decisum in curia Archiepiscop. in præsenti casu fuisse contemplatam dignitatem Archiepiscopalem, & propterea nõ expirasse relegationem ob mortem Illustrissimi Cardinalis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus secundum Concil. Trid. sess.*

14.c.6.de reform. poterat absoluere in foro conscientiæ ab hæresi occulta, contrarium est sancitum per Bullam Cœnæ Domini n.2.

2 *Episcopus potest absoluere à quauis excommunicatione (etiam si reseruata sit Pontifici) occulta, dummodo non sit de illis locis in Bulla Cœnæ Domini.*

An Episcopi possunt absoluere in foro conscientiæ occultos hæreticos.

DECIS. CCCCCLII.

1 EX Decreto Sacri Concilij Tridentini sess.14.cap.6.de Reformat.indulgetur Episcopis, vt ab hæresi occulta in foro conscientiæ absoluere possint, licet præfata facultas non competat eorum vicariis, vt patet ex illis verbis, *Eis tantum, non eorum vicariis.*

2 Cæterum hodie præfata potestas censetur sublata per Bullam Cœnæ Domini, secundum quod refert Nauarr. in manuali confessor. cap. 27.numer.72. Penia in directorio inquisitorum part. 3. commentario 141. referens ita sæpius fuisse pronunciatum in supremo Senatu Sanctissimæ Inquisitionis, & secundum Maiollum de irregularitate lib. 5. cap.46.numer.6.nec possunt, nec debent Episcopi amplius virtute Concilij, absoluere occultos hæreticos in foro conscientiæ, cum secundum eum nondum per prædictam Bullam Cœnæ sit Concilio derogatum, verum etiam quia ita expresse Pius V. ac Gregorius decimus tertius declarauerunt, ita Guttierez lib. 1. canonicarum quæstionum cap.28.Praxis Episcopalis par. 1. verbo absolutio §. 4. Vgolinus de irregularitate cap. 36. vnde Garsias de beneficiis part.11.cap.10.numer. 115. ex Cosmo Philiarco referunt, quod priuilegium de quo in dicto decreto, & alia priuilegia, quod casus Bullæ Cœnæ Domini sunt sublata vigore dictæ Bullæ propter clausulas derogatorias in illa contentas, & secundum nouissimum sua praxi cap. 66. num. 11. habetur, & ita declarasse Gregorium decimum tertium, Clementem Octauum, & Sacram Congregationem. hinc Emanuel Sa, in suis aphorismis confessariorum, in verbo episcopus, numer.24.ait, Episcopum habere facultatem absoluendi à quauis excommunicatione reseruata à Papa occulta, dummodo non sit lata in Bulla Cœnæ domini, aut modo simili reseruata, sequitur Toletus lib. 1. cap.91.& Garsias loco citato referens ita declarasse Sacram Congregationem Concilij, vbi quoque ait ita seruare vniuersalem consuetudinem, & esse clarissimum si legatur tenor ipsius Bullæ, & de declaratione Sacr.Congreg. loquitur Nauarr. consil.11.c.1.quorum verba sunt hęc, videlicet, *Congregatio censuit huic decreto Concilij derogatum esse, non tantũ in crimine hæresis, sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla Cœnæ Domini Pij V. alias, Episcopus, aut Inquisitor absoluere non potest hominẽ hæreticũ in foro conscientiæ, licet hæc facultas à Concilio sit tradita Episcopis.* refert, & sequitur idem Garsias iam sæpius citatus, habetur aliqua declaratio per verba sequentia, videlicet, *Item an hoc decretum locum habeat in casibus post Concilium Tridentin. ex noua lege Sedi Apostolicæ reseruatis S.D.N.Gregorij XIII. audita relatione Congregationis non habere locum respondit. alia item in delictis occultis in materia clausulæ idem respondit audita relatione eiusdem Congreg. per Constitut.* 3

tut. Pij V. censeri huic decreto derogatum.

SVMMARIVM.

1 Clericis prohibita est negotiatio.
2 Clericus an possit assumi in socium cōductionis.
3 Clericus si hæres existat conductori an possit perseuerare vsque ad finem.
4 Bald. & Carroc. distinctio simplicis clerici, & Sacerdotis circa admissionem, & exclusionem ab eiusmodi conductione.
5 Conducere bona ecclesiarum an clerici possint.
6 Clericis quando permittantur conductiones prædiorum.

An Episcopus possit permittere clericis prædiorum conductionem.

DECIS. CCCCCLIII.

1 CONsului, quod non quia regulariter clericis omni iure prohibita est negotiatio, quæ scilicet lucri causa, & cupiditate fiat. cap. 2. 88. distinct. & capit. 1. cum sequent. ne cleric. vel monach. quia supradicta est mater vsurarum cap. virum 45. distinct. & consequenter non possunt prædia conducere, & conductionibus incumbere, d. capit. 1. ne cleric. vel monac. Carroch. de locat. part. 1. tit. quibus non est permissum. conductor. esse, Costa de remed. subsidiar. cap. 73.

2 Amplia primo, vt nec possit assumi in socium alicuius conductionis, quoniam si est admissus ad conductionem cum assensu locantis, idem iudicandum videtur, quod de ipsa locatione. Marc. decis. 76. numero 3. vbi appellat hunc ita introductum confiscabilem. Vbald. tract. de duobus fratribus parte 10. per tot. Surd. consilio 18. vol. 1. & Carroc. de locat. par. 2. tit. de hær. instit. eodem num. 9. paru. edition.

Limita nunc, & primo, si clericus succedat conductori iure hæreditario, nam tunc non prohibetur continuare conductionem, ad exitum vsque, quia tunc cessat cupiditas, & initium inspicitur Carrocc. d. loco numero 6. & 7. addo Rodoan. de spol. ecclesiastici quæstio. 2. num. 12. 3

Limita secundo si ageretur de terrulis conductis animi gratia vel si prædiolum alterius prædiis clerici vndique esset circūdatum, adeoque damni, vel rixæ euitandæ causa, vel res esset cum simplici clerico, aliud statuitur, teste Bald. ad l. limites, & Carroc. d. tit. quibus nō est permiss. conduc. numer. 3. vbi apertè excludit ab hac prohibitione simpliciter clericum, includit autem dumtaxat in Sacerdotio constitutum. 4

Limita tertiò in bonis ecclesiasticis, quæ possunt clerici conducere, vt probatur in c. dilecti de decimis, vbi conductiones factas à quibusdam monachis non improbat Romanus Pontifex ibi, vt per Vgolin. de potestat. episcop. §. 16 c. 13. 5

Limita quartò in subsidium videlicet ad eorum inopiam subleuandam, quo casu etiam sua puniuntur immunitate cap. peruenit vbi Gloss. 66. distinct. Abb. ad supracit. cap. 1. de cleric. vel monach. Carroc. de locat. part. 1. tit. quib. non est permiss. conductorem esse numero 3. paru. editio. Leo in Thesaur. for. ecclesiast. part. 3. cap. 34. numero 35. licet clericis artificium licitum est quando nō suppetunt propriæ facultates, Feder. de Sen. consil. 207. numero 3. Borell. cons. 74. nam necessitatis causa licitam reddit negotiationem, alio- 6

quin illicitam, cap. eiiciens, cap. Episcopus, & ca. negotiatorem 88. distin. copiose Seb. Med. tract. de cas. fortuit. quæstion. 6. circa illam regulam, quod necessitas non habet legem, dummodo liqueat de hac necessitate summaria iudici ecclesiastico, cũ fieri in dubio præsumitur quæstus, & cupiditatis causa glos. ad cap. decreuit in verb. conducere 88. dist. Mari. Antonin. libr. 1. resolut. 3. num. 10. & 11.

SVMMARIVM.

1 *Separatio parochialium ecclesiarum datur ob earum distantiam, vel itineris difficultatem ad maiorem parochianorum commoditatem.*

2 *Separatio parochialium, vt fieri possint, quatuor concurrere debent num. 3. 4. 5. & 6.*

Noua parochialis ecclesia intra fines parochiæ antiquæ, quando permittatur Episcopo.

DECIS. CCCCCLIV.

1 QVando ad ecclesias parochiales ob nimiam locorum distantiam, seu difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt iure nouissimo sacri Concil. Tridenc. sess. 21. c. 4. statutum est, vt Episcopi nouas parochias constituere possint, iuxta c. ad audientiam, il 1. de eccles. ædificand.

2 Cæterum, vt pręfata separatio iure contingat, debent quatuor concurrere, vt scripserunt Menoch. consil. 477. Bimius consil. 184. col. 2. Henriquez consilio 80. & Costa de remed. subsidiar. remed. 75.

3 Primo allegatio iustæ causæ, & eius probatio Innoc. ad cap. pastoralis de priuil. Lap. alleg. 68. Oldrad. cons. 261. & Paris. consil. 36. lib. 4.

Secũdo quod parochus siue curatus prædictæ ecclesiæ consentiat secundę ecclesię ędificationi, alioquin fit eo inuito, si ei præiudicetur quoad ea quæ concernunt debitam, & sufficientem illius substentationem. Abb. in d. cap. ad audientiam col. 3. quem refert Rebuff. prax. benefic. titul. de erect. in cura, & paroch. num. 4. quæ doctrina post dictum decretum Conc. Triden. non videtur procedere, cum in eo dicatur inuitis Rectoribus, & innuitur etiam in d. cap. ad audientiam, & d. doctr. Abbatis procedit quando episcopus sine aliqua causa vellet construere nouam parochiam; secus vero est dicendum cum adest causa. 4

Tertio requiritur Episcopi auctoritas, & eius decretum, in cuius arbitrio residet causę iustitia, scilicet, vel loci distantia in eundo ad curatam ecclesiam. Rebuff. prax. benef. tit. de translationibus ecclesiast. numero 4. à quo decreto vti facto per Episcopum etiam vti Sedis Apostolicæ delegatum licet quidem appellare, sed solum sanctissimum Pontificem, nisi ea ordinatio facta fuerit in visitatione præcipue sine figura iudicij, quoniam ab ordinibus factis in visitatione per Ordinarium non appellatur, saltem quoad effectum suspensiuum, vt foro ab executione constitutionis conciliaris capit. 7. sess. 21. de reformat. & c. 10. sess. 24. Henriquez consil. 80. numero 16. Mari. Antonin. libro 1. resolut. 85. num. 10. & resolut. 110. num. 14. eod. lib. 5

Requiritur consensus maioris partis parochianorum circa separationem, & si sunt plures plebes, vel terræ sub vno Rectore aut curato maioris Ecclesiæ, quæ tamen sint tanquam 6

quam corpora separata, debent consentire saltem duæ partes ex tribus singulorum corporum, Felin. in cap. cum omnes numero 20. de constitut. Ias. ad l. iurisgentium §. hodie nume. 9. ff. de pactis. Franc. Mar. decis. 924. part. 1. Henriquez cons. 80. nu. 15. & 16. & Bimi. d. cons. 181. n. 23. & seqq. quæ doctrin. nec hodie post Concilium videtur posse procedere, cũ videatur remittere omnia arbitrio episcopi.

Limitatur tamen conclusio principalis vbi in loco minime difficili nec incommodo oratorium adesset, vel ecclesia cum fonte baptismali, & cæteris ad parochiam necessariis ibiq; proponeret in sui adiutorium sacerdotem qui ibidem resideret, & sacramenta posset administrare, quia tũc non posset fieri separatio, ita Menoch. cõs. 477. n. 9. & Costaremed. 76.

SVMMARIVM.

1 *Institutio Pœnitentiarij in Ecclesia cathedrali ad Episcopum solum spectat.*
2 *Amplia, vt neque capituli consensus requiratur, subamplia, n. 4.*
3 *Quid si vacat in mense Papæ.*
4 *Pœnitentiarius electus quando incipiat habere facultatem audiendi cõfessiones.*
5 *Pœnitentiarius tenetur existere semper paratus ad audiendum confessiones, ponuntur nonnullæ sac. Congreg. declarationes nu. 6.*

An ad alium præter Episcopum spectat consecutio pœnitentiarij in ecclesia cathedrali.

DECIS. CCCCCLV.

Concilium Trident. sess. 24. de ref. c. 8. disposuit, quod Episcopus in sua Cathedrali ecclesia pœnitentiarium cum vnione præbendæ proximè vacaturæ instituat. ex quibus verbis apertè patet, institutionem præfati officij Pœnitentiarij, ad solum episcopum spectare, vt voluit Nauarr. consil. 11. ne sede vacant. Enriq. cons. 28. Vgolin. de potest. episc. part. 2. cap. 33. & ita declarauit Sacr. Congregatio Concilij per hæc verba, videlicet, *Officium Pœnitentiarij in Cathedrali per solum Ordinariũ potest institui, ad quẽ quoq. pertinet electio personæ quoties opus fuerit pro exercẽdo tali officio.* Idem dicit Auctor praxis episcopalis part. 1. v. Pœnitentiarius §. 3. Zechius de benefic. quæst. 8. Garsias eiusdem nominis tractatu par. 5. nu. 4. & 140. & tenuit Rota Romana in vna Abulen. Canonicatus Pœnitentiarij 17. Aprilis 1589. * coram Illustrissim. Mantica, & iterum in vna Maiorigen. Canonicatus 15. Nouemb. 1595. † coram Illustrissimo Mellino. 1

Amplia primo, vt adeò huiusmodi electio ad solum episcopum spectat, ² vt Capituli consensus minimè requiratur. adit. ad Nauarr. consil. vn. in fin. ne sede vac. Paris. de confident. quæst. 45. num. 17. Rodriquez in sum. c. 143. Vgol. loc. citat. numer. 2. & facit textus in cap. inter cætera, vers. vnde præcipimus, de officio Ordin. in quo nulla mentio Capituli fit, at si necesse esset, vt Capitulum interueniret, eius mentio facta fuisset, & iuxta hanc opinionem pluries declarauit Sacra Congregatio Illustrissimorũ, præsertim in vna Segobien. per hæc verba, videlicet.

Cũ decreto Cõcilij sess. 24. c. 8. cauetur quod in omnibus Cathedralibus ecclesiis, vbi id cõmodè fieri poterit, Pœnitẽtiarius aliquis cũ vnione præbẽdæ proximè vacaturæ, ab Episcopo instituatur, dubitatur an quoties occurrerit vacatio offi-

Digitized by Google

cij Pœnitentiarij per consequens præbē-da illi annexa, prouisio illius pertineat ad solum Episcopum, absq; eo quod Capitulum in aliquo se intromittere possit Sanctissimus dominus noster, referente Congregatione Concil. decreuit, institutione officij Pœnitentiarij, quandocunq; faciēdam, ad solum Episcopū, pertinere, absq; consensu Capituli. Et insuper, secundum Garsiam loco citato, habentur quatuor aliæ declarationes eiusdem Sac. Concil. præsertim Episcopo Segobien. Et iuxta hanc opinionem pluries censuit Rota Romana, præsertim in vna Taraconen.
† Canonicatus 5. Iunij 1596. † coram Corduba, vbi fuit resolutum tam erectionem Pœnitētiarii, quam vnionem Canonicatus, & præbendæ, solius episcopi arbitrio relinqui, per Conc. sess. 24. de reform. c. 8. ibi; *ab Episcopo instituatur.* Et iterum in vna Oscen. Canonicatus . Februarij 1593.
* coram Illustrissimo Seraphino.

3 Limita id, quod diximus de erectione Pœnitentiarii, vt non procedat, vbi eius beneficiū, & consequenter præbēda vacat in mense Apostolico, vel adesset alia reseruatio; seu affectio, quia tunc ad Papam pertinet ratione reseruationis, secundum Gonzalez gloss. 9. §. 2. numer. 84. Garsiam cit. loc. num. 145. & tenuit Rota in dicta Maiorig. Canonicatus iuxta quam opinionem censuit Sacr. Congreg. Conc. rescribenda episcopo Salamantino.

4 Vnde sequitur, quod occurrente vacatione Pœnitentiariæ, Sede Episcopali vacante, Capitulum non poterit illam prouidere, cùm non succedat in prouisione beneficiorum ad episcopum spectante, capitula ne Sede vac. & censuit Sacr. Congreg. super d. c. 8. ibi, *Ab episcopo instituatur solo absq; consensu Capituli, & etiā ab eodem solo eligatur, & licet va-caret Sedes Episcopalis, Capitulū nihil potest, etiam quod eo tempore Pœnitētiarius moreretur,* cū hoc casu electio, seu prouisio Pœnitentiarij spectabat ad Papam, priuatiuè stante reseruatione regulæ 2. Cancellariæ.

Vnde præfatus Pœnitentiarius eo ipso quod electus fuerit, consequitur facultatem audiendi confessiones pœnitentium illius diœcesis, & iurisdictionem ad absoluendum à peccatis. Zecchus de repub. ecclesiast. cap. 24. & quilibet potest ei confiteri sua peccata, & satisfaciet præcepto. cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. & censuit sacra Congreg. 16. Feb. 1595. per hęc verba, videlicet, *An si quis confessus fuerit sua peccata semel in Paschate Pœnitentiario deputato in vim decreti Conc. Trid. sess. 24. c. 8. dicatur satisfecisse præcepto contento in c. omnis vtriusq. sexus de pœnitent. & remiss. Congregatio censuit satisfecisse.* Et idē potest episcopus cōmittere absolutionem ab irregularitate occulta, de qua in Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. vt refert Garsias loco sæpius cit. pluries declarasse Sacram Congregationē Conc. super d. c. per hęc verba, videlicet, *Primo, Congregatio cēsuit ab Episcopo posse, non tantum Vicario Generali, sed etiā Pœnitentiario, aut Vicario ad id specialiter deputato cōmitti absolutionem Capituli huius. Secundo, Episcopus potest absoluere, & per Confessarium & per Vicarium absoluēdum in similibus causis specialiter constitutum.* 5

Debet tamen præfatus Pœnitentiarius semper paratus existere ad audiendum Confessiones, quare minimè recusare possit pœnitentes, vt censuit Sacr. Cōgregatio his verbis, *Congregatio Conc. censuit Pœnitētiariū non posse recusare audire confessiones illorum [illegible] Pœnitentiarij [illegible] sua peccata.* 6

&

& recusans audire confessiones, potest puniri & priuari ab Episcopo, censuit Sac. Congreg. his verbis, *Pœnitentiarius vigore huius decreti deputatus renuens confessiones audire, punitur ab Episcopo, & potest priuari*: quia hac de causa Pœnitentiarius dum confessiones in ecclesia audit, censetur præsens in Choro, d. c. 8. & ita declarauit Sac. Congreg. Conc. per hæc verba, videlicet, *Cum Pœnitentiarius audit confessiones, vel casuum reseruatorum, vel venialium peccatorum, præsens esse in choro censetur.* Licèt secundum Garsiam loco cit. istud procedat dum confessiones actu in ecclesia audit, & nondum est in confessionario, etiam si ibi priuatim officium recitet, vt quia antea confessiones audiuit, vel vt postea opportunius illi incumbat, vt declarauit Sacra Congreg. per hæc verba, videlicet, *Præsens autem in choro non censetur, cum Missam celebrat, aut priuatum officium dicit, vt opportunius auditioni confessionum incumbat, alias pœnitentiarius habendus est pro præsente in choro, dum audit confessiones in ecclesia siue in confessionario, siue extra, non autem pro tempore, quo residet in confessionario, nec audit confessiones: aliis in choro diuina celebrantibus, nec recitans officium priuatè, quia antequam recitarentur Horæ Canonicæ in choro Audiuit confessiones: nec si dixerit Missam, est censendus præsens in choro.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest alterare pœnam statutam per Concil. Triden. contra non residentes, contrarium deciditur nu. 5. 6. & 7.*

2 *Episcopus non potest dispẽsare contra constitutiones Concilij. Amplia nu. 3. & 4.*

An Episcopus possit certam pœnam à Sac. Concil. Trid. statutam contra non residentes, per constitutiones synodales ampliare.

DECIS. CCCCCLVI.

SVpponatur in facto, quòd inter cætera, quæ in constitutionibus synodalibus à quodam episcopo decreta fuere, erat aucta pœna contra Canonicos non residentes: quare fuit dubitatum an potuerit præfatam pœnam ampliare, stante, quod Concil. Trid. certam pœnam statuerit, & dubium mihi faciebat pro validitate constitutionis Episcopi, quòd constitutiones synodales statuentes maiorem pœnam, non cassant pœnam à Sacro Conc. Trident. statutam, nam Episcopus videtur posse addere pœnam sacris canonibus, cum hoc concernit maiorem obseruantiam sacrorum canonum. 1

Cæterum supradictis non obstantibus contrarium consului ex pluribus. Tum primò, quia Episcopus nihil agit, attentando contra constitutionem Concilij secundum gloss. communiter receptam in cap. dilectus, il primo, de præb. in verb. cum se facultas. Gloss. & ibi DD. in c. cum dilectus in verb. in ætate de elect. & in clem. 1. in verbo eligatur de elect. & in cap. dilectus de temp. ord. & ibi Inn. in cap. 1. de filiis presb. Io. de Anan. in c. cum in diœcesi de vsur. Archidiac. in ca. sicut 15. dist. & in summa 56. dist. & in c. virgines 27. q. 1. latè Io. Andr. in c. 1. super glos. in verb. concessum de suppl. neglig. præl. Spec. in titul. de dispens. in §. nunc de Episcoporum num. 27. Lud. Rom. in cons. 325. num. 7. Ant. & Do- 2

Digitized by Google

ctores Canonistæ in cap. at. si clerici in §. de adulteriis, & ibi Fel. numer. 5. de iudic. & Dec. num. 37. Henricus Botheus in tract. de synodo Episcopi art. 1. concl. 3. num. 6.

3 Quod procederet etiam si adesset magna causa dispensandi, quia adhuc denegatur Episcopo condere constitutiones contra Concil. secundum Io. And. & Anchar. in ca. 1. de æta. & qual. li. 6. & ibi de Sancto Gemin. qui impugnant. Archidiaconum ibi, & in c. licet canon. de elect. li. 6. volunt, quod Episcopus etiam ex magna, necessaria & vtili causa, & etiam cum causæ cognitione non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curati: propter Concilium generale, cap. cum in cunctis, in §. inferiora de elect. cum qua opinione transit Frãc. in d. cap. 1. de æta. & qualit. & licèt pro opinione Archidiac. multa possent adduci, quæ ipse ponit in dict. cap. licèt canon, & cum eo sit Hostiens. in c. cum dilectus de elect. tamen contra Archidiac. est communis opinio, secundum Domin. de Sancto Gemin. in d. c. licèt canon, nu. 7. in finalibus verbis: eandem opinionem contra Archidiac. tenet Ioan. Monach. in c. punientes in nu. 124. de elect. li 6. & hanc opinionem tenent communiter DD. in d. cap. cum dilectus de elect. & in hoc est notandum, quod in casu Io. Andr. & aliorum DD. contra Archidiac. non conceditur dispensatio etiam in magna, necessaria & vtili causa: quia Concilium generale prohibet Episcopis, & punit contrafacientes, vt patet in d. cap. cum in cunctis in §. clerici de elect. & in l. 26. tit. 5. part. 1.

Amplia secundò, vt nec idem
4 Papa dispensando contra Concilium, censeatur Concilium derogare, nisi de ipso in specie fecerit mentionem, vt fuisse in Rot. Rom. decisum testatur Verall. decis. 176. par. 1. & ratio est, quia constitutio conciliaris habet tacitam clausulam derogatoriam, secundum Felin. in ca. nonnullis col. 4. in reg. de præscript. Archid. in c. 1. de constit. in 6. Rom. in l. si vero §. de viro nu. 45. in 23. fallent. ff. sol. matr.

Tum secundò, quia cum constituere contra Concil. sit de casibus Summo Pontifici reseruatis, consequenter non potest episcopus se intromittere, vt notatur in cap. quoad translationem, per illum tex. de off. deleg. & in cap. sicut vnire de excess. prælat. ita tenet Spec. in tit. de dispensat. in §. nunc breuiter, quia in his non se intromittit alius inferior, nisi ex speciali commissione Papæ, vt in d. cap. quoad translationem. 5

Tum tertiò, quia secundum Triuis. decis. 42. libr. 2. talis alteratio est abrogatio ipsius legis, quia si lex Concilij statuit pœnam priuationis medietatis fructuum, & lex synodalis omnium fructuum, tollitur (ob non obseruantiam) lex Conc. & seruatur lex synodalis, & sic Ordinarius per indirectum abrogat legi Concilij, & Summorum Pontificũ, quod minimè censendum est. 6

Tum tandem arguendo à simili, quia constitutio conciliaris sess. 24. c. 1. de reform. disponens, quod ad detegenda impedimenta matrimonij solemniter debent fieri tres denunciationes in tribus diebus festiuis cum aliquo temporum interuallo inter vnum & alios, non poterit Episcopus circa dies festiuos dispensare, cùm, vt dixi, sit constitutio conciliaris. Gl. & DD. in ca. at si clerici de iudic. Siluester verb. excommunicatio numer 14. §. 9. & in propriis 7

Digitized by Google

priis terminis Graff.conf.26. numer. 46.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet Procuratorem fiscalem.*

2 *Pœnam pecuniariā alicui subdito impositam, cui debeat Episcopus applicare.*

3 *Amplia etiam si huiusmodi pœna imponatur laico pro crimine ecclesiastico.*

An Episcopus habeat fiscum.

DECIS. CCCCCLVII.

1 EPiscopus habet fiscum seu procuratorem fiscalem, vnde habet ius confiscandi seu applicandi suæ Cameræ, secundum Butrigar. Imol. & reliquos communiter in cap. quia diuersitatem de concess. præb. Peregr. de iure fisci qu.2. Vsu.comm. opin.255.

2 Quare in sententia ferenda contra aliquem clericum iurisdictionarium proferenda, potest pœnam eius Curiæ Episcopali deuoluere & applicare, non autem Cameræ Romanæ, secundum Panorm. Anan. & Soc.in c. excommunicatus de hæret.in princ. Old conf.302. Afflict. in præludiis constit.q.15.num.9. Foller. referens hanc opinionem communiter teneri in pract.crim. canon. tit. de denunciatione facta, cap. 5. num. 14.& seq. Diaz.cap. 134. vbi deducit istam opinionem communem veriorem, & obseruari de consuetudine generali ita etiam Franc. March. decis.339.num.10. cum aliis sequentibus par.1. Felin.cum cæteris signatis per eum in c.cæterum numer. 10. de officio Ord. Ex quibus omnibus apparet, hanc esse communem opinionem, & vsu frequentissimo, & consuetudine in memorabili approbatam.

Imò pœnam pecuniariam, quam imponit Episcopus, seu eius Vicarius laico pro crimine ecclesiastico perpetrato, per eum potest similiter applicare Cameræ Episcopali ex eo, quod ipse Episcopus habet fiscum, ita Barbat. consil.39. Zilet. conf.1.volum.1. & Aufrer. in decis. 228.Capp.Tholos.& Viu. cit. loco in fin. Quæ doctrina videtur limitanda in mulctis pecuniariis, quæ locis piis sunt applicandæ, ex decreto Conc.Triden.sess.25.cap. 3. de refom. 3

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas euecta ad dignitatem Episcopalem, acquirit decorem.*

2 *Concesso aliquo, videntur concessa omnia sine quibus illud explicari nequit.*

3 *Petrus singulos Episcopos singulis ciuitatibus destinauit.*

4 *Episcopi à principio pauperes deputati.*

5 *Episcopi hospitium debet esse commune.*

6 *Inhumanus est Episcopus, qui hospitalitatem non seruat.*

7 *Esurienti, & afflicto subuenienti, lux sunt tenebræ.*

Ciuitas nouiter decorata Episcopali dignitate, an teneatur dare Episcopo palatium, seu illud ædificare.

DECIS. CCCCCLVIII.

RЕspondi in hac quæstione ex conf.Bortell.2. volum. 1. ciuitatem teneri, obnoxiamque esse dare

Digitized by Google

palatium Episcopo, & hoc ex pluri-
bus.
Primò, quia dum petiit sibi dari
1 Episcopum, & ex Episcopali digni-
tate sibi vniuersitas decorem quæ-
rit, iuxta sententiam Bart. in l. si hæ-
res §.1. ff. de leg.1. in l. ciuitas ff. si
cert. petat. & in extrauag. ad repri-
mend. in verb. Lombardiæ nu. 5. qui
sint rebelles. Castren. in l. ex hoc iu-
re ff. de iustit. & iur. consequens erit,
vt cum Episcopalis dignitas absque
habitatione stare nequeat, vt illi et-
iam palatium tacitè obtulisse vi-
deatur, sine quo suum Pastorale
2 munus exequi non valet: concessio-
ne enim facta alicui officij, aut ma-
gistratus gerendi censentur omnia
illa concessa, sine quibus actus ille
expleri non potest. l. ad rem mobi-
lem, l. ad legatum ff. de procurat. l. 2.
ff. de iurisdict. om. iudic. cum simili-
bus adductis per Ceph. 16. consl. 165.
nu. 14. vol. 2.
Tum secundò, vt legitur, singulis
3 ciuitatibus S. Petrus singulos Epi-
scopos destinauit pro pascendis oui-
bus. c. porro 66. dist. & cap. in illis 96.
4 dist. Et illi à principio pauperes fue-
runt electi, c. de his 10. q. 1. Alphons.
in spec. Rom. Pontific. c. 30. in fine,
ergo, quo pacto si pauper Episcopus
fuerit, domum, aut palatium ædifi-
cabit, nisi à ciuitate fuerit ædifica-
tum?
5 Tum tertio, quia domus Episco-
pi, omnium commune debet esse
hospitium, vt docet Apostolus ad
Titum. c. 1. ibi, hospitalem, vbi hoc
comprobat Hieronymus dicens, a-
6 liàs inhumanum esse Episcopum,
nisi hospites omnes recipiat: sed
qua via posset ista hospitalitatis o-
pera exhibere, si domum Episcopus
non habeat? Quomodò Episcopus
largam habebit manum, necessita-
tem patientibus succurrat, alienam
inopiam suam credat, sine quibus
in vanum Episcopi nomen tenebit.
in cap. fratrem, 86. distinct. Quomo-
do illud Italiæ cap. 58. obtinebit, cùm
ait, Effuderis esurienti animam
tuam & animam afflictam repleue- 7
ris, orietur in tenebris lux tua, & te-
nebræ tuæ erunt sicut meridies, &
implebit Dominus splendoribus a-
nimam tuam.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Per consuetudinem possunt tolli nun-
dinæ in honorem Dei inductæ.*
3 *Nundinæ priuatæ possunt prohiberi per
Episcopos diebus festiuis non obstan-
te consuetudine.*
4 *Quomodo sit decisa ista quæstio per
Sacr. Congreg. Cardinal.*

An Episcopus possit in diebus festiuis prohibere nundinas solemnes, seu mercatus.

DECIS. CCCCCLIX.

CVm ex quadam consuetudine 1
introductum esset in ciuitate
Neapolitana, vt in quodam die fe-
stiuitatis Beatæ Virginis celebraren-
tur nundinæ, fuit mihi quæsitum, an
liceret Archiepiscopo Neapol. hu-
iusmodi prohibere, & dubitatio-
nem mihi faciebant nonnulla, vide-
licet, quia consuetudo induci potest, 2
per quam tolluntur & moderantur
etiam feriæ in honorem Dei, secun-
dum Nauarr. in suo manuali cap. 13.
num. 9. vers. dicimus. Henriq. consil.
21. num. 5. Hartam. cons. 9. num. 5. &
sequent. vnde dixit Bal. in l. quadra-
gesima, C. de feriis, valere consuetu-
dinem, per quam tolluntur feriæ,
maxime quando subest publica &
legiti-

legitima cau ſa , iuxta terminos tex. in c.licet de feriis,& in l. omnes, C. eodem, Bar.de repræſaliis quæſt. 9. & facit quod ſcriptum reliquit idem Bald.in l.vnica,numer. 1. C. de nundinis,vbi teſtatur Peruſiis fieri huiuſmodi nundinas in feſto omnium Sanctorum. Et dicit Sotus de iuſtitia,& iure li.2.qu.4.art. 4. circa fin. eſſe conſuetudinem creberrimam,quod fiant nundinæ in diebus feſtiuis.

Cæterum ſupradictis minimè refragantibus,in contrarium eſt veritas,quæ opinio fundatur ex infra dicendis.

3 Primò , quia Epiſcopus habet intentionem fundatam faciendi præfatam prohibitionem tam de iure communi,vt in cap.1.de feriis, quàm ex Bulla Pij V. vbi expreſſè prohibentur Dominicis , & aliis diebus feſtiuis in honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis fieri mercatus , & huiuſmodi profanæ negotiationes, & opera ſeruilia,, quæ conſtitutio obligat inobedientes ad peccatum mortale propter verba præceptiua, & prohibitiua.Nauarr. in ſum. cap. 23.num. 52. poſt Fel. in c. nam concupiſcentiam de conſtit. Abb. in c. dolentes de celebr. Miſſ. Doctores in clem.dudum de ſepult. & clem. ſi dominum §.ideoque de reliquiis, & vener.Sanct. Vacandum eſt enim diebus his orationibus , & ab opere ſeruili abſtinendum, nam quod dicitur aliàs licitè exerceri , eſt illicitum dictis diebus.Hoſt. in ſumm. in tit.de feriis §.quid non in princ. & c.1.vbi Abb.num.5.Butr. Cardin. & alij eod.tit.Pet.Gregorius in ſuo opere ſyntag.iuris par.3.li.15.c.3. num. 8. qui teſtatur prohibitum eſſe per legem generalem fieri mercatus, & nundinas his diebus in Gallia. Rebuff.in conſtit. Regni Galliæ tit. de mercatorib.art.vnic.gloſſ. vlt. num. 5.& in omni bene conſtituta Eccleſia prohiberi videmus , vt in conſtitutionibus Eccleſiæ , & prouinciæ Mediolan.lib.1. tit. de feſtorum dierum cultu §.3.Tuſchus de viſitat. li. 2.c.21.num.41.

Verùm quidquid ſit, hodie præfata quæſtio eſt deciſa per Sacram Congreg. rituum , ſub his verbis. 4 *Præceptũ de Dominicis & feſtiuis diebus ſanctificãdis & obſeruãdis,ſub prætextu mercatuũ,nũdinarum,& feriarũ nullatenus eſſe violandum. Cæterum his diebus licere agatonibus, ac aliis iumẽtorũ vectoribus ſeu merciũ conductoribus,baiulis,& aliis huiuſmodi ſeruiẽtibus,ac miniſtris ſarcinas, & onera nũdinarũ cauſa exonerare , & deponere, incœptũque iter(Miſſa tamen prius audita)traſeũdo proſequi, & continuare; non autẽ debere ſarcinas componere,& iumẽta onerare ad iter de nouo incipiẽdũ.Neque mercatoribus, aut aliis ciuibus,& viatoribus,iis diebus,etiã clauſis apothecis,merces vẽdere,emere, aut aſportare licere,niſi tantùm ad victum neceſſaria aut alia minuſcula,& modici momẽti opera ſia cõflata & elaborata pro tranſeuntiũ,hoſpitum,aduenarum, & exterorũ vrgẽti,& præſentanea neceſſitate,& opportunitate:in quo partes erunt Epiſcopi propoſitis edictis prouidere,vt in primis hi feſti dies debita obſeruatione colantur,ſimulque populorũ eò confluentium neceſſitatibus , quantũ ſine diuina offenſione fieri poteſt cõſulatur.Quoad iudicia autem,quæ Dominicis,& feſtis diebus ſilere debẽt,id obſeruari poterit, quod iure cõmuni permittitur in quibus,dã vrgẽtibus caſibus,qui morã & dilationem nõ patiũtur;in quibus & aliis iuriſdictionẽ conſulunt nũdinis præpoſitorum concernẽtibus cõſtitutiones,& Summorum Pontificum,ſi quæ habẽt priuilegia,& allegatum Breue fel.record.Pij V. ſeruanda eſſe ſtatuit.*

Digitized by Google

Et idem est, vbi adest antiquata consuetudo, vt est in nundinis ordinariis, quia tunc ad summum Episcopi præceptum faciunt, vt nundinæ sileant durante tempore celebrationis Missarum, quibus completis, prosequuntur nundinæ.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur decisio Rotæ ad literam.*

2 *Præbenda est vnita officio Pœnitentiary & ideo collatio præbēdæ debet spectare ad Papam, si ad eum spectat electio, siue institutio Pœnitentiary, alias sequerentur absurda, de quibus num. 3. 4. & 5.*

An prouisio facta per Episcopum in mense Papæ sustineatur.

DECIS. CCCCCLX.

IN hac quæstione respondeo cum decisione Rotæ 15. Nouembris † 1593.† coram Illustriss. Mellino, cuius verba, videlicet.

1 *Domini concorditer resoluerunt non cōstare de bono iure Matthæi: moti fuerūt, quia Episcopus acceptauit alternatiuam, & vacatio successit in mense Septēbris, ideo prouisio spectabat ad Papam & non ad Episcopum, & Capitulum, a quibus ipse fuit prouisus.*

Nec potest reuocari in dubium acceptatio alternatiua, & residētia Episcopi, quia de acceptatione constat in actis, & ex confessione Episcopi; residētia verò probatur ex prouisione Matthæi, quæ est facta ab Episcopo in domo Capituli Ecclesiæ Maioricensis die sequenti post vacationem, vltra quod absentia Episcopi priuat ipsū commodo alternatiuæ, sed non præiudicat Papæ, vt fuit resolutum in causa Fauētina canonicatus 16. † Decembris 1575.† coram Reu. Patre D. Blanchetto.

Nō obstat, quod alternatiua est restricta ad beneficia, quæ spectant ad liberā collationem solius Episcopi, & collatio in Cathedralibus est communis Episcopi, & Capituli. Cassad. decis. 22. de præbend. & licèt electio personæ Pœnitētiary spectet ad Episcopum, tamen collatio præbendæ spectat ad eos, ad quos ante Concilium spectabat, vt in casu Cōgregatio Illustrissim. Cardinalium Sacri Concily interpretum censuit, quoniā respōdebant Domini hoc procedere, quando electio pertinet ad Episcopum, non autem quando vacatio contingit in mense Apostolico: prout eadem Congregatio censuit in vna Salamantina, & 1 ra- 2 sonensi nominationis Pœnitētiary, quia cum præbenda sit vnita officio Pœnitentiary, collatio præbendæ vti sequela officy Pœnitentiary spectat ad Papam, ad quem pertinet electio personæ Pœnitentiary. Gloss. in c. vlt. de rescript. in 6. Peregr. decis. 40. lib. 1. Ant. Aug. in lit. de vnion. §. 3. alias si collatio præbendæ spectaret ad Episcopum, & Capitulum, quando electio Pœnitentiary pertinet ad Papam, sequerentur plura absurda, secundum Dominos.

3 *Primum, quod prouisio Papæ redderetur illusoria, si Episcopus & Capitulum alteri conferrēt præbendā, quia electus a Papa ex collatione nullum commodum consequeretur.*

4 *Secundum, quod esset necessarius duplex titulus, vnus a Papa, alius ab inferioribus.*

5 *Tertium, quod præbēda est vnita officio Pœnitentiary, & Pœnitentiarius haberet officium sine præbenda, & tamen vnitorum eadem debet esse dispositio. Ang. in l. id si plures §. filio nu. 1. & ibi Imol. in princ. ff. de vulg. & pupill. substit. qui ex hoc inferunt ad eum, qui impetrauit ecclesiam, cui alia est vnita, vt non possit vnam sine alia possidere.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Ordines [illegible] conferendi: imm[illegible] [illegible]stitiis, & qu[illegible]

3 Respon[illegible] Trid. in sess. 23. c. 11. & 14. [illegible]

4 Red[illegible] [illegible]fessionis, & amplia[illegible] n. 5. 6. & 7.

An Episcopus possit dispensare super temporum interstitiis.

DECIS. CCCCCLXI.

1 ORdines conferri debent graduatim c. si officia 59. dist. vnde accipiens superiorem ordinem, & omisso inferiori, remaneret suspensus ab eius exercitio. ca. vnic. de cler. per saltum promot. Victor. de Sacram. Ordinis nu. 232. Host. ibidem num. 2 Piasegg. in sua pract. Episc. fol. 55. numer. 50.

2 Et insuper debent conferri etiam seruatis temporum interstitiis, videlicet, Subdiaconatus vno anno elapso post susceptionem vltimi minoris: item Diaconatus post annum à susceptione Subdiaconatus, similiter & Presbyteratus. Vnde emersit dubitatio, an Episcopus possit in his interstitiis dispensare. Ego dicebam, quod non, allegaui cons. Nauar. 12. de tempor. reseruatio. & eius additio. in cons. 19. de voto. Vgol. de potest. Episc. par. 2. c. 26. §. 27. num. 3. vbi dicunt, non posse Episcopum ad eius libitum atque arbitrium non regulatum aliqua legitima causa dispensare.

3 Non obstat Concil. Trid. sess. 23. capitul. 11. & 14. quia eodem cap. sancta Synodus permittit id Episcopo, si aliud expedire ei magis videbitur, id est magis vtile, igitur secus si non magis vtile videbitur, vt voluit quoque Gloss. in summa 74. distin. Abbas in cap. quouis nume. 9. de æta. & qualitate. Confes. in summa priuileg. vendicantium tit. 15. cap. 3. Vgol. citato loco num. 3. Henriquez cons. 29. numer. 6. Bominius cons. 23. num. 4.

Cuius conclusionis ratio est, secundum quod communiter tradunt 4
DD. l. beneficium ff. de constitut. Princ. quia dispensatio semper & vbique eget causa, cum sit iuris communis vulnus, seu relaxatio. Armilla, & reliqui Summistæ in verbo dispensatio in princ. Couarr. in 4. decretalium parte 2. cap. 6. §. 9. Azor lib. 5. cap. 15. Carbo. libr. 7. de legib. cap. 11. Vnde data facultate dispensandi, intelligitur si sit causa legitima, secundum Emanuel Sà in suo aphorismo Confessar. verb. dispensatio, num. 3. & secundum Panorm. in cap. scripturæ de voto, dispensatus absque causa non remanet tutus in foro animæ: licèt secundum Siluest. in summa eod. verbo. numer. 4. sufficit ad dispensandum, causam putari esse rationabilem, & secundum eundem numer. 3. cum subest causa dispensandi, videtur peccare Prælatus, qui potest, & non dispensat.

Suprapositam conclusionem amplia tripliciter. Et primò, vt possit 5
Episcopus dispensare infra præfata temporum interstitia, etiam quoad Regulares promouendos, & sic remouentur superiores ipsorum à præfata potestate, secundum Vgol. Piaseggium, & alios locis citat. & Quarant. in summ. Bullar. verbo ordine referens. ita declarasse Sacr. Illustrissimorum Congregationem Concilij per hæc verba, videlicet, *Congregatio Concilij censuit, superiores regulares non posse dispensare super*

interstitiis regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quoad causam dispensationis iudicium formare debet ex attestatione superiorum regularium.

6 Amplia secundò, vt eadem interstitia remittere posset etiam Capitulum Sede vacante, seu eius Vicarium in casibus, in quibus posset dare licentiam Ordinarius, vt testatur fuisse decisum Sac. Congregationem Concilij Quaranta in verbo Capitulum, quæst. 10. & ita quoque voluit Artaman. cons. 13. numer. 5 Thoming. cons. 60. numer. 4. Bomin. cons. 6. num. 7.

7 Amplia tertiò, vt nullam pœnam incurrat Ordinarius ordinando subditum non seruatis temporum interstitiis. Nauarr. cons. 4. num. 6. & 7 de temporibus ordinationum.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicij an valeant si scribantur per ipsum dominum, vel debeat constituere Notarium.*

2 *Baro debet habere Iudicem, & Capitaneum, per quos habeat iustitiam administrare.*

3 *Episcopus non tenetur de necessitate constituere Vicarium.*

4 *Episcopus successor an teneatur soluere salarium Vicario prædecessori.*

5 *Quæ debeant concurrere requisita in Episcopo.*

An Episcopus possit per semetipsum regere, seu administrare iustitiam, non constituendo Vicarium.

DECIS. CCCCCLXII.

INter nonnulla & varia capita, quæ contra quendam Episcopum Regni opponebantur in Sac. Congregat. proposita super negotiis Episcoporum, erat, quod præfatus Episcopus per semetipsum per duos annos continuos iustitiam exercuit seu administrauit, quare cum accessisset ad me pro consilio capiendo, considerabam contra dictum Episcopum, quod ipse tenebatur constituere Vicarium.

Primo à simili, quod acta iudicij 1 scribi non debent seu actitari per ipsum dominum, sed debet constitui notarius, alias non valerent, vt probat tex. in Ritu M. C. V. 149 Campagna in cap. Regni item, quod prædicti officiales, numer. 9. de Zanchis in tracta. de priuileg. Eccles. priuileg. 110. nume. 1. Natta consil. 38. num. 23. vol. 1. Alex. cons. 213. colu. 2. volu. 2. Brunus cons. 93. num. 7. vol. 1. Viu. decis. 48. qui dicit, quod semper Baro debet habere personam Iudicis, & Capitanei, per quos iu- 2 stitiam valeat administrare, & ita quoque voluit Iaffred. decis. 115. quamuis dicat, quod in leuibus possit iustitiam per semetipsum administrare.

Cæterum supradictis minimè re- 3 fragantibus, contrarium consului pro præfato Episcopo, motus præcipuè ex duobus.

Primò, quia de necessitate non tenetur Episcopus habere, seu constituere Vicarium, secundum Ioan. And. in c. cum ab omni, de vita, & honest. cler. Archid. in cap. statutum de rescript. in 6. Fel. in cap. quoniam de off. ord. Put. decis. 43. nume. 2. par. 2. Ex hoc infert Mohed. decis. 4. de off. vic. fuisse in Rota Romana resolutum, non posse cogi Episcopum successorem soluere salarium Vica- 4 rio prædecessori, cùm ad illum constituendum non tenebatur: quam opinionem tenuit eadem Rota in decis.

Digitized by Google

decisio 227. dicens episcopum posse per seipsum iustitiam regere, nec teneri ad Vicarij constitutionem, cùm hoc in eius mera voluntate, & facultate consistat, prout etiam tradere eidem Vicario amplam, vel coarctatam potestatem. eadem Rota decis. 297. par. 2. & additio ad Mohedan. in cit. dec. 4.

Secundo, quia episcopus hac de causa debet esse prædìtus literarum, & scientiæ, cap. nouit vbi DD. omnes de renunciatione, cap. fin. de ætate, & qualitate, & propterea dicit text. in c. cum in cunctis de elect. debere esse in episcopo grauitatem morum, literarum, & scientiæ & ætatis matu-
5 ritatem, & tandem quod non teneatur constituere Vicarium, sed possit per se iustitiam regere, ac administrare, vide Ancharan. cons. 218 col. fi.

SVMMARIVM.

1 *Miracula recognoscere solius Episcopi est.*
2 *Dictio nisi, habet vim taxatiua.*
3 *Miracula, vt propriè dicantur, quatuor concurrere debent. & numero 4. 5. & 6.*

An ad alium pręter Episcopum spectet miraculorum recognitio.

DECIS. CCCCCLXIII.

EX Concil. Trident. sess. 25. sub ru-
1 br. de inuocat. & venerat. sancitum est nemini licere noua miracula publicare, nisi recognoscente, & approbante episcopo, & dictio illa, nisi posita in Conc. habet vim taxa-
2 tiuæ l. consulta C. de testam. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 4. §. 1. numer. 8. Osasc. decis. 174. numero 4. Antonin. decision. 112. in princ. Fel. in causis numer. 10. de testibus. Item verbum illud nemini, quod denotat omnimodam exclusionem, secundum Panormit. in c. graue numer. 8. de offic. ordin. tandem, quia fit mentio episcopi, ex quo sequitur, quod venit excludendus alius inferior, secundum Tiraquell. de retract. conuentional. Gloss. 7. nu. 9. & 13.

Et hoc idem maxima ratione san- 3
citum fuit ne quidem gratiæ pro miraculis publicentur, miracula enim, vt propriè dicantur, quatuor concurrere debent.

Primò, quod appareat illud ex Deo, non ex arte contingere, nec ex Dia- 4
bolo, nam miracula quandoq; fiunt per malos, vt cap. teneamus 1. quæst. 1. & cap. prophetauit 1. q. 1. & necesse est martyres (inquit tex.) impetrasse à Deo quæ mandant, & c. si quis prępostera, dist. 50.

Secundò, quod sit supra naturam, sicut de virga Moysi mutata in colu- 5
brum, & de asina loquente ad Balaam, ex cap. cum ex iniuncto de hæret. in 6. nam illud, quòd per causas naturales fieri potest non est miraculum, vt inquit Bart. in tract. de testibus num. 57.

Tertio, quod effectus fiat præter 6
solitum, & consuetum modum causandi, & sic iustificatio impii non est opus miraculosum, nam consuetus cursus iustificationis est, vt Deus moueat animam, & homo conuertatur D. Thom. 1. 2. quæst. 113. art. 10.

Quarto, quod fit ad corroborationem Fidei, & ideo ea quæ fiunt ministerio hominum, & non tendunt ad confirmandam Fidem, non sunt dicenda miracula. Mascard. de probationibus libro 2. concl. 64. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Sunt aliqua beneficia, quæ requirût or-*

dinem Sacerdotij, Diaconatus, & Subdiaconatus.

2 *Obtinentes huiusmodi beneficia, tenẽtur intra annum ordines suscipere requisitos.*

3 *Parochus non se faciens ad Sacerdotium promoueri, elapso anno est parochiali priuatus ipso iure.*

4 *Parochus, qui ad Sacerdotium promoueri non attendens parochialem recipit, peccat mortaliter, cum obligatione restituendi fructus.*

5 *Ista priuatio non habet locum in eo, qui non fuit promotus propter irregularitatem superuenientem, aut propter illateraturam, seu aliorum defectuum. n. 6. vbi ponitur declaratio Sac. Congreg. & alia nu. 7.*

8 *Nec etiam habet locum dicta priuatio, & obligatio se ordinandi durãte eo morbi genere ex quo ineptus esse videtur ad officium Sacerdotale per se exercendum, ponitur declaratio Sac. Congreg.*

9 *Obtinentes dignitates Canonicatus, aut alia beneficia, si intra annum ordines non susceperint requisitos, non incurrunt priuationem ipso iure, quia c. licet canon, solum procedit in parochialibus, numero 10. Isti nullo modo habent vocem in Capitulo, etiam si Capitulum, & Episcopus concedant: & dimidiam partem distributionum perdunt, nu. 11.*

12 *Decretum Conc. Trident. sess. 22. ca. 14. de reform. comprehendit ea omnia beneficia, quæ ordinem requirunt, ex sententia sac. Congreg. quæ videtur velle, quod comprehendat etiam beneficia extra Cathedralem, vel Collegiatam num. 13.*

14 *Post monitionem possunt illi priuari beneficio ob non receptionem ordinum, nisi forte careant ætate requisita, nume. 15. vbi ponitur declaratio Sac. Congreg.*

An Episcopus possit cogere obtinentes beneficium ad suscipien dum ordines illi annexos.

DECIS. CCCCCLXIV.

ILla beneficia, quæ requirunt, & habent annexum ordinem videlicet Sacerdotij, Diaconatus, aut Subdiaconatus, vt beneficia curata, canonicatus, portiones, & dignitates obtinentes huiusmodi beneficia tenentur intra annum à die pacificæ possessionis, vel quo per eos steterit quominus eam habeant, iusto impedimento cessante, ordines suscipere requisitos, c. licet canon, & cap. commissa de elect. in 6. clemen. vt ij, qui, de ætat. & qualitat. Concil. Trident. sess. 22. cap. 4. de reform. 1 2

Vnde Parochus non se faciens ad Sacerdotium promoueri elapso anno est parochiali priuatus ipso iure. d. c. licet canon, & c. commissa, quod vltra DD. ibi latè explicant Rebuff. in prax. tit. de dispensat. de non promouendo, & præcipuè titul. de non promotis intra annũ Bernard. Diaz. in pract. criminal. ca. 53. & ibi Salzedo, Paris. de resignat. benef. lib. 3. q. 2. & Auctor Praxis Episcopalis 1. part. verb. beneficium. §. 4. distinc. 4. Hinc Nauar. c. 23. num. 51. ait præfatos peccare mortaliter accipiendo illa beneficia, sine intentione assumendi ordines illis annexos, ea ratione, vt inquit ibi Nauarr. quia qui accipit aliquod munus, debet curare, vt sit habilis ad illud exercendum. Imò nonnulli sunt qui tenent istos non solum peccare mortaliter, sed etiam teneri ad restitutionem fructuum, & in eis procedere d. c. commissa. cæterum, pro qua sententia citatur Pa- 3 4

norm

norm.in c.relatum de cler. non resident.& Gabriel 4.distinct. 15. quæst. 8. art. 3. Mayor. in 4. distinct.24.qu. 11.& Adrianus in eodem 4. tit. de restitut.§.pro clariori vers.pro respons. & sentit Graff.in decisionibus aureis casuum conscientiæ libr.2.c. 97. numero 55. quæ sententia mihi placet, nam ratio expressa in d.§.cæterum,ibi,cum eos receperis fraudulenter, militat etiam in proposito, vt patet, & quando ratio est expressa in lege etiam pœnali, fit extensio ad alios casus,in quibus vrget eadem ratio. l. cum mulier 1.& ibi Alexand. per illum text.ff.solut.matr.Domin.in ca. si ciuitas §.1.in princ.de sentent. excomm.in 6.& cons.2.in fi. Franchus in c.1.de temp.ord.in 6.num. 7. limitat.6.Ias.in l.1.numer.13.ff. in ius voc. vt eant.& in l.cum quidam num. 29. & 30.ff.de liber.& posthum.Dec. in reg.factum cuique, §. in pœnalibus, num.15.ff.de regul.iuris. Aymon. de antiq.temp.4.part. sectione videamus modo,numer.18. Sanchez alios referens lib.3.disp.42.num.4. ex quo satisfit fundamento contrariæ sententię,prętertim quod dici potest,d. c.commissa §.cęterum, non esse legem pœnalem nouam,vt d. capit. licèt canon, sed declarationem iuris antiqui, & obligationis iustitiæ, quam ratio naturalis videtur inducere ratione fraudis, vt colligitur ex eius verbis ibi,teneberis. &ibi, cum eos receperis fraudulenter, immo totum caput,commissa,videtur magis declaratio quàm ius nouum.

5 Suprapòsita regula limitatur tripliciter.Primò, vt non procedat in eo,qui non fuit promotus propter irregularitatem superuenientem. Re-
6 buff.d.tit.de non promot.numer.80. aut propter illiteraturam, seu alium defectum, vt alias respondit Sacr. Congregat.Concil.his verbis. *Pœna canonis præscripta his,qui vltra annum Sacerdotium non perceperint,non habere locum in Rectore, qui intra annum à die adepta pacifica possessionis,vel infra tempus legitimè ei prorogatum comparuit,& se promoueri petiit,offerẽs quãtum in se erat,se paratum,suscipere Sacerdotium,vel ordinem, & noluit eum Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam causam promouere. referunt Rodriquez in sum.1.tomo capite trigesimo numero tertio,& Vega 1.par.capit. 36. casu 20.*

Est etiam alia declaratio super c. 7
1.sess.14.de reformat.quę sic ait. *Congregatio Concilij censuit per hoc decretum correctum esse cap.ex tenore,& cap. ad aures de tẽp. ord.ampliatũ ita vt cõprehẽdat quoque clericos seculares,etiã dignitates,vel beneficia quibus annexus sit ordo obtinentes, tam quoad facultatem prohibendi ascensum ad ordines, quam etiam suspendendi, ipsisque potestatem appellandi,adeptam esse,fuisque etiam dictum arctatum ad ordinem recipiendum,& prohibitum ex hoc decreto,nõ incidere in pœna cap.licet canõ,de elect.in 6.iuxta cap.commissa,eodem titul.& lib.at etiam quod si admittur appellatio non tamen recursus.* 8

Limita secundò, vt nec etiam habeat locum dicta pœna priuationis, & obligatio se ordinandi, durante eo morbi genere, ex quo impeditus esse videtur ad officium Sacerdotale per se exercendum, vt alias Sac.Congregatio respondit Episcopo Bergamen.his verbis. *Parochus si eo morbi genere teneatur, vt ad functionem Sacerdotis,& res diuinas per se obeundas minimè idoneus esse videatur, non tenetur durante dicto morbi genere sacris ordinibus se initiari facere.*

Limita tertiò in obtinentibus 9
dignitates canonicatus, vel præbendas,aut alia beneficia, qui etsi intra annum ordines non susceperint

requisitos,&suis beneficiis annexos,
10 non tamen incurrunt priuationem ipso iure, quia d. c. licèt canon, procedit tantum in parochialibus gloss. ibi in verb. parochialis, cap. statutum eodem & ibi gloss. 1. Dom.& Franch. numer. 2. Rom. consi. 325. num. 2. & 3. Rebuff. d. tit. de non promot. nu. 28. 29. & 30. Diaz. vbi supra numero 5. Graff. in decis. aureis casuum consc. c. 97. numero 47. sed ex tunc donec
11 ad eos promoti fuerint, nullo modo habét vocem in Capitulo, etiam si Capitulum, & Episcopus concedant: & dimidiam partem distribu-
12 tionum perdunt eo ipso, clement. vt ij, qui §. illi verò, & ibi Gloss. & DD. & Conc. Trident. citat. sess. 22. cap. 4. de reformat. quod decretum censuit sac. Congregat. comprehendere ea omnia beneficia, quæ ordinem requirunt.

13 Vnde Sac. Congreg. videtur velle, quod decretum comprehendat etiam beneficia extra Cathedralem, vel collegiatam, quamuis d. clemét. vt ij qui §. illi verò, non haberet locum in beneficiis extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, etiam si in eis essent distributiones sed solum in præbendis, & beneficiis in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata habentibus vocem Capituli, aut distributiones. Glos. ibi verb. præbendas, & verb. in eisdem, & verb. distributiones. Card. ibi numero 5. & Bonif. numero 30. qui male tenebat contra Gloss. dict. verb. distributiones.

14 Et post monitionem possunt illi priuari beneficio, vt Sac. Congreg. respondit Episcopo Parauino his verbis, *Canonici qui ordines sacros debitos post monitionem sumere recusant, ab Ordinario priuari debent.*

15 Et est alia declaratio eiusdem Sacræ Congreg. quæ sic ait, *Episcopus facta annexione ordinum cuilibet Canonicatui, statim Canonicos ad eorum susceptionem cogere debet vsque ad priuationem.*

Limita tertio, quando quis caret ætate ad ordinem requisita, quia ex dispensatione in minori ætate obtinuit præbendam, tunc enim nõ potest ea priuari ob istam causam. Rebuff. supra numero 55. & respondit Sac. Congregat. episcopo Collaguritano his verbis.

Congregationi datus est supplex libellus Io. Ferret. velle Amplitudinem suam ei Canonicatũ cum prabenda, qua isthic obtinet adimere ob eam causam, quod intra annum nõ sit promotus ad sacros ordines, ex decreto Concilij, qui cũ tantummodo 28. annos (vt ab eo relatum est) natus sit: neque per decretum Conc. sess. 23. cap. 12. ante duodecimum secũdũ annum, sacris initiari possit nõ videtur esse cogendus, vt nisi sacros ordines suscipiat, canonicatu priuetur, de quo Põtificias literas expediuit, itaque si res ista est, mandat tibi sua Sanctitas, vt cõseruata isti Ioanni possessione, eum prius non cogas ad sacros ordines promoueri, quàm ad 22. annos peruenerit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vt comprehendatur in aliqua dispositione, seu cõstitutione, necessaria est specialis de eo mẽtio: redditur ratio.*

2 *Declaratur opinio Panormit. in cap. non potest, de sentent. & re iud. asserentis, Episcopum venire appellatione Sacerdotis.*

Episcopi personam non venire in generali dispositione, nisi de ipsa specialis facta fuerit mentio.

D E-

Digitized by Google

DECIS. CCCCCLXV.

DIxi rationem esse, quia episcopus est caput Cleri, sicut Potestas dicitur caput ciuitatis, secundum Bart. in l. nulli ff. quod quis vniuers. dicitur Præses ciuitatis Bald. in l. siue pars C. de dilationibus. & dicitur esse de maioribus magistratibus. Bald. in dicto loco. Et propterea non comprehenditur in generali constitutione, secundum Corn. in consilio 253. numer. 10. lit. C. vol. 5. quia debet
1 fieri expressa mentio, propter excellentiam ordinis, & officij. l. si compromissarius §. huiusmodi de elect. in 6. Vnde notatur in cap. quia periculosum de sent. excommun. in 6. quod episcopi nullam interdicti, vel suspensionis incurrunt sententiam. nisi in ipsa sententia fuerint specialiter mentionati, atque expressi, sicut in simili probatur in c. inquisitores de hereticis in 6. quod Inquisitor Papæ super hæresi sine speciali mandato non inquirit contra Episcopum, verùm si eum culpabiliter inuenerit, nunciabit Papæ, vnde secundum Nouiss. in sua praxi capit. 24. pœna sancita in capit. 1. de sent. excomm. in 6. contra excommunicantes, non seruata forma illius capit. non comprehendit episcopos, quia ibi de illis non fit expressa mentio, secundùm Io. Monach. in d. cap. 1. numer. 6. quare facit illud, quod scriptum relinquit Anna in suis obseruat. obseruat. 17. quod derogatio priuilegii concessi miserabilibus personis, & ecclesiasticis non comprehendit episcopos, quia non fuit de eis facta mentio.
2 Non obstat, quod episcopus veniat appellatione Sacerdotis, secundùm Panorm. in capit. non potest de sentent. & rei iud. & idem Abb. in rubric. de vita, & honest. cleric. & in c. si Sacerdos de off. ord. quia respondetur procedere in materia fauorabili, non tamen odiosa, & stricta, quia in eis inest qualitas supra alios, quæ non reperitur in clericis simplicibus, secundùm Panormit. citat. rubrica.

SVMMARIVM.

1 Episcopus non potest procedere contra Canonicos absque duobus adiunctis ex Capitulo, iuxta decretum Conc. Trid. sess. 25. c. 6. de reform. Amplia num. 2. 4. & 5. & pro prima ampliatione adducitur declaratio Sac. Congregation. num. 3.

6 Limita in Capitulis, quibus non est cōcessa exemptio, cum Concilium loquatur de Capitulis exemptis: ponitur declaratio Sac. Congregat. numero 7.

Episcopus an possit inquirere, seu procedere contra Canonicos sine adiunctis.

DECIS. CCCCCLXVI.

EX dispositione Sacri Conc. Tridētin. sess. 25. cap. 6. de refor. sancitum fuit, vt Capitulum in initio cuiuslibet anni eligere habeat duos ex Capitulo, de quorum consilio, & assensu episcopus contra Capitulares procedere debeat; quare ex his verbis apertè concludi videtur, Episcopum non posse de per se in delictis contra Canonicos procedere. 1

Amplia locum habere, vt neque possit procedere absque adiunctis ad priuationem Canonicorum ex causa, quod ordines suis præbendis annexos non susceperint, & ita censuit Sacr. Congregat. Concil. secundùm quod refert Garz. de benefic. parte 3. capit. 4. numero 22. per verba videlicet. 2

3 *Illustrissime, & Reuerēdissimè Domine vti scilicet dubium visum nō est Illustrissimis Patribus ad explicandas, quæ ex Trid. Conc. possunt oriri quæstiones à sacro Domino nostro in Conciliū adhibitis, quin Amplitudini tuæ liceat tertiā partē ex fructibus dignitatū istius Ecclesiæ, non quemadmodū deducta olim fuit, sed secundùm vera eorundē fructuū æstimationem, de integro nūc deducere, Cōsed si inter vtranque deductionē nō ita multum intersit, magis placuit in ea re nihil nouari. Illud autē sine distinctione verū est, eos, qui non suscipiunt ordines suis Canonicatibus, portionibusque annexos, pœna etiā priuationis ab Amplitudine tua, per seipsum etiam solam sine adiunctis ad id copelli meritò posse, quod & ad eandem Amplitudinem tuā rescribi Patres voluerunt, quā Deus incolumem, & diuina gratia muneribus auctam velit. Romæ die 29. Maij 1590 Hieronymus Card. Matthæus.*

4 Amplia secundò procedere tam in delictis grauibus, quàm in leuibus, nam in omnibus necesse est, vcum adiunctis procedat episcopus, vt fuit dictum in Rot. in vna Carthaginen. iurisdictionis 27. Nouembris 1585. * coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius decision. 710. & probatur expressè ex verbis Cōcilij, ibi, *In omnibus autem casibus.* quod etiam probari videtur ex eo; quod considerat ibi Concil. diuersitatem qualitatum delictorum, & personarum delinquentium. Item quod considerat episcopum etiam ex officio procedere posse, ita Seraphin. cit. decis. quamuis de iure communi episcopus solus posset in leuibus procedere. cap. 1. cap. licet, & capit. irrefragabili §. accessus de offic. ordinar.

5 Amplia tertiò, vt procedat etiam in leuibus, in quibus non est opus tela iudiciaria, iuxta terminos text. clement. sæpe de verb. signific. Bald. & Alexandr. in l. leuia ff. de accusat. Signoroll. cons. 88. numero 5. nam in istis quoque censuit Sacra Congreg. Concilii seruandam esse formam d. cap. 6. in vna Garigen. statutorum 7. Iunij 1580.

Limita nunc, vt locum non habeat in capitulis quibus non est concessa exemptio, nam decretum Cōcilij sess. 25. cap. 6. loquitur tantum in capitulis exemptis, vt fuisse in Rot. decisum testatur Seraphin. decision. 743. vbi fuit dictum, quod cū ecclesia Galigensis non sit exempta, non possit in ea locum habere dispositio Concilij, & ita quoque censuit Sacr. Congreg. Concilii in vna Ianuens. iurisdictionis de anno 1570. vt refert Rot. diuers. in decision. 121. parte 2. per verba videlicet. *Congregatio Concily censuit decretum illud sess. 25. capite 6. habere tantum locum in capitulis exemptis.* 6 7

SVMMARIVM.

1 *Episcopus inducēs consuetudinem, vt medietas fructuum beneficy primi anni applicetur alicui vsui, non committit simoniam, & numer.* 2. 3. & 4.

5 *Contrarium consuluit Auctor Illustrissimo Cardinali Spinello, ex decreto Concil. Trident. sess. 24. ca. 14. de reform. intellige, nisi huiusmodi solutiones conuertantur in vsus pios, vt colligitur ex dicto decreto Concil. numero 6. & pluries adducitur, declaratur per Sac. Congreg. num.* 7. 8. & 9.

10 *Respondetur contrariis.*

Episcopus permittens consuetudinem, vt medietas fructuum

ctuum beneficii primi anni alicui vsui applicetur, an committat simoniam.

DECIS. CCCCCLXVII.

1 VIdebatur prima facie, quod non ex pluribus.

2 Tum primo, quia id videtur comprobatum ex auctoritate grauissimorum Doctorum, pręcipuè post alios Abb. in c. Iacobus numer. 3. de simonia. Alberic. de Rosat. in prima part. statutor. q. 80. Rip. respons. 1. nu. 11. Moneta de distributionibus quotidianis part. 2. q. 18. num. 55. Paris. de confidentiis quęst. 38. nume. 27. cum sequent. vbi refert fuisse declaratum per Sacram Congregationem Concilij.

3 Tum secundò, quia extrauag. prima ne sede vacant. improbat priuilegia, consuetudines, ac statuta recipiendi fructus beneficij collati in primo, secundo, ac sequentibus annis; ne cultus diuinus diminuatur, & ideo illa restringit ad partem aliquã fructuum, vt reliqua remaneat ei cui collatum est beneficium.

Tum tertio quia valida est consue-
4 tudo, vt aliquid detur à Canonico nouiter recepto, dũmodo id in pios vsus erogetur. Abb. in d. c. Iacobus num. 3. & in c. sicut numer. 2. eod. tit. Felin. in c. cum M. Ferrariens. numer. 20. de constit. Graff. decis. aurear. cap. 96. numer. 49. part. 1. libro 2. Nauarr. consil. 1. num. 3. de simonia. Ant. libro 1. variar. resolut. ca. 1. & ratio est, quia consuetudine potest induci, vt fructus vnius beneficii ad tem pus alii applicentur, c. cum non deceat, & ibi notat. de election. in 6. eoque magis vbi esset immemorabilis, quæ habet vim priuilegii capit. super quibusdam, & ibi Gloss. de verborum significatione. Alexand. consil. 1. volum. 1. Dec. in cons. 368. Aret. cons. 15. Oldrad. consil. 82. & fuisse in Rota resolutum scribit Veral. in dec. 270. par. 2.

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului illustrissimo Domino meo Card. Spinello.

Mouebar primo ex decreto Concil. Trid. sess. 24. ca. 14. de reform. vbi 5
hoc expresse prohibetur, & ita quoque pro eiusdem Concilij confirmatione statuit Pius V. in Bulla, quæ incipit. durum nimis, quæ in Bullario reperitur in ordine 106. fol. 10. 81. & iuxta hanc sententiam tenuit Rota Romana in vna Segnin. vnionis 1. Iunij 1592. † coram Illustrissimo Blan- †
chetto.

Verum est tamen secundum Paris. 6
loco cit. quod ea cõsuetudo videtur approbata, ac permissa: quæ vult, quod vt huiusmodi solutiones conuertantur in vsus pios, vt dicitur in d. decreto Concilij, ibi, *vt quacunq. huiusmodi in vsus pios nõ conuertuntur.* & ita cẽsuit Sacra Congr. super eod. ca. dummodo non petantur pro pretio, secundũ Nauar. cons. 66. de simonia.

Quare eadem Sacra Congrega- 7
tio, teste Paris. cit. loco damnauit cõsuetudinem Ecclesię Ruinens. soluendi integros fructus vnius annicanonicatus, pro anniuersario celebrando, vt testatur se vidisse ex literis, sub dat. 22. Augusti 1591. scriptis Illust riss. Card. Matthæo.

Et tempore quo ego Romæ manebam apud Illustrissimum Spinellũ, 8
Sacra Congreg. declarauit licere eidẽ Illustriss. Card. medietatẽ fructuũ beneficij illius anni collationis detrahere, supposita tamen, ac probanda per eundem Illustrissimũ consuetudine immemorabili, & dummodo præfati fructus locis piis applicentur

Pro cuius sanctissimæ declaratio-

nis corroboratione adducitur doctrina D. Thom. 22. quæstio 100. §. ad 4. in fi. quem refert Monald. in consil. 83. volum. 2. vbi dicit hæc verba, Circa collationem beneficiorum sciendum est, quod si episcopus antequam alicui beneficium conferat ob aliquam iustam causam ordinauerit aliquid subtrahendum de fructibus benefici conferendi, & in pios vsus expendendos non esse illicitum, si verò ab eo cui beneficium confert requiratur aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem esset ac si aliquod munus ab eo exigeret, & quod non caret vitio simoniæ, vt voluit quoque Rodoan. in suo tract. de simonia num. 28. & seq. & ante cum Hyeronym. Zannet. in tract. de foro conscientiæ, & contentis sub num. 8. vbi quoque refert eadem verba Diui Thom.

9 Non obstant contraria quia teste Paris. sæpius citato loco, facilè diluuntur, quia supradicta omnia sunt derogata per huiusmodi decretum Concilij.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Permutatio beneficiorum non potest fieri inter personas ætatis multum inæqualis, vt in casu nostro.*
3 *Pro affirmatiua opinione adducitur decis. Rot. 2. de præsump. in antiq. & ita fuit decisum in Curia Archiep. Neapol.*
4 *Respondetur contrariis.*

Episcopus quo casu non debeat auctoritatem permutationi beneficiorum.

DECIS. CCCCCLXVIII.

COmparuit in Curia Archiepisc. Neapolit. quidam Clericus nobilis, & iuuenis instando sibi præstari auctoritatem, seu assensum in quadam permutatione beneficij, quam intendebat facere cum quodam beneficio, quod obtinebat Presbyter ætatis 70. ann. quare fuit dubitatum, an esset admittenda huiusmodi permutatio ad effectum, vt Illustrissimus Dominus potuisset iure optimo suam interponere auctoritatem, iuxta terminos text. in clement. 1. de rer. permut. & c. 1. eodem tit. in 6. dicebat vnus ex Dominis, quod Hartam. in cons. 21. numer. 3. scribit summopere iudices ecclesiasticos inuigilare debere, ne in beneficiorum permutatione fraus committatur, maximè in casu vbi non fit simpliciter, sed apparent aliquæ fraudis coniecturæ, præsertim quando esset triangularis secundum collect. in cap. 1. prope fin. de rerum permut. Imol. in clemen. 1. eodem tit. numer. 40. versic. quod si inter tres, Verall. in decis. 325. part. 2. cùm singulæ permutationes singulas prouisiones requirant. Rot. in decis. 402. & 865. in antiquis. Item dicebatur, quod cum præfata permutatio instabatur fieri inter personas ætate inæquales, scilicet inter vnam ætatis 23. annorum, & altera, quæ erat 70. consequenter subintrabat suspicio fraudis, ad decis. Ægid. Bellamer. 343. & facit doctrina Alban. in cons. 23. num. 6. Burcul. in consil. 21. numero 6. & sequent. Guid. Pap. in consil. 28. numero 7. Aderat item alia suspicionis coniectura, scilicet, quia alter permutantium beneficium habebat maioris redditus, seu valoris, quo casu libenter arguunt DD. permutationem esse simulatam, ex iis, quæ voluit Roland. in cons. 23. vol. 1. item dicebatur huiusmodi permutationem non continere ecclesiæ vtilitatem, prout debet esse, cap. quæsitum & ibi communiter DD. de rerum per-

Digitized by Google

permutatione Boer.in decis. 205.nu. 7.Paris.li.11.q.5.numer.12.praxis Episcopalis par.2. verb. permutatio §. 3. dubio 5.vnde D. Thom. in 4.sent. dist.25.qu.3.art.3.dicit, permutationem fieri debere pro causa spirituali, puta, vt melius Deo seruiatur:quare si pro aliquo terreno commodo vtriusque,vel alterius fieret,esset simoniaca: sequitur Siluester verb.permutatio §.2.numer.3.Conrad.in respons.casuum conscient. q. 42. Vgol. de simon.tabula 1.cap.27.§.1.num. 6.

3 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium fuit resolutum in Curia Archiep. nam fuit dictum.præfatam permutationem fore admittendam, & moti fuimus ex notabil.decis.Rot.2.de præsumpt.in antiq.vbi, vt permutatio dicatur simulata,necesse est,vt copulatiuè tria concurrant,videlicet magna beneficiorum inęqualitas,secundò, coniūctio personarum,&mors sequuta intra 8.dies, quę deficiant in casu, de quo verba facimus.

4 Non obstat permutationem debere redundare in Ecclesiæ vtilitatem, quia respondetur sufficere vtilitatem personarū, gloss. communiter recepta in cap. cum vniuersorum in gloss.2.de rer.permut.& in c. quæsitum, vbi etiam Panorm. eod.tit. Card.in d.clement. quia contingit, nu.2.Franch.in cap.1.num. 6. de officio delegati in 6. Petr. de Perus. in tract. de permutatione benefic. par. 3.quæst.2.

SVMMARIVM.

1 *Impositio primi lapidis ad solum Episcopum spectat.*

An impositio primi lapidis in fundatione Ecclesiæ spectet ad Episcopum.

DECIS. CCCCCLXIX.

SVpponitur in facti contingentia, quod Electi & Syndici cuiusdam ciuitatis volentes fundare aliquam Ecclesiam sub inuocatione S. Caroli Borromei, & prætendentes non debere Episcopum in impositione primi lapidis se intromittere, præsertim quia pręteudebant eam ab Episcopi iurisdictione eximere: fuit dubitatum quid iuris. Ego verò 1
dicebam, quod cùm Episcopus habeat fundatam intentionem super omnibus Ecclesiis tam constructis, quam construendis,ad tex. in c.omnes Basilicæ 17.q.4.c.constitutus, ca. cum venerabilibus.ca.cum dilectus, & ibi DD.de relig.dom. consequenter non erat dubitandum quin ad ipsum spectaret primi lapidis impositio.Item dicebam, quod tex.in ca. nemo de consecrat. d.1. vsus fuerit his verbis:Nemo Ecclesiam ædificet antequam Episcopus ciuitatis veniet, & ibidem primum lapidem Crucem figat, & publicè atrium designet. Vnde cùm generaliter loquatur,nec distinguat casus, in quibus Episcopus priuatur hac iurisdictione,proinde non est dubitādum, an hoc fieri possit: vnde in §.si quis autem,in auth. de eccl.tit. habetur. Si quis autem voluerit fabricare venerabile Oratorium, aut Monasterium, pręcipimus non aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem;& facit etiam tex. in §.illud igitur in auth.de Monachis, vbi hęc verba leguntur.Illud igitur,ante alia dicendum est, vt in omni tempore, & in omni terra si quis ædificare voluerit venerabile Monasterium,non prius licentiam esse hoc agendi, quam Deo amabilem locorum Epi-

Digitized by Google

nis corroboratione adducitur doctrina D.Thom.22.quæstio 100. §.ad 4.in fi. quem refert Monald. in consil.83.volum. 2. vbi dicit hæc verba, Circa collationem beneficiorum sciendum est, quod si episcopus antequam alicui beneficium conferat ob aliquam iustam causam ordinauerit aliquid subtrahendum de fructibus benefici conferendi, & in pios vsus expendendos non esse illicitum, si verò ab eo cui beneficium confert requiratur aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem esset ac si aliquod munus ab eo exigeret, & quod non caret vitio simoniæ, vt voluit quoque Rodoan.in suo tract. de simonia num. 28.& seq. & ante eum Hyeronym. Zannet.in tract.de foro conscientiæ,& contentis sub num.8. vbi quoque refert eadem verba Diui Thom.

9 Non obstant contraria quia teste Paris. sæpius citato loco, facilè diluuntur, quia supradicta omnia sunt derogata per huiusmodi decretum Concilij.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*

2 *Permutatio beneficiorum non potest fieri inter personas ætatis multum inæqualis, vt in casu nostro.*

3 *Pro affirmatiua opinione adducitur decis. Rot.2.de præsump.in antiq. & ita fuit decisum. in Curia Archiep. Neapol.*

4 *Respondetur contrariis.*

Episcopus quo casu non debeat auctoritatem permutationi beneficiorum.

DECIS. CCCCCLXVIII.

COmparuit in Curia Archiepisc. Neapolit. quidam Clericus nobilis,& iuuenis instando sibi præstari auctoritatem, seu assensum in quadam permutatione beneficij, quam intendebat facere cum quodam beneficio, quod obtinebat Presbyter ætatis 70.ann. quare fuit dubitatum, an esset admittenda huiusmodi permutatio ad effectum, vt Illustrissimus Dominus potuisset iure optimo suam interponere auctoritatem, iuxta terminos text.in clement.1.de rer. permut.&c.1.eodem tit.in 6.dicebat vnus ex Dominis, quod Hartam. in consi.21.numer.3. scribit summopere iudices ecclesiasticos inuigilare debere, ne in beneficiorum permutatione fraus committatur, maximè in casu vbi non sit simpliciter, sed apparent aliquæ fraudis coniecturæ, præsertim quando esset triangularis secundum collect.in cap.1,prope fin. de rerum permut. Imol. in clemen.1. eodem tit.numer.40. versic.quod si inter tres, Verall.in decis. 325. part. 2. cùm singulæ permutationes singulas prouisiones requirant.Rot.in decis.402.& 865.in antiquis. Item dicebatur, quod cum præfata permutatio instabatur fieri inter personas ætate inæquales, scilicet inter vnam ætatis 23.annorum,& altera, quæ erat 70. consequenter subintrabat suspicio fraudis, ad decis. Ægid.Bellamer. 343.& facit doctrina Alban. in cons. 23.num.6.Burcul.in consil. 21.numero 6.& sequent. Guid. Pap.in consil. 28.numero 7.Aderat item alia suspicionis coniectura, scilicet, quia alter permutantium beneficium habebat maioris redditus, seu valoris: quo casu libenter arguunt DD. permutationem esse simulatam ex iis, quæ voluit Roland.in cons.23.vol.1. item dicebatur huiusmodi permutationem non continere ecclesiæ vtilitatem, prout debet esse, cap.quæsitum & ibi communiter DD. de rerum per- 2

Digitized by Google

permutatione Boer. in decis. 205. nu. 7. Paris. li. 11. q. 5. numer. 12. praxis Episcopal. par. 2. verb. permutatio §. 3. dubio 5. vnde D. Thom. in 4. sent. dist. 25. qu. 3. art. 3. dicit, permutationem fieri debere pro causa spirituali, puta, vt melius Deo seruiatur: quare si pro aliquo terreno commodo vtriusque, vel alterius fieret, esset simoniaca: sequitur Siluester verb. permutatio §. 2. numer. 3. Conrad. in respons. casuum conscient. q. 42. Vgol. de simon. tabula 1. cap. 27. §. 1. num. 6.

3 Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium fuit resolutum in Curia Archiep. nam fuit dictum. præfatam permutationem fore admittendam, & moti fuimus ex notabil. decis. Rot. 2. de præsumpt. in antiq. vbi, vt permutatio dicatur simulata, necesse est, vt copulatiuè tria concurrant, videlicet magna beneficiorum inęqualitas, secundò, coniũctio personarum, & mors sequuta intra 8. dies, quę deficiant in casu, de quo verba facimus.

4 Non obstat permutationem debere redundare in Ecclesiæ vtilitatem, quia respondetur sufficere vtilitatem personarũ, gloss. communiter recepta in cap. cum vniuersorum in gloss. 2. de rer. permut. & in c. quæsitum, vbi etiam Panorm. eod. tit. Card. in d. clement. quia contingit, nu. 2. Franch. in cap. 1. num. 6. de officio delegati in 6. Petr. de Perus. in tract. de permutatione benefic. par. 3. quæst. 2.

SVMMARIVM.

1 *Impositio primi lapidis ad solum Episcopum spectat.*

An impositio primi lapidis in fundatione Ecclesiæ spectet ad Episcopum.

DECIS. CCCCCLXIX.

SVpponitur in facti contingentia, quod Electi & Syndici cuiusdam ciuitatis volentes fundare aliquam Ecclesiam sub inuocatione S. Caroli Borromei, & prætendentes non debere Episcopum in impositione primi lapidis se intromittere, præsertim quia prętendebant eam ab Episcopi iurisdictione eximere: fuit dubitatum quid iuris. Ego verò 1 dicebam, quod cùm Episcopus habeat fundatam intentionem super omnibus Ecclesiis tam constructis, quam construendis, ad tex. in c. omnes Basilicæ 17. q. 4. c. constitutus, ca. cum venerabilibus. ca. cum dilectus, & ibi DD. de relig. dom. consequenter non erat dubitandum quin ad ipsum spectaret primi lapidis impositio. Item dicebam, quod tex. in ca. nemo de consecrat. d. 1. vsus fuerit his verbis: Nemo Ecclesiam ædificet antequam Episcopus ciuitatis veniet, & ibidem primum lapidem Crucem figat, & publicè atrium designet. Vnde cùm generaliter loquatur, nec distinguat casus, in quibus Episcopus priuatur hac iurisdictione, proinde non est dubitãdum, an hoc fieri possit: vnde in §. si quis autem, in auth. de eccl. tit. habetur. Si quis autem voluerit fabricare venerabile Oratorium, aut Monasterium, pręcipimus non aliter inchoandam fabricam, nisi locorum sanctissimus Episcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem; & facit etiam tex. in §. illud igitur in auth. de Monachis, vbi hęc verba leguntur. Illud igitur, ante alia dicendum est, vt in omni tempore, & in omni terra si quis ædificare voluerit venerabile Monasterium, non prius licentiam esse hoc agendi, quam Deo amabilem locorum Epi-

Digitized by Google

ſcopum aduocet, & ille manus extendat ad cœlum, & per orationem locum conſecret Deo, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum, videlicet, Crucem. Quibus omnibus facit etiam tex. in auth. vt nullus fabricet Oratorii domos §.1.& gloſ.in cap.nemo de conſecr.d.1.vbi habetur, Epiſcopi eſſe proprium primarium lapidem ponere, licet hoc poſſit fieri per alium, authoritate eiuſdem Epiſcopi, ſecundum gl. in cit.c.nemo Sylua in tract.de benef.par.∴q.6.num.9.Calder.conſ.4.de relig. dom.Azorius li. 9.c.3.in princ.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt præſente legato de latere ferre inſignia Epiſcopalia.*
2 *Prima ratio eſt propter prærogatiuā reuerentiæ.*
3 *Secunda ratio eſt, ne ordo cōfundatur.*
4 *Patriarchæ non poſſunt ante ſe ferre Vexillum Crucis in vrbe.*

Epiſcopus præſente Legato de latere an poſſit benedicere populo, & deferre inſignia Epiſcopalia.

DECIS. CCCCCLXX.

1 RESpondi non poſſe deferre veſtes, ſcilicet Mozzettam, ſignificantem iuriſdictionem illius ordinariam, quia in præſentia maioris deponitur poteſtas reuerentialis minoris. Ratio eſt, quia ſi alias
2 diceremus, confunderetur rerum omnium ordo, niſi congruus vnicuique locus in honoribus, & muneribus aſſignaretur, veluti habetur in rub.& nigro l.vt dign.ſer.libr.11.in quo potiſſimum conſiſtit ordo iuſtitię diſtributiuæ, teſte Didac. ad reg. c. peccatum par.2.relect.§.7.numer.2.de reg. iur.in 6.Hinc B.Hieronymus excandeſcit in quendam, qui Diaconos Presbyteris anteferebat.cap.legimus 93.diſt.& Abb.in conſ. 2 1.li. 1.acriter inuehitur in quendam Archidiaconum, qui prætendebat Vicarium Epiſcopi prætendere.

Secunda ratio, propter prærogatiuam reuerentiæ, & ne in vno corpore videantur duo capita, quaſi monſtra, Hoſtienſ.in c.volentes de offic.leg.vbi Abb.num.4.& Anchar. ſubdens, quod Epiſcopus licet in ſua ciuitate poſſit exercere iuriſdictionē ſuam ſuperueniente Legato, non tamen eo præſente poterit ſolemniter benedicere. 3

Quibus rationibus accedat tex.in ca.antiqua de priuil. vbi Patriarchæ faciunt deferre ante ſe Vexillum Crucis, niſi in Vrbe Romana, aut vbicunque Summus Pontifex pręſens extiterit, aut eius Legatus vtens inſigniis. 4

Facit quoque dictum Specul. in §.ſequitur videre, num. 4. de legato, vbi, quod Legati de latere ſunt maiores & digniores Legatis natis, & ideo nati non vtuntur ſuis inſignibus; nec exercent officium legationis præſente Legato de latere. Et ſecundum Gratian. deciſ. 29. qui Tulman.in tract.de Epiſc.lib.4.par.1. nu. 5.loquens de Epiſcopo Fiumano.qui ex dignitate Epiſcopatus præ ſe Crucem ferens, debet illam dimittere præſente legato de latere inſigniis vtente, nam Epiſcopus debet honorare dictum Legatum, ex vi iuramēti ſui, quod præſtat in conſecratione.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad conferendum beneficium, eſt ſemeſtre.*

2 *Quod*

Digitized by Google

2 *Quod quidem tempus non currit, nisi à die scientia.*
3 *Durante lite super iure conferendi, non currit tempus.*

Semestre ad conferendum beneficium, an currat Episcopis à die quo currit patronis ad præsentandum.

DECIS. CCCCCLXXI.

1 IN Curia Archiep. Neap. fuit dictum collationem cuiusdam beneficij patronati spectare ad meram & liberam collationem Illustrissimi Ordinarij, ob id præsertim, quod patroni non præsentauerunt in tempore, iuxta terminos tex. in cap.1. de iurepat. quare fuit dubitatum an tempus semestre, quo indulgetur Ordinario ad conferendum currat à die sententiæ declarationis deuolutionis, an verò debet computari tempus quatuor mensium, quod patronis conceditur, & eorum culpa fuit elapsum. Et dicebam ego, quod licet de beneficiis vacantibus prouidere debent ij, ad quos prouisio spectat infra sex menses. c. nulla 2. de concess. præben. & cap. licèt de supplenda negligentia prælatorum, & clem. 1. eod. tit. lib. 8. tit. 16. par. 1. de quo latè Rebuff. in praxi tit. de deuolut. & in repet. d. cap. 2. circa finem, quod habet locum non solum in collatione, sed etiam in electione, vt docet Abbas per tex. ibi in cap. dilectus de concess. præbend. num. 2. & alij, nisi sit Cathedralis, vel Regularis Ecclesia, quæ ob maius periculum impendens, siue imminens, vltra tres menses Prelato vacare non debet, capitul. postquam 50. dist. cap. obeuntibus 63. dist. & cap. ne pro defectu de electione, & intellige in ecclesiis Cathedralibus respectu principalis Prælati, nempe Episcopi, & in Regularibus & in quibuscunque earum Prælati principalibus perpetuis, quocunque nomine nuncupentur, siue Abbates, siue Priores, siue Præpositi: & habet quoque locum in prouisione parochialium, etiam stante Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 18. quando earum collatio ad Papam, aut alios spectat, debeant infra quatuor menses personam magis idoneam præuio concursu eligere, & electam filiis significare, vt in const. Pij V. par. 1. cap. 2. num. 3 quæ est videnda. Item habet locum etiam in hospitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij, & quod dicunt Feder. de permutatione. quæst. 29. Pau. in clem. 2. de relig. dom, Cosmas in pragmat. sanctione tit. de collatio. §. item circa verb. respectiuè. Sylua de beneficiis 3. par. quæst. 64. num. 3. Corras. 4. par. cap. 1. num. 6. Gambarus in cap. vnico de rer. permutat. in 6. numer. 137. & Auctor praxis Episcop. 1. par. verb. beneficium §. 3. quod non est tempus statutum ad conferendum hospitali, accipiendum est de hospitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij ecclesiastici: ita in terminis tradit Rebuff. dicto verbo intra sex menses, versicul. item quando, & ante eum Calder. cons. 5. vnico de suppl. negligentia Prælatorum.

Quare cum quodammodo Ordinarius videatur fuisse impeditus in non conferendo, donec sibi constiterit beneficium fuisse deuolutũ: proinde liberè fatendum est, præfatum tempus eidem non currere, nisi à tempore declarationis, quod 2

non constat de iurepatronatus, & consequenter à die sententiæ deuolutionis: ratio, quia dictum tempus non currit, nisi à die scientiæ vacationis, c. quia diuersitatem de concess. præb. Sylua de benefic. par. 3. q. 59. nec currit impedito, siue fuerit impedimentum iuris, siue facti. Abb. cit. c. quia diuersitatem num. 3. Guttierez li. 1. canon. quæst. c. 28. per tot. quia istud tempus datur in odiũ negligentis Franch. in cap. statutum de pręb. in 6. & fuit resolutum in Rota Rom. in vna Placentina 24. Martij 1586. † coram Bubalo, & iterum in eadem 20. Decembris 1585. † coram Pamphilio.

3 Ad idem facit, quod in propriis terminis scriptum reliquit Feder. de Senis in cons. 232. quem sequitur Lambert. de iurepatr. 2. par. 2. libri q. 1. art. 2. durante lite super iure conferendi, seu eligendi non currere tempus: vnde secundum decis. Rotæ 7. de præb. in antiq. istud tempus non currit, nisi à tempore scientiæ, vel à tempore, quo scire poterit, vt sequuta fuit in nouissimis temporibus etiam Rota in vna Burgen. Canonicatus 27. Martij 1583. † coram Bubalo, & iterum in vna Maceraten. beneficij 1. Iulij 1594. † coram Licta sed sic est, quod Prælatus non potuit scire vexationem, nisi à tempore quo fuit iudicatum patronos non præsentare in tempore, & propterea beneficium iure deuolutionis ad Ordinarium spectare. Igitur ab eo die debet currere tempus sex mensium, & non antea. Cui opinioni accedit decisio Rotæ diuersorum decis. 481. par. 1. vbi habetur, quod præfatum semestre currit Episcopo ab eo die, quo scire cognouerit beneficium ad istud spectare à iure deuolutionis: cum qua opinione pluries transiuit C. Archiep. Neap.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest casus reseruare. Sed debet maiora crimina reseruare. num. 3.*

2 *Pœnitentiarius non potest casus reseruatos, absoluere, nisi speciatim sit data ei facultas.*

Episcopus quomodo se gerere debet circa reseruationem casuum

DECIS. CCCCCLXXII.

EPiscopus ex vi iurisdictionis fori conscientiæ peccatorum quorundam absolutionem reseruare sibi potest, vt habetur in c. pen. & ibi gloss. de pœnitentiis in 6. clement. dudum §. per huiusmodi iũcta glos. de sepulturis & nouissimè apud Trident. sess. 14. c. 6. quæ reseruatio operatur, vt ab illis à nemine alio præter Episcopum, vel eius delegatum quis absoluere valeat, vnde Pœnitentiarius ex vi sui officij non habet facultatem absoluendi à prædictis casibus, nisi illam Episcopus ei specialiter dederit. Nauarr. cons. 20. de Pœnitent. remissionis. Gars. de beneficiis, par. 4. c. 5. num. 115. Hendriq. cons. 62. num. 7. & seq. & censuit Sacra Congregatio his verbis: *Pœnitentiarius non potest absoluere quenquã in casibus, quos Episcopus sibi expressè reseruauerit, nisi ipsemet Episcopus hac illi speciatim dederit auctoritatem.* In qua reseruatione Episcopus debet habere rationem ad culpas mortiferas, quia debet fieri de atrocioribus, & grauioribus criminibus. Concil. Trid. sess. 14. c. 6. Item debet attendere præter casus à iure communi reseruatos, vt fiat reseruatio Prælatibus non seruatis iure communi, de quibus

quibus in clem.1.de priuileg. & in extrauag.per cunctas eod. tit. vnde secundum Graff.in sua praxi c. 4. in reseruatione casuum seruandus est præfatus modus, de quo patet in quibusdam literis Sacr.Congreg. ad Illustriss.D.Cardinalem, & Archiepiscopum Neap.quæ incipiunt, Illustrissime & Reuerendissime, die 24.mensis Nouembris 1601.

Primo,per illas admonemur,vt reseruatio casuum fiat adhibitis aliquibus pietate atque doctrina præstātibus viris,& ij reducantur ad paucissimos,eosque maximè necessarios,vnde salutaris ille sequatur effectus,cuius causa hac reseruandi atrociores quosdam casus Episcopis in sua cuique diœcesi tributa est auctoritas.

Secundo videant ipsi Ordinarij,ne illos casus promiscuè reseruēt, quibus annexa est excommunicatio maior a iure imposita, cuius absolutio nemini reseruata sit, nisi forte propter frequentiam vel scandalū, aut aliam necessaria causam aliqui huiusmodi casus nominatim reseruandi videantur.

Tertiò,neque casus sunt reseruandi, in quibus absolutio,nisi cum restitutione vel executione eorū,ad quæ pertinentes tenentur,non confertur.

Quartò,neque ij,qui etsi mortale peccatum inducant,circa res tamē versantur,quæ sunt parui momenti, & frequēter inter idiotas euenire solent,vti damni dati,& similia.

Quinto,in peccatis etiam carnalibus multa vtantur circumspectione, propter scandalum pusillorum, in his maximè personis, in quibus ob accessum ad Confessarios extraordinarios, vel frequenter redditum ad ordinarios suspicionis aliquid cadere potest.

Sexto,ij denique reseruandi sunt,quos consideratis diligenter cuiusque prouinciæ moribus,natura,ac propensione magis in Domino expedire eis videbitur ad retinendam disciplinam in ædificationē,& non in destructionem, quapropter resecata multitudine,reseruent sibi quā paucissimos,eosque maximè necessarios.

Vltimo,monentur Ordinarij, vt per totam suam diœcesim, ac præsertim in his locis, qui a ciuitate & Cathedrali sede longius remoti sunt, Pœnitētiarios, aliosque Sacerdotes constituant ac delegent,quibus facultatem absoluendi à casibus sibi reseruatis opus sit, etiā viua voce impartiatur,idque maximè in solēnioribus,& præcipuis anni festiuitatibus,vt peccatores,quibus obuia,& facilis fuerit huiusmodi Sacerdotū copia ad peragendam confessionem alliciantur, quia alioquin plerique ob id ipsum omittere possent, si necesse haberet Pœnitentiæ ministros,quibus indulgent, longius quærere. Hæc omnia habentur per literas Sacræ congregationis,de quibus supra vers.& vt manifestius.

SVMMARIVM.

1 *Nouum onus potest imponi beneficio nedum in ipsius erectione,verumetiam quando vacat.*

2 *Amplia procedere nedum in beneficiis liberis sed etiam iurispatronatus.*

3 *Amplia secundò, etiam si cōditio esset contra ius.*

4 *Episcopus potest cum suo Capitulo beneficio vacanti imponere aliquem modum,& onus.*

An Episcopus possit nouum onus imponere beneficio.

DECIS. CCCCCLXXIII.

IN facti contingentia ponderabam pro opinione affirmatiua, 1
videlicet,quod onus imponi possit in beneficio nedum in ipsius ere-

Digitized by Google

ctione, verumetiam postea quando vacat: ratio est, quia tunc non fit conuentio. tex. est apertus, & magistralis in c. significatum de præb. & ibi glos. & alia glos. in c. pen. in verbo præbendæ ad fin. de Magistratibus, & ita tenuit Rota per Caputaq. decis. 277. in 2. par. in hæc verba, Oneris Theologalis impositio legendi sacram Scripturam facta per Ordinarium in collatione beneficij vacantis valet, cum sit consona iuri canonico, per d. cap. significatum, & idem dicit Fab. Acoramb. decis. 40. in 3. par. dicens, quod Canonici possunt iniungere onus beneficio vacanti. & idem in decis. 94. eod lib.

2 Quæ conclusio ampliatur procedere nedum in beneficiis liberis, sed etiam iurispat. quando onus à patrono cum consensu Ordinarij imponatur. Rocch. de Curt. tit. de iurepatronat. in verb. pro eo qu. 13. Lambert. eod. tit. in 1. par. 1. lib. 9. qu. princ. num. 90. vers. restringe secundò. Crescent. d. 7. & Mohed. decis. 1. de iurepatronat. & ratio est, quia omnis conditio, quæ est secundum ius, imponi potest, iuxta decis. Rotæ Marchiæ, de qua per Amatum dec. Rotæ Marchiæ 4.

3 Amplia secundò procedere etiam si conditio esset contra ius, quoniam vrgente causa, ad petitionem patroni potest Ordinarius imponere conditiones, licet sint contra ius. Lambert. eod. tit. in 4. art. q. 4. princ. 2. par. 1 lib. ad fin. quia consensus Ordinarij purgat vitium impossibilitatis, & facit actum possibilem, & honestum. Lambert. in 9. quæst. princ. 1. par. 1. lib. num. 30. vers. tu aduerte.

Vnde secundum Nauarr. cap. 21.
4 nu. 54. de oratione, potest Episcopus cum suo Capitulo, beneficio vacanti, imponere aliquem modum & onus, & postea illud sic onustum, vel modificatum, sine vlla conuentione conferre alicui, licet si conferatur cum pacto & onere aliquod faciendi, vel docendi, esset simoniacum, secundum Galet. in sua margarita casuum conscientiæ verb. beneficium, quibus omnibus accedit tex. in c. significatum de præbend. vbi indulgetur Episcopo beneficio vacanti honestum onus imponere.

Cæterum quicquid sit ex supradictis, contrarium consului, scilicet non potuisse Episcopum beneficium nouum onus, imponere, motus auctoritate eiusdem Galeti, qui refert ita Sac. Congregat. Concilij declarasse.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Conc. Trid. sess. 23. c. 1. de refor. contra Parochos illiteratos, & imperitos.*

2 *Coadiutoria indulgetur in quibusdam casibus, propter infirmitatem, num. 3. propter senectutem, numer. 4. aut lepram, numer. 5 dementiam, aut furorem, numer. 6. linguæ impedimentum, num. 7. propter populi numerositatem auctam, numer. 8. si Rector est suspectus de dilapidatione bonorum ecclesiæ, num. 9.*

10 *Datio coadiutoris spectat ad Episcopum, cùm sit de reseruatis eidem. Amplia in qualibet specie coadiutoriæ, scilicet tam temporalibus, quam spiritualibus, & tam in coadiutoria data ad tempus, quam cum futura successione, numer. 12.*

11 *Coadiutori debentur alimēta de redditibus ecclesiæ, & in subsidium tenentur parochiani.*

13 *Coadiutor tenetur ad residentiam, quemadmodum eius Rector: ponitur*

Digitized by Google

tur declaratio Concilij n.14. & altera nu.15.

An nouus Episcopus possit examinare Parochos, eisque dare coadiutores.

DECIS. CCCCCLXXIV.

QVæsiuit à me Parochus cuiusdam diœcesis, qui vix sciebat legere Donatum, sicut dicitur de quodam Episcopo, de quo in cap. fin. de æta. & qual. an potuisset nouus Episcopus eum examinare. Dicebam ego de hoc non esse dubitandum, stante expressa dispositione Sac. Conc. Trid. sess. 21. cap. 1. de refor. per hæc verba, videlicet, Quia illiterati, & imperiti parochialium Ec-
1 clesiarum Rectores, sacris minus apti sunt officiis, & alii propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quàm ædificant: Episcopi etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, eisdem illiteratis & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadiutores aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, quo Episcopus inuenit Parochum inhabilem scientia, an possit eum priuare Ecclesia parochiali: nihilominus tenetur ei constituere coadiutorem, quod intellige, quando propter inhabilitatem, vel illiteraturam non possit muneri sibi iniuncto incumbere. cap. quoniam versic. sed si propter, vbi Hostiens. num. 1. Abb. nume. 2. de off. ord. Cardin. Zabarell. cons. 70. num. 1. & hodie expressè renouatur à Conc. Trid. c. 6. sess. 21. Mandos. in prax. signaturæ gratiæ tit. coadiutoriæ versicul. coadiutoris, Gonzal. in reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. n. 29.

Quæ coadiutoris datio cum sit 2
remedium subsidiarium à iure indulgetur in in quibusdam casibus, præsertim propter infirmitatem in-
curabilem c. 1. 7. q. 1. ca. 1. cap. ex parte 3
de cler. ægrot. vt quia maiore ex parte temporis infirmetur, iuxta notata in cap. nisi cum pridem, §. alia verò causa de renunc. Caputaqu. decis. 9.
par. 2. Item propter senectutem, cap. 4
vnic. de cler. ægrot. lib. 6. vbi Gemin. num. 5. c. nihil §. ecce 7. quæst. 1. Rebuff. in praxi tit. 1. de reprobat. benef. viuen. impetratione nu. 50. Firmian. in tract. de episc. lib. 1. quæst. 3. Man-
dos. in regula 11. q. 5. nu. 2. Item pro- 5
pter lepram, cap. de raptoribus, cap. tua nobis de cler. ęgrot. ca. qualiter, & c. sequen. c. nihil, & ca. sequenti 7. qu. 1. Item propter dementiam, vel furorem, vt in cit. l. vnic. §. si vero, & ibi communiter DD. de cler. ægrot. lib. 6. Bertach. in tract. de Episcop. 2. par. lib. 4. num. 24. Nauarr. cons. 3.
num. 2. de cler. ægrot. Item datur ei 7
coadiutor, qui linguæ officium amiserit, vt in paralytico. ca. fin. eod. tit.
de cler. ægrot. cap. vnic. §. si verò eod. 8
tit. lib. 6. Item propter populi numerositatem auctam. Cæsar. de Grass.
decis. vnic. de paroch. Item quando 9
Rector est suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ. Spec. in tit. de inquisition. §. nunc videndum num. 4. & 5. Abb. in cap. venerabili notab. 4. de off. deleg. & in cap. licet Heli numero. 8. de simon. Mandos. in reg. 11. de reuocat. reseruat. quęst. 5. nu. 6.

Qui coadiutor dari non potest, 10
nisi ab Episcopo, cum sit de reseruatis eidem, nec censetur comprehensa in generali commissione Vicariatus, sicuti se habet datio coadiutoris Episcopalis, veluti de arduis, & de maioribus Papæ reseruatis. Bero. quæst. 136. num. 4. & d. ca. vnic.

Digitized by Google

Anchar.cons.188.numer.7.qui loquitur in Generali Religionis perpetuo,& idem in cons. 279. Mandos. ad reg. Cancell. q.5.reg.11. Ad hæc
11 admonendi sumus, quoad coadiutor ali debet de redditibus Ecclesię, quæ si non sufficiunt Parocho infirmo,& coadiutori simul,prouidebitur in primis Parocho infirmo, deinde in subsidium tenentur parochiani.ad alimenta coadiutoris. Anchar.cons.279.in fin.Abb. in c.de rectoribus nu.6.de cler. ægrot. & tetigimus nos alibi in hoc nostro opere, & huc pertinet copiosa traditio Thomæ Campegij in tract. de coadiutor.Episcopi. Intellige omnia prædicta in qualibet specie coadiu-
12 toriæ, scilicet tam in spiritualibus, quàm temporalibus, & tam in coadiutoria data ad tempus, quàm cum futura successione. Put. deci. 226.lib.3. Mandos.prædicta reg. 11. num.2.&3.dummodo coadiutor habeat omnes qualitates à iure requisitas in Episcopo,siue Parocho præficiendo,& de his liquidò constet, vt ex Sac.Concil.Trid.sess.25.c. 7.quod refert Costa de remed. subsidiar. remed.113.

13 Denique notandum, præfatos coadiutores teneri ad residentiam, quemadmodum eorum Rectores, vt declarauit Sac.Congreg. Concil. super d.cap.per verba videlicet, *An*
14 *Cappellani coadiutores Rectorum parochialium instituti auctoritate Apostolica,teneantur ad personalem residentiam,vt Rectores ipsi? Congregatio censuit teneri.*

Quemadmodum coadiutus abesse non potest, cap.cum qui de prębend.& censuit Sac.Congregat. per verba videlicet, *Parochus cui datus est coadiutor, non poterit abesse à residentia.*

SVMMARIVM.

1 *Oeconomi constitutio vt rectè fiat, quæ concurrere debent.*

2 *Oeconomi deputatio ad quem spectet.*

3 *Oeconomi officium quid sit, & an teneatur reddere rationem,taxata sibi competente mercede.*

Episcopus quando teneatur deputare Oeconomum.

DECIS. CCCCCLXXV.

OEconomi constitutio, vt rectè 1
fiat, quatuor concurrere debent, secundum Menoch. in cons. 29.volu.1.quem refert, & sequitur Zechius in tract. de beneficiis & pensionibus eccl.c.7.num.6. Primò, quod fiat deputatio per Episcopum. Secundò, quod ecclesia sit litigiosa, vel vacans. Tertiò, quod Prælatus sit impotens circa administrationem,taliter quod sit differenda collatio,siue institutio. Quartò,quod Oeconomus sit inter religiosas personas.

Quæ deputatio ad nullos alios 2
præter Episcopum spectat, cùm, vt dixi, debet eligi ex gremio ecclesiasticarum personarum, cap. indicatum, & cap. edoceri de rescript. Spec.in tit. de œconom. in princip. Cuccus eiusdem nominis tractat. num.13. Cuius institutionis ratio est, vt impediantur grassationes, & prædationes, quæ ab improbis fieri solent in bonis Ecclesiæ vacantis. Thesaur.decis. 131. Franch. Marc. decis.90.part.1.&in decis. 552. Vnde tenetur Episcopus, & solet constituere Oeconomum, præsertim in 3
beneficio vacante, vel intra quadrimestre, nemine adhuc præsentato, vel

Digitized by Google

vel lite durante inter præsentatos à compatronis, vel inter episcopum, & patronos, qui de fructibus, atque de beneficio curato, ex constitutione Concilij in capit. 16. sess. 24. & probatur in c. cum vos de officio Ordinar. cum multis adductis per Borgnign. in decis. 11. nu. 53. parte 3. Graff. aur. dec. part. 2. li. 2. cap. 26. numer. 28. Porro œconoma ecclesia vacante, vel lite pendente, habet curam, & administrationem bonorum, atq; ecclesiæ tenetur reddere rationem, taxata sibi competente mercede, nec potest impediri à collitigantibus, etiam interposita appellatione ab electione œconomi d. ca. cum vos. Borgnin. in dec. 37. nu. 51. & 52. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest relictum ad certum pium vsum ad alium commutare, ponitur declaratio Concil. numero 2.*

3 *Episcopis conceditur huiusmodi commutatio iustis causis existentibus, de quibus ponuntur tres, numero 4. 5. & 6.*

An Episcopus possit relicta ad certum vsum, in alium conuertere.

DECIS. CCCCCLXXVI.

1 Trita est iuris conclusio, & ab omnibus recepta, non posse Episcopum, relictum ad certum vsum pium, ad alium commutare, per tex. expressum l. legatum ff. de administratione rerum ad ciu. pertinen. l. 1. C. de Maiuma lib. 10. & de iure Canonico est text. in clement. quia contingit de relig. domibus vbi habetur id minimè fieri posse absque Apostolica auctoritate, quæ conclusio adeo vera est, vt ne quidem à legato de latere huiusmodi commutatio fieri poterit, secundùm Imol. & reliquos in d. clement. quia contingit. Item etiam si commutatio fieret in melius. Panormit. in cap. tua nobis, numer. 4. de testament. ratio est, quia voluntas testatoris pro lege est seruanda l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonst. facit c. vltima voluntas 13. quæstio. 2. quod procederet quoque etiam hæredis consensu accedente, quia cum non agatur de voluntate ipsius, sed testatoris, proinde eius consensus non est in consideratione. Fel. in ca. cum accessissent numero 19. de constitutionibus, & in Sacr. Concil. Trid. disponitur per hęc verba, videlicet, *In cõmutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, & necessaria causa fieri debent, Episcopi, tanquã delegati Sedis Apostolicæ summariè, & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum priusquam commutationes prædictæ exequutioni demandentur.* 2 Licèt Summus Põtifex possit absque causa rationabili mutare voluntatem testatoris, secundum Oldrad. in consil. 61. in fin. Gemin. cons. 63. in princ. Alexand. cons. 2. visis codicillis, n. 59. in fin. Anchar. cons. 28 2. pro decisione in princip. Abbas cons. 13. n. 3. & 15. libr. 2. quare potest apponere Rectorem perpetuum in hospitali laicorum, etiam contra dispositionem testatoris, & idem præcipere, nullam rationem reddere hęredibus. Calder. in consil. 3. de religiosis domibus.

3 Episcopis vero iustis de causis permittitur præfata commutatio quare auctoritate eius potest trãsferri monasterium monialium de loco ad locum, licèt regulariter non esset trãs-

ferendum c.ea quæ semel de reg.iuris in 6. puta propter infestationem persecutionum,c.temporis 7. quæst. 1.vel propter aeris qualitatem capit. quorundam 74.distinct. inter iustas verò , ac legitimas causas commutandi testantium voluntatem, connumerantur nonnullæ,præsertim

4 Prima, & principalior est , vbi testatoris voluntas adimpleri non posset, tunc est aliter adimplenda , secundum Anchar. in c. nos extra de testamentis, & in specie voluit gloss. in 1.§.nūc vero aliqua de instrument. edict.vbi habetur,quod si testator legauit pro constructione Cappellę in Ecclesia fratrum Minorum , nam si ibi non potest construi, potest Episcopus commutare, vt in alia Ecclesia construatur Bald. in consilio 453. circa fin.volum. 2. vnde , secundum Bart.in consil. 26.volu.1.si testator legauerit,ecclesiam construi in domibus suis, & postea viuens domos alienauerit,& commutauerit,si ecclesia non potest construi in domibus permutatis, episcopus de consensu interesse habentium,in alio loco potest consentire,quod fiat. Hinc facit quod scriptum reliquit Rocch. de Curte de iurepatr.in vers.pro eo numero 3.quod semper,quod res legata non potest deseruire pro vsu destinato,impedimento iuris,vel facti, tunc potest fieri conuersio in alios vsus pios,auctoritate Episcopi, sequitur Fel.in citat. cap. cum accessissent numero 5.& seq.de constit.Vbald.de Canonic.episc.c.7 .princip.Soc. de oblationibus lib.9.quæst. penultim. Mandos.de signat.gratiæ in titul. de commut.vltim.volunt.per totum & Innoc.in cap.nos quidem de testam. dicit.quod Episcopus potest fructus fabricæ ecclesiæ destinatos ad vnum vium , in emptionem librorum, & aliarū necessitatum ex causa rationabili,vel necessaria, cum consensu Capituli conuertere,voluit quoque Calder.in consi.3.de relig.dom.quare refert iudicatum Guid.Pap.in decis.556. quod potest Episcopus commutare quæcunque legata pia in alios vsus pios , quando vsus legatus non potest impleri, allegat text.in c. 3.de testamen.quemadmodum istud quoque ei permittitur , vbi legatum non sufficeret pro illo vsu,secundum Calder.in consil.14.de testam.Feder. de Senis in consil.175. vnde Castren. in consil.303.col.fin.volum.1. voluit, quod si non sufficit legatum factum pro construendo monasterio , tunc commutatio poterit fieri in alium pium vsum sine episcopo, vel superiore de consensu hæredis ad hoc obligati.

Secunda causa est , si quando non in totum infringeretur eius voluntas , sed solum pro tempore non obseruaretur , & immineret aliqua ecclesiæ necessitas, cui aliter prouideri non posset, quo casu de licentia episcopi posset illa pecunia ad tempus conuerti in illam necessitatem, secundum Ioan.Andr.in cap. fin. extra de testam. vbi si testator reliquit annuatim viginti pro anniuersario faciendo in aliqua ecclesia , quæ reparatione indiget , nec sit aliunde vnde reparari possit, tunc de auctoritate,& licentia episcopi possit illa pecunia ad tempus conuerti in ecclesiæ reparationem.ita tex.singul.in l.1.C.de expen.iud.libro 11. 5

Tertia causa est , si quando testator pecuniam reliquisset pro nouo opere faciendo , vt pro construenda ecclesia,vbi sunt aliæ plures ad sufficientia : etenim eo casu si antiquum ecclesiæ ædificium indigeret reparatione,cui aliter subueniri,vel prouideri non posset,si dicta pecunia conuerti posset in reparationem ædificiorum 6

ciorum ruinosorum: ita Ioan.Andr. & Imol.in d.cap.cum esset,extra de teste,dummodo illo vsu finito, conuertatur in ædificationem, ad quam relicta fuerat pro loco pecunia, secundum Bar.in l.1.C. de expensis iudicum.

Notabilia in materia Episcoporum.

EPiscopi titulares non possunt ordinare subditum alienum etiam prætextu continuæ commensalitatis suæ,sine licentia sui Prælati. Concil. Tridentin.sess.14.capit. 2. de reformat.

Episcopali censura cum Papali concurrente,si hæc sublata sit, vsu communi interpretari dicitur, vt etiam Episcopalis reseruatio sublata censeatur.Nauar.man.cap. 27. num. 261.

Episcopus non debet absque rationabili causa diem vllam sine Missa transire cap.fin.de priuileg.

Episcopi titulares non amittunt pensiones ob eorum promotionem. Flam.Paris.de resignat.benef.lib.3.q. 1.numer.10.

Episcopus fornicans, non tenetur Episcopatus circunstantiam confiteri,sed solius voti Ordini sacro annexi,& si non habet Ordinem sacrum, sed tantum sit confirmatus,nondum tamen consecratus, simpliciter fornicari dicetur,S.Thoming,2.fol.104. numero 33.

Episcopus in arduis an teneatur adhibere consilium,an consensum Capituli,est difficilis quæstion. decisio. 611.quæst.1.in nouissimis.

Episcopus cum omnia munera gratis exhibere teneatur, in duobus tantùm casibus potest expensas accipere,primus,visitando ecclesias,& secundus consecrando eas,& tunc pecuniam accipere non potest, sed tantum victualia, etiam si quid oblatum esset,aliàs acceptum tenetur infra mensem restituere duplum Ecclesiæ,à qua accepit, non obstante remissione partis. Mola de iustitia tract.2.de disput.85.

Episcopus alienus volens conferre Ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam superioris loci exempti, sed etiam illius Episcopi intra cuius fines locus exemptus est constitutus. Sacra Congregatio.

Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad subeunda munera Pontificalia in diœcesi alicuius Episcopi suffraganei,nisi de ipsius licentia.ead.Sac.Congreg.

Episcopus exemptus eligens aliquem Metropolitanum pro Concilio Prouinciali, ligat etiam successores,simulq; Prælatos exemptos nullius diœcesis pro Visitationibus.Sac. Congregat.

Episcopus quamuis de re ad suum, vel suorum commodum non spectante, conuocet Capitulum, tamen in eo vocem habere non dicitur.Sacra Congregat. ad caput 6. de reformat.sess.25.versicul.vota exquirant.

Episcopus visitare potest Confraternitates personarum secularium in ecclesiis Regularium exemptorum existentes, non etiam earum Cappellas,vel altaria,quæ intra easdem ecclesias consistunt.Sacr. Congreg.

Episcopo capto ab infidelibus, vel schismaticis, eius Vicarius non administrat, neque Archiepiscopus, sed Capitul.cap.2.de supplen. negligen.Prælat.in 6.

Episcopus in causa propriæ Ec-

Digitized by Google

clesiæ an possit recusari vt suspectus, concluditur iuxta communem opinionem, quod Episcopus, Ecclesię suę allegari possit suspectus in causa, Capyc.dec.137.à numer.1.ad 5.

Episcopus, vt ciuis illius ciuitatis, an habeat intentionem fundatam, vt possit pascere sua animalia in sua diœcesi: fuit in Regia Camera Summariæ datus terminus in causa tantum, Anna in singul. 365. Officialis Ioann. Franch. Capiblanc.in pragm.12.de Baron. nu.12.

Episcopus non potest dare licentiam ad asseruandum sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione populi, sed requiritur licentia Apostolica, secundum Nouissim.in sua praxi cap. 92. qui refert ita declarasse Sacr. Congreg.per verba videlicet, *Duo enim pety. Primum, an Episcopus possit concedere ecclesię nō parochiali, vt in ea retineatur sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ solum pro adoratione populi, vel requiratur auctoritas Papæ. Secundum, quod præsupposito, quod Episcopus concesserit licentiam asseruandi sanctissimum Sacramentum in Ecclesia non parochiali pro adoratione, an possit episcopus successor dictam licentiam reuocare. Sacra Congregatio respondit infrascriptis verbis ad primum, id non posse concedi ab Ordinario, sed requiri licentiam Sedis Apostolicæ. Ad secundum respondit, huiusmodi licentiam fuisse nullam, & propterea ei non esse deferendum, nec esse necessariam reuocationem, & hac nota requiritur ibique priuilegium Papæ, vt in Regularibus.*

Episcopus non potest dispensare cum monacho ad minores ordines, Bellamera in cap. de gradibus 25. quæstion.8.

***

Finis Tituli Praxis Episcoporum.

PRA-

Digitized by Google

PRAXIS PRAECEDENTIARVM.

SVMMARIVM.

1 *Vicarij foranei potius officium, quàm dignitatem obtinent.*
2 *Vicarius repræsentat Episcopum.*
3 *Vicarius foraneus non habet iurisdictionem ordinariam.*

Vicarii foranei an præcedant Præpositos Ecclesiarum Collegiatarum.

DECIS. CCCCCLXXVII.

1 IN facti contingentia respondi negatiuè ex infrascriptis. Primo, quia Vicarij foranei potius officium dicuntur habere, quàm dignitatem, vt in rubr. de off. Vicar. quemadmodum dicitur de Prioratu claustrali, qui dicitur officium, non dignitas. Card. in clem. 1. §. fin. de supplen. negligen. Prælat. Contra, Præpositi dicuntur constituti in dignitate ecclesiastica potius, quàm in officio, & habent nomen prælationis, quæ competit in ea institutis cap. cum accessissent, de constitut. & Innocent. in c. ad hæc de off. ordin.

2 Non obstat, quod Vicarius repræsentet episcopum, & consequenter debet gaudere iisdem priuilegiis, quibus Episcopus, secundum Panormit. in consil. 21. & in simili de Vicerectore dixit Roman. in sing. 362. vbi dicit, de hoc esse vnicum text. in cap. præcipimus 62. vel 63. distinct. & etiam secundum eum facit doctrina Bart. in l. si filius de legat. 1. & quod hoc sit verum, patet, nam secundum Alberic. de Rosa in dictionario suo in vers. Vicarius, semper Vicarius cuiuslibet Prælati in loco Capituli tanquam vicem gerens debet honorari, & ad hoc alleg. text. in cap. 1. 93. distinct. vbi gloss. & concord. doctr. Abb. in capit. postulasti de concess. præb. sub numer. 9. in fi. dum loquitur de Ambasciatore, qui debet honorari ratione eius, qui eum misit, vt per iura ibi per eum allegata, & ad omnia prædicta concordant quamplurimæ auctoritates, & iura, de quibus per Dec. in c. sane, il secundo, de off. deleg. in princ.

Quia respondetur id non procedere in Vicariis foraneis, quia dicuntur delegati, secundum decis. Rotæ 297. part. 2. diuers. nec censentur vna eademque persona cum Episcopo, nec faciunt idem auditorium, & consistorium cum Episcopo, prout dicitur de vrbano Vicario Episcopi Generali gloss. in clement. & si prin- 3

cipalis, vbi Card. & Anchar. de rescriptis,& in c.5. de off.Ord.in 6. Alex.& alii in rub.de off.eius. Curtius iun.consi.242.num.22.vol.3. Didacus variar.resolut.lib.3.c.20.num. 4. cum adductis per Sbroz. tract. de offic. Vicarii lib.1.quæst.13. & 23.nec propriè officiales dicuntur, sed abusiuè. idem Sbroz.in d.tract.q.20.

Tum denique, quia Præpositi dicuntur habere immediatè dignitatem à Pontifice Maximo, & consequenter præferendi sunt Vicariis foraneis, qui facultatem obtinent ab Episcopis, arg. tex. in c. per tuas de maioritate, & obed. Card.in c. Episcopos 17.dist. Ceph. consi.611.vol.5. quem refert Costa consi.24. & Sayr. d.3.de maior.& obed.

SUMMARIUM.

1 *In pracedentiis attenditur consuetudo.*
2 *Ad inducendam consuetudinem requiritur tempus decennij.*
3 *In materia pracedentia iudicatur secundum quasi possessionem.*
4 *Vicarius repræsentat Episcopum.*

An Vicarius Episcopi præcedat Gubernatorem, vulgo Capitaneum, in functionibus ecclesiasticis.

DECIS. CCCCCLXXVIII.

1 QVidam ciuitati ex antiquissimis priuilegiis, & ab immemorabili tempore competit ius nundinarum, seu mercatus in die festiuitatis Sancti N. per totam hebdomadam eiusdem mensis, cum facultate quoque creandi, & constituendi Magistrum Mercatum, qui habet plenariam cognitionem omnium causarum ciuilium, criminalium, & mixtarum, cum mero mixtoque imperio, & gladii potestate, & consequenter succedere habeat in omnibus, & per omnia Regio Gubernatori: quare cum præfatus Magister Mercatus ex inueterata consuetudine fuisset in pacifica, & quieta possessione temporibus, quibus solemniter in festiuitatibus celebratur Cappella, per Episcopum sedendi in dicta Cappella, ac præcedendi Vicarium Domini Episcopi in thurificatione: & cum per modernum eiusdem ciuitatis Episcopum hoc prohiberetur, rogatus, ego pro veritate respondi per infrascripta.

Et pro Capitaneo facit, quod cum ipse sit in antiqua possessione, & consuetudine præcedendi, consequenter ad præsens quoque præcedere debet, ex regula iuris in præcedentiis esse attendendam consuetudinem, secundum quam etiam minores præcedunt maioribus. Baldus in l. obseruare §. antequam in fine ff.de off.Proconf. Auendan. de exequendo mand. Regio par. 1. c. 19. numero 16. versi. itaque in modo. Natta consil.62.numero 7. volum. 1. Ann. consi.40.volu.1.& Bomin. consi. 21.in princ.vol.1.vnde Baldus in cap. cum olim in 1. not. de consuetud. pro regula tradit, quod consuetudo assignat loca sedendi, & standi, & non debet præposterari, de quo Ang.consilio 111. allegat multa iura Menoch. latè consil.51. numero 49. volum.1.& consil.126.num.3.volum. 2. Leonius consil. 1.numero 20. post Inn.in c.1.de maior.& obed. & idem Bald.in c.1. §. Marchio numero 5. de his, qui feud.dare posšut, dixit, quod Barones penes Regem debent sedere ordine consueto, vt voluit quoque Fel. in c.statuimus de maioritate, & obed. 2

In hac materia præcedentiæ sufficit consuetudo decennij, etiam de iure canonico, secundum quod tradunt 3

dunt Aret. in consil.23. numero 11. 3.dub.Gramm.in decis.6.4.nume.34. Marzar.in cons. 26.num. 24.& Ann. cit. loco num.5.

3 Vrgebat quoque pro eodem Gubernatore, quòd in materia præcedentiæ est iudicandum secundum quasi possessionem, Zabarell.consil. 62.col.2.Corn.cons.193.num.11.volu. 2.Imolens.consil.164. num. 48. Menoc.cons.51.volum.1.& Bursat.consil. 344.volum.4.&adeo procedit,quod vbi non est datus ordo in sedendo, melior est conditio possidentis. Auend.de exequen.mand. par.1. ca. 19. numero 16.post Bald. in l.per agrum Cod.de seruit.& aqua, in qua possessione sufficit vnicus actus,secundũ Ann.alleg. 90. quare cum præfatus Gubernator nedum per vnicum actum, imò per infinitos præcesserit Vicario, proinde liberè fatendum erit,ad præsens debere pariter præferri.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium consului, motus ex pluribus.

4 Tùm primò, quia cum Vicarius repræsentet Episcopum, & in illius locum sit subrogatus, consequenter ei quoque eadem debetur reuerentia,vnde quemadmodum Episcopus omnibus pręcedit, ita eius Vicarius: honor enim,seu pręeminentia, quæ debetur principali, debetur quoque subrogato, gloss.in cap. quæ de causa in verb.quicquid 2. q.4. Abb. in c.mandata columna prima. ad medium,versi.fatendum tamen de pręsumpt.Aug. in l.si prior §.à Titio in princ.ff.qui potior. in pignore. Anchar.in ca. grandi in 5. not. de supplenda negligentia. Pręlat. cum etiam Vicarius Principis omnia ea possit, quæ ipse Princeps. Isern.in c. Imperialem de prohibita feudi alien.per Federic.Surd. consi.281. nu. 1.vsque ad nu.4.& in cons.540. nu. 18. vol.4.

His accedat, quod tradi solet de coadiutore cum futura successione, qui in absentia coadiuti debet sedere, & incedere in eodem loco antiquo,in quo poterat coadiutus,si pręsens fuisset.Nauarr.cons.2.numero5. vers.7.de cler.ægrot.vnde Felin.in c. cum olim.nu.1.vers. sed vera solutio de maioritate,& obedientia, voluit quod honor debetur subrogato, sicut principali in actibus, in quibus illum repræsentat, sequitur Gabriel de reg.iuris,concl.2.num.45. vers.secundo limitat.

Tum secundo, quia Vicarius digniorem obtinet auctoritatem Capitaneo,imo maiorem, & nobiliorem administrationem, cum pręsit personis,& rebus Ecclesiasticis,quibus laici sunt inferiores,ca. solitæ de maior.& obed.Sbroz de off. Vicarij lib.2.q.26.nu.1.& seq.ideo est præferendus Capitaneo.

Non obstant contraria, præsertim illud de consuetudine, quia illa est omnino nulla, atque inualida, iuxta tradita per Panorm. in consil. 21.num.4. volum.1. Nonius cons.72. num.24.Sbroz.d.lib.2.quæst.25. nu. 6.quem refert Ant. cit.loco in fin. Respondetur secundo, quod non præfata consuetudo sit contra ius, quia inferior præcedit superiorem, propterea censenda est corruptela, ideo abiicienda.c.consuetudo 9.dist. nec aliquo cursu temporis poterat præscribi, secundum Fel. & ibi Panorm.in c. statuimus de maior. & obed.& DD.in c.fi. de consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *In processionibus attenditur consuetudo.*

2 *In pracedentibus attenditur duplex ordo.*

Canonicus, maior ordine, an præferatur antiquiori in tempore minori in ordine.

DECIS. C CCCCLXXIX.

VEtustissima consuetudine introductum erat inter Canonicos cuiusdam Ecclesię, vt Canonici, Diaconi, & Subdiaconi pręcederēt in sedēdo in choro, in processionibus, ac in omnibus functionibus Canonicis Presbyteris, seu presbyteralem Canonicatum obtinentibus: quare Reuerendiss. Episcopus aboleuit hunc ordinem, constituendo totum contrarium, scilicet, vt in omnibus functionibus Canonici Presbyteri cæteris preferrentur, vnde fuit quęsitum an istud de iure fieri potuisset, ego vero pro opinione negatiua considerabam, quòd cum in pręcedentiis habeatur ratio consuetudinis, secundum Bald. in c. cum olim de consuetudine, quod maximè procedit vbi consuetudo esset antiqua, cuius initii non esset memoria, cum tunc haberet vim priuilegij. ca. super quibusdam de verborum significatione l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aqua quotid. æstiu. c fin. in verb. legitimè de consuetudine, Dec in consil. 11. numero 9. in fin. Gabriel concl. 1. in princip. de pręscriptionibus, & fuit in Rota resolutum refert Verall. in decis. 10. part. 2. quod procederet quoque etiamsi esset contra ius, secundum Fel. in cap. statuimus in princ. de maior. & obed. Gallet. tract. de annatis fol. 35. Bero consil. 7. nu. 7. vol. 1. Ludouic. conclus. 38. illat. 136.

1 Et quamuis de iure Canonicus, qui maior est ordine, pręferatur, etiam quod postea sit receptus, c. statuimus de maiorit. & obedient. nihilominus quando adesset cōsuetudo in contrarium, prout in casu, de quo verba facimus, id non procederet, quia tunc primo loco receptus, præcedit postea admissum, etiam habente maiorem ordinem, quia vt dixi, in pręcedentiis attendenda est consuetudo, vt in propriis terminis Nauar. consil. 3. de maior. & obedientia.

Vrgebat denique pro Capitulo, quod cū in dignitatib. duplex ordo reperiatur, vnus prioritatis tempori, & alter maioritatis honoris, Anna consil. 42. verum cum in casu nostro non consideratur maioritatis honoris, cum in Capitulo prædicto non reperiatur aliqua dignitas, sed omnes sunt ęquales, igitur temporis prioritas erit attendenda, sicut dicitur quoque in episcopis, qui in Cōciliis illum ordinem tenere debent, quem habēt temporis promotions ad Episcopatum. c. Episcoporum 74 distinct. c. fin. 75. dist. ca. episcopos 17. dist. Felin. in rubr. de maior. & obed. Cassand. in catalogo glor. mundi par. 4. considerat. 23. fol. 92. Lucas de Penna in l. 2. C. de off. pręf. prætor. li. 12. nu. 3.

Sic etiam antiquiores Clerici, & Doctores debent habere primum locum. Bald. in cap. cum olim per illum text. de consuet. Dec. in c. cleri. de iudic. Grat. consil. 116. nu. 6. volu. multos alios allegans.

Cęterum quicquid sit ex supradictis, contrariam censeo esse tenendam sententiam, ob declarationem Sacr. Congreg. Rituum, quibus verba sunt, videlicet.

Cùm secundum cuiusq. dignitatē quilibet in sede sit honorandus, & qui prior est in ordine, in loco etiā præmitti debeat declarauit sacrorum Rituum Congregatio, Canonicos, qui in ordine presbyterali

Digitized by Google

terali constituti, Canonicatū presbyteralē obtinuerint, in choro, Capitulo, processionibus, & sessionibus præcedere debere Canonicos in Diaconatu, vel Subdiaconatu constitutos Canonicatus diaconales vel subdiaconales obtinentes, etiam si post ea fuerint in ecclesia admissi, & recepti non obstante consuetudine ecclesiæ, quæ tanquam abusiua, ac improbata, non debet admitti. Vnde Canonico prouiso de Canonicatu presbyterali in ecclesia vbi prabenda sunt distinctæ, censuit Sacra Congregatio deberi locum inter alios Presbyteros supra omnes Diaconos, & Subdiaconos, licet prius in ecclesia receptis.

SVMMARIVM.

1 *Ex sola concessione Principis transfertur dominium.*
2 *In gratiosis attenditur tempus datæ.*
3 *Validum est argumentum à simili.*
4 *Honor debetur antiquiori Canonico propter fructus possessionis.*

An Canonicus prior in data, præcedat Canonicum posteriorem in data, verùm anteriorem in possessione.

DECIS. CCCCCLXXX.

IN facti contingentia respondebam, dicendo pro anteriore in data, quod ipse veniat præferendus, & mouebar ex pluribus:

1 Primò, quod concesso priuilegio à Principe, parum est curandum de actuali possessione, cum Princeps ex sola concessione transferat dominium, & possessionem, ita quod non exigitur actus corporeus ca. capitulū sanctæ Crucis de resc. Bald. in l. 1. C. de rer. permut. Ias. in l. traditionibus in 1. col. in princ. C. de pact. & in l. vt inter diuinum 3. & seq. C. de sacrosſ. eccl. Rom. consil. 298. Frezz. de subfeud. fol. 97. num. 64. & Anan. consil. 42. vol. 2.

Tum secundo, quia cum sumus in gratiosis proinde attendi debet tempus datæ, c. tibi qui de rescript. c. si eo tempore de rescri. in 6. c. eam te, & c. constitutus eod. Bal. & Castr. in l. 1. C. vt lite pend. Luc. de Penna in l. 1. C. de præf. prætor. lib. 12. 2

Tum tertiò, quoniam loquendo à simili, quod validum est argumentum, Licentiatus si post longum tempus ad gradum promoueatur, præfertur omnibus illis, qui medio tēpore ad gradum sunt assumpti. Felin. in rubr. de maior. & obedien. col. 1. Soc. consil. 70. vol. 4. Boer. de auctoritate magni Consilij nu. 98. Dec. in l. cum qui col. 3. ff. si cert. pet. & Gabr. conclus. 1. de maiorit. & obed. vbi communem nuncupat. 3

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrariam sententiam putaui veriorem, ac iuri magis consonam, quam tenent & sequuntur Bald. in c. cum olim in princ. de consuet. Ant. de Butric. in cap. fin. de cau. poss. & propriet. Bommin. consil. 21. num. 16. Rot. in decis. 2. de consuet. in nouis, Caputaquens. in dec. 354. num. 1. libr. 3. Gratian. in addit. ad dec. 16. in prin. Nouissim. in sua prax. c. 22. quorum opinio corroborari poterit iuribus, & rationibus.

Ratio est, quia huiusmodi honor datur antiquiori Canonico propter eius maiora onera, quæ in ecclesia subiit, quia istæ præeminentiæ sunt fructus possessionis, & propterea canonico, qui prius cepit possessionē, deberi præcedentiam in stallo chori, & danda voce in Capitulo, & aliis, &c. & ex prædicta ratione ita fuit resolutum in Rota Romana in vna Vicentina præcedentiæ 27. Aprilis 4

Digitized by Google

1594. * coram Litta, & tandem in vna Burgen. 30. Aprilis 1599. * coram Mantica.

Iuribus etiam probatur primo per tex. in l. 1. Cod. de consulibus lib. 12. vbi inter consules is, qui primo accepit possessionem consulatus, præfertur.

Secundò, per tex. in l. vnicuique C. de proximis sacrorum scrinior. li. 12. vbi qui posterioris temporis militiam sacrorum scriniorum admissus est, posteriori loco sedere debet.

Tertiò, per text. in l. fin. C. de tyronibus lib. 12. ibi, nisi cui, & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur.

Quarto, per tex. in l. 2. C. de off. Mag. offic. ibi, vel labor prolixior fecerit anteire.

Quintò, per gl. in c. fin. in verb. antiquiores de maior. & obed. ibi, sed & tempore, quo in Ecclesia militauerint.

Non obstant contraria, præsertim illud, quod primo loco prouisus, licet in possessione posterior præferatur prouiso secundo loco. c. eum cui de præbend. in 6. quia secũdum Nouiss. loco cit. procedit in iuribus quæ simul cum ipsa re transferuntur, non in prerogatiuis, quæ cum personis cohærent.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus dicitur caput Capituli.*

2 *Archidiaconus habet primam vocem in choro, & locum in Capitulo.*

3 *Archidiaconus habet maiorem dignitatem quacunque alia in Ecclesia Cathedrali.*

An Archidiaconus præferatur Archipresbytero.

DECIS. CCCCCLXXXI.

PRo Archidiacono facit, quod ipse non est membrum inferius Capituli verum caput, quoniam absque scrupulo aliquo Archidiaconus dicitur caput Capituli, vt probat tex. in cap. dilecti filij, vbi Ant. de Butric. & Ioh. de Imol. in 1. not. colligunt ex illo text. dicente, conquesti sunt dilecti filii Archidiaconus, & Capitulum quod Archidiaconus dicitur re ipsa esse caput Capituli, & hoc magis expressè sentit Baldus inibi, qui ex illomet tex. colligit, quod Capitulum prosequitur iura Episcopatus, vbicunque Episcopus est in negligentia, vel dolo, & sic Baldus per illum textum loquitur de Capitulo conquerente, vbi interueniebat Archidiaconus cum Canonicis, & consequenter intelligit, quod appellatione Capituli venit Archidiaconus vti caput.

Et inde est, quod Archidiaconus 2
ipse in omnibus, & quibuscunque Ecclesiis Italiæ habet tam de iure, quàm de generali consuetudine, & antiquissima obseruantia primum locum in choro, & primam vocem in Capitulo cum maxima præeminentia præ cæteris in ipsa ecclesia, vt latè ostendit, ac comprobat Barbat. cons. 5. col. 1. cum sequent. vol. 2. Hartam. cons. 23. num. 6. & sequent. Bomin. cons. 22. nu. 31. & sequent. vnde de distributionibus eorum, quæ sunt de communi massa Capituli, debentur duæ partes Archidiacono. Viu. lib. 1. comm. opin. c. 70. nu. 2. & idem in decis. 290.

Item facit, quod voluit Abb. cons.
21. volum. 1. quem refert, & sequitur 3
Bomin. cons. 22. numero 18. volum. 1. quod

quod dignitas Archidiaconatus est maior dignitas quacunque alia, quæ sit in Episcopatu, cum Archidiaconus dicatur oculus Episcopi. c. ad hæc de offic. Archid. quare si caput Capituli dicitur maior dignitas, cur non debet Archipresbytero preferri?

Denique facit, quod Archidiaconus de iure communi habet multas iurisdictiones, vnde obtinet perpetuam vicariam, & iurisdictionem ordinariam. c. 1. & ibi glos. in verb. Vicarium de off. Vic. c. ad hæc de off. Archid. Syluester verb. Archidiaconus §. 1. licet hodie sit correctum per Conc. Trid. sess. 24. c. 6. item institutio beneficiorum iuris patronatus d. c. ad hæc. licet hodie ad Episcopum spectet. c. licet Episcopus de præbendis in 6.

Addo quoque pro Archid. text. in terminis in c. 1. de offic. Archipresbyteri, cuius verba sunt, sciat Archipresbyter se esse subiectum Archidiacono, & eius præceptis, sicut sui Episcopi obedire debere.

Pro Archipresbytero verò adducitur text. in c. officium de offic. Archipresbyt. vbi absente Episcopo, Archipresbyter præfertur Archidiacono in functionibus sacerdotalibus.

Vnde pro conciliatione dico, quòd Archidiaconus præcedit Archipresbyterum in administratione, & Archipresbyter præcedit Archidiaconum in diuinis. gl. in c. 1. de off. Archipresb.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius repræsentat personam Episcopi.*
2 *Vicarius omnibus Canonicis est preferendus in processionibus, & similibus.*
3 *Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota diœcesi.*
4 *Episcopus facit vnum corpus cũ Capitulo, & Canonici membra.*
5 *Vniuersitas est dignior persona singulari.*
5 *Vicarius non debet ex necessitate interesse in Synodo.*

An Vicarius præsidente Episcopo in Synodo diœcesana, præcedere debet Capitulum.

DECIS. CCCCCLXXXII.

PRo Vicario facit primo, quod cum per eum repræsentetur persona Episcopi, consequenter vti ipse Episcopus alios præcedit ex regula iuris, quod prærogatiua, & honor, qui debetur principali, est debitus quoque eius Locumtenenti seu repræsentanti. Dec. in cap. sanè num. 2. post med. vers. resoluendo, vbi concludit generaliter Delegatum, Vicarium, vel Locumtenentem debere honorari tanquam repræsentantem personam principalis, & propter talem prærogatiuam cæteris suis paribus esse præferendos; vnde dicitur in c. grandi de suppl. neglig. Prælat. in 6. & in c. in noua 16. quæst. 7. administratori honorem exhibendum, sicut ipsi Domino, vt patet ex illis verbis, *debitum eis exhibentes honorem*, & notat ibi Anchar. in 5. not. & Barbat. in cap. sane, il secundo, nu. 3. de off. deleg. & Ang. in l. si prior §. à Titio numero 1. per illum tex. ff. qui potior. in pig. voluit prærogatiuam, quæ est in principali esse in eius Locumtenente, sequitur Fel. in cap. cum olim, il secondo, sub num. 2. vers. item de off. deleg. Rimin. ad rubric. ff. de offic. eius numer. 3. vnde voluit Franch. in c. grandi numer. 5. gerenti vices alte- 1

Digitized by Google

rius, eundem deberi honorem, qui debetur ei, cuius vicem gerit, hoc idem voluit Abb. in d. c. sane num. 2. post med. verf. & facit, vbi per illum tex. vult Vicerectorem scholarium esse honorandum sicut Rectorem, quia Rectoris vices gerit. idem Abb. in d. c. cum olim in 1. not. & ibi Fel. n. 1. & Rom. sing. 367.

2 Secundo pro Vicario facit, quod voluit Abb. in consf. 21. volu. 1. vbi ex pluribus rationibus concludit de iure Vicarium Episcopi præferendum esse in congregationibus, sessionibus, & processionibus canonicis, vbi voluit etiam Anna in consil. 13. lib. 1. qui loquitur siue Episcopus sit pręsens, siue absens, & hanc partem Vicarij sequitur Fel. in rub. de maior. & obed. num. 6. in fi. & in c. statuimus num. 1. versic. & dicit Abbas eodem titulo, vbi dicit, quod non valet consuetudo in contrarium, sequitur Ias. in l. de quibus num. 69. & 77. de leg. Crot. in l. omnes populi num. 85. de iust. & iur. Rauen. in tract. de consuet. sect. 8. num. 42. de Curt. eodem tract. in princ. cap. num. 30. verf. posset etiam. Arnon. sing. 28. Gamb. de offic. leg. lib. 3. numer. 109. quam opinionem pluribus rationibus etiam defendit Cassan. in catal. glor. mundi par. 4. consil. 46. Bertran. in consil. 73. num. 8. lib. 1. par. 2. Bero. consi. 22. num. 20. lib. 1. Rebuff. in praxi de iure Episcoporum numero 7. Gabr. de præsumpt. concl. 1. num. 37. & quod Vicarius præcedere debeat tam præsente, quàm absente Episcopo, latè defendit Put. in suo clypeo pastorali c. 6. num. 39. cum pluribus sequent. Cucchus in suis institutionibus titu. 8. num. 49. & hanc opinionem pro Vicario videtur, quod Rota tenuerit in vna Algaren. coram Oradino, vt habetur in decisi. 277. & in vna Placentina Sedis coram Seraphino, & in terminis, quod in Synodo diœcesana Vicarius generalis sedere debeat ante dignitates, & Canonicos tenet Henric. Rott. de Synodo in 3. par. num. 20. quem sequitur Sarmiens. select. lib. 7. cap. 17. ex quibus auctoritatibus videtur colligi posse hanc opinionem esse magis communem, quicquid in contrarium scripserit Menoch. consf. 51. Piccard. consf. seq. lib. 1.

Tertio, quia Vicarius habeat iurisdictionẽ ordinariam in tota diœcesi etiam supra Capitulum, & singulos de Capitulo ratione iurisdictionis, tanquam superior præcedere debeat Capitulum, & singulos capitulares, maximè cum Vicarius dicatur associari Episcopo in iurisdiction ec. in nouo 16. q. 7. & faciat idem consistorium cum Episcopo. c. 2. de const. in 6. Vnde cum repræsentet personam Episcopi, aliis præferri debet, per text. in c. præcipimus 93. distinct. vbi dicitur, quod locum tenens debet tenere locum sui principalis. 3

Cæterum supradictis minimè refragantibus, contrarium videtur dicendum.

Tum primò, quia Episcopus facit vnum corpus cum Capitulo, cuius corporis ipse est caput, & Canonici membra c. nouit. 4. de his, quæ fiunt à Præl. sine consensu Capit. glos. in cap. irrefragabili in verb. per cap. de off. ord. Monach. in c. à collatione de appellat. in 6. vnde esset inconueniens, & contra ordinem naturalem, quod membra disiungantur à capite. cap. 1. dist. 12. ideo nec Vicarius, neque alius inter caput & membra inseri poterit neque ordine legali, neque naturali, cùm sint vnum & idem corpus. idem Monach. in cap. Romana num. 9. de sent. excom. ita vt Canonici dicantur pars corporis 4

Digitized by Google

ris Episcopi, sicut Cardinales Papæ. Abb. in c. nouit. de his, quæ fiunt à præl. sine consilio cap. & ita in specie contra Vicarium latissimè concludit Gonzales Mendez libr. 1. diuers. iur. arg. cap. . per totum, vbi respondet omnibus adductis per Sarment. contrarium sequentem d. c. 17. quod etiam voluit Piccard. inter cons. Menoch. 52. numer. 155. vsque ad 156. libro 1. prout dicimus de Rege, qui tam in suo Regno, quàm extra præcedit Cardinales vti singulos, quod in Consistorio tamen, & Cappella Papæ sedet post primum Episcopũ, vel post antiquiorem Cardinalem Presbyterum, & idem de Imperatore ante coronationem, vt in Pontificali, seu Ceremoniali rubric. de recept. Regis, & rubr. de ingress. Imp. Menoch. consil. 921. numer. 71. vers. ita quoque libro 10. post Piccar. d. cons. 52. numero 145. vbi etiam quod dictus liber Pontificalis, seu cæremonialis, tanquam Authenticus attenditur in decisiuis. Host. in capit. consuluit de Sera. Ord. Botte. de Synodo parte 1. num. 6. & 46.

5 Tum secundò, quia Collegium, & quælibet Vniuersitas, vel Congregatio est dignior, quam persona singularis c. statutum de elect. in 6. & multis comprobat Cassan. in catal. glor. mundi cõs. 32. col. antepenul. vers. octauo facit. part. 4. ideo dicit, quod licèt Abbas præferatur Canonicis ecclesiæ Cathedralis. Bald. in ca. pastoralis in verb. extra de off. deleg. Dec. consil. 162. col. 1. Botte. de Synod. par. 1. numero 15. Piccard. d. consil. 52. numero 121. tamen intelligitur, nisi Canonici collegialiter procederent, quia tunc repræsentant Ecclesiam Cathedralem, quæ plus aliis debet honorari, quare sunt præferendi, videlicet in processionibus, & similibus actibus, prout concludit Domin. in capit. quamuis 4. §. quanquam in princip. numer. 3. versic. nota, quod ecclesia Cathedralis, & ibi Franch. in vlt. notab. numer. 3. de præbend. in 6. Ripa resp. 23. lib. 1. numero 3. Syluа de benefic. par. 1. quæst. 1. numero 81. vsque ad 87. Cassan. in cata. glor. mundi considerat. 32. in princ. versicul. sed intellige prædicta, & colum. 11. in fin. versic. quinto pro hac parte facit, parte 4. Felin. in capit. meminimus 17. colum. 2. in princip. ex quo infertur numer. 6. de accusat. ita vt Capitulum quoque ecclesiæ Cathedralis præferatur Capitulo Collegiatæ, etiam in propria ecclesia Collegiata quasi episcopus sit præferendus Capitulo ecclesiæ Collegiatę, etiam in dicta propria ecclesia Collegiata, vnde etiam Capitulum ecclesiæ Cathedralis tanquam membrum episcopi, prout in specie concludit Gonsalez Mendez libro 1. diuers. iur. arg. cap. 1.

Tum denique quia Vicarius non est de illis, qui ex necessitate debeant in Synodo diœcesana interuenire, nam in multis locis fit mentio de illis, qui sunt vocandi, inter quos connumeratur Capitulum, & tamen nullibi reperitur vocandum esse Vicarium episcopi, vt in c. decernimus 18. distinct. Anchar. in capit. graue num. 15. in fin. & ibi Butr. post numero 16. & Imol. sub numero 20. de præbend. & liquet ex Famagust. in tract. de Concil. in tit. qui in concil. sint vocan. colum. penult. versic. in Conciliis autem synodalibus, vbi ponit omnes vocandos, & nihil dicit de Vicario: quare in Conciliis generalibus, in quibus præest Papa vna cum Cardinalibus tanquã membris suis vocandi sunt Patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi, & tamen de illius Vicario nullum verbum fit, vt post Hostiens. & alios tradit Pet. à 6

Mont. in Monarchia Conciliorum, capit. Concilio qui interesse debent, sub numero 1. Si autem Papa non præest, tunc præest Legatus nomine eius, qui dicitur habere iurisdictionem delegatam. Imol. in d. cap. graue numer. 22. versic. si autem de præbend. & ita etiam fuit factum in Conc. Tridentino, quę iurisdictio, & auctoritas Legati præsente Papa cessat, & in nulla habetur consideratione, meritò idem dicere debemus de Vicario episcopi in Synodo diœcesana, quia quod iuris est, de toto, quoad totum, idem iuris esse debeat de parte quoad partem, l. quæ de tota ff. de rei vend. cap. pastoralis §. item de officio delegat. & ita arguit de Concilio generali à Monte in dicta Monarch. Conc. in d. c. Concilio qui deb. interesse, sub num. 11.

Non obstant contraria, præsertim quod Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota diœcesi, & est supra Capitulum, & singulos de Capitulo ratione iurisdictionis, & consequenter tanquam superior præcedere debet, quia respondetur hoc procedere in his rębus, & in locis in quibus habet maiorem iurisdictionem, & sic loquuntur Abb. Anna, Felin. Sarnien. & decisio in causa Algaren. & in causa Placentina Sedis, & aliæ auctoritates ex aduerso allegatæ.

Neque obstat illud de identitate reuerentię, siue honoris, quia respõdetur hoc non esse semper verum, quia multa competunt episcopo, quæ non competunt eius Vicario, & propterea respectu amplioris, & firmioris iurisdictionis magis honorandus est episcopus, quam eius Vicarius, vt latè deducit Ias. in d. §. fin. in 6. & Alciat. in d. rubr. de off. ord. numero 28. in fin. & numero 29. in princ.

Sed prima opinio videtur verior & audiui fuisse decisum à Sacra Congregation. super tribus, & à fel. record. Clemente VIII. in vna Nolana.

SVMMARIVM.

1 *Præpositus non tenetur petere licentiã a Canonico percunctatore.*

2 *Peruerteretur ordo Ecclesiæ, si Præpositus obtemperaret eius inferioribus.*

3 *Præpositus, vti maior, aliis præcedere debet.*

An Præpositus ecclesiæ Collegiatæ omnibus Canonicis eiusdem Ecclesiæ præferatur, ita vt non teneatur petere licentiam Canonico percunctatori.

DECIS. CCCCCLXXXIII.

COnsideratis considerandis, ac visis omnibus de iure videndis in quadam causa mihi delegata pronunciaui in fauorem Præpositi, vt scilicet cogi non possit, quando vult à Choro discedere, petere licentiam Canonico percunctatori, & mouebar ex pluribus. 1

Primo, quia alias peruerteretur ordo ecclesiasticæ Hierarchiæ, & nullibi reperitur, quod superior teneatur obtemperare eius inferioribus, & consequenter ab illis petere licentiam argum. text. in capit. cum inferior de maior. & obed. & Præpositum habere dignitatem non dubitarunt Doctores, præsertim Abb. numero 28. Io. Andr. num. 33. Felin. numero 40. in capit. cum accessissent de constit. quod patet etiam, quia ipsę vti caput, sedet in primo loco, ac 2

Digitized by Google

in manu dextera, ex quibus arguitur præsumptio maioritatis, secundum Bald. in l. decernimus in princip. in 2. not. Cod. de sacrosanct. eccles. Restaur. de Imperatore quæst. 22. numero 3. & quæst. 88. num. 7. Tiraquell. de primogenito in præfat. numero 13. vsque ad 17. vbi multa, quod honor consistit in sedendo ante alios, & dignior sedere debet à dextris, & inferior à sinistris tanquam dextera pars sit validior, præstantior, religiosior, augustior, nobilior, & honoratior. DD. in rubric. de maior. & obed. & non procedendo per mendicata suffragia, quod Præpositus habeat dignitatem text. est expressus in cap. quamuis de verb. significat.

Tum secundò, quia ipse Præpositus vti maior cæteris Canonicis præ-
3 fatæ Ecclesię Collegiatæ, alij præcedere debeat: etenim maior dicitur etiam respectu honoris, & prælationis cap. 1. & c. statuimus, & ibi Abb. in 2. notab. de maiorit. & obed. Riminaldus in d. rubr. de off. eius num. 2. versic. hoc comprobatur. Boer. d. rubr. de off. deleg. num. 41. versic. maior etiam sumitur. pulchre Bald. consilio 387. col. 13 circa fin. vers. maior ab honore, & excellentia dicitur, li. 1. Boer. decision. 286. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Existens in quasi possessione præcedentiæ potest se armata manu defendere.*

2 *Occidens aduersarium prohibentem ne sedeat in loco solito, non potest puniri pœna ordinaria.*

Ius præcedentiæ an defendi possit armata manu.

DECIS. CCCCCLXXXIV.

ORta lite, & controuersia inter Canonicos cuiusdam Cathedralis, quorum vnus erat Archidiaconus, alter vero Decanus, & existente in quasi possessione præcedendi ipso Decano Archidiacono de facto se ingessit in functionibus ecclesiasticis ad ipsum Decanum spectantibus, & consequenter instabat Decanum præcedere; quare cum Decanus defendendo se ne à iure præcedendi deiiceretur, Archidiaconum prohibentem occiderit, fuit à me quæsitum qua pœna esset plectendus: dicebam ego pœna ordinaria committentis homicidia. ad tex. in l. 1. §. 1. ff. de sicar. cum non sit de casibus, in quibus excusatur quis à pœna ordinaria. Gloss. in l. si vt allegas C. ad leg. Iul. de sicar.

Cæterum supradictis minimè refragantibus contrarium consului & secundum meum consilium fuit iudicatum, quæ decis. potest ex nonnullis defendi.

Primo, quia existens in huiusmodi quasi possessione sedendi in superiori loco, & præcedendi, possit etiam armata manu resistere ei qui vult illum amouere. Bal. in l. obseruare §. antequam in fin. ff. de offic. proconsul. Menoch. consilio 257. n. 55. li. 3. & cons. 902. nu. 77. li. 10. Artham. cons. 29. Balb. cons. 17.

Quæ quidē quasi possessio acquiritur vnico actu, prout in specie concludit Marzar. cons. vlt. li. 1. idem Menoch. cons. 126. num. 6. libr. 2. & sufficeret quoque illum actum fuisse vltimum. Ann. alleg. 90. post Cald. cons. 12. de iurepatr. per text. in ca. cum Ecclesia Sutrina, de causa poss.

Tum secundo, quia in dubio est pronunciandum pro istis quasi possessionibus. Card.consil.62.Corn. consil.193.numer.14.libr.2.Menoch. consil.51.

2 Tum tertiò, quia secundum Gratian.discept. 110. si quis prohibetur in loco solito sedere; si defendendo se, ne ab illo loco deiiciatur, aduersarium prohibentem occiderit, non poterit puniri pœna ordinaria, si ad arma prouocatus sit, quia causa honoris, & vitę æquiparatur. Gloss. in §. suspectus instit. de suspect. tut. & ita in specie concludit. Rebuff. in l. vnic. num.354. Gloss.1.C. de sent. quę pro eo, quod inter. Cordub. in l. si quis à liberis in princ. numero 33. & 34. de lib. agnoscendis.

Tum quarto, quia si laicis, quibus indulgetur acquirere in aliqua ecclesia ius sepeliendi in eminentiori loco, concludit Paris. consil.149. numero 2. libro 4. quem sequitur Rota per Pamphil. Calaguritana Cappellę 28. Martij 1585. vbi ampliat ad ius retinendi arma, & insignia domus, quæ benefactor potest acquirere in aliqua Ecclesia. Anchar. an. consilio 113. iura, quę loquuntur, num.4. Anna consil.86. pro expeditione in fine. Port. in §. apud instit. de rerum diuis. vbi loquitur tam de iure sedendi in eminentiori loco, quàm de præstando oblationem Sacerdoti. Cordub. in l. si quis à lib. in princip. numer.32.ff. de lib. agnoscend. prohibentur posse agi actione iniuriarum, & officium iudicis implorare, Faber in §. aliam institut. de bonorum possess. vbi de nobilibus matronis, quæ non agunt actione iniuriarum, sed iudicis officium implorant aduersus alios non tam inclytæ nobilitatis, vt defendantur in vsu sedendi in ecclesia, aut offerendi. Ias. in l. si non sortem §. libertas de condition. indeb.

* * *

Finis Tituli Praxis Præcedentiarum.

PRA-

PRAXIS CLERICORVM

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest de crimine torqueri, nisi sit publicè diffamatus de crimine, & diffamatio constet iudici, nec indicia sufficiunt, quod declaratur nu. 2. Quid practicetur in Curia Archiep. Neap. traditur nume. 3. Quid practicetur in ciuitate Mediolani traditur nu. 4.*

5 *Indicia propinqua succedunt loco diffamationis.*

An rectè procedat praxis Curiæ Archiepiscopalis Neap. quod clericus ex indiciis, absque diffamatione torqueri possit.

DECIS. CCCCCLXXXV.

1 GRAMMATICVS vot. 1. numer. 5. firmat conclusionem, quod clericus nunquam torqueri potest pro crimine, de quo inquiritur, etiam si contra eum mille vrgerent indicia nisi de delicto ipso sit publicè diffamatus, cuius opinionem dicit communem Diaz. c. 117. Hippolytus in l. quæstionis nu. 98. ff. de quæst. & idem Hippolytus in sing. 55. post Panormit. & reliquos in c. cum in contemplatione nu. 6. ff. de reg. iur. Carrer. in prax. §. circa tertium numer. 26. Viu. op. 42. lib. 1. Clar. §. fin. q. 64. vers. sed an clerici. Campagna in cl. 1. de vita & honest. cler. nu. 149. vnde Rebuff. in 3. tomo constit. Franc. tit. de contum. n. 2. gloss. vn. num. 3. dixit, quod clericus non debet torqueri nisi sit 2
de crimine infamatus, & oportet iudici de illa infamatione constare, & Barbat. cons. 47. col. 16. vol. 1. quem sequitur Boer. decis. 163. numer. 6. & 7. voluit, quod oportet, vt prius constet de infamia, seu diffamatione, vt clericus torqueri possit. Hinc Foller. in prax. can. nume. 5. scripsit clericum posse torqueri si infamis sit, vel diffamatus de crimine, allegat notata per DD. in c. 1. de deposito. & ita quoque voluit Viu. op. 182. vol. 1.

In Curia tamen Archiepiscopali 3
Neapolitana practicatur, quod legitimis indiciis præcedentibus, nulla diffamatione probata, clerici torquentur sicut cæteri, cuius praxis ratio reddi potest ex deductis per Granusium theoremat. iuris 18. dicens, quod si contrarium seruaretur in practica, nunquam, aut rarò clerici torquerentur, cùm ad probandam diffamationem nonnulla perdifficillima requisita concurrere debeant, de quibus per Clarum in §. fi. qu. 7. per totum. Et iuxta hanc opi- 4
nionem practicari in ciuitate Mediolani testatur Bossius in sua praxi tit. de indic. nu. 103. in fine, & in tit. de tort. num. 5. & Cora. lib. 1. comm. op. v. tortum. Vnde idem Granu. cit. theorem. & in cons. 117. ex pluribus per eum ibidem adductis ostendit,

Digitized by Google

aduersus clericos posse procedi ad tormenta ex solis legitimis indiciis, excedentibus tamen arbitrariè ea quæ contra laicos regulariter ad quæstionem sufficiunt: Cuius opinionis ratio assignari poterit ex notabili doctrina Rolandi à Valle cons.24.num.20.li.1.&in cons.3.num.
5 6.&seq.volu.3. quod indicia duntaxat propinqua succedant loco diffamationis.

SVMMARIVM.

1 *Semel malus an semper præsumatur malus.*

2 *Tempus triennij an purget malam vitam præteritam, & quid sit probandum, nu.3.& 4.*

5 *Clericus ab initio malus, an præsumatur bonus per spatium triennij, explicatur per totam decisionem.*

An clericus, qui per triennium bene vixerit, præsumatur malus in eodem genere delicti ab eo per prius patrati.

DECIS. CCCCCLXXXVI.

1 FVit dictum in Curia Archiep. quod licet regula sit, quòd semel malus, semper præsumatur malus in eodem genere mali. vulg. iuribus, nihilominus fuit resolutum præfatam præsumptionem cessare quando quis per triennium continuum bene, & laudabiliter vixit, rectèque fuit conuersatus, quoniam illa mali præsumptio tunc cessat, nam pro purgato, emendato, ac nouo homine à lege habetur. tex. est in §.nequaquam, ibi, *Attamē sufficit ad*
2 *meliorem purgationem peccatorū & ad virtutis augmentum, triennalis temporis testimonium*, quam opinionem tenuerunt Rom.cons.236.num.5. Corsetus in singularibus in verb. præsumptio. in pr. Boer. ad Dyn. in eadem regula semel malus. Curt. iun. in l.1.nume. 36. C. de sequestratione pecuniæ. Cassan.cons.60. nu.4.Dec. cons.63.numer. 0. Roland. à Valle cons.62.num.12.volu.3.& in cons.63. nu.6.vol.2. Mandos. ad Roman. cit. cons.36.num.5.Blanch. cautel. 14.dicens, quod per triennij lapsum quis
de malo bonus effectus præsumitur 3
si laudabiliter per illum triennium vixerit, sequitur Gomes.in regula de triennali in fi. Albanus ad Bart.in l Cassius num.17.& sequ. ff.de Senat. Ex quibus manifestissimè dicitur hanc esse communem opinionem, prout etiam testatur Clarus in sua practica §.fi. q.21. vers.fama, & iuxta
hanc opinionem scilicet quod per 4
tres vel quatuor annos præsumatur emendatio vitæ, tenuit Rota Romana
na in vna Roman. legati 28. Maij †
1568. † coram Illustriss. Seraphino: quam notandam summoperè esse in practica ad effectum resolutionis illius articuli, videlicet emendatum de crimine, esse idoneum testem, quoniam, iuxta supradicta, huiusmodi emendatio in teste præsumenda est, lapso triennio. Rolan. cons. 94.vol.4.num.18. Hippol.in l.vnica num.20.C. de rap.virg.Barb.in tract. de testib.par.1.nu.23. Viuius comm. op.357.vol.1.

Non obstat Beluisius in l. omnimodo, C.de instr.testamento, referens conclusionem principalem procedere, quando, videlicet, talis delinquens magnam egisset pœni-
tentiam, puta, quia ingressus Reli- 5
gionem, prout loquitur d. authentica, vel quando probaretur pluries ei occasionem similis mali venisse, & tamen eum abstinuisse, quia respondetur, ratio illius tex. esse generali

ralis,& consequenter generaliter esse intelligendus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus occidens bannitum, an sit immunis a pœna temporali & num. 8. Et non licet sanguinem effundere, nu. 2. cum seqq.*

3 *Statutum permittens impune occidi bannitum, an valeat de iure canonico, & an comprehendat personas ecclesiasticas, nu. 4.*

5 *Clericus committens homicidium odio, & inimicitia particulari contra bannitum, debet puniri. Et eò magis si vestimenta banniti abstulerit, nu. 6. Quid si proditoriè bannitum occiderit, nu. 7. & seqq.*

9 *Clericis licitum est effundere sanguinem in multis casibus, qui recensentur nu. 10. & seqq.*

12 *Homicidium in dubio non præsumitur proditoriè commissum.*

An clericus occidens bannitum, sit immunis à pœna temporali.

DECIS. CCCCCLXXXVII.

1 SVbdiaconus Angelus dello Preite fuit inquisitus in curia Archiepis. de homicidio in personam Hieronymi Naucleri banniti à Regia curia. Quare maxima fuit inter Dominos Iudices altercatio num veniret aliqua pœna plectendus, vel debeat gaudere beneficio statuti permittentis homicidium in personam bannitorum, & prima facie videbatur dicendum, esse puniendum pœna ordinaria homicidij ex infra dicendis.

2 Primo, quia de iure non licet clericis fundere sanguinem. c. sententiam ne cler. vel mon. & offendere hominem vsque ad animæ effusionem, est de per se malum, & damnatum diuina lege ex præcepto Decalogi, Non occides : vnde cùm sit negatiuè conceptum, obligat semper, & ad semper, vt dicunt Summistæ, & ex nostratibus Archidiac. in c. si peccauerit 2. q. 1. Panorm. & cæteri in cap. nouit. de iudic. Hinc est, quod de iure canonico non valet statutum, per quod permittitur impunè occidi bannitum. Canonistæ in c. fin. de constit. Ias. in repet. l. omnes populi sub num. 46. ff. de iust. & iu. Duen. tract. reg. 68. num. 1. & 2. limit. 3

Tum secundo, quia constitutio Regni incipiens, Pœnam eorũ, permittens occidere bannitos, cum sit laicalis, non extenditur ad personas ecclesiasticas, c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & c. quæ in ecclesiarum de constit. & faciunt latè deductis per Viu. decis. 9. cum aliis quos congerit de Franch. decis. 90. 4

Tum tertio, quia suspicio erat, præfatum Subdiaconum homicidium perpetrasse ex odio, & inimicitia particulari, quo casu venit puniendus ex notabili doctrina Bart. in l. nulla C. de adult. li. 10. Petra sancta singul. 14. Petrus à Pla. in epith. delict. c. 36. nu. 21. Menoch. de arbit. qu. 90. num. 48. vbi ait, hoc expressè probari per tex. in l. vlt. C. de malefic. & mathem. in fi. & iuxta hanc opinionem se iudicasse vti iudicem casuum conscientiæ, refert Mastrill. decis. 104. 5

Tum quarto, quia suspicio erat, præfatum Subdiaconum abstulisse supradicto bannito omnia vestimenta, quo casu est puniendus, secundum Alban. in cons. 8. numer. 29. quem sequitur Peregr. de iure fisci lib. 3. tit. 7. nu. 45. in fi. & idem Pereg. 6

Digitized by Google

in conſ.23.num. 4.vol.1.& Artam.in conſ.60.

Tum tandem, quia dicebatur il-
7 lum proditoriè occidiſſe, dum ſimul coniunctim poſt prandium dormirent, quo etiam caſu puniri debet, ſecundum Angel. ad Bart.in l.fi. C. de delat lib.10.vbi ait, quod in facti contingentia fuit Perusij vltimo ſupplicio affectus quidam, qui ſocium ſuum bannitum proditoriè interfecerat.Plaz.c.36.num. 18. Igne. in l.3.§.ii ex ſtipula.num.50.ff.de his, quibus & in dig.Fortun. Garſ.in d.l. conuentionum 11.& 12. ff. de pact. Menoch.de arbitr.qu.90.nu.49. qui ait, ab hac opinione, vti communi, non eſſe recedendum Mantuan. in conſ.200.nu.29.li.2.dicens, quod opinio Decij contrarium tenentis in c.quæ in eccleſiarum nu. 72.verſ. & licet iſta ſint notabilia dicta, extra de conſtit. communiter reprobatur Maſcard.de probation. lib. 1. concl. 162.numer.9.Monticell.reg.crim. 3. nu.14.

8 Cæterum ſupradictis minimè refragantibus, contrarium iudicauimus, nempe præfatum Angelum fore abſoluendum, prout fuit liberè abſolutus (& de hoc mirandum quippe non eſt) ſecuti fuimus enim opinionem Hipp. loquentis in proprijs terminis in conſ.1. iuxta cuius opinionẽ fuiſſe quoque deciſum in curia Epiſcop. Peruſin. teſtatur Ambroſin.deciſ.23.vol.1.

9 Non obſtant contraria, præſertim primum, non licere clericis facere ſanguinem; nam hoc eſt verum contra probos homines, ſecus autem contra improbos, rebelles & hoſtes patriæ: dicitur enim in hoc caſu miniſter fori.c.qui malos 33. qu. 3.malos occidere, non eſt homicidiũ committere, c.qui malos, & Miles 33.q.35.

Non obſtat, ſecundum, quia ad 10
publicam vtilitatem, & zelo iuſtitię eueniſſe præſumendum erat. Farin. q.103.num.207. poſt alios, quos ipſe allegat, & ita reſpondetur tertio obiecto.

Nec obſtat quartum, nec alicuius 11
conſiderationis eſt, quia non ex interuallo, ſed in continenti illud fuit ablatum, vt poſt alios dicit Hipp. in pract.§.egrediar.num 83. Neilus de bannitis in 2.parte 3. temp. q. 3. Boſſ. in tit.de bannitis nu. 6.in fi.

Et demum minus obſtabat dice- 12
re homicidium fuiſſe proditoriè cõmiſſum, cum in contrarium ſit magis communis opinio. Foll. in pract. crim.in verb.for. iudicetur num. 12. Clar.in §.homicidium num. 51. Burſ. conſ.124.nu.13.li. 2. Decian. in tract. crim.li.7.c.30.nu.5.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Doctor an poßit relegari cũ comminatione pœnæ triremium, & nu.3.& ſeqq.*

2 *Iudex an poßit etiam ſuper futuris iudicare, & prouidere.*

4 *Frangens exilium, vel relegationem, qua pœna puniatur.*

5 *Doctor eſt perſona nobilis, cui imponi non poteſt pœna triremium. Idem procedit in Doctore in Chirurgia, numer.6.*

An clericus Doctor relegari poſſit ſub comminatione triremium, caſu quo relegationem non obſeruauerit.

DECIS. CCCCCLXXXVIII.

IN Curia Archiepiſc. reperiebatur 1
quidam clericus nobilis, & I.V.D. qui ob delictum per eum patratum, fuit

fuit per eandem Curiam in insulam missus, cum comminatione triremium, casu quo non seruasset relegationem. Quare fuit inter nos dubitatum, an præfatam comminationem facere de iure potuissemus. Dicebat vnus ex Dominis, quod Artham.in cons.23. tenet, ad iudicem
2 non spectare futurorum prouisionem, sed tantummodo super re deducta in iudicio pronunciare; vnde cum in præsenti dum reperiebatur, condemnatus in pœnas nobilium consequenter præfata comminatio nihil operari debebat, cum supponat futurum delictum.

3 Cæterum hoc non obstante, contrarium fuit decisum in eadem Curia, de qua decisione mirandum non est, siquidem pro eius corroboratione allegantur nonnulla, præsertim tex.in l.aut damnum §.quisquis, vbi
4 Bart.ff.eod.vbi si quis frangit relegationem, duplicatur pœna, & facit etiam tex. in l. relegati ff. de pœnis, quo iure cautum est, infringens fidem, si sit in exilium condemnatus, relegatur, si relegatus, condemnatur deportari, & ita quoque fuit decisum per Rot. Cathalon. teste Peguer.decis.41.vbi fuit decisum, relegatum frangentem esse deportandum, & deportatum esse summo supplicio afficiendum. Quare cum per supradicta iura reperiatur in dicta pœna relegationem frangentibus, maximè personis nobilibus, propterea non debet induci noua pœna, & sic comminationis triremium in casu fracturæ, in pœnis enim benignior pars est interpretanda, vt est reg. iuris in 6. & in odiosis non habet locum extensio. l. cum quidam ff.de liber.& posthum. & est etiam regula hodie & tex. in c.statutum de elect.in 6. & latè Dec.in l. in pœnis ff.eod.

Dicebatur vlterius, quod cùm Doctor sit persona nobilis, vt scribit decisum Gui.Pap.in decis.338. Ant. Faber.in decis.9.cum sequ. C. de dignitat. quod etiam dicit procedere in eorum filiis idem Guid. Pap. in decis.389.propterea visum est eidem pœnam triremium infligere minimè nos posse ex decis. Grammat. 21. vbi dicit, nobilem, quamuis incorrigibilem, pœna triremium condemnari non posse. 5

Dicebatur insuper, si Doctor in Chirurgia iudicatur nobilis in genere pœnæ ex decis. de Franch. 564. quanto magis Doctor in vtroque iure, qui maximam consequitur dignitatem. Felin.in cap. quanto in 1. concl.de magist. quam dicit communem Io.de Plat.in l. fin. col. pen. C.de decur.lib.10.Dec. in c. proposuisti col.pen. in fin. de probat Marquard. de Iudæis 2. par. principali l. 2.in princ. 6

Quibus omnibus perpensis, iudicauimus in fauorem præfati Doctoris, vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Clericus emittens ictum scoppitæ, qua pœna puniatur, si effectus non sequatur, & nu.3.& seq.*
2 *Affectus an puniatur, si non sequatur effectus, & nu.4.& seq.*
5 *Actus proximus non dicitur, si alter est magis proximus.*
6 *Pragmatica loquès de ictu scoppittæ, non habet locum in rixa, sed in casu appostato, & sic datur pœna extraordinaria. Non habet locum in persona ecclesiastica, nu.7.*

Clericus emittens ictum scoppittæ, qua pœna veniat puniendus.

Digitized by Google

DECIS. CCCCCLXXXIX.

1 IN Curia Archiepisc. Neapol. fuit
dubitatum, qua pœna veniret
plectendus quidam clericus, qui e-
misit ictum scoppittæ in personam
cuiusdam ministri Curiæ sæcularis,
vulgo dicto *Capitan de guardia*, eun-
dem clericum apprehendere vo-
lentis, licèt dictus Capitaneus non
fuerit percussus: & in fauorem cleri-
ci dicebatur primo, ex generali con-
2 suetudine Italiæ non puniri affe-
ctus, nisi sequatur effectus. Gram. in
decis. 2. num. 12. & seq. Vrsill. decis.
21. num. 14. Tess. in decis. 243. num. 2.
& 3. Mastr. in decis. Rot. Sicil. 155. in
princ. quod procedit etiam statuto
aliter disponente. Bald. cons. 356. vol.
1. Hipp. cons. 51. num. 6. Farin. qu. 17.
num. 49. Ioseph. Lud. in dec. 8. num.
3. Item dicebatur, quamuis sit sanci-
tum per Regiam pragm. emittens i-
3 ctum scoppittæ, ipso iure incurrat
pœnam vitæ naturalis, siue ictus
percusserit, siue non; verumtamen
in præsenti casu ex pluribus termi-
nis pragmaticæ applicari nequi-
4 bunt. Primò, quia conatus debet es-
se proximus, adeo vt si quis proie-
cit, & leuet de focone, non de can-
na, prout in casu nostro, non habet,
locum pragmatica. Clarus §. fin. qu.
92. vers. scias. Bertaz. cons. 23. num
10. & seq. Intrigl. sing. 236. de Ball. in
5 pragm. 41. in princ. quia non dicitur
actus proximus, si alter est magis
proximus. Ball. in l. non ideo minus
in 4. col. C. de accus. & cons. 294.
col. 2. lib. 1. cons. 256. eodem li. Mant.
cons. 48. vol. 2. num. 3. & clarius per
exempla, quando dicatur actus pro-
ximus. Ioseph. Fontanel. in cons. 97.
nu. 18. & seq. item locum non habet
6 pragmat. in rixa, prout hic, sed tan-
tùm in appensato, seu appostato: i-
ta notat Gabr. cons. 12. Farin. cons.
57. num. 39. & Ball. loco cit. numer. 1.
Nec locum habet, vbi se defenden-
do explosit sclopetum, prout erat in
præsenti casu, in quo supponeba-
tur, quod dictus clericus id fecerat,
vt patrem cum alio rixantem de-
fenderet, ne à ministris Curiæ secu-
laris apprehenderetur. Hoc enim
casu de excessu, non autem de ictu,
seu explosione venit puniendus.
Abb. in c. significati de homic. Affl.
in cons. asperitatem nu. 13. & in const.
si aliquem num. 6. & sequ. Cæphal.
cons. 462. num. 19. & seq. vol. 4. Tan-
dem dicebatur pragm. locum non
habere, cum simus in persona ec-
clesiastica, contra quam iura tem-
poralia statuere non possunt, vt not.
ex dec. de Franch. 9. & nu. 28.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conuenitur coram ecclesia-
stico, etiam si postea laicus efficia-
tur.*
2 *Tempus delicti attenditur.*
3 *Clericus, qui fuit notarius in Curia E-
pisc. quis efficiatur bigamus, tene-
tur respondere in eadem Curia pro
gestis tempore clericatus.*

Clericus si efficiatur laicus an possit puniri per iudicem sæcularem pro delicto commisso tempore clericatus.

DECIS. CCCCCXC.

CVria Archiepisc. Neap. cogno- 1
scit de delictis commissis per
clericos, etiam si postea laici effi-
ciantur, cuius obseruantiæ ratio est,
quia per mutationem status ius ac-
quisitum tolli non potest, prout eo
ipso, quod quis deliquit, acquiritur
ius illi, cuius iurisdictioni subditus
est

est Auth. quæ in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. Bald. in l. officiales 4. in princ. vers. quærit quis iudex. C. de Episcop. & cleric. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum col. 7. in fin. nu. 18. vers. & per hoc dicebam superioribus annis de const. Et est tex. in l. licitatio. §. quod illicitè ff. de public. l. fin. de priuat. delict. l. vltim. de furt. Cum etiam semper debeamus attendere conditionem personæ, quæ erat tempore commissi delicti. l. 1. ff. de pœn. Bald. in d. l. officiales nu. 2. C. de episc. & cler. vnde clericus committens delictum tempore clericatus, si post delictũ ducat vxorem, adhuc est puniendus à iudice ecclesiastico, quia tempus delicti, inspicitur. Bald. in l. affinitatis, C. commun. de success. Gramm. latè decis. 10. qui refert ita fuisse decisum in Sacro Regio Consil.

4 Tum quia semper initium & origo spectatur in qualibet re, cuius initij respectu, cum delinquens esset subditus iurisdictioni iudicis ecclesiastici, mutatio status non attenditur, gloss. in l. 1. in verb. commissa in fin. C. vbi de crim. agi oper. ita vt hoc stante non sit necesse, quod iudex ecclesiasticus præuenerit, cum sufficiat ad hunc effectum dictum initium. vt cõcludit in specie Franc. decis. 417. num. 6. post Gramm. deci. 10. Quare dicimus, quod existens de aliquo Collegio approbato ratione alicuius professionis, seu negotiationis, non potest recusare iurisdictionem illius, qui præest Collegio, etiam postquam desierit esse de Collegio quantum ad ea, quæ tunc temporis gessit circa pertinentia ad illam artem l. 2. C. vbi de rat. agi oport. l. prætor. §. etiam de edend. Iacob. de Aren. in l. hæc demum, & l. opere. de ope. lib. Castr. in l. final. in princip. C. de iurisd. omn. iud. vbi ex hoc infert, quod licet aliquis desierit esse mercator, pro iis tamen quæ gessit tempore, quo erat mercator, poterit conueniri coram Consulibus eiusdem mercantiæ, Crot. in l. nemo potest nu. 80. ff. de leg.

Tandem supradictis omnibus accedat, quod dicimus de clerico, qui fuit notarius in Curia Episcopali, quamuis enim postea efficiatur bigamus, tenetur respondere coram Episcopo si accusetur, vel conuentus sit pro gestis tempore notariatus non ratione clericatus aut bigamiæ, sed propter officium, quod habuit in Curia sua Castr. in l. 2. quam repetit simul cum l. 1. ad med. nu. 2. & 3. C. vbi de rat. agi oport. vbi etiam allegat simile de eo qui desit esse scholaris, nam pro gestis tempore, quo erat talis, tenetur respondere coram Rectore, prout etiam in milite, & similibus, de quibus etiam Gul. de Cun. in d. l. . C. vbi de rat. agi opor. Franc. d. 417. in d. 3

SVMMARIVM.

1 *Clerici an gaudeant immunitate ecclesiæ.*

2 *Referuntur quamplurima huius decis. rationes.*

3 *Conclusio decisionis.*

Clerici delinquentes confugientes ad Ecclesiam, an debent gaudere immunitate ipsius.

DECIS. CCCCCXCI.

Clericus Franciscus Antonius Vestechia cum fuisset captus à ministris Curiæ Archiepiscopalis ab Ecclesia Diui Hieronymi huius ciuitatis, & cum tractaretur de 1

infligenda pœna pro delictis ab eo patratis, petiit se reintegrandum in præfatam Ecclesiam, & consequenter gaudere ipsius immunitate; quare fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an esset audiendus, & pro clericis, quod gaudeant immunitate Ecclesiæ allegatur Rom.cons. 180.in princ. volens huiusmodi priuilegium, cum sit generale, comprehendere etiam clericos, quam opinionem refert, ac sequitur Zab. in clem.1. num.9.in 6.q.de pœn. & remiss. Io.de Visch. de immun. eccl.in 2.3.& antepen.colum.2. concl. hanc partē tenet Bernard. Diaz.in pract. c.115.Did.var.resol.lib.2.c.vlt.numer. 16.Addēn.ad Ang. de malef. in ver. fama public.num.59.lit. A. Monticell.in pract. crim. reg.2.num.18. & istam opinionem contra Abb. veriorem de iure dicit Clar.dict. q. 30. vers.alterius quæro. Mandos. in addit.d.cons.234.Rom. Farinac.d.q.28. nu.7.in fi.Decian. qui veriorem dicit, & respondet fundamentis Panor.ca.26.numer.1.vbi concludit distinguendo.

2 Mouentur ex infrascriptis: primo, quia iura canonica loquuntur indistinctè in omnibus, ergo nos distinguere non debemus, vt in l. de pretio cum simil. de public.in rem action.

Secundò, quia maior ratio est in clerico, vt in Ecclesia capi non possit, quàm in laico, cum Ecclesia quodammodo domus propria sit clericis: à domo autem propria aliquem capi prohibitum est, l.plerique ff.de in ius vocan.l.nemo ff.de reg.iur.

Tertiò, quoniam hoc priuilegium & immunitas quod in ecclesia nemo capi possit, est concessum templis, vt voluit Bolog. in tract.de indulgentiis, vers.hoc etiam probatur, & ante eum voluit Bald.in ca.1.col.3. vers.& si priuilegium concessum est clerico, de rescript. ergo habet locū in quolibet ibi reperto, siue clerico, siue laico. Vnde Ambros.de immun. eccles.c.12. voluit propterea clericos vti posse præfato priuilegio, cum hæc immunitas data sit ob reuerentiam, quæ præstanda est locis sacris, c.frater, & c.minor 17.q.4.d. ca. inter alia, & c.fin.de immun.Eccles. quæ ratio militat tam in clericis, & multo magis, quam in secularibus, ergo idem ius seruandum clericis quàm laicis.

Quartò, quia textus in cap.nullus clericorum 17.quæst.4. disponit, quod nullus clericorum seruum suum, vel discipulum fugientem ad Ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat: si ergo non licet clerico seruum proprium, in quo habet ius vitæ & necis, l.1. C.de emend.seruo extrahere, & minus licet extrahere discipulum flagellationes tantum timentem, neque etiam disciplinæ gratia, & iste discipulus potuit esse tam laicus quàm clericus, quanto ergo minus licebit clericum delinquentem extrahere?

Quintò, quia si lex canonica in alios obstatuit, debet quoque in suis clericis idem pati, iuxta illud, Patere legem, quam tu ipse tuleris.ca.cum omnes de constitut.

Cæterum quicquid ex supradictis sit, contrarium iudicauit Curia Archiepisc. nam condemnauit dictum clericum, non obstante immunitate petita, sequendo opinionem Abb.in c.inter alia, quam opinionem refert, & sequitur Faber in l.1.C.de his, qui ad eccles.confug.dicens, quod hæc immunitas non habet locum in clericis, si iudex ecclesiasticus causa disciplinæ, & non odij vult eos arcere in ecclesia, punire, & extrahere, vt

Digitized by Google

vt duci faciat ad carcerem, tandem relinquit hæc consuetudini, quæ in hoc multum debet attendi. Eandem sententiam cum limitatione sequitur Remig. de immun. eccles. fall. 21. numero 1. dicens, quod Episcopus potest clericum extrahere ab ecclesia pro pœnitentia iniungenda, sed non pro incarcerando, & quod pro pœnitentia iniungenda possit clericum ab ecclesia extrahere Vicarius episcopi, tenet idem Faber in §. 1. numero 3. instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. hanc etiam partem tenet Ioan. Barberius in suo iuris viatorio, tit. de violat. immun. prout eam refert Boer. decis. 166. numero 3. Tandem indistinctè probant Ang. de Clauas. in sua summa verb. immunitas vers. 14. & Siluest. eodem verbo 3. numer. 2. & hanc opinionem tenere alios, refert Menoch. de successs. creat. §. 22. num. 54.

3 Non obstant contraria, quia procedunt quando clericus venit ex alia causa in ecclesiam, quam vt gaudeat immunitate, tunc potest carcerari, & puniri, prout fecit præfatus clericus.

SVMMARIVM.

1 *Tortura non infertur nisi in casibus vbi venit imponenda vltra relegationem.*
2 *Pœna furti est fustigationis.*
3 *Tortura est grauior pœna, quàm abscissio membri.*

An clericus pro furto parui valoris torqueri possit.

DECIS. CCCCCXCII.

1 FVit resolutum in Curia Archiepiscopali non potuisse quendam clericum, qui in eadem Curia reperiebatur detentus pro furto quinque ducatorum torqueri, seu aliquibus tormentis subiici, & moti fuimus ex regula iuris, quod torturæ ratio non est habenda in omnibus casibus, sed in illis tantum, pro quibus venit imponenda pœna vltra relegationem, non infra, vt expressè probatur in c. regni tormenta, vbi Camp. numero 3. Mars. in l. de libero numero 12. ff. de quæstionibus. Gramm. consilio 16. & voto 55. vide latè Foll. in pract. rubr. rei indurati torqueantur, num. 12. Baiard. quæst. 64. numero. 12. & iuxta opinionem Crauett. in consil. 137. numero 11. quando ingeritur pœna pecuniaria non est ad torturam procedendum, quicquid dixit Bald. in l. 2. C. de exhibend. reis Marc. in decis. 966. num. 15. part. 1. Grillan. de quæst. cap. 7. num. 6. & seq. licèt in causa ciuili, quando habet crimen annexum, possit deueniri ad torturam. Panormit. in cap. 1. de deposito. Paris. de syndicatu capit. 13. vers. an in pecuniaria causa. Gomez. de delictis cap. 13. num. 29.

Quare cum pœna, quæ venit imponenda pro dicto furto sit tantum pœna fustigationis, quæ pœna non dicitur esse vltra relegationem, consequenter fatendum est, præfatum clericum non potuisse subiici tormentis, ex doctrina communiter recepta per Doctores, quod vbi pro delicto, de quo agitur, non venit infligenda pœna corporis afflictiua, non potest deueniri ad torturã. Bald. in l. 1. C. quorum appellat. Carrer. in l. obseruare num. 179. & ex hoc prouenit, quod tortura locum non habet, quando de crimine ciuiliter agitur Bald. in consilio 6. vol. 5. Crauett. cons. 137. num. 12. idem Bal. in l. sicut, C. de falsis Alexand. in l. diuus ff. de quæst. 2

Quam quidem principalem decisionis rationem fouet Gramm. in consil.37. asserens, ibi pœnam fustigationis non esse maiorem relegatione, sed similẽ: & quod ideo in furto minimo non habet locum tortura. Idem Franch. Brun. in tract. de iudiciis, & tort. in 2. parte quæstion. 3. quo in loco dicit, furtum in re parua dici delictum leue, & proinde locum torturæ non esse.

3 Corroboratur adhuc hæc opinio, quod tortura grauior pœna est, quàm sit abscissio vtriusque manus §. fin. in authen. vt nulli iud. ibi, (aut huiusmodi quędam inferiora supplicia, per quæ articuli dissoluuntur: quia membri dissolutio grauior est vtriusque manus abscissione, patique torturá est supremas angustias substinere, vt dicit Boss. in tit. de tortura num. 12. at pro furto non qualificato, non potest quis puniri abscissione vtriusque manus, nec alterius membri, quia sunt pœnæ imperii maioris. Ergo sequitur, quod præfatus clericus, nec quiuis alius possint pro tali, vel simili furto ad habendam veritatem ab eorum ore quæstionibus subiici, nec grauiora pœna, quàm sit pœna ordinaria, quæ est fustigationis, pro dicto delicto imposita, coerceantur.

Non obstat Clarus qu. 64. & post eum Alberic. in l. edictum num. 4. C. de quæstio. volentes etiam super leuibus posse reos torqueri, & Ioseph. Lud. in suis comm. concl. in titul. de consuet. concl. 1. illat. 106. vbi attestatur de communi obseruãtia in multis locis Italiæ, quod tortura adhibetur in delictis etiam minimis, & in causis damnorum datorum, dicens, quod ipse deuenit ad torturam in quadam causa duorum boum, qui occisi fuerant. Sed tunc reus leuiter torquetur, vt ait Pau. Girlan. in tract. de tort. capit. 5. dicit tamen, quod in omnibus casibus est attẽdenda qualitas personæ. Respondetur, præfatam conclusionem procedere in aliis quam in clericis.

SVMMARIVM.

1 *Minor confessus in iudicio absque curatore restituitur in integrum.*

2 *Processus factus cum minore absque curatore est ipso iure nullus.*

3 *In Curia Archiep. Neapol. seruatur, quod quando minor torquetur ad indagandam veritatem, quod non interuenit curator.*

Curator an debet interesse, quando clericus minor torquetur.

DECIS. CCCCCXCIII.

Videbatur, quod sic, quia minor confitens delictum sine curatore, restituitur in integrum, tanquam læsus, & confessio ei nihil pręiudicet, secundum Beret. consil. 326. col. 3. & ratio est, secundùm Borgn. consil. 36. colum. 2. & ante eum Isern. in constit. Reg. si quis in posterum, quicquid est actum cum minore, carente curatore, est nullum, & consequenter restitui debet, secundùm Loaz. in repet. tit. de iust. & iure, fol. 214. §. his itaque numer. 106. & vide Hippol. in 1. col. 5. versic. 8. ff. de quæstion. & ibi dicit, quod etiam si minor accusat, debet accusare cum auctoritate tutoris, cuius auctoritas debet interuenire à principio, alias non sufficeret l. vniuersitas, C. qui tut. dar. poss. & nota cap. si aduer. rem iudic. l. fin. & per Rom. cons. 50. vide Paridem de Puteo in tractat. syndicatus fol. 115. vers. officialis posuit ad cordam 1

Digitized by Google

dam numer.13.versic. an confessio adulti,& Bald.consil. 260. volum.3. in princip.aut mulier,alias cons.310.volum.1.in nouis impressis, vbi pulchrè in materia Corneus cons.198.vol. 4. Licet in hac consultatione per totum restituitur minor , etiam non probata læsione, & errore suæ confessionis.Hippol.sing. 445.minor læsus.& de intellectu l.clarum , vide Guliel.in repet.cap. Ramnutius, vers. si absque literis,fol.14.numer. 50. de testam.& per Hippol. consil. 90. numero 21.cum seq.Bertrand. consilio 326.num.3.volum.3.ibi , dicebat dominus Antonius , vide Hippolit. in pract.crim.§.nunc videndum fol.14. num.33.& in l.1.in princip. colum. 5. vers.octauo quæritur. Bald. consilio 220.alias 310.volum.1.in nouiter impressis,aut mulier,& consil. 408. factum sic,in 3.part. & Afflict. in constit.minorum iura, numer.12. Vnde Bald.in consil.310.aut mulier, 1. vol.
2 voluit, processum factum cum minore sine curatore, quod sit ipso iure nullus in criminalibus, hoc etiam si haberet minor patrem , in consil. 308.factum 3. volum. de quo etiam per Cappel.Tholos.decision.175. apertius Biraza sing. 366.tene mente mirabilem cautelam , voluit Lanfran.in c.quoniam in verb.confessiones col. 10. de probat. quod etiam cum Bal.conuenit in cons. 308. quod in criminalibus debet dari curator filiofamilias , qui habet interuenire in causa insimul cum patre , voluit etiam Hippolit.in consil. 48. num. 1. non confundetur,& numero 31. vbi etiam dicit,quod si eodem momento,quo quis fuit creatus curator auctorauit confessione minoris , quod non præiudicat,& in consil.14. Conditor orbis numer. 21. cum sequent. vbi ait , hęc procedere etiam quod dicta confessio fuisset iuramento vallata,& in consil.23.numero 12. vbi affirmat , quod minoris dictum in criminalibus est ipso iure nullum, sed quod restituatur minor,& sic cũ opinione de qua supra,sequitur Recen.post Alexand. in consilio 116. in causa inquisitionis , 2. col.3. volum. qui citat Afflict.hic, & Gramm. in consil.16.in crimin.licet secus videatur concludere in cons. Alex. 85. in fi. 5.vol.videlicet, quod restituatur minor aduersus confessionem , probata læsione summatim,de quo per Iason.in consilio 133.col.6.vol. 1. Corn. verò in cons. 198. licet in hac consultatione 4.volum. concordando opiniones,ait , valere confessionem minoris factam in tormentis , quando curator præstitit auctoritatem adulto dicere veritatem,etiam quod ipse non interuenerit in ipsa confessione facta ad veritatem inueniendam, sin autem non interuenit auctoritas curatoris, in aliqua parte iudicij , iudicium esse nullum,cũ quo videtur cõuenire Aretin.in l. 2. §. quod obseruare. Cod.de iuramẽt.calum. qui citat dictam l. clarum de auctoritate præst. quod debeat interuenire curator,si est facienda interrogatio , & non quo modo minor respondere debeat.

In Curia tamen Archiepiscop. Neapolit. secundum Nouissimum c.41. est recepta opinio Saliceti in d. l.clarum, quod non interuenit curator, quando minor torquetur , cum tortura inferatur ad indagandam veritatem , non ad solemnizandum iudicium,idem in aliis interrogationibus,quæ fiunt ad eruendam veritatem,& ita passim seruatur. 3

SVMMARIVM.

1 *Militia empta filio per patrem, imputatur in legitimam.*

Digitized by Google

2 *Quicquid à patre quouis titulo filius consequitur, imputatur in eius legitimam.*
3 *Donatio facta à patre filio, vt peruenire possit ad habitum clericatus, est ob causam.*
4 *Contrarium respondetur.*
5 *Bona non aßignata filio libera, non imputantur.*
6 *Militia clericatus in legitimam filio imputatur.*

Clericus ordinatus ad titulum patrimonii, an tenetur bona sibi ea de re assignata à patre in legitimam imputare.

DECIS. CCCCCXCIV.

IN facti contingentia dubitationẽ mihi faciebant nõnulla pro opinione affirmatiua.

Primo tex. in l. omnimodo §. fin.
1 C. de inoff. testam. vbi, quod militia empta filio per patrem, imputatur filio in legitimam, sed ex donatione prædicta videtur acquisita filio militia clericatus, quia clericus, vel Presbyter quis fieri non potest, nisi patrimonium aliquod habeat, ne ordo sacerdotalis in vituperium, vel infamiam veniat, quod etiam est de iure communi, quia non debet quis ordinari clericus sine aliquo beneficio, vel patrimonio. c. neminem, & c. seq. 70. dist. c. Episcopus de præb. Cald. in consil. 1. col. 1. in tit. de vita, & honest. cler. & quod fiat de causa data, imputantur in legitimam. vide Thesau. decis. 46.

Secundò, quia in legitima quic-
2 quid a patre quouis titulo filius consequitur. Put. decis. 212. libro 3. cum in liquidatione legitimæ habetur ratio omnium bonorum, & iurium hęreditatis, de Franchis decis. 61. numero 15. & 16. Rauden. tract. de analogis cap. 19. num. 57. quod etiam procedit in filio emancipato, quando esset actum expressè. Magon. decis. 84. Luc. post Bart. in l. 71. nu. 6. de legat. 2. Lud. Rom. sing. 763. quemadmodum etiam in filia, quia donata à patre tempore nuptiarum, in legitimam computare tenetur. Gail. obseruat. 9. lib. 2. num. 5.

Tertio, quia talis donatio non vi- 3
detur simplex, sed ob causam facta per patrem filio, vt peruenire possit ad officium clericatus, vt narratur in verbis donationis, sed donatio ob causam facta filiò, imputatur ei in legitimam l. quoniam nouella C. de inoffic. testam. habetur in l. si quando, §. generaliter, C. eodem Alexan. consil. 50. col. 7. in 3. dubio. & consil. 117. col. fin. lib. 6. latè Socin. consil. 18. & seq. lib. 4.

Cæterum supradictis minimè re- 4
fragantibus, contrarium consului. sc. in legitimam nullo pacto imputare posse, quia non erant bona assigna- 5
ta libera, vt de illis posset ad libitum disponere, quod requiritur in legitima, Crauett. consil. 136. de anno per totum, sed nec de iure communi tenetur illa conferre, dicit enim Ioan. Faber in suo Breuiario tit. C. de collatio. & l. si emancipati num. 6. vers. ideo credo, quod presbyter non teneatur conferre illud quod pater dedit, vel ei assignauit pro titulo susceptione ordinum: & iuxta hanc opinionem iudicauit Polid. Ripa, vt patet in decis. 234.

Non obstant contraria, & pri- 6
mo, quod per idem donatio videtur acquisita filio causa clericatus, quæ in legitimam imputatur, quia text. in d. l. omnimodo §. fin. & ibi DD. loquuntur de militia, quæ aut in hæredes transmittitur, aut vendi potest, latè Caualc. consil 74. col. 5.

post

post med.& seq. iste clericatus non est huiusmodi, quia neque transmittitur ad hæredes, neque vendi potest aliquo modo.

Non obstant secundò, quod dicatur ob causam donatio, & propterea imputatur, quia respondetur, quod donatio, vt dicatur ob causam, in materia nostra, requiritur quod illa causa habeat in se necessitatem, prout est donatio ex causa dotis, quia pater tenetur dotare filiã, prout est donatio propter nuptias, quam pater tenetur pro filio facere, secus si fiat donatio ob causam, ad quam pater non tenebatur Pau. de Cast. in l. vt liberis col. pen. in fi. C. de collat. & ibi Dec. col. fin. circa finem, & idem Dec. in authent. ex testamento, colum. 4. in princip. C. eod. tit. & ibidem subdit Decius, quod in alia materia donatio ob causam dicitur quando causa respicit commodum donantis, allegat Aret. consil. 17. consideratis colum. 5. sed ista donatio facta filio pro clericatu, non habet causam necessariam, quia non reperitur in iure cautum, quod cogatur pater donare filio, vt clericus efficiatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro delicto carceratus, non est arrestandus in carceribus pro debito ciuili.*

2 *Contrarium deciditur in Curia Archiepiscop. Neapol.*

An clericus carceratus pro delicto possit recommendari, vulgo *far l'impara.*

DECIS. CCCCCXCV.

1 IN Curia Archiepiscop. reperiebatur quidam clericus carceratus pro quibusdam causis criminalibus, cũque prope diem deberet relaxari, quidam prætendens se creditorem dicti clerici institit in eadem Curia, vt ipsum clericum pro dicto debito ciuili arrestaret. Quare fuit dubitatum an clericus carceratus pro causis criminalibus possit recommendari pro debito ciuili, & diximus, quod licet opinio communis sit, præfatum clericum non esse arrestandum in carceribus, sed esse liberandum, ex doctrina Bart. communiter recepta in l. 2. §. fin. numer. 4. vers. quandoque ff. de custod. reor. quem sequitur Roman. consil. 90. Brun. de cess. bonorum quæst. princip. n. 4. vbi recenset fundamenta Rom. & ipse illam quoque sequitur, pluribus adductis fundamentis: qui etiam mouentur, quia carceratus pro causis criminalibus, & recommendatio pro debitis ciuilibus fieri non potest tanquam pro diuersis causis, sicut dicitur in conuentione, & prorogatione ad not. in l. si quis ex consensu C. de Episc. aud. in cap. 1. & in cap. at si clerici extra de iud. & ita est intelligendus Bar. in d. l. 2. §. fin. numero 4. ff. de cust. reor. quod carceratus pro causa criminali non possit recommendari pro causa ciuili, & iuxta hanc opinionem refert pluribus vicibus fuisse decisum Ioseph. Ludouicus Auditor Perusinus in decisio. 70. cui addo de Franch. dec. 415.

Cæterum quicquid sit ex supradictis, pluries fuit decisum contrarium in Curia Archiepisc. nam in ea non seruatur opinio communis, de qua supra, sed practicatur, quod pro quocunque delicto clericus detineatur, si tempore eius liberationis à carceribus comparent creditores non excarcerantur. ita Nouiss. in sua praxi capit. 27. qui allegat Brun. loco cit. quemadmodũ etiam in eadem Cu- 2

Digitized by Google

ria obseruatur, iniustè captum pro debito, vel pro delicto, posse attestari pro alio debito, vel delicto, vt tenuit Iacob. Butrig. in §. pœnales inst. de act. quos refert & sequitur Bart. in l. 4. item si quis numer. 3. & Paulus de Cast. numer. 2. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi exim. Bart. in sua disputat. 6. incip. Lapus fuit captus, numero 17. Marian. Socin. in tract. citat. art. 34. quæst. 6. numer. 27. vers. pone, quod Titius Bartholomæus. Soc. consil. 113. quoniam in causa, circa fi. vol. 3. & commun. testantur Aimon. Crauett. consil. 46. numero 7. & Paphnut. in tract. de iurciu. par. 3. cap. 4. num. 7. & propterea in eadem Curia solet dici, malè captus, iustè retinetur, secundum Nouissimum citato loco.

SVMMARIVM.

1 *Monachus effectus Episcopus, non desinit esse monachus, nec est solutus à tribus substantialibus numero seq.*
3 *Vbi cœptum est iudicium, ibi est finiendum.*
4 *Dignitas superueniens reo, lite pendente, non eximit illum à litis cœptæ iudice.*
5 *Clericus, lite pendente, effectus Episcopus, per eandem Curiam non est cōdemnandus, & quare, & in similibus, numero 7.*
6 *Responsio ad contraria.*

An si clericus, pendente lite super eius debito, efficiatur episcopus, poterit per eandem Curiam condemnari.

DECIS. CCCCCXCVI.

SVpponatur in facto pro huius articuli dilucidatione, quod quidam clericus cum esset conuentus à quodam suo creditore in Curia Archiep. pro quadam pecuniarum quātitate, lite hac pendente, fuisset dignitatem Episcopalem assecutus, dubitatum fuit an posset pro præfato debito per eandem Curiam condemnari. Pro cuius quæsiti resolutione multa mihi videbantur consideranda.

1 Primò, id quod dicitur de monacho, qui licèt efficiatur Episcopus, non tamen desinit esse monachus, ita Hostiens. in c. clerici, il secondo, de vita, & honestate cleric. Alexand. consil. 25. numero 6. vol. 1. Alban. in consil. 17. numero 7. & seq. hinc vestes non mutat ratio sanctimonialis, cap. 1. vbi Arch. Turrecrem. & cæteri DD. 23. distinct. Luc. de Pen. in l. 1. numero 12. C. de castr. palat. pecul. libro 12. Gloss. in cap. innouatione 16. quęstio. vlt. Boer. in decis. 158. numero 4. & 5. text. in c. pen. in fin. vbi DD. de vit. & honest. cler. Couar. in c. 1. num. 18. de testib. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 97. num. 10. & D. Thom. 2. 2. quæst. 105. art. 1.

2 Nec est solutus à tribus substantialibus, castitate, religione, & paupertate Gloss. in c. de monachis 16. quæst. 1. capit. 1. 18. q. 1. Soc. sen. c. cum olim, il secondo, numer. 17. de priuilegiis Couar. loco citat. Præpos. in c. nulli dubium. 12. q. 5. Surd. vbi supra num. 9.

Imò non liberatur ab omnibus religionis disciplinis, quæ officiū suū Episcopale minimè impediunt. D. Thom. loco cit. Turrecrem. in c. carnem de consecr. dist. 5.

3 Secūdo, quia vera est regulæ iuris conclusio, quod vbi cœptū est semel iudicium, ibi finem quoque sumere debet. l. vbi cœptum. ff. de iudic. latè Fel. in c. ex tenore de rescr. latissimè

Iasin

Iaſ.in l.nulli,in 1.col.circa prin. C.de iudiciis,vnde cum cauſa contra præfatum cœpiſſet agi in Curia Archiepiſ.igitur ibidem finiri debet,quamuis efficiatur Epiſcopus.

Tertiò,quia ſufficere debet,quod tempore citationis potuerit pertinere iuriſdictio ad Curiam Archiepiſcopalem l.ſi quis poſtea ff. de iudic. & ibi omnes DD. & in l.cum quædam puella ff.de iuriſd.omn.iud.quę citatio continet effectum præuentiuum.gloſ.in clem.2.de iudic. c. propoſuiſti de foro compet. Ant. Faber in deciſ.fin.C. de in ius voc. & inducit litis pẽdentiam. Gloſſ. in c.vt debitus de appel.text.in clem.2.vt lite pend.& conſequenter alibi cauſa agitari nequit,ad deciſ.Affl. 325. & licet ceſſet qualitas iuriſdictionis,quę litem in præfati tribunali introduxit.non debet idcirco transferri ad aliud tribun il l.fin.C.de veteranis,libro 10.&in noſtris terminis tenet,& comprobat ex multis Foller in conſ. Neap.tit.de Magiſtro Iuſtitiario fol. 117.numer. 27. cum multis ſequentibus.

Non obſtat regula. ceſſante cauſa,quæ in omni actu procedit.Tiraquell.in 1.part.num.103. quia verum eſt,niſi quando ille actus produxerit effectum conſummatum.l.fi.ff. vnde lib.l.inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb.oblig.Tiraquell.latè vbi ſupra limit.12.Pelaez de maioritatibus 2.par,q.6.numer.12.& 1.part.num. 7. Gamma deciſ.27.numero 5.Velaſc.in deciſ.57.

4 Denique contra præfatum clericum effectum Epiſcopum vrgebat, quod priuilegium , ſeu dignitas ſuperueniens reo,lite pendente,non eximit illum à iudice , coram quo lis erat inchoata,ita Bar.in l.1.ff.de pœnis. Ang.in l.ſi quis poſtea ff.de iudic.& iuxta hanc opinionem fuiſſe deciſum in S. C. Neapolitan. ſcribit Vincent.de Franch.deciſ. 544. & pariter deciſum refert Balb. in deciſio. 70. quibus addo text. in l. non diſtinguemus §.ſi quis ff. de arbitr. & in l.ſi reus ff.iudica.ſolui. quare cum pręfata dignitas ſuperuenit poſtquam lis erat inchoata in tribunali Archiep. igitur ibi finiendam ex ſupradictis,& iuxta præfatam opinionem fuit iudicatum 13. Iunij anno 1580.

Cęterum quicquid ſit ex ſupradictis contrarium conſului,motus pręſertim,quod iura ſupradicta , & rationes minime procedunt in perſona tam priuilegiata vti eſt Epiſcopus qui ob culmen honoris, & dignitatem,quæ in eius perſona reſidet,non venit in generali iurium diſpoſitione.ad text.in ca.inquiſitionis de hæret.in 6.& in cap. quia periculoſum de ſent.excom.in 6. 5

Nec obſtant contraria ſuprà adducta, quia procedunt quando ſolum adiicitur forus,ac ſecus quando mutatur ſtatus,& forus,prout in caſu iſto , quia tunc redditur omnino incapax iudex,qui pręuenit. exemplum patet in capit. Pręſul.2.quæſt. 5. de eo, qui antequam effectus eſt Cardinalis , commiſit crimen , quia gaudet quoad cognitionem dicti criminis priuilegio Cardinalibus conceſſo. Item in milite , contra quem non agitur de crimine commiſſo tempore quo erat Paganus, coram primo iudice , ſed coram ſecundo,poſtquam factus eſt miles l. qui cum vno §.reus ff.de re militari, l.hoc accuſare §.1.in prin.ff. de accuſat.Oldrad.conſ.4.in princip.verſ. & hoc manifeſtè.Gaball. reſolut. crim. 147.numer.1.vſque ad 10. Et tandem de laico præuentus in foro ſeculari, qui ſi poſtea clericus efficiatur , contra ipſum non procedet iudex ſecu- 6

Digitized by Google

laris, sed ecclesiasticus, quia nedum mutauit forum, verum etiam statum, idcirco non erit habenda ratio fori secularis, in quo fuit præuentus ab initio: & in hac resolutione persisto, salua pace tantorum iudicum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus renunciare clericatui potest, cum praxi.*
2 *Intellectus cap. si diligenti, & cap. significasti de foro comp.*
3 *Clerici in minoribus absque gradu dicuntur esse.*

An clericus possit renunciare clericatui.

DECIS. CCCCCXCVII.

1 FIrma, & indubitabilis est opinio in Curia Archiep. Neapol. posse clericum renunciare clericatui, vnde secundum Nouiss. in sua prax. ca. 38. seruatur in dicta Curia, quod Archiepiscopi qui faciunt gratiam pœnæ impositæ exilij, carceris, vel similium pœnarum aliquibus clericis discolis constitutis in minoribus, condemnatis per Curiam, imponi solet conditio, dummodo ipsi clerici prius dimittant habitum clericalem, & cum iuramento se obligent ad illum non reassumendum, & hoc vt timore Curiæ secularis magis abstineant à delictis, cum non gaudeant priuilegio fori, ob non delationem habitus clericalis, iuxta Côc. Trident. sess. 23. c. 6. de reform. quæ opinio fundamentum habet ex regula tex. in ca. quotiens, & ibi glos. 1. qu. 7. vbi habetur, quod potest clericus se obligare ad admissionem ordinis, vt voluit etiam glos. in c. cum dilectus de elect. Fel. in c. contingit, il primo, de sent. excom. Andan. in ca. Ioan. de cl. cogn.

Non obstat, clericum non posse priuilegio clericali renunciare. c. si diligenti. c. significasti de fo. comp. ca. contingit, de sent. excom. gl. pen. in cap. fin. de vita, & honest. cleric. Imo per dimissionem habitus, & tonsuræ, & immissione secularibus negotiationibus clericale priuilegiũ minimè amittit, nisi post trinã monitionem adhuc sit incorrigibilis. ca. ex literis de vi. & honest. cler. cap. contingit, il secondo, & ibi gl. & cap. in audientia, vbi etiam glos. fin. de sent. excomm. glo. communiter approbata in ca. ex parte, il terzo, de priuil. clem. 1. de vita, & honest. cleric. Alex. cons. 8. vol. 1. per totum. And. de Iser. & Affl. in const. apostatantes, num. 10. Mascar. concl. 112. vol. 1. num. 20. & seqq. quia respondetur prædicta procedere quando per renunciationem priuilegij clericalis remaneret quis clericus, non autem loquimur, quando per renunciationem venit, vel remanet simplex laicus. Non obstat denique quod clerici in minoribus ordinibus constituti habeant ordinem indelebilem, cum per receptionem ordinis in eis impressus fuit character, qui est indelebilis, & ad tollendum effectum dicti characteris, necessaria est sententia degradationis, iuxta communem, de qua per DD. in c. si clerici, de iudic. Barb. in cap. cum non ab homine, colum. 2. eod. Diaz in prax. cap. 131. Viuiu. opinio. 1011. vol. 1. quia respond. in clericis in minoribus, istud minimè procedere, 3 cum per tex. in ca. clericus de vit. & honest. cleric. clerici in minoribus dicuntur esse absque gradu, sequitur Corset. in eius singularibus verb. accusatio, & Viu. in cit. loc.

SVMMARIVM.

1 *Clericis ab Episcopo non est prohibendum,*

dum, ne discedant à diœcesi.
2 *Clerici ex consuetudine non tenentur in beneficiis simplicibus residere.*

An clericus obtinens simplex beneficium, cogi possit ad faciendam residentiam in diœcesi.

DECIS. CCCCCXCVIII.

IN facti contingentia dicebam quod si talis clericus non obtinebat beneficium residentiale, non potest cogi per Episcopum ne à diœcesi discedat, mouebar ex notabili consil. Burchult. 29. quem sequitur Eman. Sà in suis aphoris. Confess. verb. clericus num. 29. vbi ait, quod clericus nulli loco, aut beneficio adscriptus, non tenetur residere, & potest ire quò velit, cum Episcopi licentia, & ita refert fuisse per Sac. Cōgregationem declaratum, licet quod quando reperiretur descriptus in aliquo loco, non posset inde discedere, ait Graff. in cons. 3. de temp. ordin. lib. 2.

1 Quæ opinio, videlicet vt non possit clericus ab Episcopo prohiberi ne à diœcesi discedat, procederet quoque, etiam si præfatus clericus ibidem obtineret beneficium simplex, quoniam quamuis de iure requirat residentiam, cap. pen. de clericis non
2 resid. c. ad hoc de præb. generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficiis simplicibus, Abb. in c. extirpandæ §. quia vero num. 31. de præb. cum adductis per Mandos. in regulis Cancell. reg. 1. q. 19. num. 8. Cæsar de Graff. in decisi. 4. num. 3. de præbend. Farinacc. in sua collect. decis. 12. & tenuit Rota in vna nullius beneficij 28. Maii
* 1604.* coram Ludouisio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus dicitur Princeps.*
2 *Mandatum Principis non probatur nisi scriptura.*
3 *Licentia Episcopi inseruiendi ecclesiæ sufficit vt oretenus sit data, & quare.*
4 *Ratio dispositionis potius est attendenda, quam dispositio.*

An licentia data per Episcopum clerico in certa ecclesia seruiendi, sufficiat quod fuerit oretenus concessa.

DECIS. CCCCCXCIX.

VT clericus gaudeat fori priuilegio ex vi Conc. Trid. est necesse in non habente beneficium ecclesiasticum quod ex mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiat, ibique fuerit adscriptus. Quare huius occasione fui interrogatus an præfata licentia, & mandatum sufficeret, quod fuerit oretenus facta ipsi clerico: an verò sit necesse, vt probetur in scriptis: & ratio dubitandi, quod requiratur scriptura, erat, quia Episcopus 1
dicitur Princeps. c. omnes Principes, de maior. & obed. & Principis mandatum non probatur, nisi scriptura 2
l. 1. C. de mandat. Princ. glos. not. in c. 1. verbo scriptura de censibus lib. 6. Monal. cons. 22. vol. 1. Artham. consi. 91. num. 6. & Rubeus cons. 93. num. 7. & sequent.

Cæterum supradicta ratione non obstante, contrarium consului ex 3
pluribus.

Primò, quia licet d. Concilium cit. cap. 6. videtur requirere pro forma, quod dictus clericus degat in vniuersitate, non tamen videtur requirere pro forma licentiam Ordinarij, cum quoties degit in vniuersitate, sit

4 via ad maiores ordines, quę est finalis ratio d. Concilij, secundum Anton. loco citat. & ratio secundum eiundem est potius attēdenda, quam ipsa dispositio. Alex. consi. 29. num. 5. vol. 7. Becc. in consil. 41. num. 6. Turret. consi. 76. num. 27. vol. 1.

Tum secundo, quia quatenus dicta licentia Ordinarij esset de forma, non tamen esset de forma illam esse obtinendam in scriptis, cum id non dicatur in d. c. 6. vnde satis erit probari per testes fuisse oretenus concessam ab Ordinario ex regula iuris, quod paria sunt aliquid probari per testes, vel scripturas l. in exercendis, C. de fide instrument. c. in exercendis eod. titul. Nat. consil. 609 num. 21. Surd. decis. 71. numer. 6. Mascard. de probat. concl. 303. nu. 5. vol. 1. Sbroz. de off. Vicarij li. 1. q. 64. nu. 1.

Tum tertio, quia ita declarauit Sacra Congregat. Illustrissim. Cardinalium super d. capite sufficere licētiam, quamuis oretenus habitam, vt gaudeat clericus fori priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Minor mitius est puniendus adulto.*
2 *Fiscus tenetur probare reum esse minorem, si passus fuit in curatoris datione.*
3 *Minoritas non solum probatur inter contrahentes, sed etiam apud tertios per curatoris dationem.*

Fiscus si patitur clerico inquisito dari curatorem, eidem incumbit onus probandi ipsum esse minorem.

DECIS. DC.

FVit decisum in Curia Archiepisc. quod si clericus de aliquo crimine accusatus, allegat se esse minorē, & propterea instat sibi prouideri de curatore, & iudex patiente fisco eidem prouidet de curatore, deinde cū ratione ætatis minuēda esset pœna. 1
ad tex. in c. 1. & 2. de delict. puer. l. auxilium ff. de minoribus l. fin. C. si aduersus delict. Gramm. in decis. 13. de Franch. in decis. 230. Mastrill. in dec. 161. latissimè Clar. in §. fi. q. 60. num. 3. & 4. ita vt si delictum dignum morte commiserit, pro arbitrio veniat puniendus l. 1. §. impuberes, & l. excipiuntur ff. ad Sillanian. numer. 1. de minore ff. de quæstion. Hipp. consil. 24. num. 36. & 37. & consi. 30. num. 20. vnde negat fiscus hunc esse minorem, nisi ille contrariū probet. l. cum te, C. de probat. l. minorem, vbi Bald. C. de in integ. rest. dicebat, etiam, nō consensisse prouisioni, nisi mediante protestatione, casu quo verè probaretur minor, sequendo Bar. in l. de ætate, ff. de minor. nec hoc medio daretur rei occasio minuendi, vel alterandi ordinarias pœnas, vt malitiis hominum obuietur l. in fundo ff. de rei vend. cap. porro de diuortiis. Propterea iudicauimus, quod attenta 2
prouisione super dato curatore, onus probandi fisco incumbere, quod talis non sit minor, auctore Bart. in l. minor 25. ann. ff. de minorib. Bald. in l. cum te col. 2. versic. interdum, & ibi Ang. C. de probat. Alex. consi. 92. numer. 13. vol. 5. Dec. consil. 86. col. 5. versic. vlterius. Benint. decis. 82. Rot. Perus. decis. 51. Rot. Auenion. in decis. 63. quia curatoris datio probat mino- 3
ritatem non solum inter contrahentes, sed etiam apud tertios, nisi illi contrarium probarent, vt scribit Salic. in cit. l. cum te, col. penult. vers. exemplum, probat Alexand. consil. 17. volum. 1. & Dec. in consil. 526. num. 5.

* * *

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Spolia quæ sint.*
2 *Clericus bonorum ecclesiæ vsufructuarius dicitur.*
3 *Melioramenta facta ecclesiæ de bonis ipsius, ecclesiæ cedunt, non sic de clerici bonis patrimonialibus.*
4 *Clericus vltra victum de bonis Ecclesiæ expendens voluptuosè, ad restitutionem tenetur.*
5 *Facultas testandi clerico, non extenditur ad codicillandum, & quare.*
6 *Clericus quando spolium faciat.*

Clericus quando faciat spolium.

DECIS. DCI.

1 Spolia (vt à definitione incipiamus) sunt bona ecclesiasticæ personæ quæsita immediate, vel mediate ex bonis ecclesiasticis, & propterea ad Cameram Apostolicam spectant, vt latè per Rodoan. in tractat. de spoliis q. 2. & per totũ, Mandos. de signat. gratiæ in tit. de licẽtia testandi. Nauar. consil. 5. de donat. & in consil. 14. de regular. in antiq. Molin. disput. 147. & de iure canonum, vbi clericus quando consanguineos non habebat, succedebat Ecclesia, vt disponitur in c. 1. de successionibus ab intest.

Cuius ratio est, quia quidquid habet clericus, præsumitur acquisiuisse ex bonis ecclesiæ c. 1. de peculio cler. latè DD. in cap. 3. eod. tit. Menoch. de præsump. libr. 3. præsumpt. 53. Molina de iust. & iure, d. disput. 147. Bertach.
2 in tract. de Episc. lib. 4. par. 4. & clericus dicitur vsufructuarius bonorum ecclesiæ. glos. communiter recepta in c. fin. de pecul. cler. Panormit. & reliqui in c. cum esset de testam. Guid. Pap. in decis. 109. quod adeò verum est, quod etiam melioramenta facta 3
de bonis Ecclesiæ, cedunt ipsi Ecclesiæ, nec de iis testari potest. per illum tex. in d. c. fin. licet quando de eius bonis patrimonialibus impenderit, posset ipse, aut eius hæres repetere, vt probat text. iuncta glos. in cap. Sacerdotes 12. q. 4. & adeo persona ecclesiastica dicitur vsuarius, seu potius vsufructuarius, quod vltra proprium victum, id quod superest, debet expendere in vtilitatem Ecclesiæ, quare si expendit voluptuosè, tenetur ad restitutionem, ita Ioann. de Lignano 4
in clem. gratiæ de rescriptis. Felin. in c. postulasti col. 9. vers. & scias de rescript. Vnde nulla alia ratio supradictorum tradi poterit, nisi dicere, quod Nuntius Apostolicus habet intentionem fundatam, quod sint quæsita intuitu Ecclesiæ, ita Maur. alleg. 5. part. 1. vnde iuxta opinionem eiusdem in alleg. 15. eodem lib. cùm hæc 5
materia sit odiosa, & stricte interpretanda, clerico cui fuerat concessa facultas testandi, non est ei permissum ex vi præfatæ facultatis, post testamentum codicillare.

Hodie verò ex constitut. Pij V. 6
clericus habens beneficium non excedens valorem 24. ducatorum de Camera, non facit spolium, vt testatur Vgolin. de potest. Episcop. c. 117. num. 2. & Galer. in sua marg. casuum consc. verb. clericus num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Clerici per laicos de mandato Episcopi torquentur, & quare num. 2.*

Clericus an possit torqueri per laicos de mandato Episcopi.

DECIS. DCII.

Ratio dubitandi pro negatiua sententia est, nam laici verbera incutientes clericis, incidunt in censuras, etiam si hoc facerent mandante Episcopo. c. vniuersitatis de sent. excomm. Bal. cons. 122. vol. 1. Artam. cons. 13. num. 6. quia huiusmodi priuilegium est introductum in fauorem totius ordinis clericalis, & propterea non potest Episcopus in clericorum præiudicium renunciare. c. contingit vbi Panorm. & reliqui de sent. excom. quemadmodum dicimus in Baronibus regni, quibus competit priuilegium cum clausula abdicatiua, etiam quo ad personas miserabiles, quia non possunt in præiudicium vnius ex vassallis illi renunciari, vt refert decisum de Franch. decis. 541. & in decis. 417. sequitur Frezza de subfeud. auct. 20. nu. 206. Cacheran. decis. 78. col. 1. versic. non obstat quod vassallus.

1 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium seruatur in praxi, quod scilicet, quando torquendus est clericus, potest id de mandato Episcopi per laicos fieri, cuius obseruantiæ ratio duplex est.

2 Prima, quia omnia nostrà facimus, quibus nostra impartimur, auctoritas. l. 2. C. de ver. iur. enucl. cap. mulieres §. 1. de sent. excomm. Bald. cons. 159. num. 6. vol. 1. gl. notabilis, & communiter recepta in c. 1. de reg. iur. in 6. quare regula cantat, qui per alium facit, per seipsum facere videtur, c. qui per alium de reg. iur. in 6.

Secunda colligitur ex doctrina Bal. in c. decernimus col. 2. numer. 5. vers. quæro de iud. qui asserit, posse iudicem ecclesiasticum id laico cõmittere, quia hoc casu merus videtur exequutor, nec ei delegatio facta videtur, sed nudum ministerium commissum, vt firmat quoque Panorm. in citat. cap. vniuersitatis, in 3. not. num. 6. de sent. excom. & ita de consuetudine obseruari testatur idem loco citato.

Quicquid in contrarium tenuerunt glos. 1. in c. quia iuxta §. presbyteri, il primo, 5. q. 6. & ibidem Archid. num. 3. Anchar. colum. 2. num. 7. vers. quid de tortura. Ant. de Butrio col. vlt. num. 13 vers. consului in c. vt famæ de sent. excom. Ioannis de Anan. in c. 1. col. 4. nu. 70. de clerico percuss. Card. Florent, in cl. 1. §. duro in prin. & hęc, vt dixi non obstant, quia contrarium seruatur in praxi ob suprà citatas rationes.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatio reorum regulariter faciẽda est, estque arbitraria.*

2 *Habilitationis praxis in Curia Archiep. Neap.*

3 *Habilitatio quibus in casibus non est facienda.*

4 *Carceratus relaxatus cum cautione, parte non citata, ad carceres est reuocandus.*

5 *Statutum est validum, disponens, puniendum pœna corporali relaxari fideiussoribus, & quid si est posita pœna corporalis in defectu pecuniariæ.*

Clerici per palatium, vel ciuitatem, quibus in casibus habilitari nequeunt.

DECIS. DCIII.

Reorum habilitationem regulariter faciendam esse testantur communiter in leg. diuus ff. de custod. reor. vnde Bar. ibidem, & in lege finali refert hoc esse arbitrarium, sequitur Ias. in cons. 27. circa finem, vol. 3. Tiraq. de nobilitate cap. 20. num. 3. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1
casu,

2 4.casu 303.numero 1.quare in Curia Archiep.Neapol.teste Nouiss.in sua praxi cap.27.solent clerici habilitari cum cautione de tenendo palatium, domum,aut ciuitatem loco carceris, in quibus omnibus maximè versari debet iudicis arbitrium in considerando delictorum qualitates,personarum,facultatum, & aliarum circumstantiarum Iodoc. sua praxi capit.20.Baiard.quæst.46.numer.42.& Menoch.loco cit.qui ad hoc ponderant text.in l.2.ibi, *vel propter criminis qualitatē, aut propter honorem*.ff.de cust.reor.quæ habilitatio potest fieri nondum habilitato processu.Franch.Marc.decis.796 Farinac.q.33.numer.57. vbi attestatur de consuetudine Vrbis.

3 Limita primo,quod clericus habilitari non debet,nec potest, si reperiatur detentus pro crimine falsi, ex notabili doctrina Bart. communiter recepta in l. Lucius ff. ad leg. Corne.de fals.quia in carceribus ius dicere debeant, etiam si pœna pecuniaria veniret puniendus.Grammat. consil.109.ciuili.col.2.Marsil.in practica in verb.attingam num.8.& Foller.in sua pract.crim.2.parte vers. examinati num.19.& hoc procedit similiter, si statutum puniret testem falsum in libris mille soluendis infra decem dies, alias ei manus dextera amputetur.Magon.dec.Lucensi 36. & ibi numero 22. & respondet ad Castr.consil.328.volum.2.& si carceratus pro crimine falsi fuisset relaxatus cum cautione, parte non citata, est reuocandus ad carceres, vt latè per Dec.consil.143.per totum, quem Ausequitur Ferran.Garzia in consil.125. numero 25.volum.1. inter consil. crimin.diuers.

4 Limita secundo,vbi notoriè constaret de delicto, tunc enim non est fideiussoribus relaxandus,secundum dec.Rotæ Auenion.58.per text. in d. l.si confessus ff.de custod.reor.l.2.C. eodem Hippolit. in §. attingam numero 4.in praxi,& in l.vnius §.cogitur numero 26.ff.de quæst.Foller.in praxi crimin.§. & si confitebuntur numero 73. & in quodam casu vertente in Curia Archiepisc.apparebat de commisso per aduersarium crimine,quia in loco publico, & ante tribunal iudicum de liuore in facie, & læso oculo, quæ sunt euidentes probationes,& manifestę capit. euidentia de accus. Menoch. de arbitr. lib.2.cent.4.casu 303.numer.15.

Limita tertio, quando reus esset iudicatus ad torturam, non est relaxandus fideiuss[illegible] quod agatur [illegible] Bart. in l. si quis post n[illegible] testam.Paris.de Put. de syndic.in verbo carcer cap. 1. Farinac.in quæst.33.numero 38.& seq.ibi numero seq. dicit, & facit Bulla Pij V.incip. Licet ex iuris. similiter testis torquendus fideiussoribus relaxari non debet.

Limita quarto,si reus sponte confitetur delictum, etiam quod pœna esset pecuniaria, fideiussoribus non esset relaxandus,Bald.in l.nullus C. de exhib.reis.& Mars.in pract. crim. in §.attingam num. 3. & Grammat. consil.55.numer.8.

Limitatur quinto,quando carceratus ex delicto,pro quo fideiussoribus esset relaxandus, si alias de carceribus aufugisset, amplius non esset relaxandus, sed diligenter custodiendus,quia perdit beneficium l. 1. ff.de cust.reor.ita tradit Mars. in l. maritus col.pen.ff. de quæst. & August.ad Angel.in versicul.pro quibus Antonius in princ.

Limitatur sexto, quod liberandus sub fideiussoria cautione, potest sine iniuria detineri in carcere, vt socios manifestet,vel quid aliud,vbi socius

Digitized by Google

interrogari possit. Paris. de syndicatu, in §. carcer, & carceratus, versic. quæro si est factum delictum.

Limita septimo, quando est captus in fragranti crimine. Mars. in pract. crim. in §. attingam n. 3. Gram. consil. 35. num. 8. quos sequitur Carauita in ritu 41. in fin.

Limita octauo, vt regulariter reus non venit habilitandus, quando pœna non est expressè determinata à lege, sed esset arbitraria Bald. in l. 2. col. vlt. C. de exhibend. reis. Gramm. consil. 85. Menoch. de arb. casu 303. numer. 39. Carauita ritu 41. numer. 15. & ratio potest esse, secundum Anchar. consil. 282. quem refert Crauet. consilio 124. numero 3. in delicto, in quo pœna est arbitraria, iudicatur tanquam delictum, in quo esset pœna corporalis imponenda, donec fuerit per iudicem arbitratum.

5 Amplia primo, vt valeat statutum, seu consuetudo, quod puniẽdus pœna corporali relaxetur fideiussoribus. Cappella consil. 40. Gaballin. ad constit. Marchiæ libro 5. in cap. fideiussoribus num. 27. & an consuetudo valeret, vbi imponeretur pœna capitis, vide Rocch. de Cur. super c. fin. de consuetudine, & Aug. ad Ang. de malef. in verb. pro quil us Antonius in principio.

Amplia secundo, etiam si esset pœna corporalis in defectum pecuniariæ. Cacheran. dec. 18. vide etiam Aret. in tract. malef. in verb. pro quibus, & quilibet eorũ, vbi dicit, quod est relaxandus, quando est tale delictum, ex quo non venit principaliter, nec in defectum, vel in quandam consequentiam corporis afflictiua imponenda.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non est expediẽda, nisi prius de delicto constat, saltem præsumptiue numer. 8.*

2 *Citatio realis infamat.*

3 *Captura, intra infamiam, damnum affert irreparabile.*

4 *Citatio ad informandum, quando non est expedienda in Regno Neap.*

5 *Reus non est relaxandus ad simplicem accusatoris nutum.*

6 *Iudex citans aliquem ad informandum, non seruata forma, est puniendus.*

7 *Citatio vitiosa, est si non constat de delicto.*

9 *Clerici in Curia Archiepiscop. quando carcerantur.*

Clerici quando debent citari ad informandum.

DECIS. DCIX. 609

Tam in Curia Archiep. Neapol. quam in omnibus aliis Curiis ecclesiasticis, praxis est, vt clerici non citentur, nec per ipsam Curiam expeditur citatio, nisi prius cœperit de delicto constare, quæ opinio fundatur in doctrina Ioan. Andr. in c. si clericos de sent. excomm. in 6. vbi Episcopus non debet esse promptus ad citandum, tam verbaliter, quàm realiter clericos, cum si sit realis, infamat. Bald. in l. si clericus, C. de episc. aud. & in l. 1. C. de in integrum rest. quem sequitur Castr. & Ias. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. captura, vltra infamiam, irreparabile damnum affert, vt voluit etiam Menoch. de arb. casu 67. Et contra laicos hodie in Regno citatio ad informandum, per iudicem expediri non potest, nisi via prius diligentissimè, & per eum etiam reddita informatione, & in causis pariter magni momenti criminalibus, in quibus indicia.

Digitized by Google

cia vrgeant pro tortura inferenda, vt
patet in pragm. 19. Philippus in titul.
de off. Iustit. & ita refert decisum Vi-
uius decis. 121. vbi quoque dicit, ca-
5 pturam minimè contra aliquem de-
linquentem relaxandam esse, ad sim-
plicem nutum accusatoris, cum non
apparentibus sufficientibus indiciis,
ad torturam non posset concedi
mandatum, seu licentia de capien-
do, ita Archid. Io. And. Gemin. & re-
liqui vniformiter in ca. si clericos de
sentent. excommun. in 6. Bal. in l. quod
euitandi in fin. C. de cond. ob turp.
cau. Alexand. in l. 1. numer. 13. ff. de in
ius voc. Caran. in ritu 39. numero 10.
& seq. Campag. in c. regni subdito-
rum nostrorum, num. 95. & seq. vbi
refert, hanc opinionem esse commu-
niter ab omnibus receptam, & iu-
6 dex capiens, & citans aliquem ad in-
formandum non seruata supradicta
forma, puniri debet, ex notabili do-
ctrina Baldi in l. 1. C. de his, qui lat.
occid. cum aliis, quod congerit Paris.
de Put. in tract. de syndic. v. captura
cap. 1. num. 14. & in c. seq. numero 13.
& secundum quod refert Nellus in
tractatu de bannit. in 3. part. tertii
temporis, & ante eum Bald. in auth.
si omnes num. 8. ca. si vt se ab hæred.
abst. si citatio ad informandum fie-
ret, non adhibita causæ cognitione
& non constito summariè de deli-
7 cto, citatio ipsa foret vitiosa, & nini-
mè valeret, & consequenter proces-
sus in præiudicium citati fabricatus,
esset nullus, & iudex, secundum Soc.
in l. fideiussor §. si quis nume. 5. ff. qui
satisd. cog. puniri posset, sicut dici-
mus de Episcopo iniustè carceran-
te clericum, est excommunicatus, c.
si clericos de sent. excomm. quia se-
cundum Nouissimum in praxi sua c.
27. debet namque contra ipsum cle-
ricum constare de delicto, saltem
præsumptiuè, & in Cur. Archiepisc.
Neapolitan. refert seruari, quod non
eo editur ad carcerationem clerici-
rum, nisi contra ipsos adsint pro-
bationes sufficientes ad condem-
nandum, vel saltem ad torquendum
dummodò clericus non sit suspe-
ctus de fuga, nec sit timor, quod se-
ducat testes, & destruatur informa-
tio, quia tunc ad finem formandi in-
quisitionem, habita aliquali infor-
matione, carceratur. allegat Clarum
quæst. 28.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ à clericis non sunt exigendæ.*
2 *Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.*
3 *Patrimonium clerici ab omni onere liberum esse debet.*
4 *Decima est soluenda à clerico de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus, & quare.*
5 *Decimæ de iure diuino debentur.*
6 *Res semper transit cum suo onere.*

An clericus teneatur soluere decimam de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus.

DECIS. DCV.

CVm contigisset de hoc dubitari in oppido Brissiani terræ Lauri diœcesis Nolæ, & ab Episcopo mihi fuisset causa delegata, compilato coram me processu, proposui punctum prædictum, & pro opinione negatiua adducebatur primo text. in capit. nouum genus de decimis, vbi Summus Pontifex his fuerit verbis vsus, Nouum genus executionis est, vt clerici à clericis decimas exigant, cum nusquam in lege Domini hoc

legamus,non enim Leuitæ à Leuitis decimas accepisse leguntur. vnde cum text.loquatur generaliter,& in-
1 distinctè,vt à clericis decimæ non exigantur,consequenter debet ita decidi pręsens casus,de quo verba faci-
2 mus, lex enim generaliter loquens, generaliter debet intelligi l. de pretio ff.de legat.præstand.

3 Secundò, quia præfatum clerici patrimonium debet esse alienum, ac liberum ab omni onere. Rubeus consil.23.numero 6. Felin.in consil.17. numero 3.& seq.& in c.cum accessissent numero 5. de constitutionibus Graff.consilio 4. de temp. ordin. & secundum quod scriptum reliquit Dec.in c.non licet de præb. debet esse in proprietate, & vsufructu, non autem in vno ex prædictis,quod non esset,si esset decimis obnoxium.

4 Cæterum supradictis minimè refragantibus,contrarium iudicaui,ex pluribus.

Primo, quia decimæ de omni fructu, & ab omnibus soluendæ sunt, cap.ex parte de decimis, ex quo tex. euidenter apparet neminem excipi,
5 & maximè cum debeantur de iure diuino.c.parochianos eod.titul.& in c.nuntius eodem,disponitur omnes parochianos esse compellendos de omni fructu decimas persoluere,quę dictio omnis, includit etiam clericos arg.tex.in l.Iulianus ff.de legat.3. & in cap. omnes de maiorit. & obedientia.

Tum secundò, quia ita clerici, sicut laici percipiunt Sacramenta in Ecclesia parochiali, & propterea eidem ecclesiæ persoluere debent cap. Apostolicę de decim.

Tum tertiò,quia appatebat,quòd ante ordines receptos, soluebatur decima de præfato patrimonio per huiusmodi clericum, vnde ecclesia non debet defraudari, quia res sem- 6
per remanet cum sua causa, & transit cum suo onere.l. traditio ff.de acquir.rer.domin.l. alienatio ff. de cōtrahen.empt.l.si præsidium Cod. de euictio.l.si conuenit §. si fundus ff. de pignorat.act.l.si debitorem,C.de distract.pignor maximè cum tale onus soluendi decimas sit appositum rei,& non personæ, proinde cum ipsa re transit, & cum ea semper versatur,vt voluit Cepoll.de seruit.vrb. præd.cap.2.numero 13.& in titul. de fenestra cap. 62.numero 2. & in his terminis tradit Bald. in l. fin.quæst.5. C.de contrahend.empt.quem refert Afflict.in dec.282.nume.2.quare fuit decisum in Rot.Lucen. teste Merlin. in decis. 19. quod talis res ad quemcunque transit, vadit cum suo onere,allegat tex.in l. Imperatores ff. de publicanis, de cuius materia latè Tess.in decision.234. & iuxta præfatam opinionem censuit quoque gloss.sing.in ca.tuis vers. de patrimonio de præb.& dignitatibus.

Non obstant contraria, præsertim text.in c. nouum genus de decimis, quia respondetur, quod non procedit in patrimonialibus,in quibus arctantur ad decimas soluendas capit. quæst.16.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Trina monitio iudicis ecclesiastici ad fori priuilegium amittendum requirebatur,cum requisitis,& limitationibus nu.2.& 3.*

4 *Trina monitio ad fori priuilegium amittendum non requiritur, clerico incedente in habitu laicali,cum declaratione nu.5.*

6 *Clericus dimittens habitum clericalem ad hoc,vt facilius relinquat, ecclesiastico iudici est remittendus.*

7 Cle-

Digitized by Google

7 *Clerici in minoribus constituti incedentes quandoquidem absque habitu & tonsura, fori priuilegium non amittunt.*

8 *Mascardi opinio reprobatur.*

Trina monitio ad effectum vt clericus non incedens in habitu & tonsura, amittat priuilegium clericale, an hodie sit necessaria ex vi Conc. Trid.

DECIS. DCVI.

CVm in quadam causa de hoc sermonem habuissem, respondi in pręfato puncto per nonnullas conclusiones constituendo.

1 Prima conclusio de iure communi sacrorum Canonum ad amittendum priuilegium fori, requirebatur trina monitio iudicis Ecclesiastici, c. in audientia, & c. cum contingat de sent. excomm. latè Farinacc. titul. de inquisitionib. q. 8. num. 60. Triuis. in decis. 48. num. 16. cum sequ. par. 2. Ant. li. 3. variar. resolut. decis. 48. post Couarr. pract. q. c. 32. num. 2. Grat. lib. 2. discept. forensium, c. 190. vbi quoque addit requisita, vt pręfata monitio valeat, scilicet, vt sit specialis, nominatim & in certa ac particulari persona, ita vt nec vnica, nec generalis sufficiat, secundum gloss. communiter receptam in clem. 1. in verb. festio de vita, & honest. cler. Fel. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ col. 24. in princip. vers. secundo sequeretur, de constit. in 6. cum aliis; quos longa serie congerit Farinacc. cit. quęst. numer. 60. vsque ad 63. & de nonnullis aliis, quæ requirebantur, vt clericus fori priuilegium amittat, tradit latè Capyc. in decisione 161.

Quæ conclusio limitabatur dupliciter.

Primo in clerico, coniugato, in quo non erat necessaria aliqua monitio. Couarr. pract. quæst. cap. 9. & 32. nu. 2. Clar. q. 36. vers. hæc autem. Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur excusat. num. 42. & Farinac. cit. loco. 2

Limitatur secundo in clerico enormibus se immiscente, Clar. & Farinac. cit. locis, & Nauarr. cons. 17. de priuilegiis. 3

Secunda sit conclusio, loquendo de iure Conc. Trid. sess. 23. ca. 6. in clerico, continuò incedente in habitu laicali, non requiritur trina monitio, vt priuilegium fori amittat, quia per dict. Conc. fuit derogatum iuri communi, ita Cucchus in inst. maioribus li. 3. tit. 9. de priuileg. cler. num. 66. qui testatur ita obseruari de consuetudine. Zechius de republ. ecclesiæ, tit. de clericis, num. 6. vers. amittitur autem, Nauarr. cons. fin. nume. 6. de priuileg. Menoch. cons. 912. vol. 3. referens in præfatis clericis non esse faciendam præfatam monitionem. Et iuxta hanc opinionem pluries fuisse declaratum per Sac. Congreg. testatur Antonin. cit. loco num. 7. & ad hoc faciunt constit. Clement. VII. & Pauli III. relatæ per Gratian. cit. loco, per quas sancitum est, Clericos primæ tonsuræ, carentes beneficiis priuari priuilegio fori eo ipso, quod non incedunt in habitu & tõsura, de quibus per Menoch. loco cit. nu. 6. Vrsill. decis. 2. n. . & Clar. qu. 36. versic. ad hæc, quod procedit modo explicando in 3. conclusione, & non aliter. 4

Tertia sit conclusio declaratoria huius secundæ, vt illa tunc tantùm sit vera, ac procedat, quando continuò clericus incederet in habitu laicali, & consequenter esset tanta 5

Digitized by Google

perseuerantia, vt publicè existimetur laicus, ita Farinac. cit. quęst.8. num.66.Quarant.in sum.Bull. verb. ordo,in princ.lim.2.vnde in S.C.fuit
6 decisum,quod clericus, qui dimisso habitu clericali, homicidium commiserat,& in actu aufugerit, seculari habitu indutus, sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum, vt refert Tapp. in const. Regni de personis num.23.& ratio est, secundum eum, quia fuit habitum pro vero non habuisse animum dimittendi habitum, sed potius deponendi, vt commodius delictum committeret, & secundum Vrsil.in decis.24.numero 7. pluries fuit decisum in eodem Consil. quod clerici in minoribus constituti, incedentes quandoquidem
7 absque habitu,& tonsura non amittere fori priuilegium, & ante eum voluit quoque Gram.referens aliam decisionem in const. de personis nu. 4.vnde Bal.in l. si qua nu.2. C. de Episc.& cler. voluit quod si probetur, clericum captum sine habitu & tonsura fuisse solitum illa deferre, gaudet priuilegio fori, vt refert quoque fuisse declaratum per Sac.Congreg. Antonin. cit. loco in anno 1586. in quodam clerico cum armis deprehenso, sine habitu & tonsura: & idem secundum eundem, si clericus non deferret tempore delicti commissi habitum,& tonsuram, sed po-
8 stea reassumpserit: quicquid voluit Mascard.de prob.conclus. 122. volens, denegandam remissionem, si denudato capite clerici, cognouerit iudex non deferre tonsuram,quia,vt dixi, requiritur perseuerentia,cum posset contingere quod ob iustas ac legitimas causas illam deseruisset, præsertim in eo, qui ex iusta causa, timoris,habitum clericalem postposuerit, ... de vi & hone. c. ... ... [illegible] ... non valeret, ex Imol. in clem. 2. eod. tit. Et tandem in eo, qui nequiret tonsuram deferre propter infirmitatem Cappell.Tholos.in decis.104.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, non incedens in habitu, & tonsura, an possit declinare iurisdictionem iudicis secularis.*
2 *Quid si esset beneficiatus.*
3 *Clericus, non incedens in habitu & tonsura, potest cognosci ab eius Episcopo, & gaudet etiam priuilegio canonis, & nu.5. & 7. vbi contrarium tenentes reprobantur.*
4 *Regularis apostata à quo iudice puniri possit.*
5 *Priuatio vnius priuilegij non extenditur ad aliud.*

Clericus non habens requisita Concilij ad effectum vt frui possit fori priuilegio, an gaudet priuilegio canonis.

DECIS. DCVII.

EX decreto Conc.Trid. sess. 21.de reform.cap.6.clerici fori priuilegio non gaudent, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, nisi beneficium ecclesiasticum habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel ex Seminario clericorum, aut in aliqua schola vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur, & ita tradunt & confirmant Guttierez de iuram. confir.par.2.c.17.num.12.Paz. 2.tomo suæ praxis prælud.2.num.6. Garzias de beneficiis par.2.c.2.num 3. & seq.Henriq.cons. 1.num.6. Mastrill. decis.Regni Siciliæ 104.quamuis non sit ne- 1

Digitized by Google

sit necesse, vt supradicta copulatiuè concurrant, secundum quod voluit Guttierez li.1.pract.quæst.q.7. quo-
2 niam habens beneficium ecclesiasticum gaudet priuilegio fori, esto, quòd habitum & tonsuram clericalem non deferat, quia secundum eundem, hoc solùm requiritur in clerico primæ tonsuræ, vel minoribus ordinibus insignito, non habente beneficium ecclesiasticum, vt patet apertè ex dictione, aut eiusdem Conc. quæ est quæstio disiunctiua, & sic pluries decisum fuit, de Ponte cons.24.vol.1.& alij.

3 Et licèt omnibus supradictis requisitis clericus careat, & consequẽter non gaudet priuilegio fori, & ideo non posset declinare iurisdictionem iudicis laici, vt colligitur ex decreto eiusdem Concil. quamuis hodie sit etiam necessaria trina monitio, vt suo loco dictum est, & tenet de Ponte d.cons.24. Attamen est citra controuersiam, vt possit Episcopus contra dictum clericum delinquentem procedere, eumque punire, vt censuit Sacra Congreg. super d.cap.6.per verba, videlicet, *Licet autem huiusmodi clerici in minoribus forũ iudicis sæcularis, seu laici declinare non possunt ex hoc decreto, tamen Congregatio respondit, istud decretum non obstare Episcopo, quominus iure suo in huiusmodi clericos delinquẽtes, si adhuc clerici permanẽt, possit animaduertere.*

4 Sic etiam à simili dicitur de regulari, qui etiam si apostatauerit, & atrocius deliquerit, licet perdat priuilegium fori, non propterea iudex ecclesiasticus perdit iurisdictionem suam in eum, & locus erit præuentioni, vt refert decisum Triuis. decis. 48.per tex. qui communiter ad hoc allegari solet.in c.1.de apostatis.

Quare respondendo ad casum 5
propositum, dico, quod quamuis clerici primæ tonsuræ, seu minorum ordinum, non habentes beneficia, aut alias qualitates, de quibus ibi priuarentur fori priuilegio ex decreto Concil. non tamen sunt priuati priuilegio d.canonis, si quis suadente diabolo 17.qu.4. vt censuit Sacra Congreg. super d.c.6.per verba, videlicet, *Clerici, qui in hoc decreto Cõc. priuilegio fori, priuantur, priuilegio tamen canonis non intelligũtur priuati.*

Quæ decisio sanctissima videtur, 6
tum quod priuatio vti pœnalis, & odiosa non est extendenda. c.odia de reg.iur.in 6.l. cum quidam ff. de liber.& posthum.tum etiam, quia non intelligatur, nisi in casibus à iure expressis gl.communiter recepta in c. fin.de iurepatr. Item, quia ex diuersis pœnis non fit illatio. l. Papinianus ff.de minorib. Tum denique, quoniam iuxta opinionem Alex.de Neuo, priuilegium fori facilius amittitur, quam priuilegium canonis, vt voluit quoque Triuis. in decis. 48. par.2.

Ex quibus omnibus, secundum
Garz.de benefic.par.2.c.2.numer.20. 7
conuincitur opinio Felician. de Solis, qui in li.2.de censib.c. vlt. nu.14. voluit. clericum in minoribus non habentem ecclesiasticum beneficium, iure nouissimo Concil. non gaudere priuilegio canonis, nam eum impugnant Gonzales, & Garz. cit.locis, & Rodriquez in summa tom.1.c.80.nu.17.

Finis Tituli Praxis Clericorum.

Digitized by Google

PRAXIS VISITATIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Curatus potest visitari ab Episcopo in ecclesia regularium.*
2 *Cura animarrm commissa est Episcopis à Deo.*
3 *Episcopus de iure potest Curatum in beneficio vnito monasterio constituere.*

An Curatus in ecclesiis Monachorum visitari possit ab Episcopo.

DECIS. DCVIII.

1 IVDICAVI in quadam causa mihi delegata, potuisse quendam Episcopum visitare Curatum in ecclesia Regularium, & mouebar ex infrascriptis.

2 Primò, quia cura animarum præcipuè fuit commissa Episcopis à Deo, cui sunt rationem reddituri, c. Ephesis 43. dist. & disponitur in Cōcil. Trid. sess. 7. c. 1. de reform. & propterea vnio de beneficio curato non præiudicat Ordinario in iis, quę pertinent ad temporalem iurisdictionem, & curam animarum. cap. 2. vbi Abb. de relig. domib. c. pastoralis de priuilegiis, vbi Inn. nu. 4. refert Episcopum in istis ecclesiis habere omnem iurisdictionem, quoniam vnicuique Episcopo semper intelligitur reseruata iurisdictio, alias confunderetur ordo, cap. peruenit 11. quæst. 1.

Tum secundo, quia Episcopus de iure potest curatum in beneficio vnito monasterio constituere, nec Monachi eum amouere poterunt, gloss. & Doctores per illum tex. in cap. 1. de Cappellis monachorum, & Conc. Triden. sess. 25. de regularibus c. 11. 3

Vnde Conc. loc. cit. censuit personas, tam regulares quàm seculares huiusmodi curam animarum exercentes, subesse immediatè in his, quæ ad dictam curam & Sacrametorum administrationem pertinent iurisdictioni, visitationi & correctioni Episcopi, cuius Diœcesi illam peragunt, vt refert Tess. for. ecclesiæ c. 18. num. 105. Anton. lib. 1. variar. resol. c. 18. & in princip. & fuit declaratum per Sacram Congregationem Illustriss. refert Grillezon. in cons. 18. vol. 1.

Limita supradicta dupliciter.

Et primò, quando constaret de aliqua præscriptione, quoniam cum iura parochialia sunt præscriptibilia, ad tex. in cap. auditis de præscriptionibus, merito non posset visitare, alias si de præscriptione non appareret, tunc manutenendus esset Episcopus, cùm habeat iuris com-

munis assistentiam ad tex. in c. cum personæ, de priuileg. in 6. & fuit in Rota resolutum in vna Valentina de Zaticca 13. Ianuarij 1590. † coram Bubalo: neque obstat decis. Rotæ in causa. Piscien. iurisdictionis 15. Iunii 1591. † coram Illustriss. Plato. quia respondet Seraphin. in decis. 167. quod ibi constabat de exemptione.

Limita secundò in iis locis, in quibus Abbates & alij superiores regularium iurisdictionem etiam temporalem in parochianos habent, quia tunc iurisdictio censetur attributa Episcopo cumulatiuè cum Abbate, vt fuit resolutum in vna Ciuitaten. iurisdictionis 11. Februar. 1594. † coram Seraphino, bene tamen est verum, quod decreta ordinarij præualebunt, vbi datur aliqua contrarietas, vel incompatibilitas. Rota in vna Bononien. iurisdict. 20. Octobr. † coram Penio.

SVMMARIVM.

1 *Visitatio est actus iurisdictionis Episcopalis.*

2 *Capitulum potest visitare ecclesias subiectas Episcopatui.*

An Capitulum, Sede vacante, possit visitare.

DECIS. DCIX.

1 CVm visitatio sit actus iurisdictionis Episcopalis, c. conquerente de Off. Ordinarij, vnde Seraphin. in decis. 417. & in decis. 433. ait, quod dependet ab ordinaria iurisdictione, vt fuit resolutum in Rota in vna Legionen. iurisdictionis 1. Iunii 1580. † coram eodem, consequenter fatendum est in ius visitandi succedere Capitulum, & propterea glos. in clem. 1. §. propter quod, in verb. Capitulum de electione, scriptum reliquit, Capitulum posse visitare ecclesias subiectas Episcopatui, & exigere procurationes debitas ratione visitationis. 2

Quam opinionem sequuntur vnanimiter DD. præsertim Arch. in c. si Episcopus nu. 2. de supplenda negligentia prælator. Vbald. cons. 29. nu. 16. Bald. in c. cum olim in 1. not. de maior. & obed. de Feder. de Senis cons. 16. num. 1. Pauin. de potest. cap. sed. vac. qu. 6. princ. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota in vna Burgen. iuris visitandi 1. Iunij 1588. † coram Orano, vbi agebatur de visitando monasterio monialium non exẽpto à iurisdictione Episcopi, & fuit dictum, Capitulum, Sede vacante, illud visitare posse.

Ampliatur supradicta conclusio, vt procedat etiam quando Sedes Episcopalis quasi vacat, vt puta Episcopo ab hostibus, vel Paganis capto, vt fuit dictum in eadem Burgen. 10. Martij 1597. † coram Orano, per tex. in cap. si Episcopus, de suppl. neglig. Prælatorum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest per modum visitationis pluries in anno exigere rationes administrationis.*

2 *Limita primo, quando Episcopo constiterit, rationes dolosè redditas fuisse.*

3 *Limita secundo, quando redditio non fuit finalis ac plena cum restitutione reliquorum.*

Rationes administrationis ecclesiarum, seu locorum piorum, an possit Episcopus pluries in anno exigere.

DECIS. DCX.

1 IN Conc. Trid. seß. 22. cap. 9. de reformat. disponitur, administratores, tam ecclesiasticos quàm laicos, quorumcunque piorum locorum singulis annis teneri reddere rationem administrationis Ordinario consuetudinibus, ex priuilegiis quibuscunque in contrarium sublatis, quare in causa mihi delegata ab Episcopo Castellanetæ dubitabatur an præfatus Episcopus potuisset per modum visitationis pluries in anno exigere rationes administrationis à laicis, & contra Episcopum dubitationem faciebat regula illa, quod ratio semel reddita, non est amplius reddenda. cap. 1. vbi Anchar. & DD. de cler. ægrot. Alex. cons. 322. vol. 2. Rot. Gen. decis. 24. & 176. num. 17. vnde cum sit facta administrationis redditæ specificatio, ad omnia eiusdem naturæ administrata refertur. l. emptor. §. Lucius, vbi Bart. ff. de pact. & cum semel placuerit Episcopo præfatos administratores liberare, sequitur non posse de nouo illos cogere. cap. quod. qui enim administratæ rei, aut negotij alicuius rationes reddere tenent apocham scripturamve aliquam, etiam priuatam semel redditæ rationes ostenderit, vlterius eas reddere minimè cogitur. l. semel. C. de apoch. publ. vbi Bart. lib. 10. voluit Cardin. in clem. 2. §. illi, quæst. 8. de relig. domib. & stante dicta liberatione, non debent amplius molestari. Corn. in consil. 62. volum. 4. Borel. consil. 18. volum. 1. cum solemnis liberatio præsumatur. Bald. in l. si inter.

Cuius decis. ratio est, quia si liberatione administrationis facta semper & indistinctè, ac sine læsionis probatione haberet locum reuisio computorum, nullus certè esset vnquam litium, aut computorum finis, sed semper post vnam visuram, & liberationem, visura alia succederet, quod cum sine euidenti læsione, sit satis absonum, consequens est dictos administratores non posse molestari, natura enim liberationis est, vt ad omnia extendatur Ruin. cons. 25. num. 9. volum. 1. Cæsa. cons. 39. numer. 24. & in consi 191. vol. 2.

Limitaui suprapositam conclusionem non procedere, primo quando Episcopo constiterit rationes dolosè redditas fuisse, tunc enim administratores possent cogi ad iterum reddendum, ita DD. in l. 1. C. de errore cal. Castren. dict. cons. 342. colum. 2. Anchar. cons. 331. quos sequuti sunt Ias. cons. 219. numer. 2. & cons. 14. col. 3. lib. 3. Soc. sen. cons. 159. colum. 3. & cons. 190. colum. 3. lib. 2. qui fusissimè scribit, quod vbi argui potest dolus, & fraus in iam calculatis, ac redditis rationibus, esse iterum calculandas, idem responderunt Neuiz. cons. 94. in fin. Rol. à Valle cons. 49. num. 61. lib. 1. Hac tamen in re obseruandum erit, hunc errorem dolosum, esse clarius, atque perspicuis probationibus detegendum, ita in specie respondit Dec. cons. 64. num. 4. vers. non obstat idem in l. 1. num. 8. in fin. C. de erro. calculi. Crauett. cons. 43. & cons. 198. num. 3. & non sufficiet probare dolum præsumptum, sed opus erit dolum verum demonstrare, quod sentit Soc. sen. dict. cons. 92. & Roland. d. cons. 49. numer. 22. 25. Hæc sufficiant. 2

Limitaui secundo, vt Episcopus possit pluries in anno exigere rationes administrationis à dictis administratoribus, quando redditio non fuit finalis, & plena, cum restitutione 3

Digitized by Google

ratione reliquorum. Franc. in ca. vnico §. præsenti in fi. num. 5. vers. quod si coadiutor de cler. ægrot. cum declarationibus, de quibus per Menoch. de arbitr. iudic. cons. 209. in fi. nu. 38. li. 2. cent. 3.

SVMMARIVM.

1 *Liber visitationis inducit plenam probationem.*

An liber visitationum inducat plenam probationem.

DECIS. DCXI.

CVm notario in iis, quæ ad eius pertinent officium, credatur, ad tex. in c. cum ad audientiam, & cap. cum parati, & ibi Doctores de præscriptionib. consequens est, vt liber visitationis ab eo conscriptus, inducat quoque plenam probationem, prout ita arguit Pauin. de visitatione qu. 4. numero. 24. & 34. vnde Antonin. lib. 1. var. resol. 110. infert, quod notarius visitationis vti iuratus in principio sui officij æquiualet duobus testibus. gloss. & DD. in ca. quoniam extra de probat. & latè Abb. in citato cap. ad audientiam, & ei esse credendum ratione officij publici, quem gerit, testatur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 6. casu 539. num. 2. & iuxta hanc opinionem tenuit Rota Romana 14. Decembris
† 1551. † coram Vestano, teste Caputaquen. in decis. 158. par. 2. cuius verba sunt, videlicet, *Libri visitationum Episcopi, quoad visitationem personarum, Sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium visitantis plena probant.*

Quare cum fuisset mihi causa hæc delegata ab Archiepisc. Reatino, & inter cætera dubitabatur, an ex quo in libro visitationis euidenter apparebat quendam Presbyterum satisfecisse oneri Missarum, quod ipsi incumbebat pro eius beneficio, dixi, non posse in dubium refricari contra præfatum Presbyterum, ex quo eius iustitia constabat ex dicto libro visitationis. Liber 1
enim visitationis vti productus à publico archiuio Curiæ Archiepisc. plenam inducit probationem, & fides ei adhibenda erit. gl. in cap. ad audientiam in verb. censualem de præscriptionibus. vbi Abb. nume. 10. Rot. diuers. in decis. 189. numer. 5. par. 1. Balb. in decis. 720. Crauet. consil. 158. num. 4. & 5. Caualc. in decis. 30. num. 50. par. 2. Rot. diuers. in decisio. 340. numer. 1. par. 2. Mascard. de probat. concl. 316. numer. 4. & sequ. & concl. 799. numer. 12. Caualc. in decis. 12. num. 25. & in decis. 24. nume. 8. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, nec quisquam eorum possunt aliquid accipere pro visitatione.*

2 *Non licet Episcopis etiam recipere esculenta, & poculenta ad domum portanda.*

3 *Episcopi dum eorum munus exercent, non exigunt à diœcesanis impensam.*

4 *Notarius in visitatione aliquid recipit, etiam pro præsentatione bullarum.*

Episcopus in visitatione an aliquid capere possit.

DECIS. DCXII.

IVxta dispositionem Conc. Trid. sess. 24. capit. 13. de reform. nec Episcopi, nec quisquam suorum possunt aliquid accipere procuratio- 1

nis causa, pro visitatione etiam testamentorum ad ipsos vsus, propter id, quod pro relictis piis iure debetur, nec munus aut pecuniam, aut aliud quodcúque sit, etiam qualitercunque offeratur, non obstante consuetudine, etiam immemorabili, exceptis victualibus, quæ erunt ministranda frugaliter, & moderatè pro temporis tantum necessitate, & non vltra, ita vt sit in opinione eorum, qui visitantur soluere, vel quod erat consuetum in certa pecunia taxata, vel ministrare victualia, vnde quamuis vno anno elegerint præstare in pecunia, non tamen poterunt cogi perseuerare singulis annis, cum in hoc permittatur variatio, ex quo enim exigitur à volentibus dare pecuniam loco victualium, ergo non poterunt compelli, quod etiam erit in successoribus, qui non ligantur facto prædecessorum. Gemin. & alij in cap. fœlicis de censib. in 6. ita vt fragmenta, quæ remanent immensa, tam visitantis, quàm familiarium suorum, sint eroganda pauperibus loci, qui visitatur. Doctor. in clem. de censibus. Soc. de visitatione lib. 11. num. 30.

2 Ita, vt neque liceat recipere esculenta, & poculenta ad domum portanda, sed tantum pro mensa eiusdem loci. Gemin. in cap. 1. §. procurationes nu. 7. de censib. in 6. in illis autem locis, vbi adest consuetudo, quod neque victualia, neque pecunia, nec aliud quicquam visitatoribus soluatur, seruanda erit, sub pœnis de quibus in c. exigit de censibus in 6. & in Conc. Trid. sess. 24. c. 3. in fi. de reform.

3 Et ratio est, quia Episcopi dum eorum munus exercent, non exigunt à diœcesanis impensam. Abb. in cap. cum sit, de simon. dummodo non eant ad consecrandam Ecclesiam. Butr. in c. proposuisti de consecrat. eccl. Mandos. conf. 8. in fine num. 13. & latè de Episcopis visitantibus, vel Archiepiscopis, quando recipiant alimenta. Abb. in cap. procurationes 23. numer. 4. de censibus. Doct. in cap. cum nuper, & cap. sopitæ, eod. titul. Surd. de alim. quæst. 64. tit. 1. & q. 22. tit. 4. & q. 25. & 26. eod. titul.

Nec notarius in visitatione aliquid recipit, etiam pro præsentatione bullarum per Ordinarium decretis, & actis visitationis, quando habet salarium de publico, nam alias pro labore accipit. Franc. in ca. 1. §. procurationis de censibus, quia ibi prohibetur recipi pro visitatione, non pro labore. Socin. de visit. li. 11. q. 4. num. 34. vers. & hoc verum. Nauarr. cons. 1. de censib. dummodo consuetudo non sit in contrarium. Conc. Trid. sess. 24. c. 3. de reform. vbi videtur verius esse, quod neque pro visitatione, aut quouis nomine aliquid soluatur. 4

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non tenetur adhibere consilium, vel consensum eorum, quos sibi pro visitatione facienda adiunxerit.*

An Episcopus in visitatione teneatur adhibere consensum eorum, quos sibi pro visitatione facienda adiunxerit.

DECIS. DCXIII.

SVpponatur in facto, Archiepiscopum Neapolitan. pro visitatione facienda elegisse nonnullos Canonicos, qui sibi assisterent, vt in dubiis

dubiis vertentibus in causis eiusdem visitationis de iure responderent, quare fuit dubitatum an præfatus Archiepiscopus teneatur illorum consensum sequi, seu adhibere, & dubitationem faciebat text. in l. Titium ff. de administratione tutorum, vbi qui tenetur facere aliquid cum consilio, seu consensu alterius, tenetur eum requirere, & ipsius consensum sequi, vnde in c. vnico. §. 1. & seq. ne sed. vac. in 6. dicitur, quod collatione spectante ad Episcopum de consilio, vel assensu Capituli illo existente inhabili, nisi sit in mora, non conferri Capitulum, & in §. fin. disponitur, quod habés conferre cum consilio Episcopi sine illo conferet morte, & remota absentia interueniente.

1 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium consului cuidam Episcopo, id mihi petenti, & motus fui ex decision. Rotæ in vna Iliarden. visitationis 13. Nouembris 160.. * coram Iusto, vbi fuit dictum, quod licet Episcopus ex propria voluntate aliquos sibi adiunxerit pro visitatione facienda, vt sibi permittitur à Concil. Tridentin. sess. 6. c. 4. vel etiam vigore concordiæ inter ipsum & Capitulum etiam à Sede Apostolica confirmatæ habeat visitare cum aliquibus Canonicis assistentibus eligendis à consilio, non propterea tenetur adhibere consilium, vel consensum prædictorum.

Non obstante contraria, quia procedunt, & locum obtinent, quando ille, qui tenetur facere cum consilio alterius, esset particeps officii, tunc enim quicquid ageret, esset ipso iure nullum, nisi ipsum consilium sequeretur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione Episcoporum non veniunt iura, & priuilegia Episcopalia.*

2 *Materia visitationis est etiam ipsis inferioribus adaptabilis.*

3 *Locorum ordinarij ecclesias quascunque quolibet exemptas, auctoritate Apostolica, singulis annis visitare tenentur.*

An decreta Concil. Tridentin. loquentia de Ordinariis, comprehendãt habentes iura Episcoporum.

DECIS. DCXIV.

Dubitationem faciebant pro opinione negatiua.

Primo, quia appellatione Episcoporum non veniunt iura Episcopalia, & priuilegia habentes, secundum Roland. consil. 29. numer. 7. volum. 1. Artam. consil. 18. numer. 4. vnde Rotæ collecta à Farin. in decision. 100. tenuit, Abbatibus quibus ex priuilegio indulgentur iura Episcoporum, non posse causis matrimonialibus, seu criminalibus cognoscere, cum sint episcopis reseruata. ad text. in capit. accedentibus de excess. Prælatorum. 1

Secundo, quia Concil. Trid. sess. .. c. 10. & sess. 2.. ... de Episcopis, & non de Ordinariis loquitur.

Cæterum contrarium dixi, motus ex pluribus.

Tum primo, quia materia visitationis est etiam ipsis inferioribus adaptabilis. ad tradita per Ioan. Monach. post glos. in capit. Ordinarij, il primo, numero 1. & 2. Franch. num. 3. Gemin. numero 5. de offic. Ordin. li. 6. Abb. in c. post cessionem, in 1. not. quem sequuntur ibi Aretin. Fel. Dec. deprobat. 2

3 Tum secundo, quia ita pluries censuit Rota Rom. præsertim in vna Piscien: seu nullius iurisdictionis 5. Maij 1589. † coram Gipsio, & iterum in vna Salamant. iurisdictionis, 3. Octobris 1579. † coram Seraphino, in quibus fuit dictum, quod Concil. in d. cap. 8. sess. 7. disponens, quod locorum Ordinarij Ecclesias quascunque quolibet exemptas, auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, habet locum etiam in inferioribus.

Non obstant contraria, præsertim Concil. Trident. sess. 4. cap. 10. & sess. 28. capit. 11. quia respondetur, secundum Mars. libro 2. var. resolut. capit. 15. vt debet interpretari ex illis decretis, in quibus sancta Synod. loquendo de Ordinariis, intellexit etiam de inferioribus, cum vna lex declaret aliam, nec sit conueniens, vt vna, & eadem res diuerso iure censeatur. ad l. eum, qui ædes de vsucap.

* * *

Finis tituli Praxis Visitationis.

PRAXIS CAVSARVM DELEGATARVM.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio facta Vicario, non transit in successorem.*
2 *Vicarius non dicitur habere successorem.*
3 *Causa legati potest cognosci per successorem.*

An delegatio facta Vicario Episcopi, eo mortuo, transit in eius successorem.

DECIS. DCXV.

1 IN Curia Archiepiscopali pluries fuit habitum pro absolutissimo delegationem causarum factam Vicario episcopi Neapolitan. non transire in eius successorem, eo mortuo, vel remoto ab officio, ex communi opinione, de qua per Dec. in capit. quoniam Abb. numer. 61. de off. delegat. post Bart. in l. quod Principi ff. de legat. 2. quam opinionem tenet etiam Salicet. & Fulgos. in l. more maiorum numer. 25. ff. de iurisd. omn. iud. Caccialup. numero 35. Roman. numer. 8. Curt. iun. nemero 102. Burr. in cap. quoniam Abbas numero 25. Imol. ibidem num. 19. & 20. Felin. numer. 7. Bero. num. 100. Guid. Pap. numero 3. Mant. num. 32. Gemin. in c. statutum in princip. col. 3. circa med. vers. & per hoc de rescript. in 6. & ibi Franc. num. 11. Capra numer. 32. & 37. & de com-

communi, vltra Dec. testantur Caccialup. Bero. & Mant. in locis præcitatis.

Cuius decisionis ratio fuit duplex.

2 Prima, quia propriè non dicitur habere successorem, & Vicarius non est dignitas permanens, cum eius dignitas sit personalis, non habens substantiam per se, vnde titul. de off. vic. non dicit, quod officium illius sit perpetuum, neque enim Vicarius dicitur habere successorem, prout idem est in legato, cum non possit Episcopus cogi facere alium Vicarium, neque Papa alium Legatum. Abb. in c. nouit de off. leg. Dec. in d. c. quoniam Abb. colum. 7. in fin. vers. quarto, quod dictum est, de off. leg. vbi Fel. col. 3. ad med. vers. verum ista decretalis, & versic. vlterius quærunt hic, numr. 7. & 8.

Limitauimus conclusionem principalem dupliciter.

Primò, vbi appareret de stylo, aut obseruantia alicuius Curiæ, vt delegatio facta Vicario, transiret in successorem, tunc enim non dubitatur quin ad successorem non transeat, ex communi opinione, de qua per DD. in cit. c. quoniam Abbas, & illa consuetudo deberet seruari. Achill. de Graff. decis. de off. Vic. vbi, quod est verior opinio, & de huiusmodi obseruantia testatur Gambar. de auctor. leg. à later. libr. 8. num. 92. & 98. vbi, quod procedit non solum in Vi-
3 cario, sed etiam in legato, qui licet non habeat successorem, prout neque Vicarius, tamen quando locus legationis est certus, & consuetum est in eo esse legatos, prout Bononiæ, & Perusij potest dici, quod tunc habeat successorem, & ideo causa vni legato commissa, poterit cognosci per successorem, quemadmodum in Vicario, quasi tribunal cui datur Vicarius, sit perpetuũ. arg. text. in l. meminisse 10. in princ. vbi cum sit vnus proconsulatus de off. procons. & leg. quod etiam repetit idem Gambar. de auctor. leg. de later. q. 35. libr. 9. & de huiusmodi stylo, & consuetudine docet etiam Card. in clem. 2. col. 3. in princ. n. 6. q. 5. in fin. de rescriptis, vbi etiam latius se remittit ad ea, quæ dixi in d. c. quoniam Abbas de off. deleg. & de eadem obseruantia testatur etiam Rota per Cantucc. Siracusana illegitimitatis 10. Decembris 1575. quæ est decis. Rotæ diuers. 12. parte 2. vbi, quod vtraque opinio potest defendi, & quamuis communis sententia sit, quod nõ cognoscat successor, tamen de stylo non seruatur.

Limita secundo, quando constaret, quod per delegantem fuit habitus respectus ad Tribunal Episcopi, tunc successor in Vicariatu cognosceret, secus si appareret esse electam industriam personæ Vicarii. Panor. in d. c. quoniam Abbas, num. 25. de off. deleg. & est æquior opinio, quam sequitur Rot. diuers. dec. 12. part. 2. vt consulatur expeditioni causarum, quarum retardatio non est vtilis, ne lites in longum protrahantur, & hãc opinionem sequendam latè concludit Gab. consil. 32. numer. 35. & ibi etiam numer. 27. subdit magis prædicta procedere post latam sententiã, cum semper pro validitate actus sit iudicandum, quasi multa facta teneant, quæ ab initio fieri prohibentur l. patre furioso. §. 8. vbi glos. in ver. retinere. de his, quæ sunt sui, vel alien. iur. l. 1. §. casum, & ibi gloss. in verb. fungitur de postulan. Quemadmodum regulariter, quando causa est delegata alicui personæ priuatæ sub titulo dignitatis, eo mortuo, successor in dignitate de eadem causa cognoscit, cum in eo continuetur

Digitized by Google

delegatio, ex quo continuatur dignitas, latè Menoch. de arbitr. iudic. q. 68. num. 21.

SVMMARIVM.

1 *In synodo debent constitui iudices synodales.*
2 *In delegatione sufficit adesse dignitatem tempore commissionis.*

An delegatio causæ facta canonico, expediri possit, si tēpore sententiæ fuit resignatus canonicatus.

DECIS. DCXVI.

1 CVm iuxta dispositionem Sacr. Concil. Trident. sess. 24. can. 10. de reform. fuerat sancitum, vt in singulis Conciliis prouincialibus, & Episcopalibus creentur iudices synodales habentes qualitatem, de qua in cap. statutum de rescrip. in 6. scilicet, vt sint in dignitate ecclesiastica constituti, inter quos sunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis, iuxta decis. Achill. de Grass. 1. de rescript. & Verall. decis. 94. parte 1. quare fuit dubitatū an causæ commissæ Canonico possint expediri si tempore sētētiæ fuit resignatus canonicatus, & dubitationē mihi faciebat primò regula illa, quod quando lex considerat actū cū qualitate, nō sufficit solus actus absque illa qualitate l. fulcinos ff. ex quib. caus. maior. Item, quia qualitas adiecta verbo debet referri ad tempus verbi l. si extraneus §. 1. ff. de noxalibus.

2 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium in facti contingentia respondi, motus ex auctoritate glos. in c. tu autem 22. distinct. vbi sufficit fuisse in ea dignitate tempore commissionis, de qua in delegatione, cum in quolibet actu principium sit spectandum, & habilitas illius temporis sufficiat, vnde licet postea per resignationem Canonicatus desierit esse in illa dignitate, nihil est, quasi non debeat visitari actus legitimus perfectus, & consummatus, quamuis peruenerit ad casum à quo non poterit inchoari, & cum expressum fuerit nomen proprium, & dignitatis, videtur delegatio personalis, non realis. Cyn. in l. more maiorum quæst. 9. col. 6. num. 22. de iurisd. omn. iud. Alexand. cons. 185. col. fin. num. 22. vers. quod aliud dubium lib. 7. maximè si ex aliis coniecturis non appareat cōtemplatam solum dignitatem Bellamer. dec. 39. numero 2. & ista est verior, & magis communis opinio, prout in specie cōcludit Card. in clement. & si principalis quæstio. 6. de rescript. Felin. in c. quoniam Abbas, col. 3. in fin. num. 5. de offic. delegat. vbi Dec. colum. 6. numer. 4. de communi. & secundum hanc opinionem iudicauit. Sac. Congreg. Conc. 21. Maii 1587. prout testatur Paris. de resignatione beneficii lib. 1. quæstio. 11. num. 14. in fi. Ceual. q. 667. num. 10. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Causa delegata Episcopo non transit in eius Vicarium.*
2 *Episcopus nō potest cognoscere de causa commissa Vicario.*
3 *Episcopus potest ad libitum reuocare Vicarium.*

An in causa delegata Vicario possit procedi per Episcopum.

DECIS. DCXVII.

PAnorm. in c. eam te numer. 14. de rescript. tenuit, causam delegatam 1

ram Vicario Episcopi, posse per eundem Episcopum finiri, licet Gemin. in cap. Romana in princip. numero 3. vers. nota idem esse auditorium, dicat esse intelligendum de ea causa, quæ fuerat eidem Vicario delehata, tanquam Vicario. sequitur Franch. in cap. dilecti, il terzo, numer. 40. colum 6. quæst. 5. de appell.

2 Cæterum supradicta opinione minimè suffragante contrarium consului in facti contingentia, non posse scilicet per Episcopum cognosci causa demandata Vicario tanquam Vicario: mouebar ob id præcipuè, quia in ea est maior Ordinario, & est separatum auditorium Episcopi ab eius officiali, seu Vicario, prout concludit Imol. in clemen. 1. numero 14. in fine col. 4. ad medium, vers. ex his habes de rescript. post Card. ibidem numero 10. quæst. 9. Dec. in cap. quoniam Abbas, col. 7. in fin. vers. & notandum est numero 9. de off. deleg. Rota per Seraphin. Maceraten. dotis numer. 10. Martij 1581. & ita etiam concludit Franch. in cap. statutum in princ. col. pen. versicul. quarto aduerte de rescript. in 6. qui non tenuit contrarium in dict. c. dilecti, il terzo prout ab aliis allegatur, cum ibi nihil determinet, sed solum se remittat ad Doctores in d. c. statutum, & in d. c. quoniam Abbas.

3 Non obstat, quod Episcopus potest ad libitum reuocare Vicarium, cui annectitur delegatio facta non sub nomine proprio Doctor. in clemen. 2. de rescriptis. Bald. in l. solent. num. 6. de off. proconsul. Panorm. in d. capit. quoniam Abbas numero 2. de off. deleg. vnde remouēdo ab officio, priuat illum iurisdictione; ideò multò magis poterit concedi cognitio. Quia respondetur, non propterea concedendum esse, quod possit de causa illi delegata cognoscere, prout dicimus de inquisitoribus, cui remouentur per suos superiores, non tamen se ingerunt in causa illis commissa, cap. volentes de hæret. clem. nolentes §. notarii eodem tit. & in specie ita respondet Card. in clem. 1. quæst. 9. de rescript. vbi etiam Imol. numero 14. in fin. subdit, procedere nisi remotio fieret in fraudem iurisdictionis delegatæ, quia alias posset in eum animaduerti tanquam illum turbantem in sua iurisdictione cap. 1. de off. deleg. Ideo Vicario remoto, causa erit de nouo deleganda. Franch. qui dicit, menti tenendam in d. c. statutum 11. col. penult. versic. quinto aduerte numer. 11. in fi. de rescript. in 6.

Amplia principalem conclusionem procedere etiam si causa commissa esset Episcopo, vel Vicario, nam cum literæ fuerint vni eorum præsentatæ, alter non potest se intromittere c. cum plures 8. de off. deleg. in 6. latè Surd. consil. 57. numero 1. libro 1. Ita vt neque delegatus Papæ subdelegando possit auocare, quando subdelegatus incepit procedere, nisi absit clausula auocandi in qualibet parte litis c. quamuis 6. & cap. si delegatus 7. de off. deleg. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Omnes actiones præscribuntur spatio quadraginta annorum.*

2 *Subreptio vitiat gratiam ipso iure.*

3 *De subreptione etiam post sententiam.*

De subreptione rescripti delegatorii infra quantum tempus opponi possit.

DECIS. DCXVIII.

IN quadam causa mihi delegata iudicaui ius apponendi de subre-

ptione censeri præscriptum spatio quadraginta annorum, motus exulgaribus iuris regulis, quod omnes a-
1 ctiones supradicto tempore finiuntur. ad tex. in l. sicut & l. omnes C. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum.

Non obstat Imola. in capit. ad audientiam de rescrip. volens quando subreptio operatur nullitatem gratiæ, possit de ea quandocunque apponi, quia respondetur, secundum Mar. libro 2. var. resolut. cap. 99. quod intelligitur ante quadraginta annos, quia illa dictio quandocunque, accipitur vt præscriptionem longi temporis non excludat, secundum quod latè tradunt communiter DD. in §. 1. Instit. de perpet. & temp. act. Ang. consil. 55. Alban. consilio 22. numero 2.

2 Non obstat secundò, quod subreptio vitiat gratiam ipso iure. Bald. consil. 320. volum. 2. Alex. consil. 16. volum. 1. Alciat. cons. 63. numero 3. & seq. & est communis opinio, secundum Felin. in capit. ad audientiam, il secondo, num. 22. versic. literæ, & beneficiale de rescrip. & refert decisum Caputaq. in decis. 224. par. 3. quia respondetur, non propterea posse inferri quin amissum sit ius apponendi de subreptione.

3 Non obstat, quod etiam post sententiam in literis beneficialibus, & gratiæ possit apponi de subreptione, quia hoc verum est dummodo ante quadraginta annos supponatur. Anchar. citato c. ad audientiam in fin. Balb. decis. 500. Rub. decis. 13. num. 6. & ratio est, secundum Cassad. ex decision. 3. in fin. de cau. poss. & proprietat. quia ex diuturnitate tanti temporis præsumitur etiam noua gratia, & confirmatio.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus tenetur iudicare cũ assessore.*
2 *Prioribus Regularium possunt causæ delegari.*
3 *In iudice non exigitur literarum sciẽtia.*

An Theologus, cui delegatur causa possit iudicare absque assessore.

DECIS. DCXIX.

Consului in casu mihi proposito à quodam episcopo, cui delegata erat quædam causa à Sede Apostolica, vt ipse teneretur omnino, ad effectum vt eius sententia sit valida, eligere assessorẽ, & mouebar ex bulla Leonis X. in Conc. Lateranen. quæ incipit, Regimini, cuius sunt verba formalia, videlicet, *Iudices, & Conseruatores à Sede Apostolica deputati, si in altero iurium graduati nõ fuerint, assessorem, partibus non suspectum, ab his partibus, vel earum altera requisiti assumere, & secundum eius relationem iudicare teneantur, non obstãtibus, &c.* 1

Non obstat tex. in c. statutum §. assessore de rescript. in 6. vbi iudex delegatus tenetur assumere assessorem, si indiget, quod eius conscientiæ relinquit, quia respondetur, quod ex hoc non sequitur, quod Theologus delegatus possit causã decidere sine assessore.

Non obstat etiam text. in clemen. & si principalis de rescriptis. vbi Prioribus Regularium, seu quibuscuis Præpositis, vel Guardianis possint à Sede Apostolica delegari, & 2
sic Theologis, quia pariter respondetur, vt supra, quod non sequitur, quod per semetipsos, absque assessores

re, iudicare possint.

Nec tandem obstat, quod in iudice non requiritur literarum scientia. ad tex. in l. certi iuris C. de iud. latè Felin. in ca. sciscitatus de rescript. quia hæc locum habent, vbi reperitur iudex graduatus in iure ciuili, vel canonico, alias secus.

SVMMARIVM.

1 *Pronunciatio nulla, extinguit iurisdictionem.*

2 *Delegati iurisdictio extinguitur, lata sententia.*

3 *Delegatus an possit cognoscere de nullitate sententiæ, distinguitur.*

An delegatus possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ.

DECIS. DCXX.

DVbium faciebant pro negatiua opinione text. in l. si vt proponis, la prima, C. quomodo, & quan-
1 do iud. vbi pronunciatio iudicis delegati nulla, extinguit eius iurisdictionem, igitur non poterit amplius cognoscere, ex defectu carentię iurisdictionis.

Secundò, text. in cap. in literis de
2 offic. delegat. vbi delegatus statim atque quid pronunciat, finitur eius potestas, seu iurisdictio.

Tertiò, text. in l. iudex postquam ff. de re iudic. vbi iudex postquam sententiauit, amplius se intromittere non potest.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium est verius, & in praxi tenendum, verùm pro huius quęstionis dilucidatione distinguendæ sunt duæ conclusiones.

3 Prima sit conclusio, delegatum ad vniuersitatem causarum posse cognoscere de nullitate suæ sententiæ, ita Angel. in citata l. iudex postquam ff. de re iudic. post Alexand. in cons. 23. numer. 6. & seq. volum. 1. Alciat. in d. l. iudex in quæst. 1. Aufrer. ad Cappellam dec. 38. cuius conclusionis ratio est, quia talis delegatus æquiparatur Ordinario, iuxta communem, de qua in l. more maiorum, ff. de re iud. præsertim quantum ad hoc, vt possit iterum cognoscere, & pronunciare, si tulit sententiam nullam, & de nullitate suæ sententiæ cognoscere, prout communiter tradunt DD. de iud. ordinario, vt latè in l. cum Prætor ff. de iudic. Gloss. in cap. cum causam de appell. in capit. ne aliquid de hæret. in 6. & in c. qualiter, & quando, vers. obseruari citat. titul. de accusat.

Secunda sit conclusio, delegatum ad vnam causam, non posse iterum cognoscere, si tulit sententiam nullam, ita Artham. consil. 126. & seq. Iaffred. consil. 60. numero 4. & Aufrer. citat. loco, circa med. cuius conclusionis ratio reddi potest, quia cum sit functus officio suo, proinde iterum se ingerere nequit, & ita intelligendi text. supra citati in contrarium, & hanc conclusionem intellige, nisi iudex delegatus ad vnam causam protulerit sententiam nullam ex defectu formæ mandati, tunc enim iudex pronunciasse non videtur, si non seruauit formam mandati, pro quo facit tex. in l. qui tamen ff. ne arbitr. vbi arbiter iterum sententiat, nisi seruauit formam compromissi. Inn. in c. 1. de off. deleg. Siculus in prælegatis, c. in literis, & c. qualiter, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non potest absolutionem casuum subdelegare.*

2 *Pœnitentiario committitur nudum ministerium.*

3 *Ordinarius delegando, censetur elegisse industriam personæ.*

An cui committitur absolutio à casibus reseruatis, possit illorum absolutionem alteri delegare.

DECIS. DCXXI.

EVenit quandoquidem, vt Pœnitentiarii Ecclesiarum Cathedralium, ob impedimentum aliquod, alteri Confessario, non tamen obtinenti facultatem, circa reseruata illorum absolutionem committere seu delegare, quare fuit dubitatum, an id iure facere possent, & pro opinione affirmatiua dicebatur, quod text. in c. fin. de offic. Ord. vult quod cui competit absoluere ab excommunicatione, potest aliis absolutionem demandare, igitur & in casu, de quo verba facimus. Item pro eadem opinione allegabatur text. in cap. super quæstionum versic. nos autem de officio deleg. vbi delegatus ab Ordinario quæcunque actum requirentem causæ cognitionem, delegare potest. sequitur Sicul. in cap. cum Bertoldus de sent. & re iudic. in 6. Innoc. Spec. & Host. in titul. de legibus §. 1. vers. sed nunquid delegatus glos. fin. in clem. vnica de off. deleg. & ibi Cardin. numero 6. Tandem dicebatur, quod Capp. Thol. in decision. 13. tenuit posse delegatum ab Ordinario in casu, de quo ibi, alteri personæ committere, etiam non nominatæ, in cap. statutum de rescrip. in 6. Ex quibus omnibus videbatur posse resolui pro opinione, vt præfatus Pœnitentiarius habeat facultatem committendi absolutionem prædictorum casuum.

1 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium respondi motus.

2 Tum primo, quia cum præfato Pœnitentiario non iurisdictio, verum nudum ministerium sit commissum, igitur aliud demandare prohibetur c. fin. §. fin. de off. deleg. & ibi Panormit. numero 2. qui dixit, quod cui commissum est aliquos absoluere, dispensare cum irregularibus, vel iniungere pœnitentias, non potest aliis hoc officium committere. sequitur Felin. in ca. fin. numero 6. & seq. de rescript. post Bart. in l. imperium in 8. oppos. ff. de iurisdict. omn. iudic. Ias. in l. à iudice colum. fin. versic. limita duodecimo C. de iudiciis Roman. consil. 271. & 303. Corset. singul. 320. & idem Rom. consil. 481.

3 Tum secundò, quia Ordinarius committẽdo absolutionem casuum reseruatorum, censetur elegisse industriam personæ. argumento tex. in cap. fin. §. 1. de offic. deleg. igitur illud per alium exerceri non potest. l. inter artifices ff. de solut. Spec. in titul. de salario §. fi. versic. pen. & habetur in cap. fin. de off. leg. in 6. vbi concluditur, quod electa industria personæ est prohibita subrogatio, vel delegatio, de quo etiam per Bald. in l. vnica §. ne autem C. de caduc. toll. & ideo dicitur, quod mutata persona, mutatur conditio rei l. Paulus ff. de acq. hæred.

Non obstant contraria, & primo tex. in c. fin. de off. Ord. quia loquitur in ordinario iudice, cui non prohibetur delegare arg. text. in l. à iudice C. de iudiciis.

Nec denique obstant reliqua in oppositum allegata, quia locum habent, & procedunt in vno articulo tantum, nam bene potest delegatus

ab

ab Ordinario committere vnum articulum causæ, absque iurisdictione. Capp. Tholos. in decis. 13. & in iudice ordinario loquitur Inn. & Butrig. in ca. cum Bertoldus de sent. & re iud. Fel. in c. super quæstionum de off. deleg. Franch. in cap. cum causam de appellat. post. Bar. in l. more maiorum ff. de iurisdict. omn. iud. Et ita pariter resoluendum dixi in Pœnitentiario, qui licet prohibeatur subdelegare, tamen credo ex supradictis posse in aliquo particulari casu absolutionem committere.

SVMMARIVM.

1 *Causæ à Sede Apostolica committuntur personis in dignitate.*

2 *Quæ conclusio procedit pariter in sub delegato.*

An delegatus Apostolicus possit subdelegare personis non constitutis in dignitate.

DECIS. DCXXII.

1 CVm iuxta dispositionem tex. in c. statutum de rescript. in 6. causæ à Sede Apostolica delegari non possint, nisi personis constitutis in dignitate, quare fuit dubitatum an eadem conclusio procedat in subdelegatione, ita vt necesse sit personas quibus causę prædictę delegantur esse in dignitate constitutas, & dubium faciebat pro negatiua sententia quod tex. in d. c. statutum hoc non aperit, proinde nos extendere negligimus, ad tex. in l. si quis seruum C. de seruis fugitiuis.

Supradictis tamen minimè suffragantibus, contrarium dixi in casu mihi proposito, motus præsertim, quia eadem ratio viget in vtraque materia, tam scilicet delegationis, quam subdelegationis, propterea eadem debet esse iuris dispositio, ad tex. in l. illud ff. ad l. Aquil. & l. quod dictum ff. de pact.

Supradictis accedebat, quod cum subdelegatio dicatur etiam delegatio, cum ab ea, secundum Aretin. in cons. 22. non distinguitur, nisi quod illa est prima, hæc vero secunda delegatio nuncupatur, meritò iura loquentia de delegatione, extenduntur ad subdelegationem, & consequenter quemadmodum delegari 2
causæ non possunt, nisi personis in ecclesiastica dignitate constitutis, ita pariter subdelegari.

Facit etiam, quia in dignitate ecclesiastica esse debent omnes, qui actum iudicialem faciunt. Bellam. in decis. 81. & 126. Rauden. cons. 23. num. 6. volum. 1. Alban. cons. 22. nume. 6. & seq.

Non obstat decis. Rot. 462. vbi executores literarum Apostolicarum possunt subdelegare nudum ministerium personis non constitutis in dignitate, vel non habentibus qualitatem d. c. statutum, quia respondetur, quod intelligitur in simplici, executore, non autem in mixto, puta in eo, qui deputatur cum clausula vocatis vocandis, ita Aufrer. ad Capp. in decis. 13.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus est maior Ordinario.*

2 *Delegatus delinquens an posit puniri ab Ordinario distinguitur.*

An delegatus Apostolicus delinquens, possit conueniri coram Ordinario.

DECIS. DCXIII.

DVbium faciebat tex. in cap. sanè de offic. Ordin. vbi delegatus 1

Apostolicus est maior Ordinario, ca. sanè de off. deleg. igitur.

Cæterum resoluendum est cum distinctione, de qua per Io. Andr. & Siculum in cap. fin. de rescript. & est, quod aut delegatus delinquit, non parendo, & tunc, quia solum excessit contra Papam in non parendo mandatis ipsius, non potest per alium inferiorem puniri. Aut delinquit per se agendo, & tunc potest puniri per Ordinarium loci, quia non conuenitur vt delegatus, sed vt criminosus. Sed dicit Io. And. se non credere, quod pendente causa coram eo, possit conueniri coram Ordinario, saltem vt impediretur procedere in causa sibi delegata, nam respectu illius causæ duntaxat est maior Ordinario, vt in c. studuisti de off. deleg. Zabarella in clem. 1. de off. ord. vbi tenet, quod Præses prouinciæ permittere non debet, delegatos à Principe aliter vti sua potestate, quæ in suis literis contineatur & si formam illorum excedant, potest in eos animaduertere per d. §. volumus alleg. cap. nobilissimus 97. dist. de offic. deleg. c. cum in iure, & c. cum contingat de rescrip. & quod Ordinarius possit resisti re delegata, quando vellet procedere in casu non incluso in sua commissione, tenet Inn. in c. si quando de off. deleg. & ibi latè per Siculum, ad quod glos. singularis in c. ex literis eod. tit. quæ dicit, iudici volenti mandare executioni sententiam nullam, impune posse resistere, ad quod l. prohibitum. C. de iure fisci libr. 10. Ang. consil. 182. & 275. ad quod etiam nota Bart. in dict. l. prohibitum, & idem
2 Ang. cons. 219. dicit, quod aut Prælatus, aut subditi non debent obedire falsis, aut iniquis literis de Cancellaria Pontificali emanantibus, vel Cæsarea. l. 3. c. 51. contra ius, vel vtil. publ. & l. nec damnosa, C. de prec. Imp. offer. Immo & de facto potest resisti volentibus sub vmbra prædictarum literarum aliquam impressionem committere, non data prius copia reclamandi. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. l. 10. propterea dicit Bart. in prælleg. l. prohibitum, quod Commissarij debent suas cõmissiones priusquam illas exequantur, Curiæ Præsidis insinuare, quod bene seruatur in practica: & de hoc extant ordinationes Regiæ, & statuta synodalia quoad Curias Ecclesiasticas, & nunquid punitio delinquentium exemptorum in Episcopi territorio ad Episcopum pertineat: adde, quod licet Archiepiscopus delinquat in Diœcesi sui suffraganei, non tamen poterit puniri ab ipso suffraganeo, nec similiter ligatur idem Archiepiscopus statuto sui suffraganei, Gloss. & ibi plenè Siculus in c. 1. de raptorib. idem Sic. & Felin. in cap. cum inferior de maiorit. & obed. secus autem si non esset superior, licèt sit maior, nam poterit puniri à minore, si delinquat in territorio, Anchar. in clem. 1. de foro cõp. Bald. in cap. 1. §. ad hæc de pace iura. firm. & l. si quis seruo ad fin. C. de furt. Archid. & DD. in cap. 1. 3. q. 6. vide per Feli. in allegato cap. cùm inferior.

Non obstat tex. in ca. sanè de off. deleg. quia procedit. & locum habet in causa delegata tantum, & non in aliis, vt tradunt DD. in rubr. ff. de off. eius, & Canonist. in rubr. de off. deleg.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non potest procedere extra locum deputationis.*

2 *Redditur ratio conclusionis.*

An De-

Digitized by Google

An Delegatus Apostolicus possit procedere extra ciuitatem, in qua deputatus fuit.

DECIS. DCXXIV.

1 TExtus est apertus in c. statutum §. in nullo quoque de rescriptis in 6. probat non posse Delegatum Apostolicum procedere extra ciuitatem, vel diœcesim in qua deputatus fuit. Delegatio enim est stricti iuris, secundum Bald. in c. vnico nu. 6. & seq. de mutuis petitionib. Alciat. cons. 21. num. 7. & 10. Rota diuers. in decis. 8. par. 2. neque in rescripto delegatorio locum habet extensio de loco ad locum, vt probatur in cap. Petro cit. tit. de officio deleg. & propterea delegatum in vno loco, non posse in alio cognoscere, iuxta opinionem, qua refert decisum Hartaman. li. 2. iuris obseruat. c. 13. verba enim rescripti sunt ad vnguem seruanda, c. ad audientiam, vbi Bald. in 3. not. de rescriptis, cum rescriptum delegatorium æquiparetur mandato, cuius forma, ac fines diligenter sunt custodienda, l. diligenter ff. mandati, latè Ias. in l. quod quis in princ. C. de procuratoribus, & quicquid fit contra mandatum, est ipso iure nullum, l. cum contra, C. mandati, facit quoque, quia cum Delegatus non obtinet iurisdictionem, præterquam in loco suæ deputationis, consequenter extra illud procedere nequit, ad tex. in l. extra territorium ff. de iurisdict. omn. iudic. c. vt animarum de constitutionib.

Et hæc conclusio ampliatur, vt neque tacitus consensus ambarum partium sufficeret, secundum Monald. cons. 92. numer. 3. vol. 1. post Alban. in cons. 60. num. 6. & seq. quare si citentur, & partes non contradicunt, adhuc iudicium erit nullum, iuxta id, quod voluit glos. in d. §. in nullo, quam communiter approbari scribit Alexan. cons. 10. vol. 1. Merend. cons. 22. num. 3. Bomin. cons. 21. num. 9. & sequ. vnde secundum Panormit. in cap. nonnulli de rescript. quem refert Nouiss. in sua praxi cap. 69. nu. 15. circa medium, Delegatus censetur deputatus in certo loco, vbi dignitas ipsius iudicis est expressa in rescripto, vt si dicitur, Episcopo Nolano, videtur committi Nolę, nisi diceretur in rescripto Auersæ, vel alibi moranti, quia tunc videtur committi in loco moræ. 2

Finis Tituli Praxis Causarum Delegatarum.

PRAXIS VARIARVM DECISIONVM.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas sententiæ diffinitiuæ coram quo sit deducenda.*
2 *Dictio de nullitate, est species prouocationis.*
3 *Prouocatio ad superiorem per viam dictionis de nullitate quid operetur.*
4 *Declaratur conclusio principalis.*

Curia Archiepiscopalis an cognoscat de nullitate suæ sententiæ.

DECIS. DCXXV.

1 FVIT resolutum affirmatiuè ex firma iuris regula, quod nullitas sententiæ diffinitiuæ deduci potest coram iudice illo, qui tulit sententiã, si Ordinarius est, l. si præses, C.quom.& quando iud.& qui quidem, qui nullitatem proponit si petit pronunciari sententiã fuisse prolatam nulliter, & iterum per eundem iudicem iudicari, rectè petit & agit, l. si expressim ff.de appell.l.4.C.de accusat. & l.1.C.de sentent. potest etiam deduci coram superiore illius Ordinarij ad quem appellari potest, nam dictio de nullitate, est species prouocationis Abb. in c. cum dilecto ante numer.7.de appell.Bart.in d. l. si expressim ante num. 9. & sunt tex.in terminis de superiore in l.1. §.1. ff. quæ sent.sine appell. & in l. absentem C.de accusat.in l. quædam mulier ff.fam. ercisc. & in l. Cornelia pia ff.de iurepatron. Delegatus autem cognoscit de nullitate suæ sententiæ, sed Ordinarius inferior, l. si vt proponis C.quom. & quan. iud. hæc est Bart.traditio in d. l.si expressim sub nu.14. coram quo iudice de nullitate sit agendum, de iure autem canonico sunt tex. apertè in c. exhibita de iudic.& in d.c.dilecto, de appell. 2

3 Et prouocatio ad superiorem per viam dictionis de nullitate operatur eosdem effectus quos appellatio, nam deuoluit totam causam, suspendit iurisdictionem iudicis, à quo & omnia innouata, vti attentata retractantur, Abb.in c.consultationib. de re iudic.num.26.Card.Alex.in d. c.dilecto nu.61.vsque ad 66.Et ob illud.deuolutionis totius causæ ad superiorem resultat, quod sicut iudex appellationis ob totam causam ad se deuolutam, potest reformare sententiam

Digitized by Google

tentiam etiam ex noua causa, l.Titianus ff.quod cum eo, l. per hanc C. de temp. appell. sic possit iudex superior de nullitate aditus pronunciare sententiam nullam, & reformare, condemnando aut absoluendo, pulchrè Bar.in d. l. si expressim num.15.per tex.in d.l.1.& in d.l.1. absentem, & magis explicitè idem Bart.in d.l.si vt proponis; quibus in locis parificat, quod ad deuolutionem totius causæ appellationes, & dictionem de nullitate ad superiorem, & vtrobique sequuntur communiter cæteri, Imola & Angel. Aret.in d.l.si expressim, Abb. in d. c. dilecto sub num.6.& conclusio hęc communiter recipitur ex scriptis ab Alex.in l.iudex nu.20.ff.de re iud. & in suo cons.79.vol.1.lib.2. & est fundatum publica vtilitate ad lites finiendas, & ad euitandos circuitus inutiles, ad l.properandum C.de iudic.& cap.finem litibus de dolo & contumacia: quod propriè pertinet ad iudicis officium, l.quidam æstimauerunt ff.si cert. pet & idem Alex.cons.73.num.10.li.6. vbi amplius post Ant.Butr.in d.c dilecto col. 4. quod etiam si pars confiteatur sententiam nulliter prolatam poterit petere eam reformari ex illis actis, & audiri debet ad euitandos circuitus, & pro litium fine, sicuti sunt Dec.in c.in literis col.vlt.de off.ord. Port.Imol.cons.29.col.vlt.

4 Declaratur tamen conclusio, vt locum habeat vbi sententia est nulla ex defectu alicuius solemnitatis in se, vt quia publicata in die feriata, aut extra terminum citationis, aut alia simili accidenti concernente actum publicationis, secus si ex aliqua substantiali concernenti nullitatem processus irreparabilem veluti ob defectum libelli litis contestationis, & huiusmodi, de quibus per Bart.in l.prolatam C.de sentent. Tunc quia huiusmodi defectus adhuc durant, & sunt impugnabiles, nimirum prima illa sententia non poterit reformari, nam non est dubium, quod defectus illi inficiunt processum, & ex eo processu non potest vtiliter ferri sententia. Gloss. notab.in §.1.instit. de oblig. in verb. secundum ciuitatis iura, & Bald. in l.actori, C.de rebus cred. & in l. ex hoc iure ff.de iustit. & iure col. pen. & in specie per hanc rationem, Alex.d.cons.79.num.4. vbi ad hoc retulit in terminis sic determinasse Bal.in l.2.q.14.C. de rescind. vendit. vbi ad hoc inducit tex. optim. in c. cum dilecti de empt. & vendit. vbi formaliter sic notarunt Anchar. Imol.& Abb.idem Imol.in d. l. si expressim, vbi concludit sententiam latam contra sententiam, quia ipso iure non valet, l.post sententiam, C. de sent.& interloquut.non posse reformari per iudicem superiorem cognoscentem de nullitate, quia vitiũ præcedens nullitates adhuc durat, & latius idem Alex.cons.53. num.14. li. 5.sequitur Dec.cons. 483. numer. 8. Crau.cons.271.col.penult.& vlt. vbi propterea infert sententiam nulliter latam ex defectu peremptionis instantiæ non posse reformari, quia adhuc vitium nullitatis ob dictam causam obstans est,

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus ad hoc vt semiplenam probationem inducat, quæ requirantur.*

Testis vnicus vt faciat indicium ad torturam, debet esse omni exceptione maior.

Q373

Digitized by Google

DECIS. DCXXVI.

FVit pluries habitum pro absolutissimo in Curia Archiepisc. Neap. qualitatem hanc esse necessariam, vt præfatis testibus fides adhibeatur, ex Glos. communiter recepta in cap. 1. de consanguin. & affin. Vnde Merl. in decis. Rot. Lucen. 35. scripsit certum esse in iure, quod ad hoc vt testis vnicus faciat indicium sufficiens ad torturam, requiritur, quod sit omni exceptione maior, ad
1 effectum, vt possit inducere semiplenam probationem, prout passim affirmant DD. per tex. in l. 1. §. idem Cornelio, & in l. maritus, vbi Gloss. in verbo illicitè in fin. ff. de quæst. Marsil. in praxi §. diligenter num. 71. & 73. Carrer. in pract. de indic. & tortur §. quæ autem sint indicia nu. 3. & 5. Roland. in cons. 7. num. 3. & 10. vol. 1. Mascard. de probation. conclus. 844. num. 6. Clar. §. fin. quæst. 21. vers. vnus testis, vbi post Ruin. quem allegat. in cons. 147. post num. 3. li. 5. testatur de communi, & reprehendit iudices, qui de facili ex depositione testis inhabilis reos torquent; multos alios concordantes refert Farinac. in tit. de indic. & tort. qu. 37. num. 58. & 59. Sed in casu, de quo agitur, non erat testis integer, & propterea non debebat vllo pacto recipi & examinari, vt est tex. in cap. absens, il secondo, 3. q. 1. & in c. similiter 3. q. 5. & magis expressè tex. in cap. 1. eadem causa, & quæst. ibi (consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium non dicant) Albert. Malatesta de testib. par. 1. cap. 1. nu. 51. vbi dicit, quod hoc est certum, secundum omnes, & innumeros sequaces, refert Farinac. in tit. de opposit. contra personam testium qu. 54. num. 5. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Post publicatũ in causa, testes amplius produci non possint, etiam in causa matrimoniali.*
2 *Contrarium adducitur decisum.*
3 *Sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam.*
4 *Respondetur contrariis.*

An in causa matrimoniali testes post publicationem produci possint.

DECIS. DCXXVII.

ACcidit in Curia Archiepisc. dubitari circa præsentem articulum, & dubium faciebat propter præsumptionem subornationis testium euitandæ, vt in auth. de testi. §. istud coll. 7. & in auth. at qui semel C. de probat. & cap. fraternitatis de test. vbi prohibentur iterum produci testes post publicationem super eisdem articulis, vel directò contrariis, clement. 2. de testibus, secus super aliis articulis à prioribus dependentibus, d. c. fraternitatis, & no. etiam in l. per hanc C. de temp. appellat. & maximè quando aliquid additur de nouo, licet reperiatur materia antiqui articuli, c. cum causa de testi. & pro ista parte facit cap. 1
iuramenti de prob. vbi etiam in causa matrimoniali post publicationem testium prohibentur iterũ produci super eisdem articulis, seu directo contrariis: quia non debet permitti occasio peccati, propter timorem subornationis testium, vt supra dictum fuit.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit decisum in Curia Archiepisc. & moti fuimus per tex. causa matrimonij de pro-

probat.c.series c.cum tua de testi.ca. sicut in fin. de spon. & ibi per gloss. quia iudex in causa matrimoniali tamdiu debet cognoscere donec fuerit plenè instructus, vt ibi habetur. Quia in causa matrimoniali etiam proceditur ex officio iudicis, c. cum in tua de spons. Et pro hac parte etiam facit c.1.de consang, & affin. & maximè quando agitur de matrimonio contracto per verba de pręsenti, propter periculum animæ, & speciali in causa matrimonij, secundum gl.in d.c.series, & hoc siue in eadem instantia, siue in alia, secundum Pan.in d.c.series,
3 quia sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam, c. lator.c.tenor ca.consanguinei de re iudic.secus si sententia esset lata pro matrimonio, quia tunc transiret in rem iudicatam propter rationem, c. licet ex quodam in fin. de testi. & idem esset in publicatione testium, quando esset facta probatio pro matrimonio: quia tunc post publicationem testium non admitterentur alij testes propter matrimonium super eisdem articulis, vel directò contrariis, quia isto casu à pari procedunt sententia, & publicatio testium, iuxta notata per Ant.de Butr. & Panorm d.c.iurauit, de probationibus.

4 Non obstant contrarij, præsertim testes in cap.iurauit, vbi videtur probari, quod etiam in causa matrimoniali publicatis attestationibus, non admittuntur alij testes super eisdem articulis, vel directò contrariis, sed ad istud potest responderi secundum quod d. cap.habet plures intellectus, quia secundum verum & communem intellectum, quod ibi loquitur de matrimonio contrahendo per verba de futuro: secus quando agitur de matrimonio contracto per verba de præsenti, vbi vertitur periculum animæ seu peccati, quia partes possunt se inuicem quittare, c.2.de spon.

SVMMARIVM.

1 *Ritus Cur. Archiepisc.*
2 *Carcer est introductus ad pœnam de iure canon.*
3 *Afflictio non est addenda afflicto.*
4 *Limita conclusionem principalem in carcerato propter debita, vel interesse partis.*

Tempus carceris post sententiam, an computetur in tempore exilij

DECIS. DCXXVIII.

PRaxis Curiæ Archiep. Neapolitanæ est, vt si condemnatus in exilium per eandem Curiam detineatur carceratus, tunc tempus carceris computatur in tempore exilij, quæ praxis sumpsit originem ex tex. in l. omnes C. de pœnis, quem sic intelligunt Salyc. Fulg. Bald. & reliqui in d. l. quod iustissima ratione sancitum videtur, ne afflicto addatur afflictio, vt dicit Glos.in cit. l. omne, item quia carcer dicitur quoque pœna, l.aut damnum in fi. ff. de pœnis. Hinc est, quod iudices quandoquidem pronunciant carcerem succedi loco pœnæ, vt per Liuium decis.2001. Carcer enim squallor appellatur, l.2.C. de cust. reor. Bant. cons.166.numer.6. diciturque etiam mala mansio, secundum Bald. in cons.23.vol.1. & inter seruitutis species quandoquidem connumeratur, Gloss.in l.si hominem, vers. extensum ff.depositi. Neuiz.cons.52. num.9.Aret.cons.192.nume.3.volu.1. Rolan.cons.57.num.4. volu.3. & car- 1

Digitized by Google

ceratus dicitur quotidie grauari, Crot.in c.ſuper eo in 2.not. de ap-
2 pellationibus Marſ.in l.1. in fin.ff.de quæſt. Immo de iure canonico carcer eſt maior pœna, quæ infligi poſſit,quia ſuccedit loco mortis,ca.pen & cap.fin.de hæret. Creſcent. deciſ. 9.num.4.de probat.& hinc eſt,quod carceratus(diu)mitius punitur,iuxta opinionem, quam communem refert, & ſequitur Medic. in cap. erit num.98.4.diſt. Quare ex prædictis videbatur dicendum tempus carceris ſuccedi in locum exilij, & hanc eandem opinionem tenuit Mangrell.ad Bart. in l. aut damnum §. quiſquis ff.de pœn.Baiar.ad Clar. in §.fin.qu.71.num.6.& Franc. Viu. in deciſ.504.in fin. Capiblanc. in tract. de Baron.fol.292.nume.17. & Ann. iun.collect.450.Peir.Caball. in reſolut.crim.caſu 142.col.1.& ita quoque iudicaſſe Sac. Conſ. refert de Franc. deciſ.317.

Sed hoc ita demum procedit ſi per iudicem ſtat, quod carceratus non accedat ad ſeruandum exilium, quia hoc caſu cum non deberet ſtare in carcere, tempus carceris computatur in tempore exilij, ne condemnatus duas patiatur pœnas, vnam ſcilicet carceris, & alteram e-
3 xilij, & ne eo modo afflictio addatur afflicto: ſecus autem ſi non facto iudicis non acceſſit condemnatus ad obſeruandum exilium, ſed alia iuſta de cauſa, puta propter de-
4 bita, vel intereſſe partis, quia tunc tempus carceris non minuit tempus exilij, nec procedit deciſio d. l. omnes,& præfatorum Doctorum,vt punctualiter determinat Vinc. de Franch.d.deciſ.317.ſub numer.1.& 2. hoc modo poteſt intelligi tex. in d.l. aut damnum §. quiſquis ff. de pœnis, per quem notat ibi Bart. in fin. ſub nu. 2. & poſt eum Gomez.tomo 3.var.reſol.de delict.c.8. de exilio, & releg.ſub num.2.ante fin.verſ. etiam adde quod tempus quo quis ſtat in carcere, non computatur in tempore exilij, ſed illud tempus computatur à tempore quo acceſſit ad exilium,licet Vinc.de Franch. loco cit. nu.3.videatur intelligere illum tex. & dictum Bart. & Gomez.in tempore carceris ante ſententiam, vt ſcilicet tale tempus non computetur in tempore exilij,nec de illo deducatur tanquam decurſum ante condemnationem, quod voluit ibi gloſſ.in verb.fuerit, & verum eſt in ſe,ſed non conuenit literæ,d.§. quiſquis,nec verbis Bar. ibidem, quæ ſi rectè conſiderentur, videntur loqui de tempore carceris poſt ſententiam condemnatoriam, & quicquid ſit, ſatis eſt, quod vbi ex alia cauſa, quam ex culpa & defectu iudicis reus poſt ſententiam retinetur in carcere,non poteſt prętendere,quod tempus,quo ſtetit carceratus poſt dictam condemnationem exilij temporalis debeat deduci de condemnatione, quemadmodum non poſſent prætendere, quod de eadem condemnatione deduceretur tempus quo ante condemnationem ſtetiſſet carceratus, vt dicit Franch. in d.deciſ.317.num.2.& 3. & veriſſimum eſt, licet de carcere ante ſententiam habito ſoleat in condemnatione haberi ratio,vt dictum fuit ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Cauſa allegatio non ſufficit, niſi illa probetur.*
3 *Diſpoſita per Conc. Trid.circa hunc articulum.*
4 *Deciſio Car. Archiep.*

Cauſa

Causa iustæ absentiæ Parochi, an debeat probari iudicialiter coram Episcopo.

DECIS. DCXXIX.

1 CVm iuxta dispositionem Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de reform. sit sancitum, vt Parochus valeat abesse ex causa iustæ absentiæ, probari debeat coram Episcopo, quare fuit dubitatum an sufficiat causam præfatam coram episcopo proponere, an

2 verò necesse sit illam iudicialiter verificare. Et primò videbatur resoluendum pro iudiciali iustificatione, ex regula iuris, quæ se habet, non sufficere causæ allegationem, nisi iudicialiter illa probetur, vt voluit Bal. in consil. 329. num. 6. & seq. volum. 2. Burs. in consilio 23. numero 6. volu. 1. Merend. consil. 21. numero 4. Petr. de Benint. Rot. Bononien. in decision. 1. num. 2. vbi quoque voluit causę cognitionem esse de iure diuino, propterea nequaquam omittendam, & ante eum hoc idem tenuit Panorm. in c. 1. in 3. col. de causa possess. & propr. sequitur Mars. in sua pract. §. nunc videndum col. 8. cum seq. versic. sed vltra omnia numero 21. & 22. & si aliasfirmaremus, posset euenire, quod causa, super qua fundatur licentia esset falsa, secundum Bart. in l. si Præses C. de præd. minorum, Castr. in l. cum hi §. vulg. igitur ff. de transact. Cuman. consil. 180. col. 2. Card. cons. 89. & 95. quare videbatur ex prædictis concludendum non sufficere causam allegare, verùm necesse esse illam probare.

3 His accedat, quod Sac. Concil. loco cit. ponit duo concurrenda, vt dicta licentia cōcedatur, scilicet, quod causa sit rationabilis: item quòd sit probata ab Episcopo, & in scriptis sequitur Tolet. lib. 5. instruct. Sacerd. c. 5. Henriquez consilio 91. numero 6. Bomin. consilio 22. numero 29. & sequent. & probationes debent fieri iudicibus, & sic iudicialiter, secundum Lanfr. alios referens in rubr. de prob. num. 16.

Cæterum in Curia Archiepiscop. coram Illustrissim. Domino fuit concessa licentia cuidam Parocho se absentandi per duos menses, ex sola allegatione, quod volebat Romam adire pro suis negotiis peragendis.

SVMMARIVM.

1 *Relegatus potest, finito tempore, redire absque licentia ad locum à quo fuit relegatus, & ita fuit decisum.*

2 *Fortificatur decis. auctoritate, & ratione, numer. 3.*

Relegatus, finito exilio, an redire, possit absque licentia Curiæ.

DECIS. DCXXX.

FVit iudicatum relegatum, vel exulem infra tempus, finito tempore absque licentia Curiæ posse ad locum, à quo fuit relegatus, redire. quæ decisio fulcitur auctoritate, & ratione.

Auctoritate enim probatur, & fundatur ex Bal. in cons. 3. volum. 5. Dec. consil. 61. volum. 1. Alban. consil. 60. numero 6. & sequent. Mandellus consil. 31. numero 4. Burlat. consil. 123. qui omnes tenent, quod finito tempore possit redire absque noua licentia Curiæ, & dicunt non obstare doctrinam Castren. in con-

trarium in l.Imperator ff. de postulando, quia intelligitur quando quis mortuus est infra tempus relegationis, quia vt duci possit, exigitur licentia Principis, secus si tempus esset finitum, quia tunc posset liberè redire.

Ratione verò probatur, quia prohibitum ad tempus, post illud censetur permissum, ad tex. in l. Imperator ff. de postulando.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *In delictis voluntas, & non exitus consideratur.*
3 *Exitus acta probat.*
4 *Decisio quæstionis.*
5 *Corpora mille perire melius est, quàm vnam animam.*
6 *Dies obseruare in medendo, vel seminando, an liceat.*
7 *Reuelationis causa pertinet ad Inquisitorem.*

An faciens sortilegia, incantationesue ad bonum finem, sit puniendus.

DECIS. DCXXXI.

1 IN Curia Archiepisc. detinebatur quædam mulier iam decrepita annorum octuaginta, quæ palam, & publicè multa sacrilegia faciebat, prædicando furta, infirmitates absentibus, dando pariter varia medicamenta: quare constituta coram Domino Vicario, eiusdem interrogationibus respondit, se prædicta fecisse ad bonum finem, & multos adiuuando: vnde fuit dubitatum, an veniebat aliqua pœna plectenda, & dubium mihi faciebat pro opinione negatiua, quia in delictis voluntas,
2 non exitus spectatur, l. Diuus ff. de sicariis, cum voluntas, & propositum distinguant maleficia, l. verum ff. de furt. Hinc est, quod homicidium animo deliberato commissum in alterius personam, cui homicida nocere nolebat, non punitur pœna ordinaria, iuxta opinionem, quam refert Thesaur. in decis. 242. Item dicebatur, quod finis, & intentio præfatę mulieris attendi debebat, quæ si bona erat, actus quoque bonus pręsumi debebat, ad text. in l. rem non nouam in verbo causę enim, C. de iudiciis, & dici solet, quod exitus acta probat. ca. suscipimus de homicid. & 3
finis, non pugna coronat, cap. qualis 25. distinct. vnde Crau. consil. 136. numero 14. dicit quod ad finem omnia regulantur, sequitur Dec. consil. 224. numer. 5. vol. 1. & dixit Bal. in l. 1. colu. 2. ff. quod cuiusque vniuers. quod lege Principum reputantur licitæ, vel illicitę, secundum finem ad quem fiunt: voluit quoque Alexan. in cons. 29. nu. 4. Merend. consil. 60. numer. 6. vol. 1.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit dictum, 4
scilicet pręfatam mulierem omnino esse puniendam, de qua decisione mirandum quippe non est, siquidem pro ea extant text. in terminis præsertim c. illos 26. quæst. 2. c. ex tuarum de sortileg. & cap. fin. eod. tit. quibus iuribus probatur, quod facientes incantationes ad finem bonum, de iure canonico sunt puniẽdi, quicquid de iure ciuili reperiatur sancitũ in l. eorum C. de malef. supradictis accedebat regula illa, non licere inuocare auxilium dæmonis etiam pro mille corporum sanitatibus: quia minus detrimentum est, quod pereant mil- 5
le corpora, quam quod pereat vna anima, vt probatur expressè in ca. admonet 26. q. 6. dicens: hæc omnia esse laqueos, & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur.

Tan-

Digitized by Google

Tandem faciebat pro hac eadem opinione decis. Franch. Marci 729. quam refert, & sequitur Carrottius
6 in decis.88. vbi habetur, obseruationes dierum in medicinis per Medicos exhibendis, in seminandis, & exigendis fructibus omnino damnandas esse: quare secundum Simanc. in tract. de Catholicis institution. capit.
7 29. num. 15. qui reuelat tanquam diuinator aliquod futurum, seu aliquod factum præteritum quod naturaliter scire non potuisset, esset interrogandum ab Inquisitore. Scacc. cap. 12. numer. 32. in fin. & numer. 41. & apparet resolutio facultatis Theologicæ Parisiens. anno Domini 1398. die 19 Septembr. vbi ita legitur in 5. & 6. art.

SVMMARIVM.

1 *Assistentia clerici in delictis non est punienda vbi casu illa fit, adducitur ad hoc decis. Cur. Archiepiscop. & decis. Rot. diuers. numero 2.*

3 *Redditur ratio decisionis.*

4 *In delictis attenditur animus, & voluntas, non autem exitus, & veritas.*

Assistentia Clerici in delictis, quando sit punibilis.

DECIS. DCXXXII.

1 FVit pluries dictum in Cur. Archiep. assistentiam in delictis non esse puniendam vbi casu illa contingit, ex doctrina Blanchet. in sua prax. crim. sub rub. defensiones per imputato. de auxilio, post alios ibi per eum citatos, tenentes, neminem puniri posse ob tale auxilium, & iuxta hanc
2 opinionem fuisse decisum refert Rot. diuers. Lucens. dec. 39.

Cuius decisionis ratio reddi potest ex carentia doli, quo cessante, delictum non committitur, neque punitur l. quod reipublicæ ff. de iniur. l. 1. §. Diuus Adrianus ff. ad l. Cornel. de sicar. cum in delictis attendatur animus, & voluntas, non autem exitus, & veritas, vt dicit tex. in l. Diuus Adrianus ff. ad l. Corn. de sicar. l. si quis seruo, C. de furt. Tiraq. de pœnit. causa 52. num. 2. Anton. Gomez. de delict. tomo 3. capit. 3. titul. de homicid. num. 15. 3 4

SVMMARIVM.

1 *Mulier quod possit ob morbum gallicũ petere separationem matrimonij probatur ex duobus numero 2. & 5. Contrarium seruatur in praxi numero 6. & hoc ex duobus numero 7. & 8.*

3 *Coniux febre laborans nõ tenetur reddere debitum.*

4 *Coniuges possunt se excusare à reddẽdo debitum post prandium nuper desumptum.*

An morbus gallicus, vulgò *mal. Francese*, inducat iustam causam separandi matrimonium.

DECIS. DCXXXIII.

FVit dubitatum in Curia Archiepiscop. an ob morbum Gallicum possit vxor petere separationem matrimonii, & dubitationem faciebant pro affirmatiua opinione nonnulla. 1

Primo, quia ob periculum, seu detrimentum salutis non tenentur cõiuges adinuicem cohabitare, quia vitæ dominium minimè habent, atque ita curam moderatam illius tuendæ habere obligantur, nec illam graui discrimine exponendi, v-

Digitized by Google

bi vrgentior causa non cogit, ita Sot.
4. distinct.321.q.vnic.art.1.concl.1. v-
bi Celaia q.1.arg.2.dicens, esse gra-
ue peccatum. Ledesm. dicens fortè
esse culpam lethalem 2.part.4.q.66.
art.1.fol.124.col.4. §. sed in opposi-
tum, Sotus lect.16.de matrim. §.sunt
etiam præter hæc, vbi docet suo ex
genere esse hoc mortale, atque clarè
sentiunt Caiet. in summa, verb. ma-
trimonium c.vlt. de peccatis in vsu
matrimonii, versic. quarto & Armill.
numer.68. vbi dicunt esse mortalem,
vsum coniugii in notabili damno
proprio, & licet non explicet de red-
ditione, at indistinctè loquuntur de
actu coniugali: vnde coniugem fe-
bre laborantem, non teneri reddere
3 debitum. Paludan.4.distinct.32.qu.1.
art.2.num.7. vbi dicit coniugem in-
firmam non teneri reddere, & do-
cent. Sot.4.d.32.q.vnic.art.1.ad 2. Le-
4 desma 2.part.4.q.66. art.1. Hinc est,
quod post prandium nuper desum-
ptum sæpè excusantur coniuges à
reddendo debito, quia, teste Vega de
arte medendi lib.2.c.4. qui, cibo nu-
per desumpto, coierit, cruditatem
patietur, aut ciborum corruptionē,
nisi validus admodum fuerit, & is si
multoties id iteiauerit, manifestè lę-
detur, ex Palud.4.d.32.qu.1.art.2. nu-
mero 8. refert se à Medico quodam
didicisse, virum quendam in phtisim
incidisse, quia solitus erat post pran-
dium cognoscere vxorem.

Secundo, quia in propriis termi-
5 nis, quando alter coniugum laborat
morbo gallico, quando non tenean-
tur cohabitare, tenuerũt Vict. de ma-
trimon. numer.275. Sot.4.distinct.32.
q.vnic.art.1.ad 2. versic. imo verò vbi
Celaia qu.1.arg.2. Palacios disput. 1.
Henriquez lib.11. de matrim. cap.18.
num.7. Ledesma de matr.q.64. art.1.
dub.2. Imo idē de quocunq; morbo
contagioso dicendum est ob eandem
rationem. Med. C. de restitut. quæst.
19.§. vltim. Ledesm.2.part.4.quęstio.
66. artic.1. & idem Ledesma dub.72.
de matrim. conclus. 1. Armilla verbo
debitum numer.3. & verb. matrimo-
nium num.96. Costa de remed. sub-
sid. cap.13.

Cæterum supradictis minimè suf-
fragantibus, contrarium obseruatur
in praxi, & hoc ex pluribus.

Tum primo, quia lepra æquipa- 7
ratur morbo gallico, tamen non est
iusta causa inducendi separationem,
cap.1. & 2. de coniug. lepros. ibi, *Ma-
damus quatenus vt vxores viros, & vi-
ri vxores, qui lepra morbum incurrunt
sequantur, & eis cōiugali affectione mi-
nistrēt, solitis exhortationibus inducere
non postponas: si vero ad hoc induci non
potuerint, eis arctius iniungas, vt vter-
que altero viuente continentiam seruet.*
Et in d.c.2. dicitur, *Quoniam nemini
licet excepta causa fornicationis, vxorē
dimittere: cōstat, quod siue mulier lepra
percussa fuerit, seu alia graui infirmita-
te detenta, non est à viro propterea sepa-
randa, aut etiam dimittenda.* Idemq;
videtur probare text. c. si vxorem 32.
quæst.5. quod est ex D. Aug. de serm.
Domini in monte libr.1.c.33. ibi, *Si v-
xorem quis habeat sterilem, vel si quid
aliud, siue morbus, laboribus, & dolori-
bus confectam, & quicquid, excepta for-
nicationis causa, vehementer horribile
excogitari potest, pro societate, fideque
sustineat.*

Tum secundo, quia hodie facili- 8
ma est medela præfati morbi, &
consequenter iudicauimus non esse
concedendam separationem.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Quicquid calore iracundiæ fit, pro ni-
hilo habetur.*
3 *Iuramentum calore iracūdiæ emana-
tum,*

tum non obligat.

4 *Confessio facta calore iracundiæ, non valet.*

5 *Prouocatio facta calore iracundiæ, minuit pœnam.*

6 *Qui calore iracundiæ publicè Deum, vel B. Virginem blasphemat, est mitius puniendus, limita numer. 7.*

Calor iracundiæ an excuset à pœnis duelli.

DECIS. DCXXXIV.

1 CVria Episcopalis Bitonti cum condemnasset duos Clericos, pronunciando illos incidisse in censuras, & pœnas duelli iuxta Bullam Clement. VIII. & cum præfati clerici appellassent ad Curiam Archiepiscopalem Baren. fuit commissa mi[...] causa hæc à Domino Aloysio [...]sualdo Equite vltra sanguinis nobilitatem, omni virtutum genere ornatissimo, pronunciaui in fauorem supradictorum Clericorum, motus, quia si calore iracundiæ duellum contingat, dimicantes non incidunt in pœnas duelli, ex regula iuris, quod
2 quicquid fit calore iracundiæ, pro nihilo habetur l. quicquid calore ff. de regul. iuris, quemadmodum dicimus de exhæredatione filiorum calore iracundiæ factam Ias. in l. si filia C. de inoffic. testam. similiter votum factum calore iracundiæ, non obligat. glos. est reputata sing. in cap. dudum in verbo calor. & ibi Ioan. Ant. & Panormit. de conuers. coniug. & est similis glos. in cap. sunt, qui opes
3 11. q. 4. Similiter nec iuramentum calore iracundiæ interpositum obligat, l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. c. sicut 1. de iureiuran. Eodem modo cõfessio facta calore iracundiæ, non valet, gl. est sing. in capit. ex literis de diuort. quam ibi not. & sequitur Panormit. & in d. c. dudum & in c. fin. 4. col. de conf. & in cap. afferte in 11. col. de præsumpt. & in ca. cum venerabilis in 3. col. de except. & alibi sæpè. Eodem modo accusatio facta calore iracundiæ debet per iudicem aboleri, l. 1. C. de abol. Similiter si quis acceperat secundum beneficium curatum calore iracundiæ, non dicitur vacare primum, iuxta c. de multa de præb. & ita tenet ibidem Panormit. in 4. col. & Ias. in l. si filius. 4

Insuper dicebam in propriis terminis esse decisionem Lud. 11. qui voluit, quod si calore iracundiæ se ad duellum irritauerunt, & incontinenti vnus ex eis accessit ad locum causa dimicandi, & alter non venit, quod accessus non dicitur deliberatus, credit prouocantem non incidisse in censuras, sequitur Zened. in collect. 18. par. 2. Graff. cons. 4. de homicid. Quarant. in summa Bull. verb. duell. Rodriquez capit. 142. & ratio est, quia prouocatio facta calore iracundiæ minuit pœnam, probatur, in l. 1. C. si quis Imperator maledix. & in l. famosi, ibi, *sub sing.* ff. ad l. Iul. Maiest. & in cap. si quis irascitur 13. q. 2. & in c. inebriauerunt quæst. 5. 1. & in cap. cum apud Thessalonicam 11. q. 3. immo glos. in c. ex literis de diuortiis, dicit, quòd confessio facta calore iracundiæ, non nocet, & idem de iniuria verbali, & manente calore iracundiæ, quod esset valde pulchrum 5
ad euitandam pœnam statuti, quod intellige quando calor iracundiæ esset tantus, quod illud deliberatè non fecisset, Fel. in c. sicut ex literis de iureiu. quemadmodum dicimus, si quis post calorem perseuerasset in eadem voluntate. per text in cit. cap. si quis iratus notat Bart. in d. l. quicquid calore, & in simili in l. citatio, in principio. ff. de publicanis, quia tunc non excusaretur, sicut excusantur ij, qui

ob verum calorem delictum patrarunt, secundum Ias. in citat. l. si filii,
6 qui voluit, quod qui calore iracundiæ Deum, vel Virginem publicè blasphemat, debet mitius puniri, nec habet tunc locum pœna, c. 2. de maled. secundum Archid. in ca. quid ergo circa fin. 23. q. 5. allegat ita tenere Goffredum in d. cap. 2. vbi Panorm.
7 & Anan. limitant nisi ex iniusta causa esset prouocatus puta ex amissione pecuniæ facta in ludo, d. cap. inebriauerunt, 11. q. 1. facit, quod notat Panorm. in c. 1. in 2 not. de his, qui filios occid. Vnde Zened. his visus fuerit verbis, non incidere hodie in pœnas Sacr. Conc. Trident. in c. 19. illos, qui calore iracundiæ se inuitarent ad duellum, & incontinenti accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata, quod secus est dicendum, quando ex animo deliberato ad eam accederent, licet absque patrino, nec in campo franco, tunc enim eos incurrere in dictas pœnas concludit: quare cum calor iracundiæ, vt supra diximus, minuat pœnam delicti, vel faciat actum, ac si non esset factus, fit quod prouocatio ad duellum ex calore iracundiæ operetur vt prouocans non incurrat excommunicationem.

SVMMARIVM.

1 *Iuris ignorantia neminem excusat.*
2 *Iuris ignorantia dicitur lata culpa.*
3 *Statuta post duos menses ligant etiam ignorantes.*
4 *Ignorantia regularum non omnes excusat.*

An ignorantia Bullæ Clement VIII. excuset quem à pœna duelli.

DECIS. DCXXXV.

Respódi negatiuè, ex regula vulgata, iuris ignorantiam neminem excusare, l. error. C. de iur. & fact. ignor. & c. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. quoniam scire iura quilibet tenetur, l. leges C. de leg. 1

Imò iuris ignorantia dicitur dubio procul lata culpa, vt per Alexan. cons. 77. col. 2. vol. 3. Bart. in l. quod Nerua col. 6. ff. depos. Riminald. iun. consil. 484. Annus nu. 20. vol. 5. Bertran. consil. 278. 2

In tantum, quod statuta ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis, vt dixerunt Abb. Dec. Bero. num. 49. & 52. & alij omnes vniuersaliter in c. cognoscentes de constit. 3

Nec ignorantia regularum excusat omnes sicut ignorantia extrauagantium, vt tradit Abb. & alij omnes in c. pastoralis de fide instrument. & Bald. in c. ex causis de re iudic. Riminald. Iun. consil. 462. proponitur nu. 3. & 61. vol. 4. 4

Id tantum, quod ignorantia iuris quoad fructus minimè gentium cōstiterit aliquem in mala fide Bart. in l. hæredem ff. de his quibus vt indig. & in l. si fur. in princ. ff. de vsu. Menoch. consl. 214. numero 44. vol. 3. Io. Andr. Dy. & Philipp. Franch. num. 2. in capit. qui contra extra de reg. iur. in 6. nam ignorantia iuris causat præsumptam malam fidem, Doct. consl. 130. nu. 5.

Et tantò magis ignorantia ipsa iuris non excusat, quanto quod quis potuerit consulere peritiores, idque aliter non egit, vt per Gloss. Alex. Ias. & Dec. & alios vniformiter omnes in l. iuris ignorantia C. qui admit. attamen ignorantia iuris excusat. vbi dolus requiritur, vt per Angel. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iudic.

Digitized by Google

dic. Dec.consil.604.col.2.consil. 605. & 667.num.6. quibus in locis vna simul cum Ruin.consil.23.libr. 1. consuluere pro Duce Grauinæ, cum non teneri pœna criminis læsæ Maiestatis vel alia, licet sumpserit arma cum inimicis Cæsareæ Maiestatis contra Terras ipsius, ex quo dolus, qui crediderit sibi id licuisse, quoniam licẽtiam tunc habebat Viceregis Regni componendi se cum inimicis ipsis pro statu suo recuperando: prout in casu simili in causa Syndicatorum ciuitatis Canusij, dum tractabatur de pœna incursa per eos in arctando Capitaneo syndicando terminum Regiæ pragmaticæ, ita extitit iudicatum in Sacra Regia Audientia Prouinciæ Terræ Bari, sub die 1. Ianuarij 1589. assistente tunc in ea Auditore Viu. prout ipsemet refert in decis.sua 253.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Birruarij dicuntur viles personæ.*
2 *Nullus dicitur idoneus testis in facto proprio.*
3 *Nuncio de facto proprio non creditur*

Cursoribus Cur. Archiepis. an sit credendum de violentia, & verberibus ipsis illatis in capiendis delinquentibus.

DECIS. DCXXXVI.

Dubitationem faciebat pro opinione negatiua, quod cum birruarij communiter apud omnes reputati sint infames: & huiusmodi e-
1 xercitio, vt plurimum, non nisi vilissimi, & omni vitiorum genere aspersi applicentur, vt notum est, & in specie scripserunt Bald.in l.fin.in 8.q.C. de edi.diui Adria. tollen. post num. 47.idem Bal.Salic.& Inn. in locis relatis per Bero.q.84.num.1.Aufrer. de reprobat.test. num.11.vers. birruarius in princ. Clarus in pract.crim.§.fin. quæst. .versic.habes igitur in fin. & alij plerique per nos allegandi Doctores, & maximè ad condemnandum, secundum Mart.in voto 80.nu. 6.& Gramm.in voto 21.nume. 1.Boro.in q.84.num. 1.Ioseph.Lud.in decis.Rot.Lucens.1.num.3. Mascard.de probat.conclus.189.in princ. volum. 1.Viu.in dec.19.num. 6. latissimè omnium Farinac. in titul. de opposit. contra testes quæst.57.art. 11. nu. 370. cum sequent.

Item dicebatur præfatis cursoribus 2
minimè credendum, vti deponentibus in causa propria, l. nullus ff. de testibus. Vnde Bart.in l.1.§. cura carnis ad finem ff.de offic. præf.vrb.vo- 3
luit non credi nuncio de facto alieno, puta, quod talis commiserit homicidium, nisi alias afferat probationes, idem in effectu tenet Afflict. in constit.Reg.lib.2.rubr.10.de his, qui fideiussor.dare poss.in 6.notab.num. 30.versic. amplius quero pro declaratione, vbi inquit primo quod non sufficit probare crimen per istos capientes, quia sunt loco accusatorum, qui non possunt esse testes, & quia videntur deponere in causam suam.

Et quod non habeantur pro integris testibus, sequitur Bertaz. in addit.ad consil.crimin.sui patris consil. 219.incip.repetitus, in addit. sub litera A.in versic.sed quæstio est, vbi cæteros refert, & est dictum Bart.in extrauag.ad reprimendum in verb.per nuncium in fin.sub numero 10. nec dissentire videtur Clar.tract. crim.q. 3.sub num.2.Caball.resol.crimin.casu 126.

Cæterum supradictis minimè suf-

Digitized by Google

fragantibus, contrarium fuit resolutum ea quidem ratione, quia præfatis birruariis creditur in his, quæ ad eorum officium pertinent, ad tex. in c. cum parati, & in capit. ad audientiam de rescript. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 112. num. 2. Nat. conſil. 170. num. 6. Vulp. conſil. 38. Bertaz. filius conſil. 219. & in propriis terminis, quod eis credendum ſit de violentia & verberibus ipſis illatis, videndi ſunt Guid. Pap. in dec. 626. referens iuxta hanc opinionem fuiſſe iudicatum in Curia Tholoſana, & pariter deciſum refert Rota Luc. diuerſ. 21.

Supradictis addebatur, quod voluit Clar. §. fin. quæſt. 8. nu. 2. & quod ante eum voluit Corn. in conſ. 217. in princip. volum. 1. vbi loquens in rixa inter quoſdam cum percuſſionibus, & vulneribus noctis tempore, ſequuta ſuper birruarij, dum depoſuerunt dicit, quod licet iſti teſtes, vti viles, non recipiantur, tamen ex quo delictum eſt perpetratum de nocte, ex quo veriſimiliter non interuenerunt aliæ perſonæ, probant, vel ſaltem faciunt indicium ad torturam, ſequitur Foller. in prax. part. 2. verſic. in fraganti crimine, immo Crat. in conſil. 33. numer. 22. voluit, præfatas perſonas admitti in teſtes in actibus, in quibus ipſi interuenerint, ſi alio non laborant vitio, quàm quod ſint birruarij.

Quæ omnia magis procedunt, ac locum ſibi vendicent in curſoribus Cur. Archiepiſcop. in quibus ceſſat vtilitas ſupra conſiderata, & cum ſint clerici, & inter eccleſiaſticas perſonas connumerentur, propter ea pluries cenſuit Curia Archiepiſcop. eis eſſe credendum ſaltem quo ad faciendum indicium.

SVMMARIVM.

1 Perſonæ eligendæ in conſtitutione Synodi quas qualitates debeant habere, vt ſatisfiat menti Concil. Trident.

2 Canonici eccleſiæ Collegiatæ an poſſint eligi pro Synodo conſtituendo, pro negatiua adducuntur duo, numer. 3. & 4.

5 Contrarium tenet auctor ex tribus, de quibus num. 6. 7. & 8.

Canonici Eccleſiæ Collegiatæ an poſſint conſtitui iudices ſynodales.

DECIS. DCXXXVII.

EXtat ſancitum in Conc. Trident cap. 10. ſeſſ. 25. de reform. quod in Synodalibus conſtitutionibus ligantur perſonę quæ habeant qualitates ad diſpoſitionem conſtitutionis Bonifacii VIII. quæ regiſtrata reperitur in c. ſtatutum de reſcript. in 6. quibus cauſæ in partibus delegari poſſint quæ qualitates ſunt vt ſint in dignitate & perſonatum habeant, 1
aut canonicatum in Cathedrali, qua diſpoſitione ſtante quæritur, an canonici Eccleſiæ collegiatæ ad id aſſumi poſſint, & dubium mihi faciebat, quod iura loquentia de canonicis intelligenda ſunt de propriè & verè canonicis, quales ſunt qui inſeruiunt eccleſiæ Cathedrali Artam. in conſil. 60. numero 7. Balb. conſil. 50. num. 4. Rube. conſil. 29. numer. 7. & ſeq. Alban. conſil. 1. num. 4. & 7. Vnde text. in c. ſtatutum de reſcript. volens, quod cauſæ non committātur niſi perſonæ in dignitate conſtitutæ, ampliatur vt procedit quoque in canonicis eccleſiæ Cathedralis tantum, non in aliis, vt per Achil. de Graſſ. in deciſ. 1. de reſcript. & Caputaquen.

taquen.in dec.94.par.1.

4 Secundo faciebat glos. pro eadem opinione, d.capit. statutum in verb. quædam de rescript.vbi solum canonicis Ecclesiæ Cathedralis causæ committi possunt,igitur non aliis.

5 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium dixi ex pluribus.

6 Tum primò, quia in ecclesia Collegiata solent adesse Canonici obtinentes dignitatem, & Collegiata dicitur quoque habere in se dignitatem,vt per Seraph.in decis.22.parte 1.

7 Tum secundo, quia Canonici ecclesiæ Collegiatæ in nonnullis æquipollent Canonicis ecclesiæ Cathedralis,vt per eundem Seraph.in dec. 1223.&1226.

8 Tum denique, quia secundum Gemin.in c.nullus nume.6.de elect. quælibet causæ committi possunt personis habentibus dignitatem, licet sint extra Cathedralem,vt voluit quoque glos.in d. c.nullus,prout videmus in prioribus, & Guardianis regularium,ad tex.in clem.& si principalis de rescript.&tex.in c. quamuis de verb.signif.

SVMMARIVM.

Facti species.

2 *Matrimonium non potest dici prohibitum nisi in casibus a iure expressis.*

3 *Causa matrimonialis est fauorabilis. Amplia num.4.*

5 *Adducuntur ad hoc tres Sac.Congregationis Episcoporum declarationes.*

6 *Excommunicati possunt contrahere matrimonium.*

Ignorantibus Pater noster, & Aue Maria an possit interdici matrimonium.

DECIS. DCXXXVIII.

QVia per Curiam Bitontinam fuit quibusdam prohibitũ, ne matrimonium contraherent, ex eo, quod nec quidem sciebant Pater noster, & Aue Maria:habuerunt illi recursum ad Metropolitanam Barensem: qua de re consultus ego ab Aloysio Iesualdo Equite præclarissimo,tunc ibi Locumtenente, & fratre Archiepiscopi, respondi per infrascripta, videlicet firmissimam esse conclusionem,matrimonij prohi- 2
bitionem regulariter non esse inducendam,nisi in casibus è iure expressis,secundum Bald.in ca.ex publico, num.7.de conuers.coniug. quem sequitur Turrettus cons.90.vol.1.Marzarius cons.16.n.6. & cum inter carmina, in quibus dilucidãtur impedimenta matrimonij,vt sunt,*error,conditio,votum,cognatio,crimen*,&c.non extet huiusmodi,scilicet illorũ, qui nesciunt recitare Pater noster & Aue Maria,igitur prohiberi non debet.

Item dicebam, quod cum causa matrimonialis sit fauorabilis, l.1.ff. sol.matr.ibi,*Interest reipublicæ mulieres esse dotatas*,facit etiã tex. in clem. 3
dispendiosam de iud.Bero.in c.ex literis num.27.de in integ.restit.& dicit Triuis.in dec.28.par. 1. quod adeo 4
causa matrimonialis est fauorabilis, quod in dubio pro ipsa sit iudicandum,&ideo præfatus Episcopus nullo modo supradictam prohibitionem facere poterat.

Item dicebam,quod cum per Sac. Congreg. super negotiis Episcoporum bis,atque iterum fuerit inhibi- 5
tum Episcopis ne prohibeant volentibus matrimonia contrahere, præsertim illis, qui nesciunt Doctrinam Christianam,vt in anno 1588. scripsit Episcopo Gallipolensi, & iterum in

anno 1589. 28. Augusti Episcopo Cauensi, & tandem in anno 1590. 26. Augusti eadem Sac. Congreg. rescripsit eidem Episcopo de Gallipolis, igitur neque ignorantibus dicere Pater noster, & Aue Maria.

6 Denique dicebam per argumentum à maioritate rationis, quia si excommunicatis permissum est matrimonium contrahere, ad tex. in capit. significasti de eo, qui duxit in matrimon. Couarr. de matrimon. 2. part. c. 6. num. 3. Viu. decis. 96. igitur tantò magis possunt contrahere matrimoniũ, qui nesciunt recitare Pater noster, & Aue Maria. Et hæc salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Ex mutatione temporis in renouatione apochæ, quod committatur falsitas adducuntur tria num. 3. & 4.*
5 *Contrarium adducitur decisum.*
9 *Vt quis possit puniri de falsò quæ requirantur.*

Mutare tempus datæ in apocha, an committatur falsum.

DECIS. DCXXXIX.

1 FVit dubitatum in Cur. Archiep. Neapol. num. esset constituendus quidam clericus super querela falsi contra ipsum proposita, ex eo, quod in renouatione apochæ nõ apposuit primum tempus datę solutionis, sed tempus renouationis: & dubium
2 faciebat pro falsitate, primo, quia aderat causa, propter quam poterat pręsumi falsitas, videlicet, quia si apponeret tempus datæ solutionis, ei nihil suffragasset circa verificationem possessorii in causa beneficiali in Cur. Roman. pendente, vnde sequitur, quod existente supradicta causa, falsitas esset præsumenda, cum regulariter non committatur sine aliqua causa, Aymon consil. 75. num. 13. Corn. consil. 127. numero 7. volum. 4. Roland. consil. 38. numero 39. volu. 1. & Rot. diuers. referens ita decisum in decis. 111. part. 1.

Secundò, quia supradicta mutatione tẽporis interfuit quoque dolus, quod est vnum de requisitis substantialibus, vt falsitas committatur. l. nec exemplum C. ad. l. Cornel. de fals. Clar. qui dicit communem in §. falsam vers. excusatur autem. 3

Denique dicebatur quoque ad esse etiam partis pręiudicium, & cõsequenter omnia tria requisita necessaria ad committendum falsum scilicet dolum, mutatio veritatis, & quod alteri noceat, vel nocere possit. Afflict. decis. vltim. numero 8. & 13. Cephal. cons. 230. num. 8. cons. 335. numero 44. volum. 3. & Bertazz. consil. 71. numero 51. volu. 1. & secundum Cassad. decisio. 10. de prębend. falsitas absque pręiudicio committi non solet. 4

Cęterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit decisum in eadem Curia, nam fuit habitum pro absoluto, mutationem temporis datę non inducere falsum, stante quod apparebat de veritate solutionis, & etiam, quia debet sumi præsumptio mutationem fuisse factam potius ob obliuionem, quam data opera, & dolo ex regula iuris, quod potius pręsumitur obliuio, quã falsitas Grammat. decis. 60. numer. 15. cum falsitas in dubio non præsumatur, secundum Bald. in consil. 23. volum. 1. Caputaquen. decisio 4. par. 2. & ideo interpretatio facienda est, vt falsum non sit commissum Raudensis de Analogis cap. 31. nume. 11. & secundum Dec. in cons. 175. potius debet 5

Digitized by Google

bet in hac materia præsumi error, quam malitia, vt dici solet in notario in quo error potius, quam falsitas interpretatur, Gramm. decision. 60. numer. 6. Franc. March. decis. 142. Boer. decis. 116. & idem Marc. decis. 173. Guid. Pap. singular. 123. quod limitat Ioseph. Ludouicus in decis. 13. Rot. Lucens. nisi ex coniecturis contrarium appareret, & potius in præfato renouatore apochæ debebat præsumi inconsideratio, quam temeritas, Gomez Leo decis. 21. maximè, quia erat persona simplex, & ignara, propterea excusandum, ad text. in l. 1. Cod. de interdict. matrimon.

Item dicebatur, quod & si adesset falsitas, tamen non in actibus substantialibus, cum, vt supra dixi, non apparebat fuisse mutatam quantitatem solutionis, ideo non poterat puniri pœna falsi ex reg. iuris, quod vt
6 quis de falso puniri possit, necesse est falsum fuisse commissum super re principali, super quo consistit substantia negotij principalis, propter quod principaliter examinatur: secus super aliis, super quibus mentiens, non potest dici falsum commisisse. Gramm. decis. 43. numero 4. & decisio. 60. numer. 16. immo hic etiam si adesset dolus, cum sit in re modica, non committitur falsum, Crauett. consil. 46. num. 12. cum falsum dolo commissum non præsumatur, quando de modica vtilitate agitur, Menoch. consil. 68. numero 28. volum. 1. adeo, quod falsitatis suspicio cessat in re modica, idem Crauet. cons. 56. numero 14. & consil. 75. numero 16.

SVMMARIVM.

1 *Quod ab initio est nullum, tractu temporis etiam valere non potest.*

2 *Subreptio vitiat gratiam ipso iure.*

An regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia.

DECIS. DCXL.

RESpondi negatiuè, ex duobus.

Tum primo, cum principium sit 1
vitiosum, consequenter temporis spatio firmari non potest, vulgatis iuribus.

Tum secundo, quia subreptio vi- 2
tiat gratiam ipso iure, c. ad aures c. constitutus cum aliis de rescript. cap. si motu proprio de præbend. in 6. clement. 1. eod. tit. ibi, *gratiam huiusmodi*, & c. quamuis rescripta non nisi ope exceptionis, gloss. fin. in c. ad audientiam 2. de rescript. & ibi Abb. numero 14. Felin. cons. 22. & comm. Oldrad. cons. 257. à num. 28. Rebuff. in prax. tit. de different. inter rescripta grat. & iustit. numer. 1. Nauarr. in c. si quando de rescript. prælud. Didac. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 3. ordin. q. 8. & 9. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. num. 2. & 3. & à numer. 16. Farinac. in prax. 1. part. q. 6. num. 46. Tuscul. concl. 722. lit. S. Siculus in c. cæterum de rescript. numer. 6. Sanchez de matrim. libro 8. disput. 21. in 3. & alij plures, Caputaq. decision. 223. part. 3. & sunt aliæ infinitæ decis. Rotæ impressæ, & manuscriptæ ad hoc.

SVMMARIVM.

1 *Post didicita testificata, alij testes super eisdem produci non possunt.*

2 *Ecclesia quando auditur in producendis testibus.*

Didicitis testificatis, an Ecclesia possit alios testes super eisdem capitulis producere.

Digitized by Google

DECIS. DCXLI.

MAxima fuit altercatio in Curia Archiepiscop. circa supra dictum articulum, & pro opinione negatiua dicebatur extare iuris conclusionem generalem, desumptam ex tex.in ca.fraternitatis de testibus,
1 vbi recipi non possunt testes super eisdem capitulis, post publicatas attestationes, siue in primo, siue in secundo appellationis iudicio vertentur, clemen.fin.de testib. vnde in §. quia vero in Authen.de testibus disponitur, quod testes producens, si eorum dicta didicit, nouam non potest productionem facere, & cum dictus text.generaliter, loquatur non debet restringi, seu limitari in ecclesia, in qua potest vigere eadem suspicionis ratio, scilicet, subornationis, secundum Mynf. cent. 1. obseru. 41. Menoch.de arbit.q.35.num. 2. Ceuagl.quæst.350. num. 18. Gabriel de testibus concl.21.numer.12. Hinc est etiam, quod si pendente lite, monitoria ab ecclesiastico publicari contingat, quo tempore coram seculari iudice super eadem materia iam sit publicatus processus, & didicita sint testificata monitorij cursum subornationis timore impediri posse, inquit Sola ad decretum Sabaudiæ, tit. nemo inuitus, glos.1.numer.9. Costa de iur.& facti scient. cent. 2. dist. 55. num.1. licèt secundum Panorm. in c. dilectus num.1.& 2. de test.cog. possint cogi supradicti testes ab ecclesiastico ad deponendum, sequitur Lazar.de monitor.sect.1. q. 15. num. 12.& seq. quia veritas non est occultanda, Franch. March.decision. 1167. parte 1.& in decis.382. parte 2. Graff. in decis.aurear.libr.4.cap.8. num. 23. tom.1.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit decisum in dicta Curia Archiepiscop. 2
nam fuit dictum Ecclesiam esse audiendam per viam restitutionis in integrum ad producendos nouos testes super eisdem articulis, & hoc dumtaxat præmissa causæ cognitione super ipsa læsione, & probationum omissione, per doctr. Innoc. in propriis terminis loquentem in cap. auditis de in integ.restit.& cum hac quoque opinione transiuisse Rotam Romanam testatur Achil. de Graff. in decision.9.eodem titul. cui addo Afflict.in decis.216.

Finis Tituli Praxis Variarum Decisionum.

PRA-

PRAXIS REGVLARIVM TAM VIRORVM, QVAM mulierum.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita donatione per aliquod statutum, seu constitutionem non intelligitur prohibita donatio remuneratoria; redditur ratio.*

2 *Appellatione donationis nō venit illa, quæ fit ex causa remunerationis.*

Bulla Clement. VIII prohibens Monialibus facere donationes, quo casu locum non habet.

DECIS. DCXLII.

IN facti contingentia dixi, in nullam pœnam incurrisse quędam ob prætensa munera contra formam constitutionis fœlicis recordationis Clemen. VIII. quia constabat euidenter illa fuisse data benefactoribus præfati Monasterii, præsertim Aduocatis, Procuratoribus, ac Protectoribus, quare succedit regula iuris,
1 quod donatio remuneratoria non comprehenditur sub prohibitione, seu statuto prohibente quibusdam donare, vt latissimè per Iason. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. post Alexand. consil. 43. col. 6. in fin. numero 31. versic. non obstat, quod statutum volum. 4. & secundum Alban. in consil. 22. volum. 1. appellatione donationis non venit illa, quæ fit ex causa remunerationis, quia, vt voluit Abb. in rubr. de donat. dicitur 2
potius compensatio, quàm vera donatio, & ita tenuit Rota in vna Vsellen. spoliorum 13. Februarii 1609. & in specie constitutionis Clement. VIII. de qua agimus, nouissimè ita concludit Roderic. quæst. regular. 47. art. 6. parte 2. ex adductis per Nauarr. in capit. non dicatis 12. q. 1. num. 25. comm. 2. versic. duodecimo infertur de regular.

SVMMARIVM.

1 *Cessante causa propter quam fit donatio, cessat donatio, & numer. 3. Amplia num. 2.*

4 *Donatio facta ecclesiæ, vel Monasterio tempore ingreßus, habet tacitam conditionem, si ingressus ibi perseuerauerit.*

Donata Monasterio ante ingressum, an si post ingresſū recesserit, possint repeti donata.

DECIS. DCXLIII.

DVbitatum fuit in Curia Archiepisc. supra supradictum ar-

Digitized by Google

ticulum, nunquid dicta donatio cesset, & dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, quia ex quo supradicta donatio videtur facta ob ingressum Monasterii, vt colligitur ex prooemio donationis, quod denotat causam finalem, Aymon consil. 192. ad fin. vltra quod etiam instrumento donationis dicitur, quod donat, quia intendit ingredi in religionem, quare ipsa recedente, videtur cessare causam donationis, & esse locum reuocationi, ob causam
1
non sequutam. Ita in specie donationis ob causam ingressus concludit Natta cons. 180. numero 5. versic. quod etiam sine aliquo pacto, Dec. consil. 86. viso puncto col. 5. numer. 5. versic. & ista donatio Soc. cons. 183. eleganter numer. 3. col. 3. versic. postremo, qui ampliat, maximè quando sumus in donatione magna, vt est ista, de qua agimus cum non sit verisimile, quod donasset, si vellet recedere. Ruin. consil. 204. li. 1. idem voluit Beccius cons. 74. numer. 11. vers. quibus tamen non refragantibus, Curt. iun. consil. 141. habita diligenti col. 4. num. 13. Cagnol. in l. 1. num. 37. de orig. iur. Ias. cons. 103. alias 104. colum. 2. lib. 2. Rebuff. de priuil. schol. quæst. 163. vbi loquitur in donatione facta à scholare discessuro à studio, & applicat ad religiosum, qui egreditur à religione, Aym. consil. 877. numer. 3. vers. 9. libr. 5. addit. ad Dec. cons. 31. in verb. arbitror, Tiraquell. in tract. cess. caus. num. 232. par. 1. vers. renunciationis.

3 Et in specie, quod donatio censetur reuocata ob defectum causæ, facit text. in l. Senatus §. nec dubitauere, l. 3. & ibi gloss. Bart. & Pau. de Cast. si mortis causa, la seconda, ff. de donat. cau. mort. Dec. consil. 86. numero 5. facit reg. cum cessante de appell. Cacher. dec. 121. Gratian. dec. 42. Balb. decis. 114.

Supradictis accedat, quod omnis donatio facta Ecclesiæ, vel Monasterio tempore ingressus, tacitam habet cōditionem, vt duret, eo ibidem perseuerante, ad instar dotis, l. vnica §. cum autem C. de rei vxoriæ act. & l. nuper de dote post diuort. restitut. & sic clerico recedente quocunque modo, restituitur ei sua; & idem in Monacho, vt illa transferat secundo Monasterio, ad quod transit. 4

SVMMARIVM.

1 *Delictum committit audiens Confessiones fidelium absquè approbatione Ordinarij.*

2 *Redditur huius conclusionis ratio, & nonnulla similia adducuntur.*

3 *Omnes animæ sunt sub potestate, & protectione Episcopi.*

Quâ pœna puniatur regularis audiens Confessiones fidelium absque licentia, & approbatione Curiæ Archiepiscopalis.

DECIS. DCXLIV.

Capto, & carcerato, & existente in posse Curiæ Archiepisc. quodam Regulari, ex eo quod visus, & repertus fuit audire fidelium Confessiones absque approbatione, & licentia dictæ Curiæ, & cum dubitaretur qua pœna veniret plectendus: & dicebatur non esse dubitandum quin supradictus Regularis grauissimè deliquerit, cum id patrare, needum reperiatur prohibitum de iure sacrorum canonum, verùm à sacro Concil. Trident. nam in cap. 15. sess. 23. de reform. dicitur, *Quamuis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatē accipiat, decernit tamen* 1

tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, vt ab Episcopis per examẽ, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, consuetudine quacunque etiam immemorabili, non obstantibus. Et in c. 6. de casuum reseruatione, sess. 14. hęc habentur, *Nullius momenti esse absolutionem, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionẽ.* Probatur quoq; in d. c. 15. sess. 23. eiusdem Concilij. & in Conc. Florentino sub Eugenio celebrato §. 4. vbi hæc habentur, *Minister huius Sacramenti est Sacerdos habens auctoritatem absoluendi ordinariam, vel ex cõmissione Superioris.* De qua re latissimè Nauarr. in c. placuit numer. r. & seq. de pœnit. dist. 6. & idem Nauar. in man. Confess. n. 1. & 2. latè Guttierez lib. 1. can. quæst. cap 27.

2 Item dicebatur, præfatum Regularem deliquisse etiam exercendo iurisdictionem, quam non habebat, si quidem ante approbationem habet tantum habitualem, non autem actualem, ad text. in clement. attendentes de statu regul. sequitur Balb. consilio 23. numero 6. Alban. consil. 90. num. 4. Merend. consil. 63. numer. & 9. Rubin. consil. 16. & 21. numero 4. Cui conclusioni addebatur quoque sacrum Conc. locis cit. facere æquiparationem inter obtinentem beneficium Curatum, & eum, qui habet approbationem ab Ordinario ad audiendas Confessiones, voluit idem Guttierez loco cit. post Sayr. consil. 12. & Gloss. in cit. clement. attendentes, Sed habens beneficium Curatum non potest audire alienas oues absque licentia expressa, vel saltem interpretatiua proprij Parochi, vt probatur in c. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss.

Denique adducebatur illud simile de Religiosis Societatis Iesu, qui licet obtinent priuilegium Apostolicum, vt cum iter fecerint, possint audire Confessiones vbique existentium, non tamen si ibi Ordinarius loci adsit, releuantur à petenda licentia, vt Guttierez loco citato. Quod iustissima ratione mihi videtur sancitum, si quidem omnes animæ Diœcesis sunt commissæ sub potestate Episcopi, vt probatur in cap. quæcunque 10. quæst. 1. in cap. præcipimus 12. q. 1. & quilibet de diœcesi dicitur esse parochianus Episcopi, vt in c. licet, de feriis, & in c. 1. de rapto. & in c. ad aures, de pœnis.

Quibus omnibus suppositis, diximus, pœnam præfati criminis sumi ex text. in c. placuit, quo cautum est, vt talia patrantes suspendi debent saltem à potestate, gradu, & iurisdictione habituali, quam in Sacerdotio recipit, ita vt nunquam dicta potestas, & iurisdictio habitualis in actum redigatur, actualem iurisdictionem recipiendo ad Confessiones auriculares audiendo. & secundum Rodriquez quæstion. 26. libr. 2. art. 1. deberet quoque suspendi à celebratione Missarum.

Ceterum quicquid sit ex supradictis, Curia tamen Archiepisc. censuit præfatum Regularem remittendum fore Prouinciali suæ Religionis, prout realiter fuit remissus.

SVMMARIVM.

1 *Sanctimonialis post professionem non potest exire à monasterio, ni graui ex causa.*

2 *Ob quas causas, & rationes potest exire.*

Digitized by Google

Monialis ob quam infirmitatẽ potest à Monasterio exire.

DECIS. DCXLV.

CVm in ciuitate Nolæ, eiusque territorio in anno 1599. & 1600. aquæ adeo excreuerunt, & aëris putredinem induxerunt, vt ex hoc in dies incolæ decedebant: quare consultus ego ab illius ciuitatis vigilantissimo Pastore, & miræ sanctitatis Fabricio Gallo, an supradicta dici potuisset legitima causa concedendi licentiã Monialibus à monasteriis exire, & dicebam ego de hoc esse text. expressum in cap. vnico de statu regul. in 6. vbi prohibentur moniales id facere absque causis ab episcopo approbatis, cuius text. decisio renouatur hodie in Conc. Trident. sess 25. de regular. cap. 5. vbi in proposito
1 additur, Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio, etiam ad breue tempus, quocunque prætextu, nisi ex causa legitima ab Episcopo approbanda, indultis quibuscunque, & priuilegiis non obstantibus. Quod quidem pariter reperitur ordinatum in Regula Beatæ Brigidæ li. 6. cap. 8. ibi, *Nulli enim post introitum suum licebit de monasterij claustris exire*: idq; fit, vt quietius Deo valeant inseruire, nã vagatio spiritus relaxationem inducit. Et Pius V. per suam Bullam incip. Circa pastoralis, editam 4. Calend. Iunij anni 1566. renouauit decision. istius text. & præfatum decretum Concil. Trid. & statuit, vt nulla
2 alia causa, vel occasione, nisi magni incendii, vel infirmitatis lepræ, vel epidimiæ moniales à monasterio exire possint, eaque infirmitatis causa prius per Episcopum, seu alium Ordinarium loci cognita, & expresse in scriptis approbata sit. Et ita quoque referunt Nauarr. in capit. statuimus quæstion. 3. Medices in summa peccatorum par. 2. tit. 9. quæst. 78. numero 130. Guttierez lib. 1. can. quæst. capit. 4. numer. 1. Fuscus lib. 2. de visitat. ca. 18. numer. 17. Felician. de censur. tit. de excommunic. cap. 14. vers. quoniam sacrum Concilium, Bollus in œconomica can. par. 3. c. 4. numero 10. & Zenedus in collect. 31. part. 3. Quare cum in casu, de quo agebatur, aderat causa, præsertim vna principalior, de quibus eandem Bullam enumerant, propterea dicebam licere eidem Episcopo supradictam facultatem monialibus concedere, eo magis, quod eramus in dicto casu epidimiæ, vt consuluit quoque Nauarr. consil. 40. numero 6. de regular. lib. 3.

Quæ licentia minimè concedi debet per Episcopum in aliis casibus, præter enumeratos in d. Bulla Pij V. Guttierez lib. 1. can. quæst. capi. 14. numero 7. Rubin. cons. 125. nume. 7. lib. 1. Cacher. consilio 22. numero 7. & sequent. & Zened. in cit. collect. 31. par. 3. & hanc licentiam non posse concedi per Abbatissam testatur Tapia in pragmat. 2. de monialibus ex eo, quod ipsa quoque sit in prohibitione comprehensa.

Denique notandum hanc licentiam debere esse petitam, & obtentam, ita vt non sufficeret illã solum peti, ad effectum, vt ex sola ipsa petitione licitum sit monialibus à monasteriis exire, vt per Gemin. & Franch. in cit. c. vnico.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris neminem excusat.*

2 *Mulieres excusantur ab ignorantia iuris*

Iuris

Iuris ignorantia an excusentur Moniales, ne incurrant excommunicationem admittendo ad professionem intra annum approbationis.

DECIS. DCXLVI.

IN casu mihi proposito respondi negatiuè ex regula iuris ignorantiam iuris neminem excusare, vulgatis
1 iuribus, quod procedit nedum ignorantia iuris naturalis, verum positiui iuris, c. quod licitis 16. dist. cap. cum illorum de sent. excom. cap. cursus 16. q. 1. & ita tenuit Rota in vna professionis 4. Aprilis 1541. coram Ioanne Paulo, cuius verba sunt, videlicet,

2 *In eadem causa Valentin. nullitatis professionis, dicebatur ex parte monialium, nullam incurrisse suspensionem, quia mulieres iuris ignorantia excusat, & non habuerunt animum dolosum: ex parte autem contraria eas omnimodo incurrisse suspensionem fuit dubium 4. Aprilis 1541. R.P.D. Io. Paulo causam proponente an moniales habuerint legitimam causam excusationis etiam quod admiserint Beatricem ad professionem infra annum probationis, & incurrerint suspensionem, de qua in ca. non solum. Fuit tentum & conclusum per omnes, quod non possint excusari moniales quin incurrerint suspensionem, quia debuerunt consulere peritiores, & Canonistas cum essent in loco, vbi erat magna copia iuris peritorum: & ratio, quia ignorantia non excusat, quando adsunt peritiores, qui consulant imperitis, ad not. in l. leges sacratissimæ C. de legib. & in c. 1. de constit. & in reg. ignorantia de reg. iur. in 6. & cum omnes Doctores in d. c. non solum teneant, quod tex. ille in d. c. ignorantia, extendatur ad moniales si talis excusatio admitteretur, vtique reg. d. ca. ignorantia redderetur illusoria, quia semper allegaretur ignorantia, & canonis si quis suadente, pœna minus ligaretur, quod est contra not. per Doct. in cap. mulieres de sent. excomm. Nec in eis potuit esse ignorantia, cum sit notorium in reg. obseruantia Mendicantium nullum esse admittendum ad professionem ante annum probationis, & hoc tanquam notorium, non potuit ignorari, ad not. per DD. & Abb. in c. 1. de postul. prælat. Scrib. in c. cum in tua, qui mat. accus. poss. Hoc autem fuit ignorantia & negligentia, quæ inducit mortale. d. gloss. in cap. ea quæ de off. Archid. Anchar. in c. 1. de off. custo. & licet qualibet causa excuset à dolo, & à pœna corporis afflictiua, vt vulgariter dicitur, l. si ex plagis, C. ad l. Iul. de plag. cum aliis, secus tamen est à culpa, Bart. in l. iustè possidet ff. de acq. poss. & propter culpam potest censuari, c. nemo. c. nullus 10. q. 3. nec excusare potuit opin. Petri de Pal. 4. dist. 33. q. 2. c. 2. & Siluestrin. in verbo relig. 10. §. 3. vers. 3. quæritur, vbi dicunt, quod moniales Fratrum Prædicatorum non sunt Mendicantes, & possunt infra annum probationis recipi ad professionē, quod idem tenet Archiep. Flor. in sua summa, quia potius essent consulendi Canonistæ, quam Theologi, vt not. Anchar. in disput. incip. Antiq. & moder. temporis, & vltra in d. c. non potest, quod idem procedat in monialibus, bene Lap. allegat. 3. n. 45. glos. DD. in clem. 1. de regul. & licet opinio magistri excuset iudicem a pœna, sequendo eius opinionem, vt dicit Ang. in l. terminat. C. de fruct. & lit. expens. Abb. in c. 1. de postul. prælat. & ideo sic videretur posse excusari moniales, sequendo opinionem Doctoris sui Ordinis, tamen fuit dictū, quod in hoc casu Canonistæ debebant dici Magistri, qui sunt periti, & DD. non autem Theologi, & sic tollitur id, quod dicitur, quando quis tenetur ad aliquid faciendum sub certa pœna sola notitia non sufficit, sed requiritur intimatio*

ob verum calorem delictum patrarunt, secundum Ias. in citat. l. si filii, qui voluit, quod qui calore iracundiæ Deum, vel Virginem publicè blasphemat, debet mitius puniri, nec habet tunc locum pœna, c. 2. de maled. secundum Archid. in ca. quid ergo circa fin. 23. q. 5. allegat ita tenere Goffredum in d. cap. 2. vbi Panorm.
7 & Anan. limitant nisi ex iniusta causa esset prouocatus puta ex amissione pecuniæ facta in ludo, d. cap. inebriauerunt, 11. q. 1. facit, quod notat Panorm. in c. 1. in 2 not. de his, qui filios occid. Vnde Zened. his vsus fuerit verbis, non incidere hodie in pœnas Sacr. Conc. Trident. in c. 19. illos, qui calore iracundiæ se inuitarent ad duellum, & incontinenti accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent, quia talis pugna non dicitur deliberata, quod secus est dicendum, quando ex animo deliberato ad eam accederent, licet absque patrino, nec in campo franco, tunc enim eos incurrere in dictas pœnas concludit: quare cum calor iracundiæ, vt supra diximus, minuat pœnam delicti, vel faciat actum, ac si non esset factus, fit quod prouocatio ad duellum ex calore iracundiæ operetur vt prouocans non incurrat excommunicationem.

SVMMARIVM.

1 *Iuris ignorantia neminem excusat.*
2 *Iuris ignorantia dicitur lata culpa.*
3 *Statuta post duos menses ligant etiam ignorantes.*
4 *Ignorantia regularum non omnes excusat.*

An ignorantia Bullæ Clement VIII. excuset quem à pœna duelli.

DECIS. DCXXXV.

Respōdi negatiuè, ex regula vulgata, iuris ignorantiam neminem excusare, l. error. C. de iur. & fact. ignor. & c. ignorantia, de reg. iur. lib. 6. quoniam scire iura quilibet tenetur, l. leges C. de leg. 1

Imò iuris ignorantia dicitur dubio procul lata culpa, vt per Alexan. cons. 77. col. 2. vol. 3. Bart. in l. quod Nerua col. 6. ff. depos. Riminald. iun. consil. 484. Annus nu. 20. vol. 5. Bertran. consil. 278. 2

In tantum, quod statuta ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis, vt dixerunt Abb. Dec. Bero. num. 49. & 52. & alij omnes vniuersaliter in c. cognoscentes de constit. 3

Nec ignorantia regularum excusat omnes sicut ignorantia extrauagantium, vt tradit Abb. & alij omnes in c. pastoralis de fide instrument. & Bald. in c. ex causis de re iudic. Riminald. Iun. consil. 462. proponitur nu. 3. & 61. vol. 4. 4

Id tantum, quod ignorantia iuris quoad fructus minimè gentium cōstiterit aliquem in mala fide Bart. in l. hæredem ff. de his quibus vt indig. & in l. si fur. in princ. ff. de vsu. Menoch. cons. 214. numero 44. vol. 3. Io. Andr. Dy. & Philipp. Franch. num. 2. in capit. qui contra extra de reg. iur. in 6. nam ignorantia iuris causat præsumptam malam fidem, Doct. cons. 13c. nu. 5.

Et tantò magis ignorantia ipsa iuris non excusat, quanto quod quis potuerit consulere peritiores, idque aliter non egit, vt per Gloss. Alex. Ias. & Dec. & alios vniformiter omnes in l. iuris ignorantia C. qui admit. attamen ignorantia iuris excusat. vbi dolus requiritur, vt per Angel. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iudic.

Digitized by Google

dic. Dec.consil.604.col.2.consil. 605. & 667.num.6. quibus in locis vna simul cum Ruin.consil.23.libr. 1. consuluere pro Duce Grauinæ, eum non teneri pœna criminis læsæ Maiestatis vel alia, licet sumpserit arma cum inimicis Cæsareæ Maiestatis contra Terras ipsius, ex quo dolus, qui crediderit sibi id licuisse, quoniam licẽtiam tunc habebat Viceregis Regni componendi se cum inimicis ipsis pro statu suo recuperando: prout in casu simili in causa Syndicatorum ciuitatis Canusij, dum tractabatur de pœna incursa per eos in arctando Capitaneo syndicando terminum Regiæ pragmaticæ, ita extitit iudicatum in Sacra Regia Audientia Prouinciæ Terræ Bari, sub die 10. Ianuarij 1589. assistente tunc in ea Auditore Viu. prout ipsemet refert in decis.sua 253.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Birruarij dicuntur viles personæ.*
2 *Nullus dicitur idoneus testis in facto proprio.*
3 *Nuncio de facto proprio non creditur*

Cursoribus Cur. Archiepis. an sit credendum de violentia, & verberibus ipsis illatis in capiendis delinquentibus.

DECIS. DCXXXVI.

DVbitationem faciebat pro opinione negatiua, quod cum birruarij communiter apud omnes reputati sint infames: & huiusmodi e-
1 xercitio, vt plurimum, non nisi vilissimi, & omni vitiorum genere aspersi applicentur, vt notum est, & in specie scripserunt Bald.in l.fin.in 8.q.C. de edi.diui Adria. tollen. post num. 47.idem Bal.Salic.& Inn. in locis relatis per Bero.q.84.num.1.Aufrer. de reprobat.test. num.11.vers. birruarius in princ. Clarus in pract.crim.§.fin. quæst.7.versic.habes igitur in fin. & alij plerique per nos allegandi Doctores, & maximè, ad condemnandum, secundum Mart.in voto 80.nu. 6.& Gramm.in voto 21.nume. 1.Boro.in q.84.num.1.Ioseph.Lud.in decis.Rot.Lucens.1.num.3. Mascard.de probat.conclus.189.in princ. volum. 1.Viu.in dec.19.num. 6. latissimè omnium Farinac. in titul. de opposit. contra testes quæst.57.art. 11. nu. 370. cum sequent.

Item dicebatur præfatis cursoribus 2
minimè credendum, vti deponentibus in causa propria, l. nullus ff. de testibus. Vnde Bart.in l.1.§. cura carnis ad finem ff.de offic. præf.vib.voluit non credi nuncio de facto alie- 3
no, puta, quod talis commiserit homicidium, nisi alias afferat probationes, idem in effectu tenet Afflict. in constit.Reg.lib.2.rubr.10.de his, qui fideiussor.dare poss.in 6.notab.num. 30.versic. amplius quæro pro declaratione, vbi inquit primo quod non sufficit probare crimen per istos capientes, quia sunt loco accusatorum, qui non possunt esse testes, & quia videntur deponere in causam suam.

Et quod non habeantur pro integris testibus, sequitur Bertaz. in addit.ad consil.crimin.sui patris consil. 219.incip.repetitus, in addit. sub litera A.in versic.sed quæstio est, vbi cæteros refert, & est dictum Bart.in extrauag.ad reprimendum in verb.per nuncium in fin.sub numero 10. nec dissentire videtur Clar.tract. crim.q. 3.sub num.2.Caball.resol.crimin.casu 126.

Cæterum supradictis minimè suf-

fragantibus, contrarium fuit resolutum ea quidem ratione, quia præfatis birruariis creditur in his, quæ ad eorum officium pertinent, ad tex. in c. cum parati, & in capit. ad audientiam de rescript. Menoch. de arbitr. iud. cas. 112. num. 2. Nat. consil. 170. num. 6. Vulp. consil. 38. Bertaz. filius consil. 219. & in propriis terminis, quod eis credendum sit de violentia & verberibus ipsis illatis, videndi sunt Guid. Pap. in dec. 626. referens iuxta hanc opinionem fuisse iudicatum in Curia Tholosana, & pariter decisum refert Rota Luc. diuers. 21.

Supradictis addebatur, quod voluit Clar. §. fin. quæst. 8. nu. 2. & quod ante eum voluit Corn. in cons. 217. in princip. volum. 1. vbi loquens in rixa inter quosdam cum percussionibus, & vulneribus noctis tempore, sequuta super birruarij, dum deposuerunt dicit, quod licet isti testes, vti viles, non recipiantur, tamen ex quo delictum est perpetratum de nocte, ex quo verisimiliter non interuenerunt aliæ personæ, probant, vel saltem faciunt indicium ad torturam, sequitur Foller. in prax. part. 2. versic. in fraganti crimine, immo Crat. in consil. 43. numer. 22. voluit, præfatas personas admitti in testes in actibus, in quibus ipsi interuenerint, si alio non laborant vitio, quàm quod sint birruarij.

Quæ omnia magis procedunt, ac locum sibi vendicent in cursoribus Cur. Archiepiscop. in quibus cessat vtilitas supra considerata, & cum sint clerici, & inter ecclesiasticas personas connumerentur, propterea pluries censuit Curia Archiepiscop. eis esse credendum saltem quo ad faciendum indicium.

SVMMARIVM.

1 *Personæ eligendæ in constitutione Synodi quas qualitates debeant habere, vt satisfiat menti Concil. Trident.*

2 *Canonici ecclesiæ Collegiatæ an possint eligi pro Synodo constituendo, pro negatiua adducuntur duo, numer. 3. & 4.*

5 *Contrarium tenet auctor ex tribus, de quibus num. 6. 7. & 8.*

Canonici Ecclesiæ Collegiatæ an possint constitui iudices synodales.

DECIS. DCXXXVII.

Extat sancitum in Conc. Trident cap. 10. sess. 25. de reform. quod in Synodalibus constitutionibus ligantur personę quæ habeant qualitates ad dispositionem constitutionis Bonifacii VIII. quæ registrata reperitur in ca. statutum de rescript. in 6. quibus causæ in partibus delegari possint quæ qualitates sunt vt sint in dignitate & personatum habeant, aut canonicatum in Cathedrali, qua dispositione stante quæritur, an canonici Ecclesiæ collegiatæ ad id assumi possint, & dubium mihi faciebat, quod iura loquentia de canonicis intelligenda sunt de propriè & verè canonicis, quales sunt qui inseruiunt ecclesiæ Cathedrali Artam. in consil. 60. numero 7. Balb. consil. 50. num. 4. Rube. consil, 29. numer. 7. & seq. Alban. consil. 13. num. 4. & 7. Vnde text. in c. statutum de rescript. volens, quod causæ non committãtur nisi personæ in dignitate constitutæ, ampliatur vt procedit quoque in canonicis ecclesiæ Cathedralis tantum, non in aliis, vt per Achil. de Grass. in decis. 1. de rescript. & Caputaquen.

Digitized by Google

taquen. in dec. 94. par. 1.

4 Secundo faciebat glos. pro eadem opinione, d. capit. statutum in verb. quædam de rescript. vbi solum canonicis Ecclesiæ Cathedralis causæ committi possunt, igitur non aliis.

5 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium dixi ex pluribus.

6 Tum primò, quia in ecclesia Collegiata solent adesse Canonici obtinentes dignitatem, & Collegiata dicitur quoque habere in se dignitatem, vt per Seraph. in decis. 22. parte 1.

7 Tum secundo, quia Canonici ecclesiæ Collegiatæ in nonnullis æquipollent Canonicis ecclesiæ Cathedralis, vt per eundem Seraph. in dec. 1223. & 1226.

8 Tum denique, quia secundum Gemin. in c. nullus nume. 6. de elect. quælibet causæ committi possunt personis habentibus dignitatem, licet sint extra Cathedralem, vt voluit quoque glos. in d. c. nullus, prout videmus in prioribus, & Guardianis regularium, ad tex. in clem. & si principalis de rescript. & tex. in c. quamuis de verb. signif.

SVMMARIVM.

Facti species.

2 *Matrimonium non potest dici prohibitum nisi in casibus a iure expressis.*

3 *Causa matrimonialis est fauorabilis. Amplia num. 4.*

5 *Adducuntur ad hoc tres Sac. Congregationis Episcoporum declarationes.*

6 *Excommunicati possunt contrahere matrimonium.*

Ignorantibus Pater noster, & Aue Maria an possit interdici matrimonium.

DECIS. DCXXXVIII.

QVia per Curiam Bitontinam fuit quibusdam prohibitũ, ne matrimonium contraherent, ex eo, quod nec quidem sciebant Pater noster, & Aue Maria: habuerunt illi recursum ad Metropolitanam Barensem: qua de re consultus ego ab Aloysio Iesualdo Equite præclarissimo, tunc ibi Locumtenente, & fratre Archiepiscopi, respondi per infrascripta, videlicet firmissimam esse conclusionem, matrimonij prohibitionem regulariter non esse inducendam, nisi in casibus è iure expressis, secundum Bald. in ca. ex publico, num. 7. de conuers. coniug. quem sequitur Turrettus cons. 90. vol. 1. Marzarius cons. 16. n. 6. & cum inter carmina, in quibus dilucidãtur impedimenta matrimonij, vt sunt, *error, conditio, votum, cognatio, crimen*, &c. non extet huiusmodi, scilicet illorũ, qui nesciunt recitare Pater noster & Aue Maria, igitur prohiberi non debet. 2

Item dicebam, quod cum causa matrimonialis sit fauorabilis, l. 1. ff. sol. matr. ibi, *Interest reipublicæ mulieres esse dotatas*, facit etiã tex. in clem. dispendiosam de iud. Bero. in c. ex literis num. 27. de in integ. restit. & dicit Triuis. in dec. 28. par. 1. quod adeo causa matrimonialis est fauorabilis, quod in dubio pro ipsa sit iudicandum, & ideo præfatus Episcopus nullo modo supradictam prohibitionem facere poterat. 3 4

Item dicebam, quod cum per Sac. Congreg. super negotiis Episcoporum bis, atque iterum fuerit inhibitum Episcopis ne prohibeant volentibus matrimonia contrahere, præsertim illis, qui nesciunt Doctrinam Christianam, vt in anno 1588. scripsit Episcopo Gallipolensi, & iterum in 5

Digitized by Google

anno 1589. 28. Augusti Episcopo Cauensi, & tandem in anno 1590. 26. Augusti eadem Sac. Congreg. rescripsit eidem Episcopo de Gallipolis, igitur neque ignorantibus dicere Pater noster, & Aue Maria.

6 Denique dicebam per argumentum à maioritate rationis, quia si excommunicatis permissum est matrimonium contrahere, ad tex. in capit. significasti de eo, qui duxit in matrimon. Couarr. de matrimon. 2. part. c. 6. num. 3. Viu. decis. 96. igitur tantò magis possunt contrahere matrimoniũ, qui nesciunt recitare Pater noster, & Aue Maria. Et hæc salua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Ex mutatione temporis in renouatione apochæ, quod committatur falsitas adducuntur tria num. 3. &* 4.
5 *Contrarium adducitur decisum.*
9 *Vt quis possit puniri de falso quæ requirantur.*

Mutare tempus datæ in apocha, an committatur falsum.

DECIS. DCXXXIX.

1 FVit dubitatum in Cur. Archiep. Neapol. num. esset constituendus quidam clericus super querela falsi contra ipsum proposita, ex eo, quod in renouatione apochæ nõ apposuit primum tempus datę solutionis, sed tempus renouationis: & dubium faciebat pro falsitate, primo, quia aderat causa, propter quam poterat pręsumi falsitas, videlicet, quia si apponeret tempus datæ solutionis, ei nihil suffragasset circa verificationem possessorii in causa beneficiali in Cur. Roman. pendente, vnde sequitur, quod existente supradicta causa, falsitas esset præsumenda, cum regulariter non committatur sine aliqua causa, Aymon consil. 75. num. 13. Corn. consil. 127. numero 7. volum. 4. Roland. consil. 38. numero 39. volu. 1. & Rot. diuers. referens ita decisum in decis. 111. part. 1.

Secundò, quia supradicta mutatione tẽporis interfuit quoque dolus, quod est vnum de requisitis substantialibus, vt falsitas committatur. l. nec exemplum C. ad l. Cornel. de fals. Clar. qui dicit communem in §. falsam vers. excusatur autem. 3

Denique dicebatur quoque adesse etiam partis pręiudicium, & cõsequenter omnia tria requisita necessaria ad committendum falsum scilicet dolum, mutatio veritatis, & quod alteri noceat, vel nocere possit. Afflict. decis. vltim. numero 8. & 13. Cephal. cons. 230. num. 8. cons. 335. numero 44. volum. 3. & Bertazz. consil. 71. numero 51. volu. 1. & secundum Cassad. decisio. 10. de prębend. falsitas absque pręiudicio committi non solet. 4

Cęterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit decisum in eadem Curia, nam fuit habitum pro absoluto, mutationem temporis datę non inducere falsum, stante quod apparebat de veritate solutionis, & etiam, quia debet sumi præsumptio mutationem fuisse factam potius ob obliuionem, quam data opera, & dolo ex regula iuris, quod potius pręsumitur obliuio, quã falsitas Grammat. decis. 60. numer. 15. cum falsitas in dubio non præsumatur, secundum Bald. in consil. 23. volum. 1. Caputaquen. decisio 4. par. 2. & ideo interpretatio facienda est, vt falsum non sit commissum Raudensis de Analogis cap. 31. nume. 11. & secundum Dec. in cons. 175. potius debet 5

2 (margin, beside "ciebat pro falsitate")

bet in hac materia præsumi error, quam malitia, vt dici solet in notario in quo error potius, quam falsitas interpretatur, Gramm. decision. 60. numer. 6. Franc. March. decis. 142. Boer. decis. 116. & idem Marc. decis. 173. Guid. Pap. singular. 123. quod limitat Ioseph. Ludouicus in decis. 13. Rot. Lucens. nisi ex coniecturis contrarium appareret, & potius in præfato renouatore apochæ debebat præsumi inconsideratio, quam temeritas, Gomez Leo decis. 21. maximè, quia erat persona simplex, & ignara, propterea excusandum, ad text. in l. 1. Cod. de interdict. matrimon.

Item dicebatur, quod & si adesset falsitas, tamen non in actibus substantialibus, cum, vt supra dixi, non apparebat fuisse mutatam quantitatem solutionis, ideo non poterat puniri pœna falsi ex reg. iuris, quod vt
6 quis de falso puniri possit, necesse est falsum fuisse commissum super re principali, super quo consistit substantia negotij principalis, propter quod principaliter examinatur: secus super aliis, super quibus mentiens, non potest dici falsum commisisse. Gramm. decis. 43. numero 4. & decisio. 60. numer. 16. immo hic etiam si adesset dolus, cum sit in re modica, non committitur falsum, Crauett. consil. 46. num. 12. cum falsum dolo commissum non præsumatur, quando de modica vtilitate agitur, Menoch. consil. 68. numero 28. volum. 1. adeo, quod falsitatis suspicio cessat in re modica, idem Crauet. cons. 56. numero 14. & consil. 75. numero 16.

SVMMARIVM.

1 *Quod ab initio est nullum, tractu temporis etiam valere non potest.*
2 *Subreptio vitiat gratiam ipso iure.*

An regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia.

DECIS. DCXL.

Respondi negatiuè, ex duobus.

Tum primo, cum principium sit 1
vitiosum, consequenter temporis spatio firmari non potest, vulgatis iuribus.

Tum secundo, quia subreptio vi- 2
tiat gratiam ipso iure, c. ad aures c. constitutus cum aliis de rescript. cap. si motu proprio de præbend. in 6. clement. 1. eod. tit. ibi, *gratiam huiusmodi*, & c. quamuis rescripta non nisi ope exceptionis, gloss. fin. in c. ad audientiam 2. de rescript. & ibi Abb. numero 14. Felin. cons. 22. & comm. Oldrad. cons. 257. à num. 28. Rebuff. in prax. tit. de different. inter rescripta grat. & iustit. numer. 1. Nauarr. in c. si quando de rescript. prælud. Didac. Perez in l. 1. tit. 12. lib. 3. ordin. q. 8. & 9. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 201. num. 2. & 3. & à numer. 16. Farinac. in prax. 5. part. q. 6. num. 46. Tuscul. concl. 722. lit. S. Siculus in c. cęterum de rescript. numer. 6. Sanchez de matrim. libro 8. disput. 21. in 3. & alij plures, Caputaq. decision. 223. part. 3. & sunt aliæ infinitæ decis. Rotæ impressæ, & manuscriptæ ad hoc.

SVMMARIVM.

1 *Post didicita testificata, alij testes super eisdem produci non possunt.*
2 *Ecclesia quando auditur in producendis testibus.*

Didicitis testificatis, an Ecclesia possit alios testes super eisdem capitulis producere.

Digitized by Google

DECIS. DCXLI.

MAxima fuit altercatio in Curia Archiepiscop. circa supra dictum articulum, & pro opinione negatiua dicebatur extare iuris conclusionem generalem, desumptam ex tex. in ca. fraternitatis de testibus,
1 vbi recipi non possunt testes super eisdem capitulis, post publicatas attestationes, siue in primo, siue in secundo appellationis iudicio vertentur, clemen. fin. de testib. vnde in §. quia vero in Authen. de testibus disponitur, quod testes producens, si eorum dicta didicit, nouam non potest productionem facere, & cum dictus text. generaliter, loquatur non debet restringi, seu limitari in ecclesia, in qua potest vigere eadem suspicionis ratio, scilicet, subornationis, secundum Mvns. cent. 1. obseru. 41. Menoch. de arbit. q. 35. num. 2. Ceuagl. quæst. 350. num. 18. Gabriel de testibus concl. 21. numer. 12. Hinc est etiam, quod si pendente lite, monitoria ab ecclesiastico publicari contingat, quo tempore coram seculari iudice super eadem materia iam sit publicatus processus, & didicita sint testificata monitorij cursum subornationis timore impediri posse, inquit Sola ad decretum Sabaudiæ, tit. nemo inuitus, glos. 1. numer. 9. Costa de iur. & facti scient. cent. 2. dist. 55. num. 1. licèt secundum Panorm. in c. dilectus num. 1. & 2. de test. cog. possint cogi supradicti testes ab ecclesiastico ad deponendum, sequitur Lazar. de monitor. sect. 1. q. 15. num. 12. & seq. quia veritas non est occultanda, Franch. March. decision. 1167. parte 1. & in decis. 382. parte 2. Graff. in decis. aurear. libr. 4. cap. 8. num. 23. tom. 1.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit decisum in dicta Curia Archiepiscop. 2
nam fuit dictum Ecclesiam esse audiendam per viam restitutionis in integrum ad producendos nouos testes super eisdem articulis, & hoc dumtaxat præmissa causæ cognitione super ipsa læsione, & probationum omissione, per doctr. Innoc. in propriis terminis loquentem in cap. auditis de in integ. restit. & cum hac quoque opinione transiuisse Rotam Romanam testatur Achil. de Graff. in decision. 9. eodem titul. cui addo Afflict. in decis. 216.

Finis Tituli Praxis Variarum Decisionum.

PRA-

Digitized by Google

PRAXIS
REGVLARIVM TAM VIRORVM, QVAM mulierum.

SVMMARIVM.

1 *Prohibita donatione per aliquod statutum, seu constitutionem non intelligitur prohibita donatio remuneratoria, redditur ratio.*

2 *Appellatione donationis nõ venit illa, quæ fit ex causa remunerationis.*

Bulla Clement. VIII prohibens Monialibus facere donationes, quocasu locum non habet.

DECIS. DCXLII.

IN facti contingentia dixi, in nullam pœnam incurrisse quędam ob prætensa munera contra formam constitutionis fœlicis recordationis Clemen. VIII. quia constabat euidenter illa fuisse data benefactoribus præfati Monasterii, præsertim Aduocatis, Procuratoribus, ac Protectoribus, quare succedit regula iuris,
1 quod donatio remuneratoria non comprehenditur sub prohibitione, seu statuto prohibente quibusdam donare, vt latissimè per Iason. in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. post Alexand. consil. 43. col. 6. in fin. numero 31. versic. non obstat, quod statutum volum. 4. & secundum Alban. in consil. 22. volum. 1. appellatione donationis non venit illa, quæ fit ex causa remunerationis, quia, vt voluit Abb. in rubr. de donat. dicitur potius compensatio, quàm vera donatio, & ita tenuit Rota in vna V-sellen. spoliorum 13. Februarii 1609. & in specie constitutionis Clement. VIII. de qua agimus, nouissimè ita concludit Roderic. quæst. regular. 47. art. 6. parte 2. ex adductis per Nauarr. in capit. non dicatis 12. q. 1. num. 25. comm. 2. versic. duodecimo infertur de regular. 2

SVMMARIVM.

1 *Cessante causa propter quam fit donatio, cessat donatio, & numer. 3. Amplia num. 2.*

4 *Donatio facta ecclesiæ, vel Monasterio tempore ingreßus, habet tacitam conditionem, si ingressus ibi perseuerauerit.*

Donata Monasterio ante ingressum, an si post ingresſũ recesserit, possint repeti donata.

DECIS. DCXLIII.

DVbitatum fuit in Curia Archiepisc. supra supradictum ar-

Digitized by Google

ticulum, nunquid dicta donatio cesset, & dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, quia ex quo supradicta donatio videtur facta ob ingressum Monasterii, vt colligitur ex prooemio donationis, quod denotat causam finalem, Aymon consil.192.ad fin. vltra quod etiam instrumento donationis dicitur, quod donat, quia intendit ingredi in religionem, quare ipsa recedente, vide-
1 tur cessare causam donationis, & esse locum reuocationi, ob causam
2 non sequutam. Ita in specie donationis ob causam ingressus concludit Natta cons.180. numero 5. versic. quod etiam sine aliquo pacto, Dec. consil.86.viso puncto col.5.numer.5. versic.& ista donatio Soc. cons.183. eleganter numer.3.col.3. versic. postremo, qui ampliat, maximè quando sumus in donatione magna, vt est ista, de qua agimus cum non sit verisimile, quod donasset, si vellet recedere. Ruin.consil.204.li. 1. idem voluit Beccius cons.74.numer. 11. vers. quibus tamen non refragantibus, Curt.iun.consil.141. habita diligenti col.4.num.13.Cagnol. in l.1.num. 37. de orig.iur.Ias.cons.103.alias 104. colum.2.lib.2. Rebuff. de priuil. schol. quæst.163.vbi loquitur in donatione facta à scholare discessuro à studio, & applicat ad religiosum, qui egreditur à religione, Aym. consil. 877. numer.3.vers.9.libr.5. addit. ad Dec. cons.31.in verb.arbitror, Tiraquell. in tract.cess.caus.num.232.par. 1.vers. renunciationis.

3 Et in specie, quod donatio censetur reuocata ob defectum causæ, facit text.in l.Senatus §. nec dubitauere, l.2.& ibi gloss.Bart.& Pau. de Cast.si mortis causa, la seconda, ff. de donat. cau.mort.Dec. consil. 86. numero 5.facit reg.cum cessante de appell.Cacher.dec.121.Gratian. dec. 42.Balb.decis.114.

Supradictis accedat, quod omnis 4
donatio facta Ecclesiæ, vel Monasterio tempore ingressus, tacitam habet cōditionem, vt duret, eo ibidem perseuerante, ad instar dotis, l.vnica §.cum autem C. de rei vxoriæ act.& l.nuper de dote post diuort. restitut. & sic clerico recedente quocunque modo, restituitur ei sua; & idem in Monacho, vt illa transferat secundo Monasterio, ad quod transit.

SVMMARIVM.

1 *Delictum committit audiens Confessiones fidelium absquè approbatione Ordinarij.*

2 *Redditur huius conclusionis ratio, & nonnulla similia adducuntur.*

3 *Omnes animæ sunt sub potestate, & protectione Episcopi.*

Qua pœna puniatur regularis audiens Confessiones fidelium absque licentia, & approbatione Curiæ Archiepiscopalis.

DECIS. DCXLIV.

Capto, & carcerato, & existente 1
in posse Curiæ Archiepisc. quodam Regulari, ex eo quod visus, & repertus fuit audire fidelium Confessiones absque approbatione, & licentia dictæ Curiæ, & cum dubitaretur qua pœna veniret plectendus: & dicebatur non esse dubitandum quin supradictus Regularis grauissimè deliquerit, cum id patrare necdum reperiatur prohibitum de iure sacrorum canonum, verùm à sacro Concil Trident. nam in cap. 15. sess.23.de reform. dicitur, *Quamuis Presbyteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatē accipiat, decernit*

tamen

Digitized by Google

tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, neque ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, vt ab Episcopis per examẽ, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, consuetudine quacunque etiam immemorabili, non obstantibus. Et in c. 6. de casuum reseruatione, sess. 14. hęc habentur, *Nullius momenti esse absolutionem, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionẽ.* Probatur quoq; in d. c. 15. sess. 23. eiusdem Concilij. & in Conc. Florentino sub Eugenio celebrato §. 4. vbi hæc habentur, *Minister huius Sacramenti est Sacerdos habens auctoritatem absoluendi ordinariam, vel ex cõmissione Superioris.* De qua re latissimè Nauarr. in c. placuit numer. 2. & seq. de pœnit. dist. 6. & idem Nauar. in man. Confess. n. 1. & 2. latè Guttierez lib. 1. can. quæst. cap. 27.

2 Item dicebatur, præfatum Regularem deliquisse etiam exercendo iurisdictionem, quam non habebat, si quidem ante approbationem habet tantum habitualem, non autem actualem, ad text. in clement. attendentes de statu regul. sequitur Balb. consilio 23. numero 6. Alban. consil. 90. num. 4. Merend. consil. 63. numer. & 9. Rubin. consil. 16. & 21. numero 4. Cui conclusioni addebatur quoque sacrum Conc. locis cit. facere æquiparationem inter obtinentem beneficium Curatum, & eum, qui habet approbationem ab Ordinario ad audiendas Confessiones, voluit idem Guttierez loco cit. post Sayr. consil. 12. & Gloss. in cit. clement. attendentes, Sed habens beneficium Curatum non potest audire alienas oues absque licentia expressa, vel saltem interpretatiua proprij Parochi, vt probatur in c. omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss.

Denique adducebatur illud simile de Religiosis Societatis Iesu, qui licet obtinent priuilegium Apostolicum, vt cum iter fecerint, possint audire Confessiones vbique existentium, non tamen si ibi Ordinarius loci adsit, releuantur à petenda licentia, vt Guttierez loco citato. Quod iustissima ratione mihi videtur sancitum, si quidem omnes animæ Diœcesis sunt commissæ sub potestate Episcopi, vt probatur in cap. quæcunque 10. quæst. 1. in cap. præcipimus 12. q. 1. & quilibet de diœcesi dicitur esse parochianus Episcopi, vt in c. licet, de feriis, & in c. 1. de rapto. & in c. ad aures, de pœnis.

Quibus omnibus suppositis, diximus, pœnam præfati criminis sumi ex text. in c. placuit, quo cautum est, vt talia patrantes suspendi debent saltem à potestate, gradu, & iurisdictione habituali, quam in Sacerdotio recipit, ita vt nunquam dicta potestas, & iurisdictio habitualis in actum redigatur, actualem iurisdictionem recipiendo ad Confessiones auriculatas audiendo. & secundum Rodriquez quæstion. 26. libr. 2. art. 1. deberet quoque suspendi à celebratione Missarum.

Ceterum quicquid sit ex supradictis, Curia tamen Archiepisc. censuit præfatum Regularem remittendum fore Prouinciali suæ Religionis, prout realiter fuit remissus.

SVMMARIVM.

1 *Sanctimonialis post professionem non potest exire à monasterio, ni graui ex causa.*

2 *Ob quas causas, & rationes potest exire.*

Iuris ignorantia an excusentur Moniales, ne incurrant excommunicationem admittendo ad professionem intra annum approbationis.

DECIS. DCXLVI.

IN casu mihi proposito respondi negatiuè ex regula iuris ignorantiam
1 iuris neminem excusare, vulgatis iuribus, quod procedit nedum ignorantia iuris naturalis, verum positiui iuris, c. quod licitis 16. dist. cap. cum illorum de sent. excom. cap. cursus 16. q. 1. & ita tenuit Rota in vna professionis 4. Aprilis 1541. coram Ioanne Paulo, cuius verba sunt, videlicet,

2 *In eadem causa Valentin. nullitatis professionis, dicebatur ex parte monialium, nullam incurrisse suspensionem, quia mulieres iuris ignorantia excusat, & non habuerunt animum dolosum: ex parte autem contraria eas omnimodo incurrisse suspensionem fuit dubium 4. Aprilis 1541. R.P.D. Io. Paulo causam proponente an moniales habuerint legitimam causam excusationis etiam quod admiserint Beatricem ad professionem infra annum probationis, & incurrerit suspensionem, de qua in ca. non solum. Fuit tentum & conclusum per omnes, quod non possint excusari moniales quin incurrerint suspensionem, quia debuerunt consulere peritiores, & Canonistas cum essent in loco, vbi erat magna copia iuris peritorum: & ratio, quia ignorantia non excusat, quando adsunt peritiores, qui consulant imperitis, ad not. in l. leges sacratissima C. de legib. & in c. 1. de constit. & in reg. ignorantia de reg. iur. in 6. & cum omnes Doctores in d. c. non solum teneant, quod tex. ille in d. c. ignorantia, extendatur ad moniales si talis excusatio admitteretur, vtique reg. d. ca. ignorantia redderetur elusoria, quia semper allegaretur ignorantia, & canonis si quis suadente, pœna minus ligaretur, quod est contra not. per Doct. in cap. mulieres de sent. excomm. Nec in eis potuit esse ignorantia, cum sit notorium in reg. obseruantia Mendicantium nullum esse admittendum ad professionem ante annum probationis, & hoc tanquam notorium, non potuit ignorari, ad not. per DD. & Abb. in c. 1. de postul. prælat. Scrib. in c. cum in tua, qui mat. accus. poss. Hoc autem fuit ignorantia & negligentia, quæ inducit mortale. d. gloss. in cap. ea quæ de off. Archid. Anchar. in c. 1. de off. custo. & licet qualibet causa excuset à dolo, & à pœna corporis afflictiua, vt vulgariter dicitur, l. si ex plagis, C. ad l. Iul. de plag. cum aliis, secus tamen est à culpa, Bart. in l. iustè possidet ff. de acq. poss. & propter culpam potest censuari, c. nemo. c. nullus 10. q. 31. nec excusare potuit opin. Petri de Pal. 4. dist. 33. q. 2. c. 2. & Siluestrin. in verbo religio. §. 3. vers. 3. quæritur, vbi dicunt, quod moniales Fratrum Prædicatorum non sunt Mendicantes, & possunt infra annum probationis recipi ad professionẽ, quod idem tenet Archiep. Flor. in sua summa, quia potius essent consulendi Canonistæ, quam Theologi, vt not. Anchar. in disput. incip. Antiq. & moder. temporis, & vltra in d. c. non potest, quod idem procedat in monialibus, bene Lap. allegat. 4. n. 45. glos. DD. in clem. 1. de regul. & licet opinio magistri excuset iudicem à pœna, sequendo eius opinionem, vt dicit Ang. in l. terminat. C. de fruct. & lit. expens. Abb. in c. 1. de postul. prælat. & ideo sic videretur posse excusari moniales, sequendo opinionem Doctoris sui Ordinis, tamen fuit dictũ, quod in hoc casu Canonistæ debebant dici Magistri, qui sunt periti, & DD. non autem Theologi, & sic tollitur id, quod dicitur, quando quis tenetur ad aliquid faciendum sub certa pœna sola notitia non sufficit, sed requiritur intimatio*

Digitized by Google

et facta, vt dicit Bar. in l.denunciasse ff.de adult. & decis.21.in antiq. nec minus obst. ca.fin. qui matr. accus. poss. & Bart. in l.is potest ff.de acquir. hæredit. quia loquuntur in alio casu distinctè, & vbi agitur de priuatione, in qua est necessaria vera probatio, & non per coniecturas, & præsumptiones: nec obst. clem.vnic.de concess.præben, quia procedit vbi agitur de amißione gratiæ, secus vbi ageretur de amißione iuris, vt Card. ibi in 3.q. cum tribus sequent. nec minus obstat, quod notat Bar. in l. 1. ff. de receptat. & in l.omnes, la seconda, C. de agric. & censit.li.12. vbi receptans bannitum, licet alleget ignorantiam bāni non excusatur, si in loco erat notoriū quia loquitur in notorio, non autem in fama, vt in alio casu, & hæc est ratio, quia notorium non licet ignorare: nec obst.c.1.de postul.præl, & c.illud de cler. excom. minist. & c.cum desideres de sent. excomm. quia immo intelliguntur in tangentibus periculum animæ, ita tenet Abb. in d.c.cum desideres nume. 6.

SVMMARIVM.

1 *Loquutio cum monialibus regulariter omnibus est prohibita.*

2 *Redditur huius conclusionis ratio. Ampliatur & limitatur supradicta conclusio variis modis n.3. & seq.*

Constitutio synodalis Neap. 7. prohibens loqui monialibus, quando locum habeat.

DECIS. DCXLVII.

1 HVius constitutionis verba ita se habent,

Scōmunichiamo qualsiuoglia huomo, che presumesse andare alli monasterij delle monache, anco esente à parlare cō esse senza licenza nostra, ò del nostro Vicario Generale, o particular deputato. Dichiarando che quelli, cho haueranno licenza di parlar, con alcuna monaca particulare, non si possano seruire fraudulemente dell'istessa licenza per parlare con altre. Quæ cōstitutio ampliatur & limitatur variis modis.

Et primo ampliatur præfatam prohibitionem procedere etiam in laico exempto à iurisdictione Episcopi, quia ratione delicti efficitur subditus, c.placuit 6. q.1. ca. postulasti de foro compet. Auth. si qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. Balb. decis.29. Rauden. decis.23. 2

Amplia secundo, vt huiusmodi excommunicatio comprehendat etiam loquentes cum monialibus exemptis Gemin. in capit.1. §. hæc omnia num.8. de regularib. in 6. & ibi Franch. nume.6. & ad hoc conferunt notata per Scribentes in cap. fin. de foro compet. Ratio est, quia locus exemptus dicitur esse in diœcesi, vt patet ex decis. Rotæ 207. par.2. diuers. 3

Nunc limitatur multis modis, & primo non comprehendere illos qui bona fide & ex ignauia reperti sunt alloqui monialibus: idem Balb. decis. 90. cuius ratio est, quia verbum illud, *præsumesse*, adiectum in bulla, exigit dolum, & temeritatem, Nauar. cons.17. de reb. eccl. non alien. & consequenter non comprehendit huiusmodi prohibitionem ignorantes, c. monasteria de vita, & honest. cler. ca. illud de maiorit. & obed. Card. in clem 2. q.3. eod. tit. 4

Limita tertio in loquentibus cum Nouitiis, quia ipsæ non veniunt appellatione monialium, Authen. ingressi C. de sacrosanct. eccl. Quod limitarem vbi edictum Ordinarij loqueretur generaliter contra accedentes ad monasteria monialium

lium, iuxtà terminos d. cap. monasteria.

Limitatur quarto, vt nec huiusmodi prohibitio comprehendat mulieres loquentes, nam licet per illud verbum *qualsiuoglia huomo*, in d. constitutione positum, sit actum comprehendere etiam fœminas, ex regula iuris, quod masculinum concipit fœmininum, vulgatis iuribus, nihilominus vniuersalis Ecclesię vsus, & totius orbis consuetudo extat, vt mulieres sub dicta prohibitione non comprehendantur.

SVMMARIVM.

Quis non potest ingredi claustra monialium.

2 *Ingredientes monasteria monialium Ordinum Prædicatorum non possunt absolui in casibus non necessariis.*

3 *Amplia primo procedere in Prælatis.*

4 *Amplia secundo procedere etiam in mulieribus.*

5 *Limita primo, vt sub præfata prohibitione non includantur paruuli infantes.*

6 *Limita secundo in casu declarationis Sacræ Congregationis.*

Claustra monialium non possunt ingredi personæ seculares.

DECIS. DCXLVIII.

1 Monialium claustra quis ingredi non potest, pro qua conclusione est videndum Conc. Trid. sess. 25. c. 5. vers. ingredi, autem, Medic. in summa peccat. 2. part. tit. 9. qu. 78. num. 37. & 38. Zecchus de casibus res. cas. 10. in princ. Nauar. c. statuimus 19. qu. 3. ex nu. 59. Fusc. de visit. lib. 2. c. 18. ex nu. 24. Gaiet. in sum. verbo monachorum, Beia in resp. casib. cons. cas. 30. Motus proprius Greg. XIII. incip. Vbi gratiæ, & indulta. Dat. anno 1575. idibus Iunij anno 4. sui Pontificatus, quem optimè explicat Rodriquez in fine Bullæ Cruc. ex fol. 196. pulchrè Boll. in œconom. can. 3. class. cap. 4. §. 14. vers. secundum requisitum, latissimè Villagut. in tract. de vsuris, qu. 35. ex num. 46. vbi interpretatur motum proprium Gregorij XIII. super hoc editum.

De hac quoque prohibitione extant text. in c. periculoso de statu regular. in 6. & in c. exiit de verb. sign. eod. lib. vbi per clausuram intelliguntur domus, & officinæ interiores, idem voluit Gregor. IX. in declaratione reg. Fratrum Ordinis Minorum, vbi nomine monasterij intellexit claustrum, domos, & officinas interiores, idem statuit Innocent. IV. vt dixit Sorb. in compend. priuil. verb. ingredi monasteria fol. 328. sic Pius V. ad perpetuam memoriam regularium personarum, & ex verbis motus supradicti Gregorij XIII.

Vnde ingredientes monasteria monialium Ordinum Prædicat. vel S. Francisci in casibus non concessis non possunt absolui, nisi à Summo Pontifice, Bonifac. IX. & Eugen. IV. in priuilegio vnius, & alterius Ordinis, Nauarr. in man. capitul. 27. num. 109. licet ingredientes intra septa aliorum monasteriorum monialium, sunt à Papa excommunicati, sed non est reseruata: de prohibitione huius ingressus sunt multæ constitutiones Summorum Pontificum, vt Pij V. quæ incipit, Cura pastoralis, Romæ publicata, tenoris, Deo sacratis virginibus. Item alia Romæ publicata die 9. Iunij 1566. 2

3 Amplia huiusmodi prohibitionem locum habere etiam in Prælatis, in quibus per Bullam Gregorij XIII. prohibentur in casibus non necessariis ingredi monasteria monialium, ita Nauarr. cons. 7. de statu reg. Sayr. decis. 3. eod. tit. Graff. de casib. reser. c. 5. post nu. 6. Henriq. cons. 23. num. 3.

4 Amplia secundo, vt procedat prohibitio etiam in mulieribus ingredientibus ex doctrina Nauarri c. 27. sub nu. 150. & in c. statuimus num. 62. in 4. notab. 19. q. 3. vbi quoque refert fuisse de mente, & sententia Gregorij XIII. includere etiam mulieres intrantes sine vlla tali facultate & licentia, & subdit ita seruare Prætorium pœnitentiariæ, vt refert & sequitur Quaranta in sua summa Bull. verb. monasteria monialium, qui allegat etiam Cathech. Neap. li. 3. c. 12. fol. 208.

Amplia tertio, vt neque Episcopi valeant absoluere circa supradictas censuras, & hoc procedit etiam si delictum esset occultum. Graff. loco cit. & sic videtur derogatum Concil. Trident. vt declarauit Sacra Congreg. secundum eundem Graff. loco cit.

5 Nunc limita, vt sub præfata prohibitione non includantur paruulæ infantes minores sex annis, Comit. quæst. 30. Alman. cons. 90. & probat Nauarr. pluribus in locis, referens paruulas infantes monasteria monialium intrantes, non incurrere pœnas Concil. Triden. sess. 25. de regular. additio ad Sorbum verbo ingredi, vers. aduertendum, Balb. cons. 29.

6 Limita secundo in casu declarationis Sac. Congreg. nam Illustriss. Cardinalis Alexandrinus nomine aliorum Cardinalium Congregationis rescripsit, Prælatis sub hac prohibitione non comprehendi monasteria, seu loca eorum, quæ sunt in fieri, vel in quæ, dum fabricantur, adhuc conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui habitauerint Fratres pro fabricæ potius seruitio, quàm aliter, clausuram nullam esse talem, vt si mulieres intrarent, pœnas propterea in supradicto motu proprio contentas incurrerent.

Limita tertio in casu eiusdem Congregationis, vbi quærentibus Fratribus Minorum S. Francisci de Paula, an per supradictam Pij V. statutum censeretur derogatum suæ Regulæ huic concessioni, vt singulæ Dominæ de stirpe Regia procreatę, ac etiam omnes huius Ordinis fundatrices, quæ locorum eiusdem septa communiora videre postulauerint eadem honestè cum sua Comitiua intrare, ac deuotè visitare solerent. fuit declaratum non censeri derogatum quoad Reginas, vel fundatrices duntaxat.

SVMMARIVM.

1 *Concessio facta alicui de intrando ad monasteria monialium, intelligitur de prima vice.*

An licentia de accedendo ad monasterium monialium, intelligatur de prima vice.

DECIS. DCXLIX.

FVit iudicatum concessionem alicui factam de accedendo ad monasteria monialium, intelligi de prima vice, adeo quod si semel vigore istius facultatis ingressus fuerit, amplius accedere non posset, vt refert, & sequitur Lud. Gomez in c. 1

cum

cum in multis nu.40.de rescript. lib.
9. latè prosequitur idem Philipp.
Dec.in cons.512.col.2.num.5. & Maria.Soc.iun. in cons.25. visò themate
col.2.vol.2.Alb.Ros.in tract. stat. 2.
par.q.181.Alex.in cons.16.breuiter in
casu præmisso col.1.vol.4. Felin. in c.
2.col.2.de treg. & pa. & optimè vide
per Andr.Tiraq.in repet. l.boues §.
hoc sermone num.73.de verb. significat.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas delicti notoriè, & scandalose à Regulare commissi probanda est ab Episcopo, vt eum punire valeat.*

2 *De qualitate iurisdictionem fundante iudici constare debet.*

3 *Iudex debet cognoscere an sua sit iurisdictio.*

4 *Sufficit, vt qualitas iurisdictionem fundans, allegetur.*

Qualitas, quod Regularis extra claustra notoriè, & scandalosè deliquerit, an sit probanda, vt Episcopus obtineat in illum iurisdictionem, virtute Concilii.

DECIS. DCL.

EX Conc.Trid.sess.25.can. 14. de
regularibus est depromptum,
quòd Regularis extra monasterium
decedens, etiam sui Ordinis prætextu, ab Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, inquiri, puniri, & corrigi valeat.
Quare fuit mihi quæsitum ab eminentissimo, clarissimoque Iurisconsulto, viro quidem nunquam satis
laudato, Petro Antonio Ghiberto,
1 Vicario Generali Neapol. an qualitas, quòd notoriè & scandalosè supradictus Regularis deliquerit, sit
probanda ad effectum, vt Episcopus
illum punire valeat? cui quæsito respondi, magnam esse controuersiam inter Iurisconsultos, an sufficiat narrare qualitatem tribuentem
iurisdictionem, ad obtinendos processus à iudice, vel necessaria sit cognitio super illa allegata qualitate,
priùs quam litis contestatio parti
aduersæ adiungatur, nam plerique
existimant de ista qualitate, quæ
fundet iurisdictionem, cum primis
constare debere iudici, saltem summariè, ita Bart. & Bald. in l. præscriptione C.si cont.ius, vel vtil. publ.
Innoc. in c. super literis de rescript.
Dom.in c. Romana §. contrahentes
de foro compet.lib. 6. idem Bald. in
l.si quis ex aliena ff. de iudic. Butr.
Panorm.& Felin. in c. si clericus de
foro compet.Cald.c.de illis, q.4. de
rapt. Imo. l. quidam consulebant ff.
de re iudic.Anchar.in c.postulasti q.
1.eod.titul.Affl.decis.297. Curt. iun.
cons.124.num.6. vbi dicit post Felin.in d.c.si clericus, hanc communem esse Doctorum sententiam, &
faciunt multa argumenta pro ista
opinione, quæ ad nauseam à DD. in 2
præcitatis locis referuntur, maximè
quia vbi dubitatur de iurisdictione
vel competentia, primò cognoscere debet iudex an sua sit iurisdictio,
l.2.§.sed si quis iniuss. in poss. eat.
Altera verò opinio est, quòd in tali casu, quando ex certa qualitate
fundatur iurisdictio alicuius, satis 3
sit huiusmodi qualitatem allegare,
& narrare, etiam si negetur per aduersarium, dummodo de falsitate
non euidenter constet: sufficit e- 4
nim quantum ad fundandam iudicis iurisdictionem narrare qualitatem, quæ si vera esset, non excluderetur iurisdictio, per tex. in l. cum

quædam §.quoties ff.de iurisd.omn. iud.vbi quoad iurisdictionis fundamentum attenditur summa, quæ petitur,non quæ debetur.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio debet fieri à filiis ingredientibus monasterium.*

2 *Renunciatio facta cum iuramento in fauorem causæ piæ, non valet, sine licentia Episcopi.*

3 *Renunciatio facta modo supradicto, videtur facta contra formam Conc.*

4 *Donatio facta ab ingressura monasterium, etsi potest defendi, vt non comprehendatur, videtur tamen comprehendi sub eorum mente.*

Renunciatio facta ante ingressum monasterij non seruata forma Conc. Trid. an sustineatur.

DECIS. DCLI.

1 IN materia renunciationis, quæ fieri solet à filiis & filiabus monasteriorum ingredientibus sacrosancta Synod. Triden. videns multa fieri à monialibus vsque ad illa tempora, quæ inde in controuersiam deducebantur, omnibus prouidere cupiens in sess.25.cap. 5. sic disponit, *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio* 2 *antea facta, etiamcum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat infra duos mēses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione, aliter verò facta, etiā si cū huius fauoris expressa renūciatione etiam iurata, & irrita nullius effectus esse.* Quare cū quędam puella ętatis 25. annorū volens monachari, ante ingressum monasterij in manibus fratris renunciasset cum iuramento bonis paternis, maternis, & fraternis, non seruata forma supradicti capituli; quæsitum fuit, vtrum subsisteret præfata renunciatio? & videbatur dicendum esse nullam ex pluribus.

Tum primo, quia videbatur facta contra formam Concilij, & consequenter censetur nulla ob defectum inobseruantiæ formæ, Corn. cons. 172.li.3. Anna cons.47.volum.1. Cacher.in decis.166. Gaspar Thes. in decis.56.vol.2. 3

Tum secundo, quia Menoch. cons.388.num.7. volum. 4. consuluit dictum decretum habere locum in puella, quæ adhuc in religionem non est ingressa. Vnde Nauar.magis in specie in cons.81. num.1. de regularib.voluit, quod donatio facta ab ingressura monasterium, etsi potest defendi, quod non comprehendatur verbis Concil.in d. c.15. & 16. sess.25. de regularib. tamen videtur comprehendi sub eorum mente. Immo plus voluit Guttierez in cap. quamuis de pact.in 6.in verb. dum nuptui tradebatur, num.5.quod ingressurus religionem, si aliquibus diebus ante ingressum faciat donationem, etiam non facta mentiōe futuri ingressus, debeat seruare formam dicti Conc. & ita consuluit esse faciendum. 4

Tum tertio, quia cum supradicta donatio censeatur facta contemplatione ingressus, & sub illius conditione, proinde tempus ingressus est considerandum ex regula iuris, semper esse inspiciendum actum, qua contemplatione fuerit factum, Bart.in 1.col.in princip. ff. de donat. Bald.in l.si pater §. qui duos num. 3. de adopt. renunciatio à sua causa regu-

regulanda est, Rota diuers. in decis. 624.par.1.& origo est attendenda, l. 2.ff.de priuileg.cred.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit decisum, de qua quidem mirandum non est, siquidem Conc.loco cit.disponit de muliere, quæ iam erat ingressa monasterium, sed nondum fecerat professionem, non autem loquitur de virginibus, quæ ante ingressum religionis, immo & ipsius monasterij solent facere istas renunciationes fauore fratrum, vel aliorum de agnatione, prout in artic. licet Corn.in d.cons.272.lib.3. & Soc. cons.83.lib. 2. voluerint esse necessarium monasterij consensum, quia habent tacitam conditionem, si hæreditas renuncianti deferatur, quæ monasterio quæritur, verùm quando istæ renunciationes fiunt ante ingressum monasterij, cui ante ingressum,& tempore donationis, vel renunciationis, nullum est ius quæsitum, semper valida sunt, quia aliàs sequeretur maximum absurdum, quod nullæ renunciationes hodie, quæ passim fiunt sine illis solemnitatibus substiterent, sed omnes essent nullæ.

Et iuxta hanc opinionem scripsit Menoch.de arb. iud. casu 436. sub numer.3.Nauarr.in cons. vltimo de donat.in antiquis.Molina de iust. & iur.disput. 139. vers. ambiget rursus.Quarant. in summa Bullarij in verbo monasteria virorum, Grat. decis.36.

Et iuxta supradictorum opinionem censuit Sac. Congreg. Concil. cuius tenor talis est, *An dispositio cap. 16.de regularib.sess.25.in princ.comprehendat illum etiam, qui habuit animum ingrediendi religionē,& adhuc in seculo existit, sed tamē acceptatus, licet habitum non susceperit, donauit bona sua matri, non adhibitis solemnitatibus hoc capitulo requisitis, Congregatio cēsuit non habere locum ante susceptionem habitus.* Quare non obstant allegata in oppositum, quia habemus contrariam declarationem, cui omnino standum est.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ Clement. VIII. series refertur.*
2 *An habeat locum in hospitiis.*
3 *Habitare quis propriè dicatur.*
4 *Monasterium dicitur omnis monachorum statio.*

Bulla Clement. VIII. de non concedenda licentia Mendicantibus noua ædificare monasteria, an comprehendat hospitia.

DECIS. DCLII.

FVit resolutum in Curia Archiepisc. Bullam Clement. VIII. disponentem non posse Ordinarios licentiam ad nouos conuentus cuiusque, etiam Mendicantium Ordinis, in ciuitatibus & locis eorum Ordinariæ iurisdictioni subiectis, erigendos impartiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem ciuitatibus, & locis existentium conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa, seruatis seruandis, cognita constiterit, in eisdem ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos Conuentus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse, non comprehendere hospitia ex regula iuris, quod appellatione monasterij, non venit hospitium, Gallin.cons.326. numer.6. Hartaman. 1 2

conf.13.num.4.& seq.Hinc est,quod Heremitis Ordinis Camaldulensium,quibusprohibetur Conuentus facere prope ciuitatibus, secundum Tap.in Auth. ingressi in verb. monasteria cap.40. C. de sacrosan.eccl. permittitur tamen habere ciuitates hospitia, quia tunc ibidem considerantur vti viatores,secundum Ias. in l.plerique num.18. ff. de in ius voc. nec dici possunt ibidem propriè, & verè habitare, l.1. §.habitare ff. de his, qui deiecer.vel effud.l.pen. §.in factum ff.nautæ, caup.& stabular. Quare dixit Bald. in l. ea quæ in fin. C.quom.&quan.iud. quem sequitur Ias.in cit.l quia plerique,quod si statutum puniet offendentem ali-
3 quem in domo, non comprehendit offendentem in hospitia, sequitur Alciat.in l.subsignatum num.4.ff.de verbor.signif.Alex.cons.213.numer.5. vol. .Rub.cons.22.Cacher. cons. 22. nu.5.

4 Non obstat, quòd monasterium dicitur omnis Monachorum statio, secundùm Panorm.in c.monasteria de vita & honest.cler.quem sequitur Ias.in l.2.§.mutui datio ff.si cert. pet. quia respondetur procedere de firma habitatione monachorum, non autem de illa,quæ fit per transitum, prout in casu nostro.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens Tertiarium Diui Francisci an incurrat in excommunicationem nu.5.*

2 *Deferēs habitum alicuius Religionis, gaudet priuilegio cap. si quis suadente.*

3 *Tertiarij connumerantur inter personas ecclesiasticas.*

4 *Quandiu quis est in seruitio Ecclesiæ gaudeat eis priuilegiis.*

5 *Quæ religiosis adhærent, quasi religiosa censenda.*

6 *Omnes Tertiarij in Italia existentes gaudent non solum priuilegio fori, verum canonis per Bullam Sixti IV.& nu.7.*

8 *Verberans nouitium incidit in canonem, licet laicus sit.*

9 *Respondetur contrariis.*

Tertiarij S. Francisci an gaudeant priuilegio can. si quis suadente.

DECIS. DCLIII.

RESolutum fuit absque disceptatione in Curia Archiepis. percutientem Tertiarium cuiusuis Religionis incurrere in excommunicationem:isti enim Tertiarij viuunt congregati cum Religiosis, vt dicit Nau.in cap.27.§. 27. & deferunt habitum religionis,quod facit gaudere priuilegio canonis,Boich.in cap. religioso §.1.numer. 6. de sentent. excomm. Thomas Triuis.in decis. 57. num.11. par. 2. Et supradictos Tertiarios connumerari inter personas ecclesiasticas voluit tex. in ca.causa, quæ, de elect.Card.in clem. 2. §.1. vers.secundo quæro in testimonium monachorum, Mascard. concl. 1253. num.8.Lancellot. Polit. de substitutione par.1.particula 6. num.3. Bolognet.in suo not.cons.22.Gabriel. de leg.conclus.2. ampliat.1. & ita fuisse decisum in causa Orphanorum vrbis Sicil.pro Catharina, & Angela Panicula sub die 24. Octobris 1589. refert del Castillo. decis.Siciliæ 88. ita dicebatur extare iuris conclus.seruientem Ecclesiæ, habere eius priuilegia; cap.Ecclesiarum seruos 52.quæst.2.facit text.in cap. similiter 16. quæst.1.& sicut ea quæ religiosis adhærent, sunt religiosa, l.quæ

l. quæ religiosa ff. de rei vend. ita isti
5 Tertiarij censendi sunt religiosi quo adusque sunt in seruitio religiosorum: sed magis stringit, quod verberans nouitium, etsi laicus sit, patitur tamen pœnam canonis, vt in d. c. religioso §. 1. de sententia excomm. in 6.

6 Et in propriis terminis supradictam opinionem tenuerunt, Florentin. in 3. par. tit. 23. cap. 5. §. 4. Sorbus in annotatione priuilegia Mendicantium in verbo Tertiarij Fratres de Graff. consilio 14. volum. 1. & postremo adest Bulla Sixti IV. fol. 54. in
7 qua habetur istos Tertiarios gaudere nedum priuilegio fori, verùm canones, licet loquatur de Tertiariis in Italia existentibus.

Non obstat consil. Bolognet. 22. numero 12. volens Tertiarios, quod vulgò nuncupantur *Terzaruoli*, seu *Bizochi* Ordinis S. Francisci regulariter non effici religiosos, & nullo modo personas ecclesiasticas, & consequenter minimè debere gaudere priuilegiis immunitatis, nec aliter habere fori electionem, vel eius declinatoriam, & tandem canonis priuilegio: quia respondetur, eius opinionem esse intelligendam in Tertiariis priuatam vitam ducentibus domi, ita Soc. consil. 10. numer. 22. & 23. volum. 1. & consil. 230. numero 80. Eugen. in not. consil. 26. per totum, vbi latè, & ibi in fine respondit Bolognet. in d. consil. 22. & nouissimè ita firmat Guttierez in tract. de gabellis quæstion. 91. numero 5. vbi ait, quod Fratres, & Sorores Beati Francisci Tertiarij Ordinis si priuatam vitam agant cum vxoribus, & maritis, & bonis suis, vt laici dicantur, & ideo contribuere tenentur ad gabellas, vt cæteri homines laici, & eo modo, quo prius quam Confraternitatem acciperent, vel assumerent, soluebant, allegat Sarmien. de reditibus Eccles. in defensione libelli. par. 1. monitorio 56. Greg. Lopez in locis ibidem per eum allegatis & numer. 6. subdit, quod si vt religiosi in communitate vixerint, minimè tenentur attributorum, nec etiam gabellę solutionem, quando verè sunt religiosi, & ibi allegat Lazart. de decimis cap. 19. num. 90. & Giron. de gabell. 7. par. numero 40. & 41. & de istis procedit hæc decisio, quia sunt Religiosi.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij, tanquam Sedis Apostolicæ delegatis in causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares debitores cogere, & compellere possunt cum expressa derogatione quorumcunque priuilegiorum.*

2 *Regularis extra monasterium degẽs, etiam sui ordinis prætextu si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Aqostolica delegato, inquiri, puniri, & corrigi valet.*

3 *Ordinarius habet iurisdictionem in Regulares.*

4 *Ordinarius potest præfigere terminũ Regulari exempto delinquenti.*

5 *Regulares possunt conueniri ratione delicti coram locorum Ordinariis.*

6 *Regulares exempti in casu hæresis subsunt iurisdictioni Ordinariæ.*

7 *Regularis in reddendo rationem alicuius vltimæ voluntatis est subditus Ordinario.*

O *rdinarius existens in possessione iudicandi Regulares, tunc videtur per non vsum renunciasse priuilegio.*

Ordinarii locorum in quibus casibus possint cognoscere de causis Regularium.

DECIS. DCLIV.

IN factomihi proposito respondi in infrascriptis casibus.

Primo, ex decreto Sacri Concil. Trid.cap.14.de reform. sess. 7.Ordinarii tanquam Sedis Apostolicæ delegati in causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares debitores cogere, & compellere possunt, cum expressa derogatione quorumcunque priuilegiorum,& exemptionum quarumcunque, ergo si nõ tanquam Ordinarius, saltem veluti Delegatus procedere poterit.

Secundò, quod Regularis extra monasterium degens, etiam sui Ordinis
2 prætextu, si deliquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, inquiri, puniri,& corrigi valet, statuit sancta Synodus in c.3.sess.6.Conc.Trident. de regular.& monialibus. Quare in causa ciuili in vim instrumenti extra monasterium stipulati,& initi,Ordinarius cognoscere non poterit, quod etiam confirmauit in c.8.sess.21.de reformat.

Tertiò, Ordinarius habet iurisdictionem in Regulares, insunt infra-
3 scriptæ, videlicet, vt si Regularis est excommunicatus à iure, Ordinarius mandat, ipsum denunciari publicè, vt euitetur, ita Io.Andr.in cap.1. de priuil.in 6.dum.1. quasi in fin.& Gemin.in 3.col.vers. quod si exemptus, & Io.de Imola in clem. 1. de sequest. poss.& fruct.nu.17.

Quarto, potest præfigere termi-
4 num Regulari exempto delinquenti, infra quem debeat Superiori suo se præsentare, idem Gemin. in capit. quamuis §. inferiores de elect. in 6.

Quinto ratione delicti, vel con-
6 tractus, aut rei, de qua agitur, coram locorũ Ordinariis possunt Regulares cõueniri, ita text. in c.1.de priuil.in 6. 6

Sexto, in casu hæresis Regulares exempti subsunt iurisdictioni Ordinariæ, vt in cap.ad abolendam §.fin. de hæret.

Septimo in reddendo rationem a- 7
licuius vltimæ voluntatis, Regularis exemptus, fit subditus Ordinario loci,& ei rationem reddere tenetur,& ab eo de mala administratione puniri poterit, clem.1.de testam.

Octauo additur, quando Ordina- 8
rius esset in possessione Regulares iudicandi, nam tunc videtur per non vsum renunciasse priuilegio, Host.in sum. de priuileg. versicul. qualiter amittatur, & Henriquez Boich. in d. c.ad abolendam in fin. qui alios enumerat casus.

SUMMARIUM.

1 *Regularis deferens habitum suæ religionis corporum habitu alterius Ordinis, non est vti apostata puniendus.*

2 *Non competit præfato Regulari diffinitio vera apostasiæ.*

3 *Regularis dimittens habitum ob iustum timorem, non dicitur apostata.*

4 *Quis non dicitur apostatà ex sola habitus dimißione.*

5 *Contrarium deciditur, quod deferens habitum est apostata.*

Regularis deferens habitum suę Religionis subtus habitu alterius Religionis, an sit censendus apostata.

DECIS. DCLV.

DVm essem Cõsultor cuiusdam Religionis, accidit, quòd quidã Regularis eiusdem monasterij recessit,& consequenter apostatauit, & 1
cum deferret habitum suæ Religionis coopertum habitu alterius Religionis

gionis, fuit dubitatum, an esset vti apostata puniẽdus: & dicebam, quòd non, ex pluribus.

2 Tum primo, quia supradicto Regulari non competit diffinitio veræ apostasiæ, quæ est temerarius recessus à statu Religionis, Alex. par. 2. quæst. 183. & D. Thom. 2. 2. q. 12. art. 1. Canus. lib. 11. capit. 9. de locis Theologicis Alfons. à Castro libr. 1. de iusta hæret. pun. capit. 7. & 23. Simanc. de cathol. institut. capit. 7. Albertin. de hæretic. libr. 6. qu. 8. Salzed. ad Diaz. cap. 112.

Tum secundo, quia cum ob timorem iustitiæ propter quoddam prætensum crimen, ne capiatur, & puniatur à suo Superiore, deferebat habitum suæ Religionis, sed coopertum habitu alterius Religionis, con-
3 sequẽter succedit regula iuris, quod Regularis dimittens habitum ob iustum timorem, non dicitur apostata, vt probat text. in terminis, & ibi Glos. clarissima in cap. 2. de vita, & honest. clericorum, in verbo causa, quo in loco induit text. quod si Regularis dimittat habitum ex iusta causa, vt pote timore mortis nõ censetur apostata, quia absque dubio captus, & punitus fuisset à suis Superioribus Regularibus.

Tum tertio, quia secundum Oldrad. in cons. 183. numero 13. generaliter est dispositum quemlibet regularem ferentem habitum coopertum alterius Religionis habitu, non dici apostatã, quicquid voluerit Triuis. in decis. 19. par. 2.

Tum denique, quia secundum Io. And. in addit. ad Spec. in rubr. ne cleric. vel mon. quem sequuntur Archid. numer. 5. Anchar. num. 8. Franch. numero 6. in c. 2. eo. tit. & ibi Gemin. nu. 5. ex sola habitus dimissione
4 non dici quem apostatam, cum necesse sit adesse quoque animum non redeundi, secundum Achil. de Grass. in decis. 1. de apost.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium consului supradicto Superiori, motus præsertim conclusione illa, paria esse non deferre habitum, & deferre coopertum, Achill. loc. cit. Henriquez consil. 22. Rub. cons. 60. Quare Anan. in rubr. de apostat. quem sequitur Calcan. cons. 23. voluit, deferentem habitum subtus esse apostatam.

SVMMARIVM.

1 *Professio tam virorum, quàm mulierũ non debet fieri ante annum 16. sed post illius expletionem.*

2 *In sponsalibus requiritur ætas septem annorum expleta.*

3 *In omni materia, parum, pro nihilo reputatur.*

4 *Professio facta ante dictum tempus, ab Ordinario debet nulla declarari.*

5 *In emittenda professione, deficiente vno die, ipsa habetur pro nulla.*

Professio an dicatur inualida, si deficiant duodecim dies ante annum 16.

DECIS. DCLVI.

IN Conc. Trident. sess. 25. c. 5. de regul. habetur, quòd in quacunque Religione tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante 16. annum expletum, quare cum ex supradictis verbis euidenter appareat annum 16. debere esse expletum, propterea non est vlterius disputandum. 1

Item dicebam, quòd cum sit validum argumentum, de matrimonio carnali ad spirituale, capit. inter corporalia de translat. Episcoporum, & in sponsalibus requiritur ætas septem annorum expleta, D. Thom. 2

4.d.27.q.2.Ang.numero 5. verb. matrimonium, Silua q.2. Armill.num.4. Nauar.cap.22.num.26.Sot.d.27.q.2. art.2.concl.11.Flores Theologorum q.in 4.dist.27.art.4. & omnes, igitur idem censeo in matrimonio spirituali, quod contrahitur per professionem in Religionem.

3 Nec obstat, quòd in omni materia parum pro nihilo reputatur, vt in auditione Missæ, recitatione Horarum, furto, ieiunio, & aliis poteris exemplificare, quæ propter paruam quantitatem mortalia non dicuntur, vt resoluit Nauarr.in manuali cap.11. num.4. quia respondetur istud non procedere, quando lex generaliter loquitur, quia tunc etiam minimum includit, iuxta text.in c. 3. de appell. c.si proponente de rescrip.sed Concil. Triden.sess.25.cap.15. generaliter loquitur, dicens, In quacunque Religione tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante annum decimum sextum expletum, & annullat professionem antea factam, ergo. Immo Sacra Congregatio dicit, quòd si aliqua monialis ante di-
4 ctum tempus professionem emiserit eius professio ab Ordinario debeat nulla declarari; quare adeo hoc procedit, vt requiratur anni 16. ad emit-
5 tendam professionem, ita etiam si deficiat vnus dies, nulla esset professio, quòd etiam habet locum in anno bissextili, quia nisi dies vna addatur, non valet professio, quę quidem professio debet fieri in vltimo instantis anni, quod clarè dicit Sacrum Concil.sess. 25.cap.20. vbi requirit annum expletum, gloss.in cap. fin.versic.per annum de regul. Sylua in verb.Religio 3.num.16.versic. tertio. Verumtamen qui post lapsum vnius anni illam emitteret, professio esset valida, quia Concil.Trident. requirit vt non minus, sed non vt plus, id est vltra annum fieri non possit, etenim illa valida est.

SVMMARIVM.

1 *Quod tempus sit concessum Regularibus ad annullandam professionem, iuxta mentem Conc.Trid.*

2 *Quid si metus durat post quinquennium, an possit annullari professio, non obstante dispositione Concily statuente quinquennium tantum, & numer.7.& 8.*

3 *Metus præsumitur durare durante eadem causa metus.*

6 *Recitatur Nauarrus, qui tenet neque valere professionem factam per promotionem ad sacros Ordines durā te causa metus.*

5 *Legitimè impedito non currit tempus.*

6 *Respondetur Conc.statuente, elapso quinquennio nullatenus esse admittendas quauis causa nullitatis professionis.*

Regulari lapso quinquennio, an concedatur in integrum restitutio ad proponendas causas nullitatis professionis.

DECIS. DCLVII.

EX Conc.Trident.sess.25.de regular.c.15.depromptum est permit- 1
ti regularibus infra quinquennium tantum causas nullitatis professionis proponere, & hoc coram suo superiore, & loci Ordinario. Quare cū in casu mihi proposito quidam Eques Ierosolimitanus cupiens suam professionem annullare post quin- 2
quennium quæsiuisset à me, an de iure sit aliqua causa propter quam, etiam lapso quinquennio possit de nullitate dici, respondi affirmatiuè, præsertim si allegetur professionem fuisse factam metu, & causa metus duraret etiam post quinquennium, quia

quia tunc etiam lapso quinquennio potest dici de nullitate ex regula iuris, quod metus durat durante eius
3 causa Corn.in consil.41.videtur col. 2.lit.L.volum.2.Dec.in consil.219.& in consil.468.numero 23. Ia. in consil.72. volum.1.Bertr.in consil.1.num. 87.vol.2.Monfer.in l.stipulatio hoc modo concepta num.43.ff. de verb. oblig. Ann.singular.341.Bart.in l. penult.ff si ob turp.cau.Inn.in ca. 1. extra, quod met.caus.text.in c.accedés de conuers.coniug.Alexand.Bald.& Doctor.in d.l.pen. Alex. consil. 156. colum. 4.versic.præterea col.5. cons. 1.col.3.cons.99.col.3.vol.3.Corn.consil.41.col.2.vol.2.Dec.cons.219.col.3. cons.498.numero 23. Ann. allegat. 114.numer.4.

4 Immo nec promotio facta ad Sacros ordines si talis metus durabat, vt dixit Nauar.de his,quę vi,aut met. cau.consil.6.vbi dicit, quod professio propter metum patris mortem minantis in Religione approbata facta,& in qua per tres annos viuente patre manens, Sacris Ordinibus ad titulum religionis promouetur, per promotionem ad Sacros Ordines, valida non censetur, cum votum, quod ab initio ob metum aliquem nullum est solo tractu temporis, neque coram Deo, neque coram hominibus, concurrente etiam gestatione habitus,& permãsione in monasterio, & præstatione suffragii in capitulo, & alia faciendo, quæ solis professis competunt conualescit,c. non firmantur de reg.iur.in 6.l.quod ab initio ff.eod.multoque minus per susceptionem ordinis durante iusta causa metus, professionem suam ratificare præsumi debet,quę est res separata à professione, & à separatis non fit illatio,l.Papinianus exul. ff. de minor.

Item dicebam non excludi allegantem causas quare intra quinquénium non potuit reclamare, Rodriquez q.27.art.16.lib.3.Menoch. cons. 123.vol.1.Bimius consil.57. numer. 8. & sequent.Ratio est,quia inter causas potest esse, quod adsit causa legitimi impedimenti, & consequenter non currere quinquennium,ex regula iuris, quod impedito non currit tempus,cap.quia diuersitate de concess.præb.cap.fin.de elect.Afflict.decis.28.Medices decis.9.Caputaq. decisio.120.par.1.quibus addo text. in l. contra C.de inoffic.testam. nec impedito currit præscriptio, l.1. C. de annal.except. Cappel. Tholos. decisio.90. 5

Nec obstant verba ipsius Concil. ibi, *Quamcũque causam*, quibus videtur significari, quod repellitur generaliter ab omnibus causis, quæ litem mouere possunt: quia respondetur, secundum Rodriq.loco cit.quod illa verba generalia restringuntur per narrationem, & præfationem capituli,ibi, *Quicunque Regularis prætendat se per vim & metum ingressum esse religionem*,&c.Non obstante, quòd elapsum sit quinquennium, non est repellendus supradictus,vt non alleget causas,quibus illo tempore non potuit reclamare, nam licet dicat, quod intra quinquennium debet reclamare, hoc intelligitur si commodè fieri potest. 6

Tandem,quod supradictus Eques post quinquẽnium possit audiri per viam restitutionis in integrum, allegabam Nauar.in c.statuimus numero 72.& sequent.de rescript. vbi voluit,quòd si metus, vel impotentia reclamandi plusquam quinquenniũ durauerit,poterit post illud ipso iure,vel per viam restitutionis in integrum audiri,idem Nauarr. in c. nullum nu.76.vers.secundo 18. quæst. 2. Balb.cons.29.Bombinus cons.22.n.7.

Graff.consil.1.numero 8. de regular. volum.1.

Cuius quidem restitutionis petitio debet fieri coram Sanctissimo, & consequenter ex eius speciali rescripto obtineri.

Denique aduertendum, quòd professi nulliter, quia non fuit in eorum informatione seruata forma præscripta à Sixto Quinto, possunt etiam post quinquennium reclamare, cum eorum professio annulletur propter bonum commune Religionis, & sic Sixtus V. in sua secunda constitutione moderatoria, & declaratoria primæ ait, *Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, statuimus, quod in quibusuis ordinibus, & religionibus nec etiam tacita professio quorumcunque religiosorū induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione forma constitutionis seruata fuerit.* Et hæc Sixtus Quintus, quibus verbis clarè definit quod allegatio quinquennij non admittatur, si quidem talis allegatio saltem in foro exteriori inducit tacitam professionem, & ita in Senatu Regali refert Rodriquez loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Tempus currit Regulari minori.*

An supradictum tempus quinquennii currat Regulari minori.

DECIS. DCLVIII.

Supponatur in facto, quod quidam ætatis 16. annorum ingressus fuisset Religionem, & cùm vellet opponere de nullitate suæ professionis, ei obiiciebatur quinquennium fuisse elapsum, & consequenter esse exclusum à præfata petitione, cui obiectioni ipse replicabat allegando se minorem, & propterea ipsi tempus nō currere, vnde fuit dubitatum quid iuris, & respondi potuisse quidem supradictum Regularem elapso quinquennio de nullitate dicere, per text. in l. non est incognitum, cap. in quibus causis longi temporis non obiicitur, vbi nullius temporis præscriptio currit minori, Bald. cons. 19. nūmero 6. & seq. vol. 1. Alban. cons. 60. num. 7. & seq. Alciat. consil. 16. numero 4. cui addo text. in l. bonæ fidei, ff. de acqu. rer. dom. per quem probatur pupillo non currere præscriptionem decem, vel viginti annorum.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium consului, 1
motus præsertim ex eo, quod prorogaretur tempus adiectum à Concilio, quod nullo modo fatendum puto.

Finis Tituli Praxis Regularium.

Digitized by Google

PRAXIS SEPVLTVRAE. EIVSQVE ELECTIONIS.

SVMMARIVM.

1 *Redditur ratio cur decedentes absque electione sepulturæ non possint alibi, quam in Ecclesia Sanctæ Restitutæ sepeliri.*
2 *Ampliatur conclusio etiam in viatoribus transeuntibus, non habentibus hospitium in ciuitate, contra opinionem Gloss. in cap. in nostra de sepult. quæ tenet huiusmodi ius sepulturæ spectare ad Ecclesiam Cathedralem.*
3 *Assignatur ratio ampliationis.*

Cur decedentes absque electione sepulturę alibi, quàm in Ecclesia S. Restitutæ sepeliri nequeunt.

DECIS. DCLIX

1 IN facti contingentia respondi, rationem esse, quia Ecclesia Sanctæ Restitutæ Neapolis habetur loco vniuersalis Parochiæ totius Ciuitatis, & propterea decedentes absque electione sepulturę alibi,
3 quam in ea sepeliri nequeunt, ex regula iuris, Ecclesiæ parochiali tantummodo competere ius sepeliendi omnes intra Parochiam decedentes, etiam si sint exteri, & forenses, habentes hospitium in Ciuitate, nam hi quoque sunt sepeliendi in Ecclesia Parochialis habitationis, cum in ea sumantur Sacramenta, Archidiac. post antiquiores cap. 1. numero 3. de sepult. in 6. Butr. in capit. 1. numer. 9. & Abb. numero 4. eodem tit. Bellam. in decis. 90. numer. 4. & in decision. 16. num. 6. summa Siluest. in verbo sepultura numero 8. cum aliis. Idem
puto de viatoribus transeuntibus, 2
nec habentibus hospitium in ciuitate: nam licet secundum vnam opinionem hoc casu ius sepulturæ specter ad Cathedralem, quam tenet gloss. in c. in nostra de sepult. Innoc. Host. & Io. And. in c. 1. eo. tit. nihilominus alia est verior, quod scilicet spectet ad Parochialem, intra cuius fines quis obiit, & hanc tenent Archid. Butr. Abb. & summa Siluest. locis supra citat. Boer. dec. 175. maximè si concurrat, quòd per Parochialem fuerint morienti administrata Sacramenta Abb. in ca. 1. de sepult. quæ licèt cessent in dicta Ecclesia S. Restitutæ, cum per eam non ministrentur Sacramenta omnibus decedentibus in ciuitate Neapolis, propter multitudinem Parochiarum: nihilominus ex antiquissimo temporis cursu in ea sepeliuntur, quamuis decedentes perceperint Sacramenta, & istam opinionem tam in fo-

rensibus, quàm in viatoribus, seruat Rota per Cardinalem Seraphinum in vna Hispalen. 9. Iunij 1595. coram eodem.

3 Cuius conclusionis ratio est, quoniam ius sepulturæ multum pendet ab administratione Sacramentorum: & illius electio potest fieri etiã tacitè Vbald. de quart. Paroch. cap. 6. numer. 18. & 19. Abb. num. 4. & Siluester num. 8. Vnde viatores, & aduenę morientes videntur tacitè elegisse sepulturam per istam subministrationem Sacramentorum, Butr. c. 1. num. 9. & in d. capit. in nostra num. 3. de sepul. Gemin. in c. 1. eod. tit. in 6. ita vt licet aliquis elegerit sepulturam in alia Ecclesia, seu Monasterio teneatur soluere quartam parochialem canonicam Parochię, in qua recipiebat Sacramenta.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia vt dicatur Parochialis, quæ sint concurrenda.*
2 *An per solum actum baptizandi possit dici Ecclesia parochialis.*
3 *Baptizare aliquando potest laicus.*

An solus actus sepeliendi faciat Ecclesiam Curatam.

DECIS. DCLX.

PRonunciaui contra quendam Presbyterum prætendentẽ quãdam Ecclesiam sibi commendatam fuisse Curatam ex eo, quod apparebat Presbytero, seu cuiuis alio in dicta Ecclesia Rectori competere ius sepeliendi, & mouebar ex decis. Rotæ 50. par. 2. diuers. vbi vt Ecclesia dicatur Parochialis, quatuor concurrere 1 debent, & licèt spectet ius sepeliendi ad Parochos, non tamen solus actus sepeliendi operatur, vt Ecclesia dicatur curata, ad Feder. consil. 135. vbi allegat Archid. in cap. 1. de sepult. & Host. in ca. quia nonnulli de cler. non resid. & notat Sarmien. in reg. de idon. quæst. 11. numer. 8. Hoied. de benef. compat. & incompat. cap. 13. num. 9. Paris. de resign. benef. d. q. 1. num. 108. & neque solus actus baptizandi facit, vt Ecclesia dicatur cura- 2 ta, vt dicunt iidem Auctores in locis cit. vbi etiam reddunt rationem, quia actus baptizandi aliquando spectant ad laicum, Sot. in 4. sent. dist. 4. quæst. 3 vnic. art. 2. & potest haberi sine Cura, & Cœmeterio ex consuetudine, vel Episcopi concessione: hinc est, quod concurrentibus omnibus istis Ecclesia est Parochialis, & ita ad Parochum quoad præsentem quæstionem spectat mortuos sepelire, vt fuisse dictum in Viridunen. Parochialis S. Victoris mẽse Octobris 1539. * coram Sarmense.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Paciscere de rebus spiritualibus simoniacum est.*
3 *Electio sepulturæ est de spiritualibus & propterea pro ea eligenda, aliquid temporale accipi non potest, & nu. 4. & 5.*
6 *Decisio quæstionis, & redditur ratio decisionis nu. 7.*

An Canonici Ecclesiæ Neapolis exigentes aliquid pro cõcedenda licentia alibi sepeliendi, iure exigant.

DECIS. DCLXI.

PRo cuius quæstionis dilucidatione supponendum est pro absoluto Canonicos Ecclesiæ Neapolis habere intentionem fundatam contra

tra

Digitized by Google

tra omnes decedentes in dicta Ciuitate absque electione sepulturæ, vt in Ecclesia S. Restitutæ, & non alibi sepelientur, & quia quandoquidem euenit personas valde qualificatas decedere absque dicta electione, quorum hæredes petunt licentiam alibi sepeliendi, pro qua concedenda Domini Canonici solent aliquid pecuniæ exigere: propterea fuit dubitatum, an iure exigant, & dubium mihi faciebat contra exactionem, huiusmodi pactiones esse simoniacas, per tex. expressum in cap. pactiones de pact. vbi pactiones in spiritualibus fieri non
2 debent, aliàs inducunt simoniam, & iuxta id, quod scriptum reliquit Grat. li. 1. de discept. forensl. c. 1 o. num. 8. pactiones, quæ solent fieri cum clericis & religiosis, vt pro sepultura detur pretium, aut aliquid annuum præstetur esse illicitas, & consequen-
3 ter reiiciendas, & ratio est, secundum eum, quia cum hęc sint spiritualia, non debent admittere, quod pro eis sit dandum aliquod temporale, ca. postquam 13. q. 2. vnde neque de illis erat illicita dispositio tanquam de annexis spiritualibus, secundum Panorm. in c, cum laicis, nu. 5. de reb. eccl. non alien. quare Spin. in spec. testam gl. 2. princip. num. 45. voluit, quod sepultura in loco sacro est debita Christianis, & necessaria, neque
4 pro ea potest peti pecunia, aut aliquid dari, allegat. tex. in c. abolendę de sepult. vbi pro sepultura nihil esse exigendum, & facit tex. in c. præcipiendum 13. q. 2. vbi adeo supradictas exactiones esse illicitas, vt neque poterit exigi, nisi sponte fuerit datum: vnde idem Grat. discept. 210. nume. 7. limitauit nisi quis viuens aliquid iusserit pro ea dari post eius mortem.

5 Secundo dubium mihi faciebat hæc opinio, videlicet pro sepultura nihil esse exigendum, tenere nonnullos Doctores non mediocris auctoritatis, prout Sot. de iust. & iure li. 9. q. 9. art. 1. Aragon. super D. Th. 2. 2. qu. 100. art. 40. Turrecrem. in c. dictum est 1. q. 1. Perez de anniuers. & cappel. li. 1. c. 25. num. 17. Humada in addit. ad leg. partit. par. 1. l. 55. glos. 5. Salazar de vsu, & consuetud. cap. 10. nu. 24.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum à Curia Romana, instantibus Dominis Canonicis, cuius decis. ratio, iudicio meo, potest esse illa, ex qua apertè patet non obstare contraria. 6

Primam, quia supradicta licentia solet peti ad finem consequendi honorabiliorem locum in alia Ecclesia, vnde propter huiusmodi præeminētiam potest ille honor pretio existimari & vendi, cum hoc casu non vēdatur sepultura, quæ gratia est præstanda defunctis per eorum Parochos, quasi illa, quæ sunt annexa spiritualibus à parte ante vendi possint cum remota illa annexione, nihil spiritualitatis remaneat, quod secus est in annexis, & coniunctis à parte post, quæ nullo modo possunt separari à Spiritualibus, Spin. de testam. glos. 2. numer. 41. in fi. vers. sed pro explicatione. 7

SVMMARIVM.

1 *Pactum de sepultura eligenda reprobatur, amplia nu. 4.*

2 *Nouissimus dat modum quem debet seruare Parochus, dum accedit ad communicandum infirmum circa illius sepulturæ electionem.*

3 *Electio sepulturæ ad suggestionem facta num. valeat.*

5 *Datur casus, in quo pactum seu iura-*

Digitized by Google

mentum de sepultura eligenda, valet, & obligat.

Electio sepulturæ debet esse libera.

DECIS. DCLXII.

1 PRobatur expressè in cap. cum sit liberum de sepulturis & in ca. is, qui §. fin. cod. tit. in 6. hinc est, quod pactum de eligenda sepultura non
2 arctat ca. 1. de pact. in 6. & propterea Parochus dum accedit ad communicandum infirmum, debet ipsum interrogare in genere in qua Ecclesia vult sepeliri, Nouiss. in sua Praxi cap. 61. numer. 3. Vnde si in specie ipsum interrogauerit, puta si vsus fuerit his verbis, *Vis sepeliri in Parochia, vel alia Ecclesia?* tunc non vale-
3 ret electio tanquam facta ad suggestionem, d. cap. 1. de pactis, Crauett. cons. 16. volum. 1. Burs. cons. 227. nume. 18. vol. 3. Monald. cons. 60. numer. 5 Mandell. cons. 6 numer. 4. vol. 1. Rub. cõs. 7. Quare electio sepultu-
4 ræ, quæ fit ex pacto etiam in loco vbi quis alias deberet sepeliri, inducit simoniam, cum hoc ius sepulturæ non sit firmum, sed variabile, & per pactum non esset tale, quasi per illud inducatur quid plus, quod non erat de iure communi, Fel. in cap. ad audientiam, il. 2. col. 8. ad med. vers. exprimere, num. 9. fall. 1. de rescipt. post Domin. in c. 2. num. 6. in verb. apud quos, & in verb. facienda de sepulturis.

5 Et tamen notandum, quod si hoc pactum seu iuramentum de obligãdo se ad aliquam certam sepulturam fuerit liberum, vt non ad suggestionem regularium, aut Clericorum valeret, & posset quis cogi ad obseruantiam, non enim simpliciter prohibetur permissio, sed conuentio & inductio ad instantiam religiosorum, Vitalin. in clement. cupientes 3. in fin. nu. 83. de pœn. Franc. in c. 1. in princ. col. 2. ad med. nume. 3. vers. tu aduerte de sepult. in 6. & ibi Ancharan. nume. 2. Aym. cons. 10. nu. 12. & 13. & sequitur Rota per Cæsar. de Grass. decis. 2. numer. 12. vsque ad numer. 16. de sepulturis, vbi etiam ex hoc infert, quod accipiens fideicõmissum Maioratum, aut donationem, & adstringens se cum iuramento ad eligendum sepulturam secundum voluntatem testatoris tenetur ad obseruantiam, quasi imputandum sit ei, qui cum illa conditione se obligauit, cum res transeat cum suo onere, vt possit donator in traditione rei suæ apponere conditiones, & pacta honesta, quæ sunt implenda per successorem, l. Meuius. & l. qui hæredi de condit. & demonstrat. l. 1. de cond. institut. Molin. de primogenit. Hispanorum, lib. 1. c. 24. num. 40. Spec. in §. compendiosç nu. 26. de instrum. editione, & in tit. de sepult. numer. 6. & Hostien. quem sequitur Angelic. in verb. sepultura num. 40. quicquid alij dixerint, & conclusum fuit in Rota.

SVMMARIVM.

Vltima voluntas non potest dependere ex alieno arbitrio.
2 *Contrarium deciditur electionem sepulturæ in alterius arbitrium commissam valere.*
3 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*
4 *Electio non valet, nisi commissarius eligat viuente, & sciente testatore.*

Electio sepulturç an possit committi in alterius arbitrium.

DE-

Digitized by Google

DECIS. DCLXIII.

SVpponatur in facto, quod cum quidam esset in extremis, quem Parocho interrogante, quo loco se sepeliri vellet, respondit per hæc verba, *Io lascio il corpo mio doue, & à quel lucco che parera al Sig. Francesco*, &c. Quare fuit dubitatum, an de iure valeat supradicta electio in præiudicium Capituli Neap. cui de iure competit sepultura non facta electione, & dubitationem faciebat pro opinione negatiua primo, quod
1 vltima voluntas, prout est sepulturæ electio, non potest dependere ex alieno arbitrio, ad tex. in l. illa institutio ff. de hæred. instit. latè Scribentes in rubrica ff. de leg. 1. c. fi. vbi Panor. & reliqui de successionibus ab intestato.

Cæterum hoc non obstante con-
2 trarium fuit resolutum, scilicet huiusmodi commissionis electionem valere ex doctrina Gem. & Franch. in c. is qui §. mulier nu. 6. de sepult. quibus relatis opinionibus referunt, & sequuntur sententiam Lapi in cit. c. volentis, supradictam commissionem, & electionem validam fore, sequitur Guttierez in tract. de iuram. confirm. par. 2. c. 4. addit. ad Panor. in c. & si Christus de iureiuran. Rub. cons. 5. Merend. cons. 6. num. 6. Anchar. cons. 214.

Mouentur per tex. in l. vtrum §. cum quidam ff. de reb. dub. vbi dicitur, quod si testator tres hæredes instituit, & grauauit alterum, vt mortuo testatore, restituat illam hæreditatem alteri ex iis, cui sibi videbitur, valet fideicommissum, quia in voluntate ipsius non est, an restituat, sed cui restituat.

3 Addebatur quoque regula illa, quod qui per alium facit, per seipsum facere videtur, l. qui per alium ff. de reg. iur. vnde in c. potest, eo. tit. in 6. dicitur, potest quis per alium, quod potest facere per seipsum, & omnia nostra facimus, quibus impartitur auctoritas, cap. mulieres de sentent. excomm. l. 2. C. de vet. iure enucl. Quare ex supradictis videbatur dicendum satis dici elegisse, qui per alium elegit.

Verum pro huius quæstionis di- 4
lucidatione est notandum, quòd Neapoli seruatur, secundum Nouiss. c. 74. dictam electionem non valere, nisi commissarius eligat viuente, & sciente testatore: licet Guttierez in d. c. 4. asserat contrarium, electionem scilicet post mortem committentis, valere, quia mandatum, secundum eum, cuius effectus necessario confertur post mortem mandantis, non expirat morte committentis, vt in c. fi. §. fin. de testam. lib. 6. cui consonat lex 38. tauri, neque secundum eundem obstat, si dicatur, quod morte committentis absque commissarij electione, statim acquiritur ius Ecclesiæ vbi debebat sepeliri, non electa sepultura arg. d. §. mulier, quia negat ipse hoc procedere, cum testator voluerit ibi sepeliri, nisi inquantum ille istud elegerit.

SVMMARIVM.

1 *Electio sepulturæ probatur per testes singulares.*
2 *Sepulchrum est commune familiæ.*

Electio sepulturæ an probetur testibus singularibus.

DECIS. DCLXIV.

IMputabatur cuidam Parocho quendam sepeliuisse in aliqua Ecclesia, quam non apparebat supradictum in eius sepulturã elegisse;

quare constitutus in Cur. Archiepis. pro eius parte dicebatur, apparere de electione sepulturæ, licet testes id deponentes essent singulares: vnde dubitatum quid iuris; fuit resolutum in dicta Curia, electionem rectè probatam fuisse, si quidem sepulturam quam sibi elegisse in tali
1 loco, probatur per testes etiam singulares, ita respondit Gui. Pap. dec. 544. vbi propositus illi fuerat casus huiusmodi: Fratres Minores probare volentes, quem sibi elegisse sepulturam in eorum Ecclesia produxerunt testes, qui de voluntate defuncti, diuersis tamen temporibus expressa attestabantur, contra quos cum obiiceretur, quod singulares erant, idem Gui. Pap. nihilominus respondit electionem probatam esse, quia testes singulares in tempore, quando tempus non est de substantia, bene probant, Cap. Thol. in decis. 11. & Bellam. in decis. 398. nam testes singulares admittuntur, vbi agitur de probando quid in genere, & fuit iudicatum, quod sic, vt refert, & sequitur Crauet. in tract. de antiq. temp. in 4. par. nu. 25. secundum Aret. in cons. 42. Ang. cons. 234. col. 3. Alex. in cons. 85. col. fin. vol. 2. & in cons. 92. col. 4. vol. 5. Soc. in cons. 295. col. 3. Bald. cons. 207. 4. vol. & hanc sententiam veluti magis communem sequitur Corn. in cons. 91. col. 13. vers. tamen dum agitur, vol. 1. & cons. 247. col. 7. volum. 2. Curt. iun. in cons. 64. col. 3. circa finem. Imol. in cons. 5. vol. 1. & latè Iacobus de Alba in cons. 25. quamuis col. 1. vol. 1. vide Boer. in decis. 342. & Guid. Pap. in decis. 544.

Et patet etiá in iurisdictione, quæ testibus in tempore singularibus probatur, vt tradit Soc. cons. 99. col. 3. vol. 2. Ruin. cons. 53. col. 1. volum. 4. cons. 37. col. antepen. vol. 5. & ita se vidisse pluries iudicari refert Guido Pap. vbi supra.

Nec illud prætereundum est, sepulchrum familiæ, vel hæreditariũ, probari ex inspectione literarum ipsi sepulchro inscriptarum, vt tradit Speculat. in titul. de probat. versic. 6. quem referendo, sequitur Cast. in l. si sepulchrum, C. de relig. & sumpt. funerum.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo disponens aliquid recipiẽdum pro sepultura, quod non sit admittenda, neque sit laudabilis, adducuntur duo, nu. 2. & 3.*

4 *Contrarium dicit Auctor esse seruandum in praxi, & respondet contrariis, & dat intellectum ad iura prohibentia aliquid exigi pro sepultura, nu. 5.*

6 *Consuetudo laudabilis quando dicatur deducta.*

Consuetudo recipiendi aliquid pro sepultura, quo casu dici possit laudabilis.

DECIS. DCLXV.

VIdebatur prima facie dicendum præfatam consuetudinem nullo pacto esse admittendam, & consequenter in nullo quoque casu nomen laudabile assumere.

Et hoc est ex pluribus.

Tum primo, quia secundum Bal. 2
in cons. 20. volum. 2. consuetudo hęc non est admittenda vt per Rodoan. de simonia mental. par. 1. c. 4. num. 9. tom. 15. par. 2. fol. 87. vbi loquitur de sepulturis, benedictionibus nubentium, exequiis mortuorum, pulsatione campanæ, & clausione ostij, & similibus annexis ordini, Anan. in c. abo-

Digitized by Google

abolendæ, per illum tex. in princip. vers. nota clericos de sepulturis Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 24. numer. 4.

3 Tum secundo, quia in dubio præsumitur talem consuetudinem inductam causa auaritiæ, vel cupiditatis, cum enim agitur de solutione temporali facienda clericis, in dubio contra eos est iudicandum, ne notentur auaritia in exactione temporalium, c. quanto de censib. Abb. in c. 1. vers. vltimo nota de deci n. Bellan. cons. 31. col. 7. post med. vers. sed etiam, quia in se continet nu. 15.

4 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium est in praxi habendum, nec obstant contraria, quia procedunt in consuetudine proueniente ex coacta solutione, cum aliud sit in ea, quæ fuit introducta ex pia & laudabili deuotione fidelium, quæ est seruanda, & populus ad illius obseruationem potest cogi, si non iure actionis, saltem officio iudicis, cap. ex parte de censibus §. pro consuetudinibus Auth. de Sanctiss. Episcop. Gloss. in c. sua, & c. cum Ecclesiæ de simon. & est tex. in c. ad Apostolicam, eod. tit. & in specie ita declarat Castren. cons. 363. circa primum quæsitum in princ. lib. 1. Quando enim præcedit coactio, est simoniacum, & contra ius naturale, & sic præscribi non potuit, & consequenter neque dicitur consuetudo, quæ non potest introduci per actus extorsiuos, qui habebant in se peccatum, & simoniam, cap. fin. de consuetud. & in puncto docet idem Castrens. cons. 401. viso processu vnà cum sententia, col. pen. numer. 4. lib. 1. & ita declarat Rodoan. de simon. ment. par. 3. c. 16. num. 33. vsque ad num. 38. vbi etiam quod nisi seruetur huiusmodi laudabilis consuetudo, laici peccant mortaliter, præterquam si ex aliqua rationabili causa desistant, Rom cons. 344. in casu propositæ consuetudinis, numer. 1. & 2. & ibi Mandos. in verb. priuilegia, vbi etiam allegat eundem Rom. sing. 453. & Dec. qui de eodem cons. Romani facit mentionem in c. auaritia nu. 10. de præbend. Quare, quod datur vigore præfatæ laudabilis consuetudinis, perpetuò sic dandum, nec per contrarium statutum reuocari posset, Bart. in l. priuilegia ad finem C. de sacrosan. eccl. Rom. d. cons. 438. & in Auth. similiter versic nono, C. ad leg. Falcid. Gemin. in cap. 1. col. 7. de const. in 6. Sand. in cap. ad Apostolicam de simon. cum distinctione tamen de quibus per Alex. consil. 209. col. 4. in fin. lib. 2. Felin. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, col. 38. vers. duodecimo quæro de constitut. & ibi Dec. col. 21. Socin. cons. 241. circa primam lib. 3. idem Castrens. cons. 363. in princip. versic. quinto videtur, lib. 1. Quamuis enim non valeat consuetudo inducens simoniam, Abb. in cap. non satis, nu. 5. de simonia. Neuiz. cons. 35. numer. 9. tamen intelligitur, dummodo non haberet causam specificam, puta quia solueretur loco decimarum censuum cathedralici, vel diuini cultus, non in vtilitatem clericorum, quo casu non posset ab inuito exigi, Præpos. in cap. dictum est in princip. 1. quæstio. 1.

Et ita intelliguntur omnia iura, dum prohibent aliquid exigi pro sepultura, quia aliud seruatur de consuetudine, vt dictum est, & omnes DD. loquuntur de iure, vt Sylua de benef. par. 1. quæstio. 7. numer. 36. Cald. de interdictis par. 2. in fine, nu. 21. vers. circa hoc quæro, Vbald. de can. Episcopis c. 12. num. 5. Hen- 5

driquez c.absoluendæ in fin. num. 5. vers. aut quæritur de secundo, de sepult. Alex. in cap. his ergo 4. num. 9. vers. sed non ratio dist. 23. Bart. in l. 1. §. ne eius nomine ff. de operib. public.

6 Consuetudo tamen laudabilis ex eo deducitur, si quis probasset, quod gratis, & gratanter Parochiani soluerint non ad importunitatem & requisitionem Clericorum, sed sponte, & nulla cogente necessitate, & quod purè & simpliciter fuerit oblatum, quod solutum est nulla præcedente pactione, vel pignore, ita vt prius dentur spiritualia antequam aliquid temporale, vel spes de ipso habeatur, cum potius eo casu censeretur facta solutio non vigore consuetudinis, sed pro redimenda vexatione, & quod soluitur, sit taxatum arbitrio Parochianorum non Clericorum, quasi tunc illud habeat manifestam speciem cupiditatis, & simoniæ, & quod totus populus, vel maior pars permanserit in seruanda huiusmodi laudabili consuetudine; istis non enim probatis, non potest dici rationabilis consuetudo, & pia deuotione fidelium introducta.

SVMMARIVM.

1 *Amicus non potest eligere sepulturam pro amico.*

An amicus possit eligere sepulturam pro amico.

DECIS. DCLXVI.

CVm electio sepulturæ existente consuetudine, quandoquidem permittatur etiam consanguineo, secundum Artham. cons. 48. & de patre, quod possit eligere sepulturam pro filio impubere, est tex. in c. licet de sepultur. in 6. vbi Franch. in princ. num. 2. vers. nec obstat, quod talis, Vbald. de canon. paroch. c. 11. num. 2. quem tex. extendunt ad dominum circa seruum, prout latè idem Vbald. cit. loc. Siluester in sua summa verb. sepultura §. 1. Medices de sepult. q. 8. propterea dicebam in facti contingentia idem censendum esse in amico, amicus enim dicitur alter ego, secundum Glos. in c. ego N. de iureiur. & venit appellatione fratris l. nemo dubitat ff. de hæred. inst. & præponderat amicitia coniunctioni sanguinis l. fin. C. de castr. pec. lib. 12. vnde Ias. in l. exigendi, C. de procurat. voluit amicum posse agere pro eius amico absque mandato, quemadmodum pater pro filio, sequitur Balb. decis. 52. Grat. loquens in propriis terminis electionis sepulturæ lib. 1. discept. forens. c. 95. & de nonullis effectibus amicitiæ latè Tiraqu. de pœn. temp. caus. 23. & in propriis terminis, quod amicus possit eligere sepulturam pro amico voluit idem Franch. cit. c. licet nu. 3.

Cæterum quicquid sit ex supradictis, ego mutato proposito, contrarium respondi, motus præcipuè ob præiudicium, quod redundaret Cap. Ecclesiæ Neapolitanæ, quod ampliaui procedere etiam existente consuetudine in contrarium, consuetudo enim laicorum non potest directè vel indirectè præiudicare Ecclesiæ, c. fin. de immunit. Eccles. & quicquid alias cessante consuetudine pater non posset eligere sepulturam pro filio d. cap. licet, quasi illius electio sit quid spirituale, Nauarr. cons. 1. numer. 1. eod. titul. 1

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Lite pendente non possunt affigi arma.
2 Arma possunt affigi ab eo, cuius expensis actus fit.

Ius affigendi arma in propriis sepulturis an prohiberi possit.

DECIS. DCLXVII.

OLim mos erat in Monasterio Monialium Ciuitatis Nolæ, & propriè in Collegio Canonicarum Regularium, quod Moniales d. Collegij non emittebant votum paupertatis, ex quo proueniebant prçfatas Moniales eorum consanguineos facere hæredes, quare cum quædam Monialis nomine Donna Hieronyma Marifeola omnium monialium consensu erexisset in d. Ecclesia quandam Cappellam suis expensis, & cum post eius obitum hæredes volebant affigere arma, seu familiæ insignia, vnde Monialibus prohibentibus id facere, consultus respondi ex infrascriptis.

1 Dubitationem faciebant nonnulla contra prætendentes affigere arma, & primo, quia cum de hac re pendebat lis, igitur affixio prohibetur ex regula iuris, quod si quis in re litigiosa ponat, aut pingi faciat arma sua, poterunt ab aduersario deuastari, ac deleri, prout concludit Cassan. in catalogo gloriæ mundi, par.1.consil. 38. concl. 26. ad fin. vers. & ideo dic. Garz. de nobilitate par.2.quæstio.29. Gratian. libr.2.discept.forens.cap.210.in fin. Cicault. in tractatu de factis Principum, cap.5.& in tract. de auctorit. Eccles. fol.5.

Secundo, quia cum dicta Cappella fuerat ædificata super solo, seu superficie illius Ecclesiæ, consequenter poterant hçredes prohiberi, eorum arma affigere, per tex. in l. 1.C. vt nemini lic. vbi habetur, non esse licitum super re aliena imponere insignia, seu arma propriæ familiæ, facit tex. in l. Basilicam, C. de operib. public. sequitur Bartol. in tract. de insigniis, & armis, ca.13.numer.16.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium dixi, licere scilicet præfatis hæredibus eorum arma imponere, idque mouebar ex pluribus.

Tum primo, quia quilibet ex cuius expensis opus constructum fuit, potest arma in dicto opere affigere, l.2.& l.opus in fi.ff.de oper. public. latè Cepoll. de seruitut. vrban. præd. tit. de picturis cap.71. vbi dicit quòd cùm quidam Episcopus Veronen. exposuisset de bonis erogandis pauperibus in Fabricam Maioris Ecclesiæ duo millia aureorum, & fecisset sculpere insignia sua super Cappella sua, cum columnis, fuerint illa abrasa ob id, quod illa non erat pecunia sua, vt per Gloss. in c. relatum de præbendis. 2

Tum secundo, quia præfata monialis, vt benefactrix, potest habere arma, vt probat Anchar. in cons. 113. Lambert de iurepatron. lib.3. art.4.quæst.5.princip. Domin. in cap. duo sunt, 45.distinct. Felin. in cap. tertio loco, de præsumptionibus, post Sicul. in cap.1.de iuram. calumniæ.

Tum tertio, quia contra amouentes arma, ac insignia in sepulturis datur actio iniuriarum, & officium iudicis, vt latè Gratian. in discept. 10.

SVMMARIVM.

1 Filiusfamilias potest condere testa-

mentum ad pias causas cum consensu sui patris.

2 *Lex, aut alia dispositio prohibet quia fieri absque interuentu alicuius.*

3 *Præsentia importat scientiam & intelligentiam, non autem consensum.*

4 *Præsentia non importat consensum.*

5 *Consensus quando est de forma, necesse est vt sit expressus.*

6 *Si consensus non esset formalis, adhuc etiam necesse est, vt sit expressus.*

7 *An in testamento condito per filium familias ad pias causas, necessarius sit expreßus patris consensus.*

8 *Priuilegium filiofam. cõceßum, vt possit testari cum consensu patris, restringitur vt solummodo procedat quando disponeret ad pias causas, & non aliter.*

9 *Quoties testamentum non valet in primo gradu, potest incipere à secundo.*

10 *Substitutio pupillaris non potest fieri nisi existenti in potestate substituentis.*

An testamentum filij familias ad pias causas valeat, si conficiatur coram patre, & de eius expresso consensu non appaiet.

DECIS. DCLXVIII.

SCipio de Transo filius vnicus Hieronymi de Transo dum fuisset crudeliter vulneratus, & prope mortem condidit testamentum in præsentia dicti Hieronymi eius patris, vt notarius asserit, & suum hæredem instituit posthumum nasciturum, eidemque substituit Diuæ Mariæ de Carmelo ciuitatis Suessæ, quandocumque ille sine filiis decederet, prout iam natus fuit, & infra mensem decessit, ex quo facto nonnullæ oriuntur iuris conclusiones.

Prima igitur conclusio, num filiusfamilias possit testamentum cõdere ad pias causas cum consensu patris. Secundo, an huiusmodi consensus exigitur expressus, vel tacitus, & propterea censeatur satisfactum per verba asserta per notarium, scilicet coram patre.

Et quoad primum, communis, ac recepta est Scribentium opinio, filium familias posse ad pias causas testamentum condere, vt probat tex. expressus in c. licet de sepulturis lib. 6. & hæc est magis communis, ac recepta opinio, secundum Alex. in l. 1. §. hoc autem num. 4. ff. ad Trebell. Rom. in Authen. similiter C. ad leg. Falcid. Ias. in l. 1. num. 23. C. de sacrosan. Eccl. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, post numer. 10 versic. pro ista, C. de testa. & in l. senium in 1. col. in princ. & Dec. ibidem numer. 21. C. qui testa. fac. poss. Ruin. consi. 62. numer. 11. in fin. lib. 2. Curt. iun. in d. §. ex imperfecto num. 20. Paris. in cap. ex præsentia numero 20. ne probat. Dilectus de arte testandi titul. 1. cautela 1. & in fin. Gugliel. Bened. in cap. Raynutius par. 1. num. 29. de testa. additio ad Bart. in l. qui in potestate, sub nu. 2. ff. de testa. & latissimè per Phili. Franch. in c. 1. num. 36. eod. tit. & latè etiam per Clarum in §. testamentum, quæst. 8. & 18.

Et quamuis sit de iure præfatum testamentum validissimum, in præsenti tamen casu erit nullum ex pluribus, & sic erit secunda conclusio.

Tum primo, quia illa verba posita

Digitized by Google

ſita per notarium, ſcilicet coram patre non arguunt, neque importent conſenſum, vt probatur expreſsè in l.coram Titio ff.de verb.ſignif. *Coram Titio inquit aliquid facere ius non videtur præſente eo feciſſe niſi is intelligat, ideoq. ſi furioſus, aut infans ſit, aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe, ſcire autem, non etiam velle is debeat, nā & inuito eo, rectè ſit quod iuſſum eſt*, l.diem proferre §.coram ff.de arbitr. de quibus in iuribus expreſsè probatur, quod quando requiritur conſenſus non ſufficit ſola præſentia, & propterea conſenſus, & præſentia inter ſe diſcrepant.

Hinc fit, quod Conc.Trident.ſeſſ. 24. can. 1. diſponens matrimonium eſſe nullum, niſi contrahatur coram Parocho, & teſtibus, quod quamuis Parochus, & teſtes inuiti, & per vim compulſi interueniant, & minimè conſentiant nihilominus tale matrimonium firmitatem habebit, Nauarr.conſi. 20.de ſponſ.& in conſilio 11.de clandeſtin.de ſponſ.Salzed. ad Diaz.c.73.lit. B. vbi plenè Mattienſus in l.1.tit.1.numero 39. lib.5. de recompilat.Gonſalez in reg.8.Cancel. gloſſ. 48.per totum, Sanchez libro 3. quæſt.70.

Quo fit, vt non videatur ſatis tuta doctrina Fortunij Garſiæ in tract. de vltimo fine iuris, numero 438. dicentis, quòd quando à iure ciuili, vel ſtatuto ciuitatis requiritur præſentia alicuius in aliquo actu expediendo, ſi inuitus, & ligatus adeſſet, nullus actus eſſet, quia præſentia cogi poteſt, ſed conſenſus non: hinc cum ad inſinuandam donationem præſentia iudicis requiratur, ſufficit ſola præſentia, abſque eo quod iudex aliquid faciat, dicat, aut conſentiat. Bald. per illum tex.l.omnium numer. 9.& Alex.ibidem num.10.& idem Bald. in l.illud ſub num. 4. C. de ſacroſanct. Eccleſ.per tex. quem allegat in l. fin. C.de præd.curial.libr. 10. Bart.in l. Modeſtinus numer.3.ff.de donation. quicquid ipſe Bal.ſenſerit in contrarium in l.cum hi ff.de tranſact.

Et quod ex præſentia non inferatur ad conſenſum ſcripſit pleniſſimè Fel.in cap. cum cauſa ſub numero 105. verſicul.ſecundo limita de teſtibus, Menoch.de præſump. lib.6.num.10. Polid. Ripa in tractat. de nocturno temp.cap.65.num.19. Bercolt.conſil. 33.numero 10.Merend.conſil.60.numero 6.& ſeq.Monal.conſil.123. volum.2.

Hinc etiam prouenit, quod quando lex, aut alia diſpoſitio prohibet 2
quid fieri abſque interuentu alicuius, ſatis eſſe illius præſentiam, quāuis non conſentiat, nec conſulat id fieri, vt docuit Bald.in l. nam ita diuus ſub numero 2.ff.de adopt.Aret. in l.ſi quis mihi bona §.ſi coram in 1. notab. ff. de acquirenda hæreditate Tiraquell.de legibus connub. gloſſ. 6.num.76.& gloſſ.70.numer. 32.Saldez.ad Diaz.cit.c.73.verſic.licet hoc à multis.

Bene tamen verum eſt, quod præ- 3
ſentia importat ſcientiam, & intelligentiam, non autem conſenſum, nam alias non diceretur eſſe præſens, vt probatur in citata l. coram Titio ff.de verb.ſignificat.Cardin.in clement. cauſam numer. 6. de electione, Alex.conſil.54.num.20. verſ. præſumitur etiam volu.2. Aret.conſ. 168.numer.6.Rota diuerſ. in deciſ.4. num.10.par.2.Cephal.conſil.182. nu. 18.& ſeq.volu.1.Maſcard. de probat. concl.9.num.7.& ſeq.

Ex quibus omnibus firma remanet concluſio, præſentiam non importare conſenſum: hæc proinde verba notarii coram patre non ſignificare, nec tacitum, nec expreſſum conſenſum, & quatenus induceret

consensum tacitum, tamen non esset sufficiens, quoniam quando lex seu dispositio aliqua desiderat consensum, non sufficit tacitus, sed requiritur expressus. gloss. in verbo expressus in cap. statutum §. in nullo de rescriptis, quam glossam sequuntur Io. Andr. & Gemin. num. 3. Franchus num. 5. Ant. de Butr. num. 7. Rota in decision. 15. num. 2. Tiraq. de leg. connubial. gloss. 9. num. 7. & maximè istud procedit, quando consensus requiritur pro forma, prout in casu nostro, vt patet in citat. c. licet in fin. vbi Summus Pontifex vtitur verbo negatiuo, quod quidem verbum est formæ inductiuum, vt per DD. in l. Gallus §. quis sit annum de liberis, & posth. & per Ias. in l. ius publicum ff. de pact.

5 Et quod quando consensus est de forma, necesse sit quod sit expressus, & non tacitus, & propterea non sufficere coram patre videtur voluisse Gemin. iuncta gloss. in c. cum ab vno de re iudic. lib. 6. Abb. in c. dilecti numero 10. de arbitr. Gomesius in regul. de impetrantibus benefic. quæst. 11. numer. 2. in fin. & numero 3. & ibidem Anton. quæst. 26. numer. 5. cum seq. vbi propterea concludunt in casu dictæ regulæ requiri expressũ consensum, qui est formalis Dec. consil. 469. num. 3. & 4. Paris. de resigna. benefic. lib. 8. q. 8. num. 25. cum sequent. & lib. 9. q. 17. num. 67. & 73. Caputaquen. decis. Rotæ Romanæ 83. num. 6. parte 3. Puteus decis. 162. lib. 3. num. 3. Granutius theoremat. 25. nume. 10. lib. 1.

6 Quamuis nonnulli fuerunt opinionis, atque sententiæ, quod etiam si consensus non esset formalis, adhuc etiam necesse esset, vt sit expressus, vt probatur in l. 1. C. de filiofamilias minori, Dec. consil. 38. circa primum, sub numero 4. ad med. versic. præterea, & 2. & in consil. 416. numero 9. Bercolt. consil. 32. numero 16. & sequent.

Et quod in condendo testamento per filiumfam. ad pias causas sit necessarius expressus patris consensus, nec sufficiat illum interuenisse per coniecturas, atque præsumptiones, prout in casu facit, quòd quemadmodum filiofamil. permittitur donare causa mortis, iuxta terminos in l. tam his §. 1. ff. de donat. cau. mor. tamen iste consensus non sufficit tacitus, sed expressus requiritur, l. filiusfam. §. pari autem ratione, vers. sed enim meminisse ff. de donatio. Bart. in l. tam his §. 1. numero 6. ff. eodem tit. Tiraqu. de legibus connub. Gloss. 5. numero 5. & hæc est communis, & crebrior DD. sententia, secundum Alciat. in l. 2. numer. 11. ff. de legat. 1. Couar. in rubr. de testam. par. 5. num. 10. & Mantica libro 1. de coniecturis vltim. voluntat. numero 12. tit. 2. 7

Accedat pro inualiditate præfati testamenti alia concludens ratio nam priuilegium filio famil. concessum vt possit testari cum consensu 8
patris restringitur, vt solummodo procedat, quando disponeret ad pias causas, & non aliter, vt probatur in d. capit. licet, & ibi per DD. Mantica consil. 133. num. 6. & sequent. volum. 1. & est communis opinio, secundum Clar. in §. testamentum q. 8. vnde cũ primum testamentum Scipionis de Transo non fuit conditum ad pias causas, propterea minimè dubitandum erit quin ab initio fuerit ipso iure nullum, etiam si adhibitus fuisset expressus patris consensus, & sic intrat regula iuris, quòd ex testamento nullo, seu inualido nihil debetur, latè per Bartol. in l. frater à fratre ff. de cond. indeb. Capic. dec. 34. Gloss. in l. si veritatis, C. de fideicomm. & Ias. in l. cum

licum quis, C. de iur. & facti ignor. vnde si prima institutio fuit nulla, substitutio pariter Ecclesiæ facta, erit nulla, quia substitutio interpretatur secũdum institutionem, Crauet. consil. 326. numero 5. Menoch. consil. 115. num. 52. libro 2. & Guid. Papa in sing. 364. licèt secundum Dec. in cõsil. 427. num. 13. volum. 2. substitutus non venit ex persona primi instituti, sed ex sua, & primo gradu institutionis inualida à fortiori censeri debet inualidus secundus, quia institutus censetur magis dilectus, quam substitutus. Ozasc. in decis. 110. num. 8. & iura loquentia de institutione, non extenduntur ad substitutionẽ, l. quãdiu ff. de acquir. hæred. Hartam. ff. de hæred. institut. decis. 3. nec in vltimis voluntatibus locus est extensioni de casu ad casum diuersum. l. commodissime ff. de liber. & posthum. Bart. in l. Gallus §. quid si tantum numero 9. ff. de liber. & posthum. Boer. decision. 38. numero 14. nec etiam fit ex tacita mente testatoris de persona ad personam, Dec. cons. 211. Balb. consil. 250.

9 Non obstat, quod quoties testamentum non valet in primo gradu, potest incipere à secundo, l. 1. ff. de vulg. & pupill. Minad. dec. 43. numer. 14. quia respondetur hoc procedere quando primus gradus deficit ob aliam causam, quam nullitatis, vt in casu nostro, vt probatur in dicta l. 1.

Vlterius censetur inualidum præfatum testamentum ob id præsertim, quod notarius nõ reperitur rogatus, iuxta notata per DD. in l. sciendum ff. de verb. oblig. latè Bar. in l. 1. C. de vsuris Carroccius dec. 20. & Achil. de Grass. in decis. 8. de iurepatr. Nec potest rogari nisi de his quæ fiunt inter partes, Bart. in auth. si quis in aliquo C. de edendo.

Vnde cum de huiusmodi actu non reperiatur rogatus, minimè ei credendum est circa consensum paternum, immo nec etiam circa præsentiam, partis arg. eorum, quæ scribunt Gars. in decis. 27. Afflict. in dec. 317. Benint. dec. 2. Surd. decisio 137. & 283. sicuti non creditur notario asserenti, quod testator sit sanę mentis, licet corpore languens, Ias. in l. senium, C. qui testam. fac. poss. Ruiz Rot. Lituaniæ in decis. 2. Ant. Faber. in decisio. 26. C. de probation. quemadmodum non creditur ei, attestanti de sua commissione, Verall. in decision. 155. parte 2. Afflict. in decis. 273. & egomet latissimè in collect. 242. part. 1.

Item pro exclusione substitutionis facit, quoniam substitutio pupillaris non potest fieri, nisi existenti in potestate substituentis, iuxta text. expressum, & ibi DD. in l. moribus ff. de vulg. & pupill. vnde cum posthumus non dicatur in potestate, l. fi. ff. de collat. bonorũ, & casu quo dicatur, hic tamen non in potestate substituentis, sed eius patris, arg. text. in l. sic eueniet ff. de adulteriis. 10

Ex quibus omnibus concluditur, nec primam institutionem, nec substitutionem valere.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. non potest ad pias causas testari. Limita num. 2.*

3 *Filiafamil. potest de antefato post mortem viri testari, redditur ratio numer. 4.*

5 *Antefatum eadem habet priuilegia, quæ dos.*

Text. in capit. licet de sepulturis, in 6. an locum habeat in

filiafamilias testante ad pias, causas de eius antefato.

DECIS. DCLXIX.

1 IN supradicto capit.licet de sepulturis in 6.disponitur,non posse filiumfamil.ad pias causas disponere, testamentum condendo,nisi præuio assensu patris:quare fuit mihi quæsi-
2 tum,an locum sibi vendicet in filiafamilias,quæ nupta post mortē eius viri,lucrata fuit antefatum, si possit de dicto antefato ad pias causas disponere absque consensu eius dicti sui patris,in quo articulo respōdi af-
3 firmatiuè, ex ea quidem præsertim ratione,quod antefatum,& dos pari
4 passu ambulent, & per omnia assimilantur,ad text.in Authent.dos data,C.de donat.ante nuptias, de Frāch.in decis.132. & antefatum esse fauorabilem vti dotem,voluit idem de
5 Franch.in dec.519. vnde cum dos sit proprium patrimonium ipsius mulieris,ad text.in l.4.§.fin.ff.de minoribus sequitur,quod vti castrense peculium poterit filiafamilias ad pias causas disponere absque consensu patris, dos enim adeo dicitur proprium patrimonium,& castrense peculium ipsius filiæ,quod tex.in l.si. Cod.de rei vxor.actione, pater dotem filiæ ad se reuersam, ea denuo nubente,non potest minuere.

Quarta funeralis an debeatur si moritur persona insignis, & post sepultum corpus, fiant exequiæ solemnes in aliquo loco.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Funeralia,quæ dicantur, & num.* 4.
3 *Funeris sumptus dicitur omne illud quod corporis causa erogatur.*
4 *Funeralia dicuntur illa, quæ cum cadauere ducuntur ad Ecclesiā,& quæ funeris causa sunt elargita, numero* 5.
6 *Decisio quæstionis.*

DECIS. DCLXX.

EX facto proponitur, quod cum 1
Serenissima Margarita Austria naturæ satisfecisset, &ad superos euolasset , & in ecclesia Cathedrali Neapolit.solennissimè, summóque cum apparatu exequiæ fuissent celebratæ,cumque dictæ ecclesiæ maior cerarum pars ab Excellentissimo Prorege Neapol.donata,comparuit in Curia Archiepiscop. conductor quartarum funeralium, petens sibi deberi quartam de supradictis bonis donatis,cui petitioni se opposuerūt Domini Canonici Oeconomi præfatæ ecclesiæ. Quare consultus ego quid de iure sentirem , dixi , quod Gloss.in clem.dudum.versic.funeralia de sepult.quam referunt , & sequuntur Vbald.de can.Episc. quæst. 28.numer.7.Henriquez consilio 80. num.9.& seq.Rub.consil.23. numer.
5.funeralia dicuntur illa , quæ cum 2
funere ducuntur. Vnde tex.in l.funeris,ff.de relig.& sumpt.funer.dicitur,
Funeris sumptus accipitur quicquid 3
corporis causa erogatum fuit: igitur ex supradictis videbatur dicendum quod non dicantur funeralia,& consequenter non deberi ipsorum quartam.

Cæterum supradictis minimè suf- 4
fragantibus,cōtrarium consului, supradicta dici funeralia, siquidem ea funeralia dici in confesso est , quæ cum cadauere ducuntur ad ecclesiam,ita Gloss.in d.clement.dudum, vbi Cordub.not.in §.verum quæst.3. qui in 5.quæst.equos pariter, & arma con-

contineri asserit, ex attestatione Zézel. quem etiam allegat. Anchar. in d. clemen. dudum §. huiusmodi num. 50. vbi expressim de equis, & armis, quæ ducuntur, portanturque in defuncti honorem. Vel funeralia, seu mortuaria appellari, quæ funeris causa obueniunt, etiam præter morientis voluntatem, idem Card. auctor est, eadem clem. dudum quæst. 28. de sepult. & siue dentur ante, siue
5 postquam condatur corpus, funeralium nomine continentur quæcunque funeris causa sunt elargita, d. l. funeris ff. de relig. & sumpt. funerũ. Porro, quod Sacerdotum, Clericorumque sint funeralia, & ad illos 6
pertineant quæcunque funeris gratia inducuntur, probat text. in dicta clem. dudum §. ab olim, vbi Anch. & reliqui: quin etiam nõ funeralia, modo verum necius funerandi quidem ad laicum pertinere potest, si credimus Abb. in c. quanto. de iudiciis.

Finis tituli Praxis Sepulturæ.

PRAXIS CRIMINIS HAERESIS.

SVMMARIVM.

1 *Numerantur casus ad sanctissimæ Inquisitionis Tribunalem pertinentes.*

Quot sunt casus directè, & reductiuè ad Tribunalem sanctissimæ Inquisitionis.

DECIS. DCLXXI.

RESpondi, nõnullos, vt patet ex concessis per Mauritium de Gregorio, & sunt, videlicet.

1 Apostata à Fide primo debet puniri, quoniã est vel hæreticus, vel species hæresis. Alfons. de Cast. l. 1. cap. 7. de iusta hæret. punit. & lib. 1. contra hæreses cap. 9. & quis dicatur apostata à Fide, vide Siluestr. in verb. apostasia §. 1. nu. 4. quia est ille, qui in totum recedit à Fide, vt renegati, vide Pegnam commun. 24. super quæstion. 9. in 1. parte director. Inquisitorum. & dicam inferius in versicul. renegatus, vide Caiet. in summa versicul. apostasiæ initio.

Secundo, apostata à Religione potest etiam puniri ab Ordinario, quia est excommunicatus, Caiet. loco citat. & tanto magis si per annum perseuerat in tali excommunicatione, vt dicam inferius, & isti apostatæ

Digitized by Google

à Fide subsunt in Bulla Cœnæ Domini in prima clausula.

Alchymistæ, direct. Inquisitor. 3. par. cap. de sig. negromant. & hæret. & ibi Pegna comm. 26. vide Rauenn. in tit. de crimin. Fals. & Abb. in cap. 2. numero 8. de sortil.

Adoratores Dæmonum, glos. in c. accusatus §. sanè in vers. secus, de hæret. lib. 6.

Blasphemiæ hæreticales, vt sunt omnes directè, vel indirectè contra articulos Fidei, vt dicere, *Puttana della Madonna*, quia est cōtra articulum, Ex Maria Virgine, *Cornuto chi crede à Dio*, est cōtra primum articulum, Credo in Deum, & similia directoria Inquisit. 2. par. q. 41. vbi concludit hos debere abiurare etiam si calore iracundiæ, & in ludo, quod probat ex multis iudiciale inquisit. in vers. blasphemia numer. 66. quicquid dicat ibidem numero 61. Pegna scholia 48. in 2. parte directorij inquisit. Simanc. de cat. inst. tit. 8. num. 2. Castr. ca. 6. & 12. & qui profert verba hæreticalia in ludo, vel facetiis punitur prout suspectus de hęresi, Simanc. loco cit. tit. 17. numer. 22. & 23. & potest puniri pœna pecuniaria, erogando locis piis Pegna commun. 17. in 3. part. director. & 152. col. 1. eodem loco, & hic casus accidit in facto, qui dixerat in ludo, *Mal'anno habbi Dio, e tutta la Corte del cielo, e cornuto chi ci crede.* ista blasphemia hæreticalis nō solum potest fieri verbis, sed factis, vt si quis deturparet sacras imagines, Castrus loco cit. & verba hæreticalia manifesta sunt ea, quæ vel sunt contra articulos Fidei, vel contra Ecclesię determinationē, vel contra Sacramenta, vel sacram Scripturam. D. Thom. 2. 2. quęstio. 11. ar. 2. direct. inquis. 2. part. quæst. 2. Pegna ibi com. 6. Canus. lib. 12. capit. 17. in locorum Theologorū, Boer. dec. 301.

Baptizare mortuum ea forma, qua viuum, habetur pro hęretico: similiter rebaptizare pueros, Cast. loco citato lib. 1. c. 13. Baptizantes imagines, ad sortilegia. Cris. lib. 2. cap. 2. nu. 27. Pegna comm. 67. in quęst. 42. tom. 2. part. 2. directorium inquis. loco citato, vbi dicit, sapere hęresim manifestam, Locatus loco cit. in verbo hæretici, num. 31. casu 12. fol. 449. Siluester de strig. libr. 1. c. 1. pun. 2.

Campanarum spretores, clem. vnica de iudiciis. Et hic casus accidit in facto, dum quidam nocte Sabbathi Sancti abstulerit martellum à quibusdam campanis, illud apponendo in arbore nucis. Et cum sint tubę Dei, & in loco tubarum veteris testamēti successerunt, multa mysteria significant. Spec. lib. 1. tit. de campan. Siluest. tract. de benef. 1. p. tit. 15. num. 82. & infra. Ad quid deseruiant campanę, vide Abb. Io. And. & alios in c. 1. de off. cust. Incert. in tit. de citat. numer. 114. Rebuff. pract. benef. titu. de dimiss. num. 32. & campanarum despectio, siue contemptus est vnus de erroribus Turcharum, vt patet in dicta clement. & per extensum de erroribus Turcharum, & Saracenorum, vide direct. inquisit. 2. part. qu. 20. & 21. & ibi communem Pegna comm. 45.

Celebrantes sub rebus actis ad faciendum sortilegia, adhibitis nefariis precibus, & verbis superstitiosis, Diaz. pract. crimin. can. c. 23. & Grillan. de sortileg. libro 2. quæstio. 14. & 2. numero 23.

Cedulones excommunicationum quibus declarentur aliqui excommunicati, deturpatores, sunt suspecti de hęresi: ita in facto refert decisum Romę in casu contingenti in Curia Archiepiscop. Salernitani, Pegna commun. 24. sup. 3. parte Direct. inquisit.

Carnes

Digitized by Google

Carnes comedentes diebus prohibitis est exterum signum hæresis, quod suspectionem malæ credentię parit, idem Pegna comm. 24. in 3. part.direct.Zanchin.de hæret. capit. 35.num.2.& ibi Compeg.Telli in ca. ad abolendam numero 2. de hæret. direct.inquis... par.c. de sig. externis iudaizantium,Simanch.loco cit.numer.vlt.vbi dicit, super hæresim Luteranorum,cap.de esul.2.de consecr. distinct.3.

Dæmones expresse, vel tacitè inuocantes,Simā.loco cit.ti.63.numero 11.& 12. Bart. Spineus in apolog.3. destin.c.vlt.D.Thom.2.2.quæst.95.a. 4.in corpore, & in expressa inuocatione,vel pacto adest.idololatria,Simanc.& Spineus locis cit. & subsunt Bullæ Cœnæ Domini in prima clausul.Silu.de strig.libro 3.c. 1.puncto 2. Castr.lib.1.cap.15.quia inuocare Dæmonē,causat idololatriam., Locatus in vers.apostasia num. 9.& Spin.loc. citat.quamuisnon semper petere futura à Dęmone, sapiant hæresim, quia naturaliter futura potest scire, idem Pegna schol.50. super 2.parte Direct.inquis.quęst 45.sequitur Locatus in vers.apostasia, numero 9. & Abb.in cap. 2.numero 4. de sortilegiis.

Dubii in Fide,id est,qui pertinaciter ita insistunt dubitationi, quòd non sint parati corrigi ad mandatum,supersunt hæresi ca. 1.de hæret. Siluest.in vers.hæresis 1.num.6.§.3.

Dæmonem dicentes se tenere inclusum in phiala, seu in anulo, decipiuntur, cum ipsi Dæmones potius includent delictorum catena miseros homines,quàm è contra,ratio est quia cum sint spiritus, non possunt loco corporeo contineri,Simanc.locis citatis num 3.D.Aug.libr. 21.cap. 6.de ciuit. Dei,Pegna schol. 50.super 1.par. direct. quia interuenerit inuocatio,seu pactumexpressum,vt supra Siluest.libr.2.c.9.pun.3.de strig. licet interdum patiatur includi, vel ita fingat, vt sic persuadeat misellis personis ad eas facilius decipiendas.

Dæmonem inuocare ad tentandam pudicitiam mulieris, si fit verbis deprecatiuis,sapit hæresim, Pegna schol.50.in 2.par.direct.

Dæmonem inuocare potest tacitè,&expressè,Simanc.loco citat.tit. 30.num.15.& tit.64.num.12.Siluest.vbi sup.Cast.lib.1.c.14.

Disputantes laici publicè,vel priuatim de Fide, possunt excommunicari ab Ordinario,capit.2. §. inhibemus,de hæret.lib.16.Castrē.loco cit. lib.1.cap.19.

Eucharistia abutentes in sortilegiis sunt suspecti dehæresi, quicquid dicat Grill.lib.2.cap.10.numer. 4. de sortileg. nam hoc clarè asserit gloss. citata in §.sancimus,Castr.lib.1.capi. 11.sed vide Anchar.in dicto §. sancimus num.2

Expectare responsa à Dæmonibus,hæreticum est, ex Bulla Sixti Quarti edita anno 1473.

Fascinatio faciens videre aliter, quàm sit.

Fumigationes, vel thura offerens Dæmonibus,est hæreticus, Gloss.in d.§.sane,in versic.saperent, Castr. li.1.ca.13.

Fautores Hæreticorum, & qui dicuntur, & qui receptatores, & qui defensores, vide Castr. loco citato cap.17.num er.53.& 54. Caiet. in versic.excommunicatio c.1. & Castr.loco citato.

Facientes breuia cum characteribus, seu literis ignotis, Siluest.in §. 10.Ang.eodem versic. numer.1.&7. Armill.in versic.sortilegium num. 3. Caiet. in summa versic.superstitio 2. Astens.lib.1.idem de dicentibus, seu

Digitized by Google

recitantibus quasdam orationes pro sanandis infirmis, Nauarr.de hor. can.c.6. numero 46.Mall. malef.2.q. 1.c.16.fol.279.

Hostiam non consecratam, pro consecrata sumere, vide Anchar. in d.§.sane numero 2.

Imagines sacras deturpantes, vel spuentes, blasphemia est hæreticalis, actu similiter fustigare, vel conculcare eas, Cast.lib.1.cap.12.cap.1.& 15.in fine, Simanch.loco cit.titul.33.à num.17.& infra Boer.decis.301.nume. 16.& 17.& infra, vide Isern.in cap. de statu,& consuetud.conc. nu. 28. vel percutere, & hoc accidit Neapoli in facto de mense Ianuarij 1592. vbi quidam miser percussit pugione imaginem Deiparæ, & fuit per iudicem laicum manu truncatus, & vltimo supplicio condemnatus.

Imagines certas, vel huiusmodi fabricantes, quibus malefaciunt personis,&in intimis puncturis eas cruciant, etiam hæresim, Castr. loco cit. Simanc.tit.30. numer.18.Anch. in d. §.sane,c.accusans num.2.

Inquisitores possunt procedere contra maleficos,& incantatores, & superstitionum obseruatores, Alex. VI.Bulla 12.fol.148. Adrian.VI. Bulla 5.fol.277.similiter contra Astrologos iudiciarios Bulla Sixti V. edita anno 1586.

Impedientes ne Inquisitor, seu Ordinarius fabricet processum contra inquisitum hæreticum, est excommunicatus, & potest puniri vt hæreticus, c.inquisitioni de hæret.libro 6.

Incantatores, seu ciaraldi. Ang. in versic.superstitio, num.8.D. Thom. 2.2.quæst.96.art.4.ad 2.Nauar.cap.2. num.36.§.pono, vbi dicit posse permitti quoad sanandum alios, quòd debet intelligi quando sine superstitione.

Libros prohibitos habentes, vel tenentes, si sunt hæreticorum, subsunt Bullę Cœnæ Domini in prima clausula,& potest inquiri contra eos tanquam suspectos de hæresi, Bulla Pii I V. posita in indice librorum prohibitorum, & sunt excommunicati vltra Bullam, per regulam decimam indicis in vltim. & alia Bulla, quæ est 98. fol. 282. Pegna commen. 3.in 2.par.direct.Inquisitor.

Malefica, vbi interueniunt Sacramenta, vel sacramentalia, faciũt violentam hęresis suspicionem Castr.li. 1.ca.12.

Matrimonium contrahentes, cum sint vel voto solemni astricti, vel in sacro Ordine cõstituti vltra excommunicationem, quam incurrunt ipso iure, clement.1. de consanguin. & affin.Castr.loco cit. ca.1.Simanc.tit.50. numero 3.Diaz.pract.crim.can.c. 74. Abb.in cap.de homine numero 7.de celebrat.Miss.

Maleficia per capillos, ferramenta, clauos, lapides, sulphur,&alia huiusmodi, quę euomentur ab ore maleficiatorum, fiunt arte Dæmonis,& sapiunt hęresim, Grill.lib.2. capit.3. nu.20.

Negromantici. Geomantici, Arcomantici, Piromantici, & Chiromantici, quia sæpè arte dæmonum vtuntur, possunt puniri vt suspecti,& si non vt sic, subsunt iurisdictioni Ordinariorum, Castr.loco cit.c.13. & 15. ita etiam Diuinatores, Aruspici, Arioli,& similes.

Pocula amatoria fabricantes, si interueniunt Sacramenta, vel sacramentalia faciunt suspectum de hæresi Pegna schol. 50. in 2. parte director. Gril.de fortil. libr.2.quæst. 12.n. 2.&inf.Cast.loco cit.c.1.cir.fin. Locatus in versic.apostasia, num. 6.& vbi non miscentur sacra profanis, potius sunt superstitiosa, quàm hæretica,

Simanch.

Digitized by Google

Simanch.loco citato tit. 30. punct. 18.Silu.de poculis abortiuis, Grill. loco cit. & quomodo puniatur in Regno vide const. Regni amator, &c.tit. de pocul.amator.

Renegati, qui& apostatæ dici possunt, subsunt foro ecclesiastico vt apostatæ, Castr. loco citato: redeuntibus ad Ecclesiæ vnitatem quomodo sit agendum, vide eundem lib.1.c.23.sed distinguere oportet,& potest esse casus practicabilis, maximè in terris maritimis, vbi capiuntur sæpe Christiani à Turcis & Mauris, & interdum coguntur abnegare Fidem, postea reuertuntur, vel quia fugiunt vel redimuntur,petitur an possint absolui à suis Ordinariis? & videtur, quòd non, quia subsunt primæ clausulę Bullæ Cœnæ Domini,tamen si hoc faciunt timore mortis, cadentem in constantem virum, nec sponte, nec ex animo,sed tantummodo exterius, tunc non sunt excommunicati,nec hæretici, & sic ab Ordinariis absolui possunt, Silu.in vers.apostasia, §.1.Astrens.li.2.tit.19.quæst.50.licet direct. inquis.3.par. quæst.4.numer.8.dicat, non excusare metum, tamen Pegna ibi comm.66.lit. C.dicit, quòd sic, Siluest.in versic.hæresis, numero 9. §.6.

Speculum si inspiciatur à puella, vel phiala à puero dicente aliqua verba pro inueniendis furtis, vel ad scienda secreta, sapit hæresim manifestam. Iudiciale inquis. in ver. diuinationem, vlt. Barb. cons. 31. vol.1.

Supplicatione ad sanandum morbos addictis aliquibus verbis,etiam Aue Maria,& Pater noster, miscendo aliqua superstitiosa, puniri possunt ab Ordinariis,Grill.lib.2.cap. 6. num.18. Caiet.in sum. in vers. incantatio, in vlt.can.non obseruatis,can. illud 26.q.2.Simanc.tit.63.numer.19. 24.&33.Pegna comm.65.in 2.part.director super q.42.litera C.

Sortilegia & maleficia, quæ licet non sint sub iurisdictione Inquisitoris, tamen subsunt iurisdictioni Ordinariorum,Cast.loco cit.ca. 13.& 15. & Abb.in c.1.num.4.de sortileg. nos non negamus.

Suspecti de hæresi, & quinam dicantur vide Pegnam com.24. super 3.par.direct.inquis.& Siman.tit. 50. nu.24.& 30. vt afficientes contumeliis Religiosos, vel eos verberantes: malè sentientes de cæremoniis ecclesiasticis, & ritibus, contendentes censuras ecclesiasticas,periuri, incestuosi cum consanguineis,affinibus, cum matribus,monialibus, & aliis, hoc debet intelligi vel cum aliis adminiculis,vel de leui suscipione, & imponitur his abiuratio, Simanch. tit.10.num.21.Pegna comm. 4. in 8. par.director. & comm.24.& 49. super q.34.in 2.par.direct.& com. 62.ibidem,& Castr.lib.1.Glos.in §. sanè, & omnis præcisus ab Ecclesia, c. 2.& 4.§.1.

Sacramentis, vel sacramentalibus abutentes, Grill.li.2.c.3.num.16. Simanc.& Pegna loco cit.

Superstitiosi sortilegi omnes possunt puniri ab Inquisitoribus,vel locorum Ordinariis,Simanc. & Castr. in loco citato.

Strigiæ, seu lamię, seu iannaræ subsunt Inquisitoribus, & locorum Ordinariis, Silu.in toto opere de strig.& in summ.in ver. hæresis 3. & Bart.Spin.in apolog. de hac materia, & Grill.Cast.lib.1.cap. 16. per tot.

Thesaurum quærentes artibus magicis,& sceleratis,l.nemo, C.de malef.& mathem. Isern. de vsu feud. Rebuff.quæ sunt reg.nu.90.

Vsuras negantes esse peccatum,

Castr.li.14.ca.vltimo fornicationem adult.&c.

Vtentes Eucharistia tam in corpore, quàm in sanguine Domini nostri, fumigationibus ad ipsum dæmonem, rebaptizantem puerorum maleficiis, vbi interueniunt Heretici, vel opus dæmonum scientia ad sciendum secreta cordis, & ad scienda futura, quæ naturali via sciri nequeunt, consulere dæmones, & alia huiusmodi, d.glos.in §. sanè Locat. in ver.diuinatio, nu.4. Grill.lib.2.fol. 52.col.3.Castr.li.1.c.15.

Xenofegiis vtentes, iudaizantibus, & contra cæremonias nostras.

SVMMARIVM.

1 *Dans pocula amatoria, quod non possit puniri de hæresi, probatur ex duobus & n.2.*

3 *Constituuntur tres conclusiones pro quæstionis dilucidatione.*

4 *Dans pocula ad effectum tantummodo captandi amorem alicuius puellæ, & tunc non sapit hæresim, & magnus est amoris affectus.*

5 *Iræ, & concupiscentiæ Veneris homines transmutant, & insanos faciunt.*

6 *Amor est furor, & de iure canonico vocatur quoque furor, & consequenter quicquid sit eius causa, non debet puniri, nu.9.*

7 *Amor formæ rationis obliuio est.*

8 *Mulier non dicitur infamis, & turpis, quæ ex nimio amore suo amanti copiam facit.*

10 *Amor omnibus dominatur.*

11 *Inuocans dæmonia ad amorem mulierum prouocandum, non dicitur hæreticus, sed potius superstitiosus.*

An dare pocula amatoria sapiat hæresim.

DECIS. DCLXXII.

Dubitationem faciebat infrascripta pro opinione negatiua.

Primo, quia crimen est aliud per se, & alia pœna punitur, quam pœna hæresis, qui dat poculum amatorium, l.si quis aliud §. abortionis ff.de pœn.& l.4.0.sed & id C.de malef. 1

Secundo, quia quamuis talis grauiter delinquere videatur, nō tamen alicubi reperitur, quod dicatur hæreticus, secundum Alber. in rubr. C. de malef.circa fin. 2

Cæterum pro quæstionis dilucidatione est notandum, quod dans pocula ad effectum tantummodo captandi amorem alicuius puellæ, & tunc non sapit hæresim, amoris enim affectus magnus est, secundum quod scribit Vignate de hæret. qu. 18. Vnde in §.illud in Auth. quibus mod.nat.effic.legit.dicitur, nihil furore amore vehementius, & Arist. in 7.Ethicor.dicit, quod iræ, & concupiscentiæ Veneris homines transmutant, & insanos faciunt, per quas considerationes dicit Alber. loco supra cit.determinatum fuisse à Curia Romana, quod talia potius essent adscribenda furori, quam hæresi arg.text.in l.diuus ff.de off.Præsid, l.infans ff.ad l.Corn.de sycariis, & ita dicit fuisse statutum in dicta Curia Romana in personam cuiusdam Ioannis de Pertinaco militis, quem Inquisitores suspicabantur hæreticum. Vnde Virgilius li.4. Æneidos ait, 3 4 5

Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.

Et Ouidius in Epistola Helenæ, ad Paridem.

Qua licet, & possum luctor celare furorem.

Et

6 Et de iure canonico vocatur quoque furor, probatur in cap. cum in iuuentute de præsumpt. & D. Hieronymus de hoc affectu ita scribit in lib. 1. aduersus Iouinianum, Amor
7 formæ rationis obliuio est, & insaniæ proximus, fœdum minimèque conueniens animo sopiti vitium, turbat consilia, altos, & generosos, spiritus frangit, à magnis cogitationibus, ad humillimas tradit: quærulos, iracundos, temerarios, durè imperiosos, seruiliter blandos, omnibus inutiles facit. Hęc ille. Huc spectant pleraque alia in eandem sententiam relata per Tiraqu. tract. de pœn. temper. aut remitt. caus. 4. & per Menoch. lib. 2. de arbit. iud. cent. 4. cas. 328. Si quis ergo amoris furore videbatur, videlicet offensione, aut zelotypia, aut desperatione, aut nimio desiderio aliqua dixerit, vel fecerit hæreticalia, defendi quandoque poterit, & excusari, ne hæreticus esse credatur. Ita Ambros. in quæst. 19. sequutus Albericum loco cit. & Simanc. cathol. institit. titul. 17. numer. 43. Vnde Ioan.
8 Faber. in §. soror instit. de inoff. testam. voluit, mulierem infamem, & turpem personam dici non posse, quæ ex nimio amore, suo amanti copiam facit, & ob id à testatore institui posse suis fratribus, vel sororibus præteritis, per tex. in l. fratres, C. de inoff. testam. secundum Menoch. loco citato, cum amor sit fu-
9 ror, igitur quicquid fit eius causa, puniri non debet, sequitur Boer. decis. 23. numer. 75. & 76. Neuizan. in sylua numer. 109. lib. 1. Vnde Catullus in nuptiis Pelei & Thetidis,

Heu misera exagitans in milite corde furores.

Et Plato libro 3. de republica. *Voluptate venerea nulla vehementior, nulla furiosior.* Et Cic. lib. 4. Tuscul. quæst. *Maximè admonendum est quatus sit furor amoris, & omnibus perturbationibus nulla vehementior.* Et amor omnibus
dominatur: vnde Propertius li. 2. ad 10
Cinthiam,

Libertas quoniam nulli iam restat amanti.

Nullus liber erit, si quis amare volet.

Et secundum D. August. li. 10. de ciu. Dei, quam sequitur D. Thom. in 2. 2.
qu. 96. vbi inuocans dæmonia ad a- 11
morem mulierum prouocandum, non dicitur hæreticus, sed potius superstitiosus.

Et huic primæ conclusioni spectandum est an in prædictis poculis amatoriis misceantur Sacramenta, vt Hostia consecrata, vel sanguis Domini nostri Iesu Christi, aut res sacramentales, aut aliter sacræ, vt Reliquię Sanctorum, Agnus Dei, aut alia huiusmodi, quæ recenset Grilland. tract. de sortil. quęst. 10. hæc inquam si misceantur poculis amatoriis, operantem reddunt de hæresi suspectum, interrogandusque est ab Inquisitoribus diligenter, quid de his sentiat, nam si crederet liberum arbitrium ab his rebus cogi posse, tunc non modò, suspectus, sed etiam verè hæreticus censendus est, nisi resipiscat ac desistat pertinaciter taliter sentire, ita Alphons. Castr. lib. 1. de iusta hæret. punit. cap. 15. circa finem.

Si verò nihil huiusmodi in amatoriis poculis misceatur, & dæmones inuocentur ad hunc finem, vt flectant animum alicuius ad libidinem, nec interueniant verba deprecatiua, sed potius imperatiua, de quibus statim agemus, tunc talis inuocatio, & poculi amatorij propinatio non sapit hæresim manifestam, quia tunc dæmon inuoca-

tur ad id, quod sibi conuenit, nec naturam suam excedit, videlicet ad tentandum, ita Ioan. And. in add. ad Spec. tit. de sortileg. in rubr. idem in c. accusatus §. sanè de hæret. & ibidem Gemin. Franch. & alij, & Carrerius tract. de hæret. nu. 23. vbi alios citat in eandem sententiam.

Illa verba quoque spectanda sunt, quibus fit hæc inuocatio, an videlicet sint imperatiua, vt iubeo, præcipio, impero, constringo, & similia, an verò sint deprecatiua, vt precor, oro, obsecro, obtestor, & alia huiusmodi, nam si inuocatio fiat per verba imperatiua, nulla tunc hæresis interuenit manifesta; vt optimè ex Oldr. docet Heymericus in direct. par. 2. qu. 43. sin autem fiat per verba deprecatiua, tunc hæresim manifestam saperet talis inuocatio, ita præter Heymericum loco cit. tenet auctor repertorij inquisit. verb. dęmon. §. si enim dęmones, & Locatus in opere iudiciali, verbo apostasia, nu. 7. vers. si verò dęmones. Hęc doctrina videtur, quam tradit etiam hic Ambr. paulò tamen obscurius propter rudem stylum, quo vtitur, superest considerare personas inuocantes.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Incantatores dicuntur negromantes.*
3 *Incantatores grauissimum scelus perpetrant.*
4 *Incantatores dicuntur malefici.*
5 *Inuocantes olim dæmones, dicebantur idololatræ, & hæretici.*
6 *Tormentis subiiciuntur malefici.*
7 *Malefici dicuntur semper malum facere.*
8 *Tortura ex præsumptionibus datur maleficis.*
9 *Sortilegus post abiurationem reincidens, dicitur relapsus.*
10 *Relapsus quis dicatur.*
11 *Qui habet conuersationem cum dæmone reputatur eiusdem naturæ contra Deum.*
12 *Qui abiurauit, & postea conuersatur cum hæreticis dicitur eis similis.*
13 *Tortura continet quinque species.*
14 *Tortura leuis, non est propriè tortura.*
15 *Confessus delictum propter minas, nō dicitur confessus per torturam.*

Sortilega semel abiurata, & fustigata, an sit torquenda.

DECIS. DCLXXIII.

EX cons. Grillanz. n. 6. hęc habentur. Quædam mulier alias commisit incantationes, cum inuocatione dęmonum, & cum quodam maligno spiritu consuetudinem habuit, quem retinebat in ampulla, & in eisdem delictis, pro quibus fuerat 1
fustigata, & bannita, postea reincidit, & in carceribus retenta, eadem confessa est, simulatè tamen, ad inducendas mulieres ad amorosa incantamenta, & vt apud eas famam acquireret: vnde quęritur, an sit torquenda, pro veritate habenda? an scilicet ad amorem tantum, vel in dęmonem crederet etiam ad futura?

In pręsenti quęstione tria sunt consideranda. Primo, an dicta sortilega, simulata incantamenta, an realia fecerit? Secundo, an inuocatio 2
dęmonum solum ad prouocandum amorem, an verò ad futura sciendum? Tertio, effectum consuetudinis cum dęmone, ad quorum dilucidationem aduertendum est, quod incantatores negromantes dicuntur, c. hoc mirum 26. qu. 5. & qui hu- 3
iusmo-

iusmodi scelus sequuntur, grauissi-
mum crimen dicuntur perpetrare,
ad Bald.l.3.versic.secundo nota. C.
de Episc.aud. quos Imperator ap-
4 pellat maleficos,l.nemo,C. de ma-
lef. & mathem. alias enim tam isti,
5 quam inuocantes dæmones, dice-
bantur idololatræ & hæretici ,& de
idololatris habemus tex.in c. sortes
d.caus.26.quæst.& de hæret. in cap.
accusatus §.sanè, cum Gloss. in ver-
bo saperent,de hæret.in 6.& in cap.
Episcopi, ead.causa 26. qu.5. in quo
6 crimine quilibet in dignitate subii-
citur tormentis,l.& si excepta , §.1.
ad fin.C.de malef. & mathem. talia
enim exercentes, semper ad malum
7 dicunt facere,ex D.Thom. in 2.2.q.
95.art.1.ad finem, vnde in similibus
atrocioribus delictis de facili pro-
8 ceditur ad torturam, nedum præce-
dentibus legitimis indiciis , sed ex
præsumptionibus , immo ex solis
suspicionibus , vt post multa tenet
Bos.in sua pract.tit.de indic. & con-
fid.ante tort.num. 202. sed ista rea
fatetur commisisse incantationes,&
inuocationes, si ex auctoritate D.
Thomæ præsumitur ad malum, erit
torquenda super habenda veritate,
an ad malum , & ad quod malum
talia commiserit? Et hoc ideo cor-
roboratur ex dictis Franc.& Domin.
in d.cap.accusatus,§.sanè, Franc. e-
nim numer.2.& Domin.num. 6. di-
9 cunt,quod qui vt sortilegus abiura-
uit hæresim, & postea eadem com-
mittat,est relapsus , & pœnam rela-
psi meretur:verùm Dominic. ex o-
10 pinione Lap. distinguit inter eum,
qui credit , dæmonem talia posse
auctoritate propria,& reputatur re-
lapsus, & in pœnam relapsi est pu-
niendus, sed si non credit ea posse,
& solum inuocauit ad ea, quæ regu-
lariter dæmon tentat ad inducen-
dum hominem ad peccandum,tunc
secus: ergo torquenda erit ista mu-
lier,ad eruendam veritatem, & tan-
to magis cum habuerit postea con- 11
uersationem cum dæmone,ex qua
dicitur esse eiusdem illius maligni-
tatis & naturæ erga Deum, d.cap.
accusatus §.ille quoque, vbi dici-
tur, quòd ille qui semel abiurauit, 12
si postea cum hæreticis conuersatus
fuerit,dicitur ei similis , & in pœ-
nam eorum condemnari debet , &
sic dicendum est,quod sit locus tor-
turæ.

Et quia Doctores distinguunt 13
inter leuem , & atrocem torturam
enumerando quinque species, qua-
rum prima dicitur esse commina-
tio,quarta eleuatio,quinto squassa-
tio,& aliqui dixerunt,quod illæ tres
primæ species continentur sub vna
tantum specie, ego loquor de vera
tortura, nam leuis non est dicenda
tortura propriè; vt notat Ghirland. 14
in titul.de quæst.5.num. 4. nam ille,
qui ductus ad locum torturę, & ob 15
minas confitetur delictum ,non di-
citur fateri per torturam , sed spon-
te, secundùm Clar. in pract. crim.
§.fin.sess. 64. versicul. hunc degrad.
torturę. Ex quibus mea quidem
sententia, sine veritatis pręiudi-
cio ista sortilega erit leuanda & cas-
sanda, nisi prius fateri deliberaue-
rit.

SVMMARIVM.

1 *Potest conferri beneficium in hæreticũ ipso inaudito.*

2 *Non vacant ipso iure beneficia hæreticorum, nisi per sententiam & priuationem.*

3 *Amplia id procedere in apostata, quia plusquam hæreticus est.*

4 *Amplia procedere etiam in filiis hæreticorum.*

5 *Amplia quoque procedere in benefi-*

Digitized by Google

ciis, quæ fuerint ad preces hæreticorum.

6 *Beneficia hæreticorum vacant ipso iure.*

7 *Nemo debet priuari possessione, nisi citetur.*

Beneficium hæretici an possit conferri per Ordinarium, hæretico non citato.

DECIS. DCLXXIV.

1 Rector cuiusdam Cappellæ in Ciuitate quadam incidit in hæresim, vnde fuit dubitatum an ipsius Rectoriæ beneficium possit conferri ipso inaudito, & non citato, & respondi citationem minimè esse necessariam ex eo, quod beneficium ipso iure vacat cap. ad abolẽdam §.1.ibi, *& sit omne beneficio spoliatus*, vbi notat Gloss. de hæret. tradit plenè Rebuff. in prax. tit. de modis amittendi beneficium num. 4. vsque ad num. 23. Gregor. Tholos. de benef. cap. 26. numer. 5. Diaz in sua prax. criminal. cap. 114. num. 2. & Salzed. illius additionator, vbi plures allegat contrariam sententiam te-
2 nentes, scilicet, quod non vacent ipso iure beneficia hæreticorum nisi per sententiam & priuationem, sed primam etiam opinionem tenet Clar. in prax. criminal. §. hæresis nu. 14. & in §. fin. q. 75. num. 7. vers. item clericus hæreticus, eandem etiam sententiam amplectitur Pegna in commen. ad director. inquisitorum commentar. 112. mihi tamen paulo diligentius rem contemplando, Fel. in cap. Rodulphus de rescript. & in c. cum non ab homine de iudic. & seq.

3 Amplia à fortiori procedere supradicta etiam in apostata à fide, quia plusquam hæreticus est Rebuff. in prax. titul. de modis amittend. benefic. num. 47. & de hac vacatione vide constitutionem 29. Pij V. cum ex apostolatus, & constitutionem 68. Gregorij XIII. in Ecclesiis.

Amplia secundo procedere etiam in filiis hæreticorum, quorum 4
beneficia vacant etiam ipso iure, Lupus de Regno Nauarr. 5. par. §. 8. Couarr. lib. 2. variar. c. 8. num. 4. vers. cæterum, quod filij hæreticorum. Diaz. cap. 114. vers. quinimo filij hæreticorum Clar. in §. hæresis num. 14. Rebuff. in prax. titul. de mod. amittend. benefic. num. 25. & Simanch. de catholic. institut. cap. 29. num. 20. Guttierez in quæst. canon. 30. ex num. 37. lib. 2. Menoch. de præsump. lib. 5. præsumpt. 33. à numer. 16. vsque ad fin.

Amplia tertio procedere etiam 5
in beneficiis, quę fuerint ad preces hęreticorum impetrata, per tex. expressum in cap. 2. §. ad hęc de hęret. lib. 6. ita Gonzales Gloss. 15. numer. 68.

Quare cum ex supradictis euidenter 6
ostensum sit supradictorum beneficia vacare ipso iure, non est dubitandum quin requiratur citatio.

Non obstat tex. in c. licet Episco- 7
pus de pręb end. in 6. cum aliis similibus, quia loquitur de possessione, scilicet, quod nemo debet priuari possessione, nisi citetur.

Nec obstat dictum Speculatoris in §. 1. ad fin. de execution. sentent. cuius dictum fuit Innoc. in c. qualiter il 2. de accusat. quia loquitur de priuationibus, quę fiunt per sententiam, & non ipso iure, in quo casu loquitur etiam Rot. Rom. in decis. 87. in antiq.

Svx-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Retinentes libros hæreticorum puniūtur tanquam hæretici, & quod huiusmodi librorum retentio sufficiat ad plenam probationem, probatur ex duobus, nu. 2. & 3.*
4 *Limitatur supradicta in duobus casibus, nu. 5. & 6.*

An suspicio hęresis oriens ex retentione librorum hæreticalium procedat in hęredibus, qui non perquisiuerunt omnes angulos domus defuncti, penes quem erant scripturæ suspectæ.

DECIS. DCLXXV.

1 Consultus in proposito casu respondi, quod licet libri hæreticorum si apud aliquem sint reperti, is tanquam hæreticus punitur, imo propter enormitatem tanti criminis hoc videtur sufficere ad plenam probationem, Archid. Ioan. Andr. & Domi. in c. filij, vel hæredes de hæretic. lib. 6. & idem Archid. in ca. fin. 24. q. 2. Anania in ca. Episcopus de hæretic. Roman. singular. 323. incip. eo ipso, Hippol. in l. qui falsam num. 106. ff. de fal. & in pract. criminal. §. diligenter nu. 92. Roias de hæretic. singular. 124.

2 Mouentur per tex. in l. maiorem C. de fals. vbi probatur, quod qui habet penes se falsam scripturam, præsumitur falsarius, nisi ostendat à quo tale instrumentum habuit.

3 Secundo per tex. in cap. 1. 5. quæst. 1. vbi Archid. qui vtitur his verbis. Item qui libros hæreticorum suscipiunt, dico suspectos, & eis est purgatio indicenda, quia si statim eos destruxerint incendio, vel alio modo, credo innoxios iudicandos.

Supradicta tamen limitantur dupliciter, quæ omnes limitationes 4
possunt applicari ad excusandum benemeritum clientem tam à suspicione quam à pœna.

Prima limitatio est, quando libri 5
hæreticales reperti essent apud virum doctum, sincerum, & nullatenus suspectum de reatu hæresis, cap. damnamus de summa Trin. sic Anan. in c. si quis Episcopus de hæret. Archid. in capitul. filij eod. in 6. vide Royas singular. 124. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 374. num. 12. & Bursat. cons. 344. volu. 4. Hieronym. de Monte var. quæst. iur. qu. 13. nam crimen hæresis solo animo contrahitur, deinceps consumatur intellectu, & voluntate. Vnde plerumque in Sancto officio delatus, & processatus eam ob causam interrogatur in tormentis, aut torquetur super intentione circa præiudicium conuicti, & confessi. Calderin. cons. 5. de hæretic. decis. Perusin. 38. & seq. par. 2. Albertin. de agnosc. asser. hær. qu. 28. numer. 14. cum sequent. Vnde contra retinentes huiusmodi libros hæreticales prodiderunt pleræque pœnæ vltra excommunicationis gladium, ex constit. Diuorum Pontificum, præcipuè Pauli IV. & Pii V. de quibus facit mentionem Bursatus cons. 90. num. 10. & sequ. vol. 1.

6 Secunda limitatio est in eo, qui ignorabat apud se esse libros hæreticales, prout erat in casu, de quo verba facimus. Vnde idem Bursat. loco citat. voluit, quod vt retentio librorum constituat quem suspectum de hæresi, duo potissimum requirantur, videlicet scientia, & quod præfati libri sint damnati pro hęreticis, sequitur Graff. cons. 2. de

hæretic. Simanc. de catholic. institut.tit.39.num.19. prout similiter dicitur de retentione chartarum, Costa de facti scientia distinct. 33. censur. 1. prout in simili dicitur de rebaptizante puerum, quia si id ignoranter contigerit, non arguitur hæresis manifesta, secundum Menoch. de præsumpt.lib.6.præsumpt.6. numer.7. per regulam tex.in cap. vnic. de ordinat. per saltum. vbi non intelligitur quid iteratum, quod factum fuisse ignoratur, idem in baptizante scienter imagines, vel chartas, quas secundum Costa inerudita plebs virgineas pelliculas appellitant.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus abiurans in iudicio hæresis propter vehementem suspicionem, quod sit inhabilis ad qualibet officia suæ religionis probatur ex tribus nu. 2.& 3.*

4 *Infames repelluntur à dignitatibus.*

5 *Contrarium tenet auctor ex duobus nu.6.& 7.*

8 *Respondetur contrariis.*

An Religiosus qui abiurauit de leui, sit inhabilis ad Prioratus,& alia officia suæ Religionis.

DECIS. DCLXXVI.

1 Consultus respondi Prouinciali cuiusdam religionis in hoc articulo dubitationem mihi facere pro opinione affirmatiua nonnulla.

2 Primo, quia speciale est in crimine hæresis, vt purgatus etiam post expurgationem remaneat suspectus, ratione scandali, vt notat Host. in c. inter de rescrip. Butr.in c.ex tuarum de purgatione can.Panor.in ca.testimonium nu.2.& ibi Felin.num.22.de testib.

Secundo, quia præfato religioso obstat suspicio recidiuæ,ad reg.semel malus.de reg.iur. 3

Tertio,quia condemnatus ex causa criminis publici,eiusmodi est hæresis c.ius publicum distinct.1. committatur infamia etiam post pœnam persolutam,c.infames §. porro 3.q.7.Specul.in tit.de testam.§. 1. nu. 85.& in tit.de sentent.§.2.num.10. & 4 infamis non potest consequi dignitates,c.infamibus, de reg. iur. Bald. in verb. Canonicatus. Farinacc. in sua pract.crim.par.1. tit. de delict. & pœnis quæst.23.num. 26. & sequ.& proinde ex supradictis videbatur dicendum præfatum religiosum posse aspirare ad Prioratus, cum sit dignitas,ad tex.in c. quamuis de verb. sign.& clem. & si principalis de rescript.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus,contrarium dixi, motus ex pluribus. 5

Tum primo, quia per sententiam duntaxat indulgebatur abiuratio supradicto religioso, priuabatque illum administratione Sacramentorum, igitur non potest extendi ad inhabilitatem, argumento regulæ, odia de reg.iur. in 6. maximè cum sententio sit stricti iuris, nec plus operetur, quam de necessitate ex ea inferatur, Bartol. in l. Iulianus numer.5. ff.de condit. indeb. Alex. cons.18.& 164.nu.2.lib.7.Dec. cons. 43.numer.4.per tex. in l. si iudex ff. de his, qui sunt sui, vel alien.iuris cum similibus, item tradit Dec. in l.1.numer.50.in fin.ff.de off.eius, vbi allegat. tex. in l. si inter me ff. de exc ept.rei iud.in fin. quod sit iudicatum rem non esse meam, non per hoc 6

hoc videtur iudicatum, quod si tua, quia stant simul ista, quod non sit mea, nec etiam tua, & sic datur medium, Caputaq. in decis. 148. nume. 5. par. 3.

7 Tum secundo, quia suspecti de hęresi, debent suspendi ab officio, & etiam à beneficio propter criminis immanitatem, donec se purgauerint purgatione vera, recepta beneficia eis restituenda sunt, d. capit. inter vbi Abb. col. 2. notat effectum purgationis purgatiuum, vt absoluatur, & restituantur beneficia, quia est tantum suspensio propter suspicionem hæresis, non priuatio propter hęresim, iuxta ca. secundum, de hæret. in 6. & Rota in vna Grandigensis Canonicatus coram Comitulo 20. Iunii 1616. & latè probatur non potuisse Capitulum Cathedralis denegare possessionem Canonicatus cuidam, qui ante viginti annos publicè pœnitentiatus abiurauerat de vehementi ex sententia Inquisitorum hęreticę prauitatis, nulli enim Canonici inhabilitabãt ad beneficia illo, qui abiurauerint de vehementi, & fuerunt publicè pœnitentiarii, arg. glos. in cap. fin. de iurepatronatus, immo cum constitutio canonica doceat, suspectos vehementer de hæresi, suspendendos esse vsque ad congruam purgationem, & condignam satisactionem, infertur ea peracta, habiles permanere: detecta enim innocentia per iuramentum, aboletur illa prior suspicio, Simanc. de catholic. institut. tit. 55. numero 3. Zanchin. de hæret. cap. 20. nu. 6.

8 Non obstant contraria, & quia omnibus respondetur per Rotam, vt patet in dec. collect. per Farinaciũ 52.

SVMMARIVM.

1 Datur intellectus ad tex. in ca. in fidei fauorem de haeret. li. 6.

2 Testes quando sunt participes, & socy criminis, plenam non faciunt probationem in crimine haeresis absque aliis adminiculis.

Testes socij criminis an in causa hæresis conuincunt.

DECIS. DCLXXVII.

FVit dictum in Curia Archiepiscop. text. in cap. in fidei fauorem de hæret. quo cauetur in fidei fauorem admitti socios, & participes criminis, procedere, & locum sibi vendicare dumtaxat ad faciendum indicia, & præsumptiones, non autem ad aliquem conuincendum de crimine hæresis, per tex & quod ibi notatur in capit. filij de hæret. in 6. latè Lupus in sua repetitione hæreticali, §. 15. vers. ad hoc respondetur, vnde secundum Panormit. in cap. 1. numero 7. de confess. & in ca. per tuas, numero 4. de simon. dicitur hoc sanè notatu dignum, omittendum non est, huiusmodi testes participes, & socij criminis plenam probationem 2 non facere in crimine hæresis, absque aliis adminiculis, verùm eorum dictum sufficeret ad pœnam extraordinariam, vel ad torturam sequitur Gloss. in c. si filium, in Gloss. magna, C. de liberal. cau. expressè Felin. in c. testimonium numero 22. de testibus Ias. in l. 4. §. si vbi sit iudicium, num. 4. ff. de condition. quæ ob turp. cau. Alexand. consil. 303. volum. 7. Hippolit. in §. diligenter numero 59. Villadiego de hæret. quæst. 13. numer. 12. & idem Hippol. sing. 209. & in consil. 109. numer. 11. & Simanc. de cathol. instit. c. 63. numero 5. quod omnes ita intelligunt dispositionem

d.capit in fidei fauorem, & ex tenore illius colligitur ibi ex numero testium, aut personarum qualitate, & ideo dicebat Roias in singul. 191. numero 4. in fine, Inquisitores in testibus examinandis debere esse nimis cautos, & circumspectos.

Finis tituli Praxis criminis Hæresis.

PRAXIS PRAETERMISSARVM DECISIONVM.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit vt iudex in stylo se extraiudicialiter informet.*

2 *Quod procedit etiam quando stylus est notorius, vel quando agitur de stylo loci, vbi capitur informatio, quod non est contra ius.*

3 *Et tunc huiusmodi stylus, vel non est admittendus, vel saltem est legitimè præscribendus, & per testes est concludenter probandus.*

4 *Et talis probatio est facienda in loco, quo sententia fuit lata.*

5 *Stylus Hispaniensis est, quod citationes fiant ad videndum iurare testes, sine appositione certa diei.*

Stylus Curiæ quomodo probandus.

DECIS. DCLXXVIII.

1 QVit pluries dictum in Cur. Archiepisc. Conc. Neapol. quod super stylo sufficit vt iudex se extraiudicialiter informet, ex doctrina Bart. cõmuniter recepta in l. 3. §. fin. ff. de testibus. & in l. de quibus ff. eod. numero 22. Alex. consilio. 14. numero 2. libro 5. Pedemont. decisio 22. numer. 16. quod procedit quando stylus 2
est notorius, Socc. iun. cons. 63. nume. 5. lib. 1. vel quando agitur de stylo loci, vbi capitur informatio, quod non est contra ius: secus si sit contra ius, vt stylus pronunciandi sine scriptis, quod est contra formam traditam in l. 2. & 3. C. de sen. ex breu. recit. tunc 3
enim huiusmodi stylus vel nõ est admittendus, Alexand. cons. 36. in fin. lib. 2. Natta cons. 212. num. 6. lib. 1. vel saltem debet esse legitimè præscriptus, & per testes concludenter est probandus, Alex. d. cõs. 36. in fi. Rocch. de consuetud. sect. 8. in fi. versic. si autem est contra ius, & talis proba- 4
tio est facienda in loco vbi sententia fuit lata, Paleot. decision. 3. quæ incipit, Iudex in ciuitate, & coram iudicibus delegatis, non autem coram Ordinario, Put. decision. 742. libr. 3. nisi extarent aliæ sententiæ latæ super eodem stylo, ex quarum lectura

Digitized by Google

ra stylus probaretur absque alio examine, vt per Bald. in l.1. in fin. C. ad Vellcian. Curt. sent. cons. 17. colum. 4. versic. & faciunt notata per Paris. cons. 12. num. 142. lib. 2. veluti in stylo, qui viget in Hispaniis, quod citationes fiant ad videndum iurare testes sine appositione certę diei, qui cum fuerit probatus in pluribus causis probat quo ad omnes Peregrin. decision. 32. alias 56. in causa Burgen.

SVMMARIVM.

1 *Curia Archiepiscopalis quid seruet in puniendo quem de auxilio, vel associatione.*

2 *Vt quis possit de consilio, auxilio, & fauore præstito puniri, quæ requirantur.*

De auxilio, seu associatione non posse quem puniri, nisi prius constet de principali delicto illius, cui dicitur præstitum auxilium.

DECIS. DCLXXIX.

1 CVria Archiepisc. solet interponere decretum in casu, quo causa principalis delinquentis in Magna Curia non est solita interponere decretum, quod expectetur exitus causę principalis, quod qui-
2 dem iuridicum esse ex regula, quod vt quis possit de consilio, auxilio, vel fauore condemnari, opus est vt contra ipsum constet de delicto, ac delinquente principali, non quidem per solam contumaciam ipsius principalis delinquentis, sed per testes, aut alias veras probationes in processu contra ipsum inquisitum de auxilio legitimè factas, vel saltem per propriam ipsiusmet contumaciam, vt concludit Bart. in l. si is qui rem §. si tu Titium in fin. ff. de furt. & ibi Ang. optimè declarans, & Salicet. in l.1. col. 8. num. 25. C. de rapt. virgin. Anchar. in consilio 2[illegible]6. notat Bart. in fin. & Alexan. in cons. 59. sub num. 2. vers. prętere a lib. [illegible] & in addit. ad Bart. in d. §. si tu Titium, asserens in vtroque loco hanc opinionem Bart. esse communiter approbatam, quam etiam sequitur Aret. in tract. malef. in verb. dicto maleficio, num. 29. & ibi Aym. ad eum Foller. in sua pract. in verb. caueat informationem num. 57. Boss. in titul. de delicto num. 4. Ruin. in consil. 6. in fin. lib. 5. Carrer. infinitos alios citans in sua praxi §. homicidij num. [illegible] cum sequent. ita vt sine controuersia concludi possit hanc esse communem opinionem, prout etiam asserit Clar. in suo lib. 5. sent. §. fin. quęst. 90. vers. scias tamen, licet ibi dicat eam in illa prouincia non obseruari, sed in isto casu seruatum non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio canonica quid sit, & vnde dicta.*

2 *Purgatio canonica cur sit remedium subsidiarium num. 3.*

4 *Purgatio canonica extra crimen hæresis, seu illius suspicionem, abijt in desuetudinem.*

Purgatio canonica quo casu practicatur in Curia Archiepiscopali.

DECIS. DCLXXX.

CAnonicæ purgationis remedium, scilicet de obiecto crimine innocentiæ demonstrationem, Nauarr. de hæret. libro 5. cons. 9. numero 3. & subtilissimus Martinus

Digitized by Google

del Rio lib.5. disquisitionum magic. sect.13.cuius rei titulum habemus in decretal. de purgat. can. quam esse
2 remedium subsidiarium defendit in specie Caball.in suo luculentissimo libro resolut.crim.casu 48.num.2.vbi ex Abb.ad cap.2.notab. 2. de purgat.can.ait, hanc purgationem non esse indicendam, vbi aliter crimen possit probari, vel quia adsit accusator,vel quia extet indicium ad torturam, adeo quod secundum Farinac.de indiciis,qu.36.numero 181. & Foller.in pract.cran.in vers.& si nec confessi,aut conuicti,num.8.dicens, non esse deueniendum ad purgationem canonicam,quando adsunt indicia ad torturam,ideoque subsidiaria reputatur, Maranta sui speculi par.6.tit.de iuramento,num.9.Diaz. pract.crim.cap.141.Gabr.consil. 160. vol.1.

3 Dicitur autem purgatio canonica,quia regulis iuris canonici est satis consentanea, vt infamatus de quocũque crimine,quod plenè probari non potest,& sic non confessus, aut conuictus,non modicum autem suspectus per iusiurandum se purget, vel per sumptionem sacrosanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, Penna ad direct.inquis.par.2.comm. 14. Verùm quia extra crimen hæresis, aut illius suspicionem in desue-
4 tudinem abiit purgatio canonica,teste Claro in §.vlt.quæst.63.numer.4. Gallia consil.18.num. 126. cum seq. Gail.libro 2. obseruat.106.inter regulares solummodo viget hoc remedium dum aliquis infamia respersus inquisitioni Superioris sui subiicitur, ex qua nihil certi habeatur, nam tunc vocatus dictum iuramentum præstare debet, necnon adesse debent compurgatores, qui iurent se credere, quod is non deierauerit, compurgatores autem pro Episcopo debent esse duodecim:pro Sacerdote verò sex eiusdem ordinis, & dignitatis,cuius est reus,si fieri potest, & aliquando pauciores iudicis arbitrio, vt ostendit Vict.Mansus tract. de mod.proceden.in cau,regular.capit. 29.Roder. tract. de quęst. regular.tom.2.quęst.20.art.1.& 2.vbi Religiosus accusatus, si deficiat in probatione,non punitur à suo Pręlato, & vti conuictus, sed ob violentam pręsumptionem pœna tantum arbitraria plectitur,Siluest.de purgat.canon. Simanch. de cath.institut.capit.57.

SVMMARIVM.

1 *Publicam fidei professionem tenentur facere prouisi de Cathedralibus, & alij quibuscunque beneficiis ecclesiasticis curam animarum habentibus.*

2 *Præfata Fidei professio debet fieri in Synodo diœcesana, & consequenter de ipsa solet fieri magistratio in dorso Bullæ.*

3 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*

4 *Continuatio præsumitur si is, qui semel possedit,asserit se hodie possidere.*

5 *Solemnitas extrinseca tunc præsumitur,quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem præsumptio oritur.*

6 *Ex possessione decennali multa præsumuntur.*

7 *Si quis per decennium rem tenuit tãquam emphyteota, & pro ea soluit debitum canonem, præsumitur emphyteota, & solemniter inuestitus.*

8 *Ecclesia decennio ædificata patiente diœcesano,præsumitur ædificata ipso Episcopo auctorante.*

9 *Ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres, qui decem annis reperiũtur diuisum possedisse.*

10 *Si filius habitauit per decem annos seorsum à patre, præsumitur emancipatus.*

11 *Qui per decennium se gessit, vt notarius, an præsumitur creatus solemniter notarius.*

12 *Stāte statuto, quod minor, vel mulier non poßit obligari sine consensu propinquorum per lapsum decenny, præsumitur talem solemnitatem statuti intercessisse.*

Professio Fidei an præsumitur in dubio fuisse facta.

DECIS. DCLXXXI.

DOminus Alexander Russus meus Concanonicus, vir quidem, vltra vitæ integritatem, in agendarumque rerum dexteritatem, & in sacra Theologia, scientiaque vtriusque iuris eminentissimus, quæsiuit mihi an si non apparet in visitatione quem obtinentem Canonicatum, vel Parochialem fecisse fidei professionem, sit præsumendus in dubio illam emisisse, cui respondi dubitationem mihi facere verba Concil. Trident. sess. 24. capit. 1. & 12. vbi generaliter fuit dispositum
1 publicam fidei professionem facere tenentur prouisi de Cathedralibus, & aliis quibuscunque beneficiis ecclesiasticis curam animarum habentibus: igitur non est dubitandum quin sit necessaria vera apparentia professionem fidei.

2 Eo magis, quia solet fieri in Synodo Diœcesana, & consequenter de ipsa solet fieri registratio in dorsu Bullæ; vnde cum sit quid facti, in dubio prçsumi non debet, nisi probe-
3 tur ex reg. iur. quod facta non prçsumuntur, nisi probentur l. in libello §. fact. ff. de capti. & postlim. & probatur in c. cum Ioannes §. veram responsionem istam de fide instrum. hoc idem placuit dũ de iure respondit Corn. in consil. 181. vers. nec obstat volum. 2. Menoch. in cons. 11. numer. 301. Bos. in cons. 36. num. 13. versic. verum respondetur Cephal. in consil. 53. numero 34. & in consil. 77. & 130.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus in proposito articulo re- 4
spondi distinguendo, quod aut sumus in canonicatu de recenti collato, & tunc non præsumi fuisse emissam fidei professionem, aut vero est decennalis collatio, & tunc aut allegatur ab eo, pro quo præsumitur fuisse emissam fidei professionem, aut negatur, primo casu præsumitur, secundo vero nequaquam, ita Paris. de resign. benef. libro 3. quæst. 6. numero 74. cuius opinio corroboratur à simili de continuatione possessionis, nam continuatio præsumitur, si is, qui semel possedit, asserit se hodie possidere, nam tunc præsumitur possessio medio tempore continuata, secus si negat, nam tunc præsumptio ista cessat, gloss. in l. siue possidetis, in verbo constituti, vers. non distinguitur, & ibi Bart. numero 6. & 7. Bal. in l. 1. circa medium, vers. reuoco in dubium, Ang. num. 4. versic. in gloss. 3. Castr. numer. 9. Cuman. col. 2. circa medium, vers. tu dic, C. de probat. Butr. in c. cum ad sedem, numer. 25. Abb. num. 25. de test. spoliat Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, num. 27. vbi attestatur de communi de cau. poss. & propr. Couar. in c. Rainutius, §. 11. sub numer. 2. de testamen. vbi de communi etiam. Item solemnitas 5
extrinseca præsumitur, quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem præsumptio oritur, at secus si ab eo negatur, Salic. in l. si filius quęst. 1. vers. sed hoc non obstat, C. de pet. hęred.

Digitized by Google

dicens, quod iussus patris præsumitur præcessisse, si ipse hoc allegat, secus si negat, sequitur Alexan. cons. 9.nu.9.vers.potest etiam, lib.3.Ruin. cons.23.num.20.libr.5.Gabr.de præsumpt.concl.1.numero 64. Ita priuilegium pręsumitur in vsu, si talis pręsumptio à priuilegio allegatur, non autem si negetur, vt fuit decisum in vna Cauriens.iurisdictionis 29.Aprilis 1575.sed facit Anchar. quæst. 297. num.11.ad hoc.

6 Ex possessione enim decennali multa præsumuntur, quæ alias non
7 præsumerentur, prout primo, si aliquis per decennium rem tenuit pro vt emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem, præsumitur emphyteuta, & solemniter inuestitus, & idẽ in eo, qui decem annis tanquam vassallus possedit castrum, præsumitur inuestitus de feudo, gloss. in l.2. in Gloss.magna, vbi plenè dixi C.de iure emph.Bart.in l.3.§.ex contrario ff. de acquir.possess.& in l.litibus, C.de agr.& censibus libr.11. Ang.& Mod. in l.prætor in princip.eodem & vide text.in cap.1.qual.olim feud. pot. alien. Secundo facit, quod vult Archid.de cõs.dist.1.Card. Flor. in c.requisisti de testibus quod ecclesia, vel
8 Cappella iam decennio ædificata patiente diœcesano, pręsumitur ędificata ipso Episcopo auctoratẽ. Ter-
9 tio facit, quod ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres, qui decem annis repe rientur diuisum possedisse Gloss. est singul.& ibi magis communiter approbata in l.pen.C.commun. diuid. Bald.in l.1.col.3.C.de fideicomm. &
10 sing.Ant.in cap.peruenit. Quarto facit, quod si filius per decem annos habitauit seorsum à patre præsumitur emancipatus, secundum Bal.in l. 2.post mortem, ad fin.ff. de adopt. & in l.2.C.si aduer.rem iudic. Quinto facit, quod voluit Bald.sub forti articulo in l.1.in 4.coll. C. de fideicommis.quod qui per decennium se gessit, vt notarius pręsumitur creatus solemniter notarius. Sexto facit, quia 11
stante statuto, quod minor, vel mulier non possit obligari sine propinquorum consensu certè per lapsum decennij præsumitur talem solemnitatem statuti intercessisse, secundum Bald.in l.qui in aliena, & per illum text.in l.sciendum in princ.ff.de verbor.oblig.hoc non firmo, nam contrarium tenuit idem Bal.in l.2.C. de leg.idem Bald.& Salicet.in l.si filiusfam.Lud.in d.l.sciendum, Alex. in d.l.qui in aliena, in prin.& in consil.17.vol.4.quod incipit, Viso instrumento locationis col.4.

SVMMARIVM.

1 *Quid fuit decisum in Cur. Archiep. contra deprehensos cum instrumentis aptis ad falsificandum monetam, & quid si deprehensus fuerit bonæ famæ, numero 2.*

3 *Adducitur decis.de Franch. volẽs ex solis instrumentis repertis penes aliquem inquisitum de falsa moneta, posse procedi ad torturam. Amplia, vt sufficiat vnicus testis ad illum comincendum, & tamen fuerit fide dignus per cap. Regni, numero 4. Amplia secundo, si dicti inquisiti essent reperti expendere falsam monetam, numero 5. Limita numero 6.& 7.*

8 *Expendens falsam monetam, qua pœna puniatur.*

Repertus cum instrumentis apris ad falsificandam monetam, an sit indiciatus ad torturam.

DE-

DECIS. DCLXXXII.

1 PLuries fuit decisum in Curia Archiepisc. sufficiens esse indicium ad torturam cótra inquisitos de falsa, seu tonsione monetæ, quoties cunei, & alia instrumenta apta ad illam cudendam, fabricandam, seu falsificandam penes aliquem reperiuntur ex doctrina Marsilij in l. qui falsam numero 40. ff. de falsis, vbi in specie hanc quæstionem posuit, & post multa concludit, quod si ille, penes quem reperta fuerunt dicta instrumenta, non sit bonæ conditionis, & famæ, procedet inquisitio, & talis inuentio indicium faciet ad torturam;
2 secus verò si sit bonæ conditionis, & famæ, sequitur Boss. in titul. de fals. mon. numero 7. & faciunt dicta per Afflict. in const. adulterinam, nu. 7. q. vlt. Foller. in praxi vers. capiatur informatio, numer. 10. & sequent. Muscatell. de fals. mon. fol. 67. numero 3.
3 quibus addo de Franc. dec. 44. volens, quod ex solis instrumentis repertis contra aliquem cudétem falsam monetam potest torqueri, & cóuincitur ex vnico teste, fide digno & fama publica per ca. Regni, quod incipit, Iam sæpe 240. secundum ordinem Campan. qui loquitur etiã de incisoribus monetarum, quod capitulum de mense Iunij 160. per Regiam prag. fuit confirmatum.

Et in omnibus supradictis casibus in præfata Curia ventilatis, adhærent etiam aliqua indicia, scilicet, inuentio monetæ rasæ, & diminutæ, item forsiculæ inuentio, seu aliud instrumentorum genus, quibus pecunia radi, tondi, minui solet, seu potest, vt Gram. in decis. 72. vbi in specie ponit de inuentione dictæ monetæ, & forficularum, adhæret tandem indiciũ supradictos requisitos fuisse re-
4 pertos expendere falsam monetam, seu diminuere, in quo casu, quando expendens, vel penes quem fuit reperta dicta pecunia, non docuerit à quo habuit, vt per Cin. & Bart. in l. maiorem. C. de fals. Rauen. in singul. 319. licet in aliquibus casibus expendens falsam, non puniatur, nec ex ea possit sumi aliquod indicium, puta illæ pecuniæ erant parui momenti, 6
nec eas expendit, sed misit ad Zeccham, Bertaz. consil. 552. per totum, Mars. cons. 71. Scarlat. cons. 115. vol. 1. 7
item si expenderit ignoranter, Arim. in tract. malefic. in verb. falsarij, quæ ignorantia præsumitur, aut saltem iuramento probatur Crauet. consil. 244 numero 4. Bursat. cons. 145. vol. 2. Vnde in hoc Regno monetam falsam scienter expendens; punitur vt falsificans, qui incurrit pœnam mortis, & confiscationis omnium bonorum per d. constit. Adulterinam, & ibi Affl. num. 7. & Franch. decis. 401. vol. 2. post Cepoll. in consil. 77. Tandem expendens falsam monetam, 8
non punitur l. Corn. de falsis, sed solum pœna extraordinaria tenetur, Alex. consil. 121. n. 3. vol. 7. & ibi per totum consil. tenet defendendo quendam Parmensem militem quod expendens quatrenos falsos in parua quantitate, nõ potest puniri ad pœnam statuti, pœnam mortis imponentis, & idem ante eum tenuit Bal. cons. 155. vol. 3. vbi nedum considerat rei quantitatem, in qua falsitas sit commissa sed qualitas hominis, & animus illius, & an falsitas potuisset nocere, necne.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*

2 *Sacerdos omittens assumere primam tonsuram, quod possit postea factus Sacerdos illã asumere probatur ex tribus, & num. 3. & 4. contrarium*

Digitized by Google

fuit decisum num 5.
6 *Respondetur contrariis.*

Omittens sumere primam tonsuram, an Sacerdos effectus teneatur ad illam se ordinari facere.

DECIS. DCLXXXIII.

1 Sacerdos quidam cum dubius existeret, an primam tonsurã sumpsisset, & cum eius dubitandi ratio vana, & friuola minimè esset, siquidem de ea non apparebat Bulla, neque eius Episcopus dicebat se recordari illam contulisse, quare consultus ab eodem Episcopo quid de iure sentirem, dicebam pręfatum Sacerdotem non male facere, nec aliquo modo errare, illam de nouo sumere, & hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia non dicitur iteratum, quod factũ fuisse ignoratur, text. est, & ibi gloss. in l. 1. C. ne sanctum Baptism. iteretur, probatur in cap. 1. de cler. per saltum promo. facit text. in cap. ecclesię de consecr. dist. 1. & cap. solemnitates de consecr. distinct. 4. Quare dum dictus Sacerdos ignorauerat an illam sumpserat, proinde minimè dici poterit iterator.

3 Tum secundo, quia iuxta Canonistarum opinionem prima tonsura est ordo vt probatur expresśè in cap. cum contingat, de ętate, & qual. in c. cleros 21. distinct. in cap. perlectis 25. distinct. ita quoque Nauarr. in manual. c. 22. numer. 18. Couarr. lib. 1. var. resol. cap. 10. numer. 16. & in cap. quia nos num. 4. de testament. adeo quod percutiens clericum primæ tonsurę, incidat in pœnas, ca. si quis suadente diabalo, 17. q. d. vnde cũ sit Ordo, necesse erit illam sumere, vt reliqui Ordines dici possint gradatim recepti.

Tum tertio, quia per text. in c. 1. de clerico per saltum promoto, qui ignoranter per saltum de Subdiacono fit Presbyter, post pœnitentiam, debet ordinari in ordinem Diaconatus omissum, sequitur Panormit. ibidem in 1. col. & in consil. 41. num. 6. & sequent. Lapus alleg. 27. Gemin. consil. 22. num. 4. Monald. cons. 29. num. 8. & 10. & propterea idem videbatur dicendum in prima tonsura omissa.

Cæterum pręfatis minimè suffragantibus, contrarium resolui, motus auctoritate Inn. in ca. cum contingat circa fin. de ętat. & qual. quam sequitur Dominic. in ca. Psalmistatus, col. fin. 23. dist. Siluester verb. ordo 2. nu. 5. Sapia ad Panormit. in d. c. 1. de cler. per saltum promo. qui volunt, quod si omittatur Prima tonsura, vel Psalmistatus, vel Lectoratus non est repetendus.

Non obstant contraria, & propriè text. in c. 1. de cler. par saltũ promo. quia id loquitur de sacro Ordine omisso, quod omnino debet repeti, etiam si dubitaretur, cum secundum Panorm. loco sæpius citato, Sacramentum quod de necessitate debet conferri, si dubitatur, an interuenerit, debet ad cautelam conferri, & ratio diuersitatis est, secundum Innocent. quia in ordine minori nullum officium speciale conceditur, secus in aliis in quibus recipiendo quemlibet aliorum Ordinum, videtur recipisse potestatem faciendi omnia, quę ad hunc Ordinem pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo ob cuius absentiam amisit alternatiuam, nullum tempus superest.*

2 *Epi-*

2 *Episcopus qui abutitur alternatiua, clarum est illam amittere.*

Episcopo ob cuius absentiam amisit alternatiuam, an remaneat aliquod tempus ad conferenda beneficia.

DECIS. DCLXXXIV.

1 FVit mihi quæsitum, an Episcopo ob cuius absentiam amisit alternatiuam, remaneat saltem aliquod tempus ad conferenda beneficia, cui respondi, nullum quidem tempus superesse d. Episcopo, motus quidem ea ratione, paria esse, quoad alternatiuę admissionem Episcopum abesse ab eius diœcesi, vel al-
2 ternatiua abuti, & abutendo clarum est illam amittere, & priuatus censetur nedum iure conferendi in sex mensibus sibi vigore alternatiuæ assignatis, sed etiam pariter priuatus extitit vsu, & quasi possessione conferendi, ita vt amplius conferri non valeat, vt declarat Gonzalez glos. 56. nu. 97. & probatur in d. reg. 8. vers. ibi vsu, & benef.

Cæterum in hoc articulo iudicauit Rota Rom. in vna Sulmonen. alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Illustrissim. Lancelloto, cuius tenoris est.

Præsupposito, quod Episcopus post acceptam alternatiuam à sua diœcesi se absentauerit in quibusuis anni mensibus, & quod per annum, siue longius, minusque tempus fuerit absens absque fraude, dubitatum fuit an collatio beneficiorum vacantium in mensibus Martij & Septembris Episcopo à sua diœcesi absente ad Episcopũ, vel potius ad Summum Pontificem spectet, super quo dubio Rota consulat respondit collationem pertinere ad Summum Pontificem, cum isti duo menses, qui alias sunt Ordinarij, vigore acceptationis alternatiuæ efficiuntur Apostolici, per quã acceptationem non dicitur Episcopo consequi merum priuilegium, neque illa acceptatio est simplex remotio obstaculi, sed per concessionem Papæ, & acceptationem Episcopi fit quidem permutatio mensium, vt per Mohed. decis. 3. de rescript. nu. 1. quia Papa ex octo mensibus reseruatis, concedit Episcopo quatuor, & viceuersa Episcopus ex suis quatuor dimittit Papæ duos, & sic inter Papam & Episcopum initur quoad hoc quædam conuentio, seu quasi contractus, vt propterea non possit Episcopus post acceptationem, & scientia, & consensu Papæ ab huiusmodi permutatione & conuentione recedere, & dicere se nolle vti alternatiua, & velle ad mẽses ordinarios redire, Put. decis. 88. li. 3. Achil. decis. 2. nu. 3. super reg. modific. indulti addit. de Simonet. de reseruat. qu. 71. num. 5. latè Mandos. cons. 18. §. 8. & notum est, contractus ab initio esse voluntatis, & ex post facto necessitatis l. sicut C. de act. & oblig. & in istis terminis alternatiuæ fuit resolutum in causa Vicentina præceptoriæ 14. Decembris 1592. coram Illustriss. Blanchetto, alias sequeretur inconueniens, quod . . . Sedis Apostolicæ esset in incerto, & dicitur in d. decis. Vicentina, & quod esset in facultate Episcopi facere de mensibus reseruatis ordinariis, & licet ei residendo frui mense Februarij, & propter absentiam mensis Martij, & deinde post reditum mense Aprilis, & sic de aliis mensibus Augusti, Septembris & Octobris, quod absurdum ponderauit Rota

Digitized by Google

in causa Fauentina Canonicatus 16. Decembris 1585. coram Blanchetto, vbi etiam fuit consideratum, quod alternatiua concessa Episcopis ad illos inuitan. ad residentiam, contrarium effectum operaretur

Neque repugnarent decisiones Putei 488.num.5.& 492.num.4.lib.2. Cresc.dec.11.de priuil. Cassa.dec.2. & 3.eod.tit. & aliæ dicentur gratiam alternatiuæ esse remotiorem obstaculum causari per reseruat. 8. mensium, quia declarari debet conciliari cum decis.Mohed.Achil. & aliis super alleg. quod non sit mera & simplex remotio, nec simplex & merum priuilegium, sed cum suis qualitate & conuentione, nempe, quod Episcopus debeat residere, & quod ex quatuor mensibus ordinariis, dimittat duos Papę illos cum Apostoliis commutan. imo in alternatiua proceditur vlterius, quia Papa expressè reseruat sibi sex menses alternatos, ita vt adsit etiam ista qualitas reseruationis sex mensium ad fauorem Papæ alternatorum, quàm reseruationem istorum sex mensium posse fieri à Papa non est dubitandum, propter eius absolutam potestatem, quo fit, & statim atque acceptatur alternatiua menses Martij, atque Septembris, de quibus agitur, sint reseruati Papæ, ita est siue Episcopus resideat siue non resideat durante acceptatione alternatiuæ non possit se in istis mensibus ingerere.

Non obstant deducta ex Ant. Augustino tit.de alternat.§.vltim. & Mandos. cons. 21. quod per abusum Episcopus perdit alternatiuam, & reuertitur ad quatuor menses ordinarios, quia prædicta procedunt in suis terminis ob consensum Papæ, nam aut volumus, Episcopum conferentem in mensibus Papæ propter huiusmodi abusum, & ipso priuari beneficio alternatiuæ, ita vt non sit necessaria alia Papæ acceptatio, vel declaratio & tunc in hoc casu adest consensus Papæ ab initio in concessione ipsius alternatiuæ recedendi ab alternatiua, & permutatione in ipsius acceptatione coram Episcopo facto, sequuta ipsius Episcopi contrauentione, ita vt Episcopus non possit amplius vti huiusmodi beneficio absque nouo consensu, & noua concessione ex parte Papæ, & noua acceptatione ex parte Episcopi, quæ non applicatur in casu quando Episcopus ob non residentiam non potest frui beneficio alternatiuæ, nam in hoc casu nullus adest Papæ consensus, nec dissoluitur permutatio prædicta facta in acceptatione alternatiuæ, sed tantum suspenditur illius vsus durante absentia, & consequenter non potest Episcopus firma remanente concessione, & acceptatione alternatiuæ ob non residentiam ipsius redire ad menses in dicta acceptatione datos Papæ.

Aut volumus etiam in hoc casu amissionis alternatiuæ propter abusum . . . acceptationem, & consensum expressum, vel tacitum Papæ, & videtur voluisse Rota in dicta Vicentin. præceptoriæ coram Blanchetto, & tunc eo magis procedunt supra deducta, quod Episcopus non potest ab alternatiua recedere, & ad suos menses redire sine consensu Papæ.

Neque etiam obstat, quod hoc modo Episcopus ex sex mensibus sibi concessis, duos tantum habeat, quia duos omittit, ex quo non residet, cum absens non possit gaudere beneficio alternatiuę propter verba regulæ quandiu verè & personaliter resederit, alios verò duos men-

ſes vigore conceſſionis & permutationis, vt dictum eſt, initæ propter acceptationem alternatiuæ, & cum Epiſcopus mediante acceptationis alternatiuæ duos menſes lucretur ex Apoſtolicis, hoc poteſt æquiualere periculo amittendi duos ex ordinariis, & nihilominus ſibi imputet, vel quia alternatiuam acceptauit, & acceptando ita conuenit, vel quod poſtquam illam acceptauit reſidentiam deſeruit.

Non obſtat, quod alternauit non habeat locum Epiſcopo abſente propter prædicta verba quamdiu reſederint, per quæ in cauſa Sulmonen. Canonicatus 13. Martij 1583. coram bon. me. Cantuccio fuit dictum, quod Epiſcopus amittit alternatiuam ſtatim atque recedit à diœceſi reſeruatio octo menſium, quia hoc procedit quoad ipſius præiudicium, qui cum non adimpleat ex parte ſua non poteſt gaudere commodo permutationis, ſed non indè ſequitur, quod alternatiua ſit reſoluta, & poſſit fieri præiudicium Papę abſque eius conſenſu ad effectum, vt Epiſcopus poſſit prouidere in menſibus ad eundem Papam vigore alternatiuę ſpectantis, vt fuit reſolutum in cauſa Maioricen. Canonicatus 15. Nouembris 1593. coram Illuſtriſſimo Mellino, & prius fuerat dictum in ſupradictis Fauentin. coram Illuſtriſſim. Blanchetto, quę deciſiones fuerunt à Dominis approbatę, recedendo ab allegata deciſione ſubmouen. coram Cantuccio, in qua non fuerunt iſtę rationes conſideratę.

Prout neque obſtant, quod licet alternatiua contineat pactum permutationis menſium inter Papam, & Ordinarium, tamen hoc pactum ſit qualificatum illa qualitas quamdiu apud Eccleſias reſederint, ita vt ceſſante qualitate reſidentię, videatur ceſſare pactum, nam quamuis reſpectu Ordinarij ad effectum vt ipſe vti poſſit beneficio alternatiuę, pactum ſit qualificatum hac qualitate reſidentię, tam reſpectu Papę, dum in ſecunda parte conceſſionis alternatiuæ reſeruat ſibi alios menſes, talis reſeruatio eſt pura, & non qualificata, cum in ea non ſint addita illa verba, Quandiu, &c. quia potius Papa reſeruat ſibi alios menſes, vt præfatur, ſcilicet modo, quo ſupra in regula ſi purè reſeruauit, & conſequenter pactum reſpectu Papæ ſibi alios ſex menſes reſeruatos, non eſt qualificatum, ſed purum, & ratio diuerſitatis eſt quia cum regula incipiat à reſeruatione pura octo menſium, dum poſtea limitat reſeruationem, requirit qualitatem reſidentiæ ad inducendum Ordinarios ad reſidendum, nam contemplatione reſidentiæ Papa concedit alternatiuam, dum verò alios ſex menſes ſibi reſeruat, tunc non repetit eandem qualitatem, quia facultas Papæ non debet pendere à beneplacito Ordinariorum reſidentium, vel non reſidentium, neque propterea poteſt dici pactum claudicare, ſtante conceſſione Papæ cum hac qualitate, & acceptatione Epiſcopi cum eadem qualitate, & ſic accedente conſenſu vtriuſque, l. ſicut C. de actio. & obligat.

Dictam deciſionem habui à moderno nunc Caſtellanetenſi Epiſcopo vigilantiſſimo & prudentiſſimo, Sacr. Theolog. & Legum Doctore inſigni, de Auerolda Ciuitatis Brixiæ familia nobiliſſima, & antiquiſſima, ex qua complures Litteris & Armis prodiere viri Illuſtriſſimi, pręcipuè pietate, &

religione insignes, Episcopi, Archiepiscopi, & Cardinales. Gonzalez tamen in suo volum. super dicta alternatiua in gl. 56. nu. 147. ad fin. tradit modum quomodo Episcopus post acceptatam alternatiuam possit reuerti ad suos quatuor menses, idque absque alia declaratione Datariæ, sed ex se vti iure, vt ibidem num. 119. ad 147.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Iudæi habent omnia ea, quæ sunt ciuium Romanorum, & propterea coram iudicibus Christianis sunt conueniendi, & debent litigare.*
3 *Decisio quæstionis, quod scilicet non sit audiendus hæreticus petens monitorium contra Christianum. Ratio decisionis probatur ex quatuor, de quibus nu. 4. 5. 6. 7. & 8.*
9 *Responditur contrariis, & num. 10.*

Hæreticus comparens in iudicio, petens sibi concedi monitorium, an sit audiendus.

DECIS. DCLXXXI.

1 IN Curia Archiep. Neap. comparuit quidam Anglus hęreticus, cui ex saluo conducto permissum erat negociari inter Fideles, asserens amisisse libros & scripturas societatis, propterea instabat sibi concedi monitorium contra scientes, & detinentes præfatas scripturas, ad finem agendi contra quendam Fidelem, cum quo societatem habuit. Quare fuit dubitatum, an sit concedendum præfatum monitorium, & prima facie videbatur esse affirmandum, ex eo, quod nullo iure hoc prohibetur, igitur videtur esse permissum, arg. tex. in l. Imperator ff. de postul. Item dicebatur, quod tex. in l. Iudæi, C. de Iudæis, vult quod Iudæi habeant ea, quæ sunt ciuium Romanorum, & coram iudicibus Christianis debent litigare, & possunt vnum ex eis arbitrum assumere, vnde in l. si quis inter Christianos C. eod. titul. dicitur, quod Iudæus actor, vel reus forum sequitur Christianum.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum in eadem Curia, nam fuit dictum, præfatum hæreticum nullo modo esse audiendum, & moti fuerunt pluribus. 3

Tum primo, quia hæreticus vti excommunicatus repellitur ab agendo, ad tex. in cap. decernimus de sentent. excommunic. in 6. eod. tit. vnde excommunicato omnis defensio denegatur, Cap. Thol. in decis. 1. Franc. Marc. decis. 876. & secundum, Magon. in decis. 71. exceptio excommunicationis obstat agenti, & proponenti aliquid in iudicium: hinc est, quod iudicium agitatum cum procuratore excommunicato, est ipso iure nullum, Crescent. decis. 12. de proc. & secundum Guid. Pap. in sing. 175. excommunicatus non auditur in iudicio, tam si egerit nomine proprio, quàm si alieno nec petere potest executionem sententię, idē Guid. Pap. in dec. 339. & si conueniatur, non potest opponere exceptionem compensationis, idem Guid. sing. 409. neque potest præscribere, idem sing. 305. 4

Tum secundo, quia impetratio monitorij est species rescripti, & rescriptum ab hęretico, vel excommunicato impetratum, est ipso iure nullum, c. 1. de rescrip. in 6. c. venerabilis de except. Bart. in l. vniuersa, C. de precib. Imp. offer. Bald. in c. tuam de procur. 5

procur. Gloss. in c. pastoralis §. fin. de off. ord.

6 Tum tertio, quia esset admittere testimonium hæretici contra Christianum, quod de iure prohibetur ad tex. in l. quoniam multi, C. de hæret. c. si hæreticus, &c. non potest, 2. q. 7. c. Iudæi de testib. Gl. & DD. in l. cunctos populos, C. de summa Trin. & Fide Cathol. Carre. titul. de hæret. §. nunc. de pœnis in princ. quia de iure sunt infames, & excommunicati, ideo prohibentur testificari, l. 3. & l. 7. tit. 3. lib. 8. ord. Monachus in suo defensorio iuris rub. contra Iudæos nu. 7. Sed in testamento hæreticus testis esse potest, c. quoniam multi, in fi. C. de hæret. Schen. in tract. de testib. in princ. numer. 18. vbi omnes personas prohibitas testificari refert, & in quibus casibus hæreticus potest esse testis, vide Brun. in lib. 3. de hæretic. c. 10.

7 Tum quarto, quia hæreticus vti infamis, repellitur à iudicio, Auth. gazaros, C. de hæret. c. excommunicamus, il 1. §. credentes, eod. tit. c. 2. §. hæretic. lib. 6. Castrens. li. 2. de iusta hæret. punit. c. 5. Brun. lib. 5. de hæret. c. 8. li. 4. tit. 26. par. 7. beneficia ecclesiastica habere nequeunt, neque dignitates aut priuilegia, quę viris probis concedi solent: portæ enim dignitatum infamibus patere non debent, l. infamia, C. de decur. li. 10. l. 2. C. de dignit. li. 12. cap. infamib. de reg. iur. in 6.

8 Tum denique, quia iuxta opinionem Panorm. in c. noui de iudic. quem sequitur Prob. in c. ad nostram de iureiur. & Neuiz. in sylua in verbo monitorium, monitoria ad instantiam excommunicati, vel notorij peccatoris non sunt concedenda, & in propriis terminis iudicatum refert Cappel. Tholos. in decisione 189.

Non obstat, quod excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere possit, ad tex. in cap. cum inter, de except. quia non idem censendum est de hæretico. 9

Neque obstat tex. in l. Iudæis, C. de Iud. quia loquuntur de Iudæis, & hæretici sunt deterioris conditionis, quàm Iudæi, cap. 3. de Iud. l. dies Sabbathi, C. eod. 10

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*

2 *Clerici prohibentur dormire cũ mulieribus, et si suæ affines, & consanguineæ sint, ad quod adducuntur duo dicta Diui Hieronymi, numer. 3. & 4. & D. Augustini numer. 6. qui noluit cohabitare cum sorore sua.*

5 *Non potest dignè cum Deo habitare, qui fœminariis accessibus delectatur.*

7 *Mulier quid est, secundum Diuum Chrysostomum.*

8 *Amplia supradicta etiam in fratribus Hierosolymitanis.*

9 *Determinatur contrarium.*

Fratrem dormientem in eodem lecto cum eius sorore, an si postea reperiatur prægnans, sit indicium contra ipsum.

DECIS. DCLXXXVI.

IN Curia Archiepisc. detinebatur quidam clericus sub prætextũ, & causa, quod eius sororem carnaliter cognouisset, ex quo effecta fuit grauida, & ad id probandum adducebatur inter cætera supradictum clericum fuisse repertum à cursoribus Curiæ dormire in eodem lecto 1

cum eius sorore; quare constitutus à Domino Fiscali, confessus fuit se sæpius cum ea dormisse, putans hoc sibi licuisse vti fratri, & maximè, quia erat pauper, & lectulum non habebat, negabat tamen cum ea carnaliter rem habuisse. Quare fuit dubitatum an ex supradictis oriatur aliquod iudicium contra ipsum, dicebatur, quod Host. in summa in tit. de cohab. cler. & mulierum §. 2. in fin. voluit, quod quamuis bona
2 mulier consanguinea, vel affinis aut extranea religiosa, vel alia diligenda sit, nimia tamen familiaritas, & cohabitatio, & consequenter dormitio reprobatur. Vnde D. Hiero-
3 nymus dicit, Si cum viris cohabitent fœminæ, non deerit vicarium diaboli. Et propterea in cap. perniciosam 18. quæst. 2. prohibetur, ne sanctimoniales simul cum Canonicis & Monachis in Ecclesia in vno Choro conueniant ad psallendum, & ex hoc deducitur valde esse periculosam sexuum commixtionem, vt probatur quoque in cap. conueniens de eo, qui cog. cogn. vxor. suæ,
4 & in c. mulieres de iudic. Vnde idem D. Hieronymus in summa 32. distinct. Hospitiolum tuum rarò, aut nunquam mulierum pedes terant,
5 quia non potest dignè cum Deo habitare, qui fœminariis accessibus delectatur.

6 Et in propriis terminis loquendo facit id, quod legitur de Beato Augustino, qui nunquam consensit cohabitare cum sorore sua, vt probatur quoque in cap. quorundam legitur 81. dist. Hinc dicit textus in c. 34. dist. quòd licèt cum consanguineis, cum quibus fœdus naturale non permittat aliquid suspicari, possit clericus cohabitare, debet tamen cauere ab immoderata familiaritate cum illis, vt caput in gremium ponendo, osculando, & huiusmodi, ne ex hoc contemptibilis habeatur, nam cohabitatio earum sæpe intercipit adulterium, cap. diffinimus 11. dist. Et D. Chrysostomus in sermone 7
de Chananea nobis scriptum reliquit, quod mulier est caput peccati, arma diaboli, expulsio Paradisi, corruptio legis, à qua si cauere cupis, fuge illam, quæ, vt serpens inficit, & venenat, hinc tactus earum maximè sunt euitandi. Vnde Host. in titul. de eo, qui cogn. consan. &c. Ni fugias tactus, vix vitabitur actus, &c. & in cap. cum in iuuentute de præsumpt. habetur, quod mulierum etiam visu & aspectu castitas plerumque deperditur, & facit tex. in cap. nec solo 32. quæst. 5. vbi ponitur exemplum Dauidis in videndo Barsabeæ, & Dominæ respicientis in Ioseph. & propterea dicitur in cap. 1. quæst. 6. ex merito officium singulare sit oculos habere castos. Qua- 8
re etiam fratribus Sancti Ioannis Hierosolymitani prohibetur aliquam secum mulierem habere, quod etiam videtur voluisse gloss. in auth. Episcopo C. de Episcopis, & cleric.

Et quamuis dicebatur pro parte clerici eius sororem fuisse prægnantem ex marito, nihilominus fuit responsum hoc minimè contingere potuisse ob diuturnam mariti absentiam, arg. tex. & quod ibi notatur in l. filium definimus, ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. in l. miles §. defuncto ff. de adulteriis.

Cæterum supradictis minimè suf- 9
fragantibus, contrarium censuit Curia Archiepisc. Neapol. non esse, scilicet præsumendum sororem fuisse cognitam ab eius fratre, ex communi Canonistarum sententia, de qua in c. a nobis, & c. fin. de cohab. clericor.

cor. in quibus iuribus probatur permissum esse clericis secum tenere matrem, sororem, & alias fœminas, cum quibus naturale fœdus non permittit aliquid sæui criminis cum illis suspicari, admoneo tamen esse à supradictis cohabitationibus & dormitionibus abstinendum ex variis illicitis rebus, quæ occurrere solent: nam legitur de quadam muliere, quæ peperit non rupto aliter claustro, ista itaque miserrima commorando cum eius sorore sola in sua domo, accessit ad illam vna die quidam iuuenis eius affinis, qui tanquam contumax, & criminosus, ad euitandam capturam, remansit ista nocte cum ipsis mulieribus, quæ cùm non haberent nisi vnum grabatum ad earum paupertatem, receperunt prædictum consanguineum, & dum dormiebat, subsequuta pollutione nocturna ipsius dormientis, & somniantis, emissoque semine, illud infeliciter introiuit in vuluam vnius illarum puellarum, quæ adueniente nono mense, & tempore pariendi, parere non poterat, & conuocatis Medicis, & recognito spectaculo horribili, nesciebant discernere qualitatem illius ægritudinis, taliter, quod adhibitis multis, variisque remediis & conuolatis inibi diuersis mulieribus ad ferendum opem, peperit illa mulier coram eis, & admiratione plena, lugebat, dicens, Heu me miseram, quomodo pario, non cognito adhuc viro? Hunc casum habeo à Viuio in decision. 196.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio matrimonialis, quando censetur subreptitia, & nulla.*

2 *Redditur ratio huius conclusionis.*

3 *Adducitur ad hoc declaratio Sacræ Congregationis Concilij.*

An dispensatio matrimonialis super impedimento consanguinitatis vel affinitatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, sit nulla, & subreptitia.

DECIS. DCLXXXVII.

PLuries fuit dictum & obseruatum in Curia Archiepis. dispensationes factas super impedimento consanguinitatis vel affinitatis, non facta mentione de copula, esse nullas & subreptitias, & hoc ex pluribus. 1

Tum primo, quia ita seruatur de stylo Curiæ, quod quidem facit ius cap. quam graue de crim. falsi, & hanc opinionem tenuerunt Guttierez lib. 1. can. quæst. cap. 24. Garsia de benef. par. 7. cap. 3. nume. 66. & seq. Ledesma de matrim. qu. 56. artic. 5. 2

Tum secundo, quia ita declarauit sacra Congregatio Concilij, vt in sequentibus declarationibus super cap. 5. sess. 24. de reform. matr. *Prima, Qui se cognouerunt carnaliter sine tractatu & cogitatione matrimonij, postea volentes matrimoniũ contrahere, & petentes secum dispensari in aliquo impedimẽto, tacentes, se carnaliter cognouisse, si obtinent ex aliqua causa ia probata dispensationem, possunt dici obreptitia, ac subreptitia, & sic nullam obtinuisse dispensationem, ex eo solo, quia non narrauerunt cognitionem carnalẽ. Secunda, Congregatio Cardinalium Concilij censuit, dispensationem subreptitiam, si inter consanguineos, vel affines, vel spirituali cognatione coniũctos* 3

Digitized by Google

carnalis copula præceßisset, cuius mētionem in supplicatione non fecissent, propterea quod tales consanguinei, affines, & cognati spirituales per hanc carnalem copulam redditi sunt inhabiles ad contrahendum matrimonium, ex eo quod dicuntur commisiße incestum, qui impedit incestuosos contrahere matrimonium, ideo pro validitate dispensationis super gradu prohibito, necessariã esse de iure expreßionem copulæ carnalis, prout stylus Curiæ obseruat.

Tum tertio, quia ita censuit Rota Romana in vna Cæsaraugustana status 13. Ianuarij 1590. coram Bubalo, vt patet in decis. collecta à Farinac. c. 3. & 36. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Principalis non tenetur exhibere libros procuratori.*
2 *Actor tenetur edere reo.*
3 *Quilibet tenetur edere libros suarum rationum.*

Principalis an teneatur exhibere libros rationum eius procuratori.

DECIS. DCLXXXVIII.

1 IN causa cuiusdam de Masellis vertente in Curia Archiepiscop. contra suum procuratorem, post procuram clericum effectum, fuit resolutum per eandem Curiam non teneri præfatum de Masellis exhibere libros suarum rationum ad petitionem eiusdem procuratoris volentis ex inspectione partitarum solutarum in dictis libris se demon-
2 strare ad nihilum teneri, ex regula iuris, quod quilibet administrator vel gestor negotiorum alterius, tenetur reddere rationem de administratis, & gestis, Bald. cons. 152. in princ. cons. 418. in 6. dub. nume. 6. lib. 3. Rom. cons. 168. in 3. dubio numero 5. cons. 413. num. 2. cons. 414. numer. 1. Cuman. cons. 88. in princ. Abb. consi. 12. in 6. dubio numer. 5. libr. 1. Coron. cons. 196. num. 4. lib. 3. Soc. consil. 24. numero 37. cons. 46. num. 1. & 2. cons. 73. num. 1. & 2. lib. 1. cons. 213. numero 6. & 12. libr. 2. Dec. cons. 178. in princ. Grat. cons. 23. numer. 7. libro. 1. & alij congesti per Plot. de in litem iuran. §. 4. numero 85. quæ quidem rationis redditio ita dictos reos conuentos hæredes administratoris astringit sicut ipsum administratorem astringebat, vt in puncto dicunt Roman. d. cons. 413. num. 1. & Alciat. consil. 13. in 5. dubio numer. 5. lib. 5. prout è conuerso ad hæredem eius, cuius negotia gesta sunt, & transit actio hæc petendi reuisionem ipsius administrationis, vt dicit Roman. dict. cons. 168. in 3. dub. numer. 5. & in qua rationis redditione venit in primis exhibitio librorum, sine quibus ea reddi congruè non potest, vt ideo iure merito ei, cuius negotium administratum fuerit, detur iuramentum in litem contra administratorem ipsos libros non exhibentem, Bart. & Bald. in l. 1. §. officio, ff. de tutelis & rationibus distrahendis, Anch. cons. 316. sub numer. 3. Soc. cons. 159. numer. 3. & sequent. & cons. 190. numer. 1. & 2. libr. 2. Ias. consil. . ante numer. 1. li. 3. Anchar. consil. 31. in 4. dubio numer. 6. libr. 5. Plot. alios referens, & de vera & communi Doctorum opinione attestans d. §. 4. sub dicto numer. 85. ad fin. & §. 5. num. 26. anno 1595. Florentiæ.

Non obstat textus in l. non est nouum, C. de edendo, vbi quilibet tenetur edere reo libros rationum suarum, vt veritas appareat, quia respon-

Digitized by

respondetur id procedere in actore, & in aliis personis, vt patet in l. fin. Cod. eodem, at secus in casu nostro, in quo de procuratore agitur.

Svmmarivm.

1 *Tex. in cap. fraternitatis, de testibus quod non habeat locum in causis criminalibus adducitur decisum in Curia Archiepiscop.*
2 *Redditur ratio decisionis.*
3 *Ampliatur conclusio, & redditur ratio ampliationis, num. 4.*

Fiscus an possit, publicatis attestationibus, alios testes producere.

DECIS. DCLXXXIX.

PLuries fuit decisum in Curia Archiepiscop. posse Fiscum, publicatis attestationibus, alios testes producere, cuius decisionis ratio ea potior visa fuit, quia text. in cap. fraternitatis de testibus, disponens, quod publicatis attestationibus non pos-
1 sint recipi testes super eisdem articulis, non habet locum in causis criminalibus secundum Bar. in l. 1. §. fin. num. 4. ff. de quæstion. cum concordant. ibi positis per Marsil. numer. 4. & in pract. §. sequens. numero 6. & ita seruare Senatum testatur Thesaur. in decis. 262. iis additur Capic. in decis. 83. vbi reddendo aliam huius supradictæ conclusionis rationem dicit, quòd in criminalibus non concluditur ad idem Alexand. in l. quarta §. hoc autem iudicium ff. de damno infecto, cuius opinionem sequitur Aretin. in c. cum venissent de testibus in 4. col. vers. aducite tamen & in c. cum clamor col. 2. vbi dicit se maturius cogitasse, & ita quoque iudicasse Senatum Pedemont. refert Thes. citat. loco in anno 1556. mense
Septembri, in quadam causa Burgellen. reddens rationem, quia non est bonum, vt veritas in criminalibus fauore publico amittatur, quandocumque procedatur, ne delicta remaneant impunita. 1

Supradictis tandem adducebatur
alia ratio, quia in causis, quæ nunquam transeunt in rem iudicatam super testes produci possunt etiam post publicationem, vt per Soc. in regul. 403. testes num. 37. sententia autem in causa criminali nunquam transit siue sit corporalis, siue pecuniaria pœna, vt per Marsil. in pract. §. ordin. numero 1. post Io. de Ana. in d. c. de his reprobata opinio cuiusdam, procedit in sententia corporali absolutoria, quia in hoc bene reprehendit Abb. secus autem in condemnatoria, quia in eo distinctio Abb. procedit. 2

Amplia suprapositã conclusionem 3
vt etiã a parte ad eius defensionem testes post publicationem produci possint, Bar. in l. 2. §. si public. nume. 15. de adulter. Felin. in d. cap. cum clamor. de testibus colu. 2. versic. & hoc procedit, & hoc locum habet tam si proceditur ex officio iudicis, quam ad partis instantiam, Aret. d. c. fraternitatis, column. 6. quamuis contrarium teneat in cap. cum clamor. col.
2. ratio autem huius ampliationis est 4
quia valet argumentum de renunciatione defensionum ad publicationem, vnde sicut non potest renunciare, ita nec desistere à productione, ita dicit Felin. in d. capit. cum clamor colum. 2. in fi. & idem tenet Alexand. ad Bartol. in l. 1. §. fin. numero 4. de quæstion.

* * *

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficiatus condemnatus ad perpetuas triremes est beneficio priuandus.*
2 *Huius conclusionis ratio.*
3 *Quod procedit etiam in condemnatis perpetuò ad triremes.*
3 *Non est iusta causa excusandi beneficiatum a residentia.*

Clericus beneficiatus condemnatus ad perpetuas triremes, an sit priuandus beneficio.

DECIS. DCXC.

1 FVit iudicatum, clericum habentem beneficium curatum condemnatum ad triremes perpetuas,
2 esse priuandum beneficio: ratio est quia beneficio amplius seruire non potest, propter condemnationem perpetuæ triremis, & ita in puncto, quod clericus beneficiatus condemnatus ad perpetuas triremes simpliciter non dicatur ipso iure priuatus beneficio, sed eo priuandus sit, tenet
3 addit. ad Diaz in pract. crim. canon. in verb. ac in perpetuum carcerem damnati cap. 140. in addit. vlt. super litera D. in versic. & vtrum lata sententia, quod optimè confirmatur ex traditis per Rebuff. titul. de mod. admitt. benef. numero 57. versic. 6. auditus perpetuo, alia ratio reddi potest, quia non est iusta causa excu-
4 sandi beneficiatum à residentia ad quam tenetur ex dispositione sacrorum canonum, vt patet ex deductis per Rebuff. in d. prax. benefic. libr. 2. tit de dispensatione de non residendo per totum discursum illius capitis, & per Diaz in d. tract. crimin. canon. in verb. in nullo benef. resident. cap. 52. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Pœna imposita asportantibus arma prohibita, non habet locum in eo, qui per modicum tempus illa asportauit.*
3 *Redditur ratio, quia modica non sunt in consideratione,*
4 *Contrarium adducitur decisum, & redditur ratio decisionis, numero 5.*
6 *Experientia est rerum magistra.*
7 *Respondetur contrariis, & num. 8.*

Constitutio synodalis Neapolis contra clericos arma exportantes, an procedat in eo, qui probauit illa cæpisse ab alio, & per momentum temporis exportauit.

DECIS. DCXCI.

IN Curia Archiepiscop. reperiebatur inquisitus quidam clericus de 1
vulnere illato in personam cuiusdam, item de asportatione archibusetti, & cum non constasset de vulnere, circa exportationem armorum articulauit in eius defensionibus supradictum archibusettum non continuò portasse, sed tempore rixę, & per momentum temporis ab alio recepisse: quare fuit dubitatum, an veniret puniendus pœna sancita in Synodo: & dubitationem faciebat pro opinione negatiua Bursat. consil. 141. numer. 16. & sequent. & nume. 42. & consil. 331. numer. 37. vbi voluit, quòd 2
qui per momentum temporis habuit arma in loco prohibito, vel cum illis paruam moram traxit, non debet

bet puniri, sequitur Bertaz. consilio 141. numero 16.17.& 42. & consil. 331. numero 37. Baiard. ad Clar. in quęst. 82. num. 74. vers. item adde, lib. 5. sent.
3 tent. mouentur, quia modica non sunt in consideratione, l. scio ff. de in integ. restit. propterea qui momentanea non curantur, l. qui sic ff. de solut. Marsi. in consil. 136. & parum, & nihil æquiparantur, idem Marsil. in sing. 276. parum, & nihil & Cacheran in decis. 71. num. 52.
4 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum, & ratio fuit, quia clarum est,
5 quod statuta, & constitutiones prohibentes delationem armorum sunt factæ, ne quis alterum offendat, neue sequantur rixæ, & scandala, vt ait Dec. in cap. 3. sub numer. 56. lib. 8. re-
6 rum crimin. & ideo est spectandum, quod quis portet arma donec aliquem offenderit, vel donec rixæ, aut scandala sequuta sint, sed in tempore est occurrẽdum, iuxta illud, Principiis obsta, nam posset aliquis scelestus melius exequi mentem suam, cupiens aliquem offendere, vt experientia rerum magistra sæpius nos docuit.
7 Non obstat l. scio ff. de in integ. restitut. quia non facit ad propositum contra nos, ex quo loquitur de modicitate quæ versatur circa rem, non de modicitate, quæ versatur circa tempus prout nos loquimur.
8 Nec etiam obstat regula illa, quæ habet, quod momentanea non curantur, de qua in l. qui scit, ff. de solut. quia illa procedit, vbi certi sumus de momento, secus autem quando possibile est, quod illud, de quo quęritur, non sit momentaneum, quia hoc casu lex curat de momento, vt ait sic declarans Ripa in l. cum filiofamilias, numero 43. ff. de legat. 1. sed possibile est, quod deferens arma, illa detulisset per bonum temporis spatium, nisi fuisset detentus, & impeditus, & eodem modo responderi potest ad regulam, quod parum, & nihil æquiparantur, vt procedat quãdo certi essemus de paruo, sed secus quando possibile est, quod illud, de quo agitur, non sit paruum, quia tunc lex de paruo curat.

SVMMARIVM.

1 *Sepulchrum proprium nemo sibi vendicare potest.*
2 *Priuilegium, & concessio non probatur nisi per instrumentum rogatum.*
3 *Nec per solam longam possessionẽ praescribi potest.*
4 *Ex signis indicatur cuius qualitatis, & naturæ qualibet res sit.*
5 *Qualibet res præsumitur, libera, nisi probetur debere seruitutem.*
6 *Dubia probatio non releuat eum, cui probandi onus incumbit.*

An ex insignibus, & armis depictis, seu insculptis probetur dominium alicuius Cappellæ.

DECIS. DCXCII.

IN vna Nolana respondi cum Henriquez consilio 70. cuius tenor est.

Fuit dubitatum an ex stemmatibus, & armis depictis, seu insculptis in cacumine, vel in aliqua parte alicuius Cappellæ probetur dominium illius familiæ, cuius illa sunt. Et respondi negatiue per text. in l. monumentorum C. de relig. & sumpt. funer. præsertim quando agitur de alicuius præiudicio, quo casu non probant alicuius familiæ proprietatem, ita illum text. intelligit, & exponit

Digitized by Google

Abb.cum causam numero 1.de probat.in vers.tertio dicit Gloss.& Bart. in l.vel quod ff.eod. Ratio est, quia sine traditione dominium non transfertur, l.traditionibus, C.de pact. cũ vulgatis.

1 Secundo, quia cum sepulturam nemo sibi vendicare possit, l. si sepulchrum C. eod. nam sepulchrum proprium habere quis non potest quantum ad proprietatem, l.in tantum §.sacrum ff.de rerum diuis.licet possit habere suum, vt ibi sepeliatur ipse,& sui, ita vt alius sepeliri non possit, vt dicunt omnes DD. & præsertim Butr.in cap.abolendæ de sepult.numer.3.Rota diuers.par.1. dec. 787.numero 3. hoc priuilegium habere non possunt nisi ab Ecclesia Parochiali assignato Cœmiterio per Episcopum Butr.in c. certificari numer.13.eodem. vel Prælatos religionis illius, per dispositionem clemen. 2.de sepult. & ideo nisi ostendatur priuilegium, vel instrumentum concessionis, non possunt se munire insignibus, quia priuilegium, & concessio non probatur nisi per instrumétum rogatum Afflict.decis.398.num.
2 6. quia scriptura in hoc casu est de essentia probationis Abb.in capit.in nostra de rescrip.numer.11.& in cap. qualiter de elect.numero 1. & ita vt possit l.longa possessio ff. de mort. inferendo.

3 Tertio, quia in cappella, de qua disputatur, semper Fratres minores soliti fuere humare Fratres eorum, ex quo cum nullus prohibuerit, arguitur esse liberum sepulchrum, nam ex iure prohibendi, ne ibi alij sepeliantur, infertur ad ius inferendi illuc cadauera. Rota vbi supra num.5.

Quarto, quia non adest scriptura sed insignia tantum in quadam ferrata, seu cancello ferreo, quæ non possunt arguere dominium totius cappellæ, quia vera probatio debet necessario concludere & probare cõcludenter, si dicatur, quod ex signis 4
iudicatur res cuius sit, & cuius qualitatis, l.stigmata, & ibi Bart. C. de fabric.libro 10.Authen.dos, C.de donat.ante nupt.& ibi Bald. talis enim res præsumitur, qualem signa demonstrant. Respondetur his omnibus, & similibus, quod hæ sunt adminicula, sed non probant plenè, Abb.in d.c.cum causam de probat. 5
quia quęlibet res præsumitur libera, nisi probetur debere seruitutẽ, l. altius, & l.ædibus, C.de seruitut.& hoc probari debet concludenter, cap. in pręsentia de probat.nam dubia probatio non releuat eum, cui incumbit onus probandi, sed debet esse certa, & concludens, l.certum in princ. ff. de confess.& l.inter stipulantem, §.si Stichum, de verb.oblig.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Episcopus non potest denegare ordines laicos suscipiendos, & numero 3.4.& 5.*
6 *In contrarium adducitur Conc.Trid. sess.23.c.16.& tex.in c. ad aures de temp. ordin. & secundum isthæc iura fuit resolutum.*

An Episcopus possit denegare ordines absque legitima causa.

DECIS. DCXCIII.

COmparuit quidam laicus coram suo Episcopo asserẽs summopere optare se clericari, quare 1
petiit primam tonsuram, & quatuor minores ordines, ostendens legitimam ætatem, & natiuitatẽ, & quod neque in foro Ecclesiastico, neque ciuili fuit de aliquo crimine vnquam denun-

denunciatus. Vnde cum dictus Episcopus absque apparenti & legitima caussa hoc denegasset, sed tantummodo ob futuram suspicionem patrandi delictum, fuit dubitatum an de iure istud fieri potuisset, scilicet si possit supradictus laicus impediri ad susceptionem ordinum, & dubitationem faciebant infrascripta pro opinione negatiua.

2 Primo, quia ordinum collatio, ipsorumque sumministratio concernit potius iustitiam, quàm gratiam, vt patet, igitur denegari nequeunt, arg. not. per Ann. alleg. 39. part. 1. vbi propterea infert, quod in feudalibus assensus denegari potest, quia est mera gratia, allegat Hern. in constit. post item, col. 8. numer. 12. & in cap. 1. 6. quod ergo de inuestitura de re aliena facta. Hinc est, quòd si Princeps deneget postulationem, non facit iniuriam, quia est mere gratia, c. pen. de post. Præl. Ant. de Butric. & reliqui in c. a bonæ eod tit.

3 Secundo, quia in supradicto laico nullum crimen apparet ex annumeratis ad impedimentum, crimina verò, quę repellunt ad suscipiendos ordines, & impediunt administrationem susceptorum, debent esse maiora, & manifesta, Cucchus in sua canonica instit. libr. 4. tit. de his, qui ad ordines, numer. 91. vsque ad 134. Borgn. in tract. de irregular. parte 6. in procemio numero 1. & seq. Grillenz. consil. 130. vol. 1. Henriquez consil. 92. numero 7. & seq. vol. 1.

4 Tertio, quia dato, & non concesso, quod supradictus laicus esset criminosus occultus, adhuc non posset impediri, ex regula text. in cap. ex tenore de temp. ord. vbi criminosus occultus moneri potest ne promoueatur ad ordines, sed prohiberi non debet.

5 Quarto, quia contra supradictum nulla apparebat suspicio, igitur impediri non debebat. c. oues 16. quæst. 1. de vnoquoque enim bene, & non male præsumere debemus, cap. 1. de scrutinio, & quilibet præsumitur idoneus, cap. fin. de præsumpt. & nemo iudicari debet ante veram & iustam probationem, capit. nullum 30. quæst. 5. vbi ex Apostoli sententia dicitur, quod audita mala nullum mouere debent, nec passim dicta, absque vera probatione quisque vnquam credat, mala etenim credi non debent, sed potius probata vlcisci, c. cum in cunctis 11. q. 3.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum, & motus fui ex verbis Concil. Trident. sess. 23. c. 16. de reform. in illis verbis, *cuius nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit vtilis, aut necessarius*, & pro hac opinione vrget etiam tex. in c. ad aures, de tēp. ordin. vbi si regularis non debet ordinari, contradicente eius Superiore, igitur & laicus, contradicente Ordinario. Non obstant contraria, quia procedunt attento iure communi. 6

SVMMARIVM.

1 *Clericus olim furiosus, nunc vero sanæ mentis, est habilis ad obtinenda beneficia, redditur ratio num. 2.*
3 *Legitimitas accusandi consideratur tempore accusationis.*
4 *Habilitas acquisitionis beneficij debet esse a principio.*
5 *Contrarium adducitur, quod scilicet habilitas personæ consideranda sit tempore collationis beneficij numero 6.*
7 *Semel furiosus, semper præsumitur furiosus, limitatur tribus modis.*

An clericus olim furiosus,

Digitized by Google

nunc verò sanæ mentis, possit præsentari ad beneficium.

DECIS. DCXCV.

1 COnsultus, respōdi, supradictum clericum potuisse ad beneficium, de quo quærebatur præsentari, nec ex præcedenti furore iudicari posse inhabilem taliter, quod veniat repellendus à pręsentato à minore parte patronorum, dum ipse à maiori reperiatur pręsentatus, ad quod consulendum motus fui ex eo præsertim, quod habilitas, vel inhabilitas alicuius consideratur tempore, quo actus exercetur, prout dicimus de teste, cuius habilitas consideratur tempore depositionis, l. 1. C. de testament. & in testatore, cuius qualitas tempore testamenti, l. in eo, ff. eodem

3 & in accusatore, cuius legitimitas accusandi consideratur tempore accusationis, c. 1. de accusat. Vnde habilitas præcipuè requiritur tempore, quo officium assumitur, & non tantum sufficit habilitas tempore ac-

4 quisitionis officij, sed etiam debet esse à principio, c. si eo tempore, de rescript. in 6. ex quo Bald. infert in rubrica C. de cond. ob turpem causam, circa fin. post Aret. quem ipse refert, quod si bannitus non potest esse de prioribus, & à principio bursationis tempore quis bannitus sit, quamuis postea rebannitus fuerit, & liberatus, & tempore quo extrahitur, reperiatur habilis, non sufficit, d. c. si eo tempore, ad idem Bald. allegat text. in l. fratres ff. de pœn. & hoc idem dicit Bar. in l. vsufructus in fin. ff. de stipul. seruor. cum similibus. In contra-

5 rium tamen videtur, quod sufficiat, si idoneus quis reperiatur tempore quo officium personæ applicatur, vt probatur in cap. ei cui, de præbend. in 6. vbi Domin. in 3. notab. per illum text. dicit, quòd habilitas personæ consideratur tempore collationis beneficij, & ad hoc est gloss. notab. in clement. vt hi, qui, in verb. constitutis, de ætat. & qualit. vbi per illam gloss. post Butr. dicit Imolens. quòd quando habilitas personę ad certum actum requiritur, sufficit, quod adsit tempore, quo exercitium actus ad personam applicatur, d. c. ei cui. Ad idem bonus text. in §. furiosus, instit. qui dar. tut. poss. Ex quo infert, quod si statutum dicat: Quicunque fuerit in tali officio, intra tres annos officium habere non posset, si in fine, infra spatium trium annorum eligatur quis ad officiũ, quod debet inchoari post dictos tres annos finitos, iste reputatur idoneus in tali officio, quia satis est, quod habilitas concurrat tempore, quo debet exerceri officium, facit quod notat Oldrad. in consil. 58. incip. Quidam impetrauit, & consil. 68. incip. Ad primam quæstionem, in 2. quæstion. Cuius dicta, tacito Auctore reassumit Io. Andr. in add. Spec. in rubr. de concess. prębend.

Non obstat, quod furiosus ad ordines promoueri nequit, c. maritum, dist. 33. quem text. Archid. ibi intelligit specificè loqui in furioso, ex sententia Lau. & Aug. idem scribit Alberic. in verb. vitiatus, Rosel. in d. verb. vitiatus, Archiepiscop. Florent. 3. part. titul. 29. cap. 5. Gloss. in c. communiter, Sũma Confess. de homic. q. 45. tex. in d. c. maritum, 33. dist. & latè post omnes Maioll. de irregularit. c. 14. numer. 4. libro 2. quia respondetur. secundũ Burgas de irregularit. c. 5. supradicta procedere in ordinibus tãtum recipiendis, non in aliis. quare cum in casu, de quo agitur, ordines sunt iam recepti, vt patet, propterea non videntur obstare tex. loquen-

quentes de furiosis, & consequenter non obstat tex.in cap.maritum,in illis verbis,In furiam aliquandoversus insaniuit,quia,vt dixi,loquiturde ordinibus recipiendis.

7 Non obstat,quod qui iam fuit furiosus, præsumitur in eodem furore perseuerare,Glos.in c.vlt. de succesſ. ab intest. quam dicit sing.Lanfranc. in c.quoniam contra in verb.testium col.vltim. de probat. & commendat Præpositus, dicens communem in c. dilectus col.2.de sponſ.idémque notat glos.per illum tex.in cap. iudicas Hermannum 3. quęst.9.& ita tenet Anchar.consil. 5. numero 5. & pleríque sequuntur,quos refert,&probat Alexand.consſ.141.nume.3.vol.1.& in consil.86.numero 6.& 7.volum.2. & Curt.iun.dicens,hanc esse veram, & communem conclusionem in consſ. 151.numer.7.& Paris. qui etiam communem testatur in consil.87.numero 52.& 13.vol.3.& Alciat. in tract. præsumption.in 2.regula, præsumpt. 18. & in consil. 139. numero 8. libr.9.& Didac.in epitome de sponſ. & matrim.in 2.part.cap.2. numero 6. quia respondetur non procedere primo, si probetur eum in quibusdam actibus tantum furiosum fuisse,quianon ideo præsumitur perseuerasse in furore,vt sentit Butr.in l.2.numer.4.de bō.poss.infan.&fur.delat.& sequitur Alexand.& Aret.in locis superius cit. & Ias.in l.furiosum nume.2.C.qui testam.fac.poss.& Curt.iun.in consſ.151. nume.7.& Alciat.in 2.reg.præsumpt. 18. & Didac.in loco superius deducto.

Secundo respondetur, quando actus per furiosum gestus fuerit post longum interuallum, vt in cas.nostro Bald.& alij in d. l. furiosum . C. qui testam fac.poss.& in specie Imola, qui sic concordat repugnantes opiniones,&in l.1.§.vltimo numero 46.de verb.oblig.Didac.in ca.2. vers. secundo procedit.

Tertio respondetur, vt non pręsumatur quis perseuerasse in eodem furore,si iudicio,ac testimonio peritorum probetur illum furorem ex aliqua causa accidentali contigisse, quæ postea sublata fuerit,nam ex veri simili coniectura furor etiam cessasse intelligitur, c.cum cessante de appell.Aretin.in d.l.2.colum. 2.ff.de testam.& sequitur Didac. in loco superius cit.vnde cum in casu, de quo verba facimus,adest fides doctissimi Medici supradictum rediisse ad sanā mentem, propterea non est de hoc amplius dubitandum.Et hęc currenti calamo.

SVMMARIVM.

1 Cappella si sita est in aliqua domo, & ingressus habet à via publica, præsumitur esse domini domus, & non Episcopi.

2 Contrarium adducitur decisum ex tribus num.3.4.& 5.

6 Respondetur contrarijs.

An Cappella sita in aliqua domo,ad quam patet ingressus à via publica, præsumatur esse domini domus, vel sub iurisdictione Episcopi stante quod in ea non adest titulus beneficij.

DECIS. DCXCVI.

PRo domino domus facit, quod dum Cappella sita est, & contigua eiusdem domus, consequens est, vt sequatur eadem qualitas cuius domus ipsa, argument. text. in capit.vnico, vbi Ioan. Andr. & Archidiacon.de consecrat. Ecclesiæ

Digitized by Google

in 6. vnde dicitur in l. si mercede §. 1. ff. de action. empt. quod venditioni fundi, seu domus cedit Cappella nisi fuerit exceptuata, ad idem facit tex. in l. in modicis ff. de contrahend. empt. Bart. in l. quędam in princip. ff. de acq. rer. dom. Bald. in l. aufidiis nu. 4. ff. de priuil. cred.

2 Cęterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum, scilicet supradictam Cappellam esse sub iurisdictione Ordinarij, & hoc est ex pluribus.

3 Tum primò, quia appellatione domus venit illa pars, quæ habitatur cum familia l. vxori in princip. ff. de leg. 3. l. lex Cornelia §. domus ff. de iniur. Bald. consil. 62. numer. 5. & seq. vol. 1. Alexand. cons. 62. Alciat. cons. 22. volu. 3. vnde si dicta Cappella venit appellatione domus, sequitur concludendum esse sub iurisdictione ordinaria.

4 Tum secundo, quia ratione habitus, seu portæ iudicatur, & sumitur argumentum de re ipsa, l. si cui ædes ff. de leg. 3. Bart. in l. fin. ff. de dam. infecto, vbi voluit, quod habitans in confinio duarum Parochiarum à qua domum habet aditum, vnde Bald. & Castrens. in l. olim Pico ff. de seruit. vrb. prædior. voluerunt, quod legata domo venit hortus, vel cœnaculum, si ex domo aditus ad cœnaculum erat, sequitur Corn. consil. 203. vol. 1. Rota Genuæ in decisio. 92. Surdus decisio. 24. & probatur quoque in l. prędiis §. balneas ff. de leg. 3. vbi ex aditu iudicatur an balnea, vel hortus cedant domui: quare cùm prędicta Cappella habeat aditum à via publica, proinde censeri debet sub iurisdictione ordinaria, quemadmodum qualibet Ecclesia, quæ regulariter Episcopis subest, ad tex. in cap. omnes Basilicæ 17. quæst. 4.

Tum tertio, quia ex aditu etiam publico iudicatur an Oratorium fuit erectum auctoritate Ordinarij, Zabarell. in consil. n. in fine, incip. Pro enucleatione, Abb. in c. de Xenodochiis de relig. dom. num. 54. Feder. de Sen. in cons. 106. quem sequitur idem Abb. loco supra cit. 5

Non obstant contraria, quia crebrior est opinio, & magis communis, vendita domo, non venire Cappellam per DD. in l. in modicis, ff. de contrah. empt. 6

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Parentibus debemus obedire.*
3 *Iustus dolor excusat a delicto,*
4 *Decisio quæstionis.*
5 *Excipienti incumbit onus probandi.*
6 *Respondetur contrarys.*

Relegatus recedens ab insula ad effectum visitandi matrem in vltimis constitutam, an censeatur fregisse relegationem, ita vt possit incusari pœna contra fideiussorem.

DECIS. DCXCVII.

FVit quidam clericus à Curia Archiep. relegatus ad septennium pro nonnullis excessibus ab eo patratis, & cum post multum temporis spatiũ accidisset, vt eius mater in grauem incidisset infirmitatem, & existente in articulo mortis, dictus clericus fretus amore materno, & vt patri, à quo literas receperat, obediret, recessit ab insula, quare captus à cursoribus Curię Archiepiscop. fuit dubitatum, an debebat puniri vt fractor relegationis, & consequenter pœna incusari contra eius fideiussorem, 1

rem, & pro excusatione dicti clerici dicebatur, in nullam pœnam incidisse: Primo, quia ei necesse erat incumbere maternis præceptis l. is dandũ dat. §.1.ff.de reg.iur.l.seruus ff.de act. & obligat. vnde in l.liber homo ff.ad l.Aquil. dicitur, quod obedientia debita, vel promissa excusat à delicto, & clarum est in iure, parentibus esse
2 obediendum, l. vnica C.de emend. propinq. l.veluti ff.de iust.& iure: ibi, *Parentibus & patriæ pareamus*, & facit text. in authent. si vero ff.de nup. Vnde Cicero in primo officiorũ, *Ortus nostri partem patria vendicat, partem amici*. & ante eum fuit text. in l.Iurisconsul. in l.1.§.& generaliter ff.de ven. in poss. mitt. de quo etiam per Bal. in l.pen. vbi bonus text, & ibi per Ang. & Fulg. ff.de postul. Vnde, secundum Speculatorem, filius aduocatus potius debet aduocare pro patre, quàm pro patria. Item dicebatur, supradictum clericum recessisse ab insula ob vehementem dolorem, quem habebat de timore mortis matris, & in iure iustus dolor excusat à delicto,
3 tex. est in l.si quis in graui §. maritus ff.ad Sill. & in l. si adulterium cum incestu, §.Imperator ff. de adult. Afflict. sup.1.parte constitutionum Regni rubr.46.num.1. Tandem dicebatur hoc fecisse motus amore materno, & affectionis causa, quę omnia excusant à delictis, l. aut ff.ad Trebell. & delinquens causa amoris, non punitur, Cassan. in consuetud. Burg. fol.39. numero 13. Clar. quæstion. 60. nu.13.

4 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum, nam fuit dictum non esse audiendum ex iuris conclusione, quod cum regula sit, relegatum frangentem relegationem esse puniendum, l.relegati ff.de pœnis, sufficit enim habere regulam pro se, & qui vult dicere, esse exceptionem in contrarium, debere probare, c. ad decimas 5
de restitut. spol. in 6. cap. venerabilibus §. potest quoque de sententia excommun. in 6. Vnde Bart. notab. allegat text. in l.quoties, ff. si quis caut. quod non aliter esset dubium, de quo est regula iuris, licet sint casus aliqui excepti, nisi de illis specialibus casibus probetur. Idem semper est pro regula pronunciandum, nisi de fallentia, vel casu speciali probetur, Bald. in l.si tutor. in fine, C. de seru. pignor. dato manu.

Non obstant contraria, præsertim illud de obedientia, quia procedit 6
in rebus licitis, & in his, quę non sunt de genere prohibitorum, prout est frangere relegationem. Addebatur insuper supradictum clericum, etiam matre mortua, permansisse in ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Adducitur ad decisionem quæstionis decis. Rot. ad vnguem.*

An Clericus laborans morbo caduco possit præsentari ad beneficium.

Consultus respondi cum decisio. Rotæ in vna Tullen. canonicatus 9. Nouembris 1591. coram Vestano, cuius hæc sunt verba, videlicet:

Morbus caducus, licet faciat quem inhabilem ad obtinendum beneficium, & collatio facta patienti morbum caducum, sit ipso iure nulla Host. Abb. & Imol. colum. 2. & Ægid. numer. 18. in capit. cum inter canonicos de elect. Sylua in tract. de benef. in 3. par. q. 5. col. fin. & faciat homi-

Digitized by Google

nem irregularem, cum impediat promoueri ad ordines, & promotum suspendat, prout est text. cum gloss. magna in cap. communiter, & ibi Archidiac. 33. distinct. & irregularitas inducit inhabilitatem ad beneficium c. is qui num. 1. de sentent. excomm. lib. 6. Abb. & alij in cap. cum nostris de concess. præbend. latissimè Rebuff. de pacif. possess. numero 22. versic. 24. Verum quia patiens morbum caducum non est criminosus suo facto, sed ex accidenti, si beneficium non requirit aliquem ordinem, tunc collatio illa facta non redditur ipso iure nulla, nec ipse pariter ipso iure inhabilis est, Butr. in c. penult. not. 3. de corp. vit. Sed si patiens morbum caducum electus est, & per Episcopum fuisset tanquam inhabilis remotus, quod facere potuisset, antequam ius consequeretur ex confirmatione secuta, vt voluit Abb. in c. ex parte de clericis ægrot. nume. 4. vers. secus est, & per Rot. decis. 340 in antiquis, tunc electio non attenderetur, & ita tantum fuit, quod scilicet non sit inhabilis ipso iure ille, qui laborat morbo caduco quoad obtinenda beneficia simplicia, die 4. & 9. Nouembris 1551. coram Vestano, in vna Tullen. Canonicatus, & præbend. & die 9. Decembr. dicti anni fuit causa iterum proposita, & Domini pro maiori parte permanserunt in decisis, quod scilicet morbus caducus non faciat ipso iure quem inhabilem ad obtinendum Canonicatum, & præbendam, quia non est delictum: secus in beneficiis requirentibus ordinem.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus resignans Canonicatum, prohibetur accedere ad locum à die resignationis.*
2 *Respondetur decisionibus Mohedani 1. & 2. de renunciat.*
3 *Decisio quæstionis.*

Canonicus resignans Canonicatum à quo die prohibetur accedere ad chorum, cæterisque Canonicorum officiis incumbere.

DECIS. DCXCIX.

SÆpissimè dubitatur in Ecclesia Archiepiscop. de canonicis resignantibus eorum canonicatibus, à quo die scilicet prohibentur accedere ad Chorum, cæterisque Canonicorum officiis incumbere. 1

Cui quæsito videbatur respondendum pro opinione illa, scilicet à die resignationis ex regul. iuris, quod per resignationem spontè factam in manibus sui iudicis, & prælati, nedum renuncians amittit possessionem, sed etiam proprietatem, licet illa non preiudicet superiori quo minus possit illum retinere, si velit etiam inuitum, Innocent. Hostiens. & reliqui in capit. quod in dubiis, & in capit. quod admouet, de renunciation. Imolens. in capit. quod in dubiis numero 4. eod. Rot. decisio. 4. alias 352. de renunciat. in nou. Abb. in cap. sollicite de restitut. spoliat. colum. 5. Sarn. de confirmat resign. quæstion. 29. ad fin. Cassad. decis. 2. de renunciation. numer. 2. & communiter DD. locis supra citat. Cassad. decisio 4. de restitut. spoliat. vbi etiam numero 6. quod non possit percipere fructus per doctrinam Ioan.

Ioann. Andr. in capit. fin. de renunciat. Staffil. de litter. grat. titul. de var. mod. vacat. in princip. numero 26.

Vnde secundum Verall. in decis. 81. part. 3. quem sequitur Achill. de Grass. decis. 125. num. 5. resignans amittit omne ius, etiam quod non resignaret secundum formam aliàs requisitam, quando omnino tenetur resignare, & sine resignatione etiam est priuatus, prout in eo, qui habet plura beneficia, Concil. Trident. sess. 24. c. 17. & sess. 25. c. 7. Rot. dec. 14. numer. 4. libro 2. dec. 97. libro 1. num. 5. par. 3. diuers.

2 Non obstant decisiones Mohed. 1. & 2. de renunc. vbi Canonicus, qui aliàs obligatus erat ad pensionem, non excusatur ob illius resignationem, ex quibus videtur posse argui per simplicem renunciationem canonicatus non amittere neque possessionem, neque proprietatem quia respondetur supradictas decisiones esse intelligendas quousque constat resignatarium acceptasse secundum Verall. decisio 301. & 311. part. 2. & idem Mohed. qui se ipsum declarat in decisio. 30. de renunciation.

3 Cæterum in casu proposito dixi posse canonicos resignantes ad Chorum accedere, cæteraque canonicorum officia peragere quousque resignatio fuerit admissa, illáque intimata resignanti, ita Gratian. in decisio. 189. Papazzon. in addit. ad decis. 4. de renunciat in nou. Veral. in dec. 81. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, dũmodo idoneum repereris, quid importat, & num. 7.*

2 *Literatura siue idoneitas non præsumitur, nisi probetur, redditur ratio numero 3.*

4 *Literatura an possit probari per testes in illa licentia expertos.*

5 *Decisio quæstionis.*

6 *Conditio, & eius omissio quando vitiant actum.*

8 *Semel examinatus, & approbatus nõ est amplius examinandus.*

An Sacerdos, & qui aliàs fuit prouisus de beneficiis simplicibus, si postea de nouo obtineat aliud beneficium à Summo Pontifice cum clausula, *directa Commissario*, si præuio examine idoneum repereris, &c. debeat necessariò iterum examinari?

DECIS. DCC.

CVm supradictum dubium in facto occurrisset coram Domino Vicario Generali Neapolitano, fuit pro vna parte dubitatum pro opinione affirmatiua ex pluribus.

Primo, quia cùm dicta clausula, dùmmodo idoneum repereris, importet conditionem & formam, propterea omitti non potest, Bald. in c. constitutus, el 2. de iudicibus, latè Lambert. de iurepatro. lib. 2. par. 1 q. 11. art. 3. Dec. cons. 90. nu. 6. & cons. 264. numer. 4. & cons. 439. n. 5. Paris. cons. 12. num. 47. & cons. 15. nu. 23. & cons. 33. num. 21. vol... neque etiã Iudex potest remittere illud Bald. in l. Iulianus in fin. C. de Iudicibus, Dec. consil. 699. nu. 4. & 5. idem Paris. cõs. 43. col. vlt. vol. 1. & consil. 107. numer. 81. vol. 3. & consil. 14. col. 2. vol 4. Sed hic examen requiritur pro forma, quod patet ex Alex. consil. 53. libr. 3. Bart. & alij in l. non est dubium C.

de legibus, Bald. consil. 11. colum. vlt. libr. 1. Paris. d. cons. 12. num. 38. vol. 4. idem Paris. in rubr. ff. de oper. nou. nunc. numer. 5. Staphil. de liter. grat. in vlt. expectatiua num. 5. Fusc. de visitat. libr. 2. capit. 5. num. 10. Rebuff. de priuileg. scholarium priuileg. 85. versicul. ego vero contrarium seruari.

2 Tum secundo, quia literatura, siue idoneitas non præsumitur nisi probetur, Mascard. de probat. conclus. 989. numero 1. per totam, Paris. de resignat. libr. 10. quæst. 5. num. 64. Menoch. de præsumpt. libr. 6. præsumpt. 91. num. 18. Ratio est, quia li-
3 terarum scientia magno labore acquiritur, & tanquam accidens extrinsecum non præsumitur. Gloss. in cap. si forte 14. verb. scientiæ de electione libr. 6. quę literatura probari debet per examen, licet etiam possit probari per testes in illa scientia
4 peritos, Rot. decis. 8. numero 1. & per totam, de probat. in nouis, Franch. in d. cap. si forte in fin. de elect. lib. 6. Mascar. de probat. conclus. 877. numer. 19. & 11.

5 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit deci-
6 sum, nam fuit dictum, quod conditio, & eius omissio vitiant actum, quando apponūtur pro forma, probat Surdus decision. 7. num. 10. decis. 75. numero 2. decis. 178. num. 13. decis. 202. num. 8. & sæpe alias.

7 Nihilominus supradicta clausula videtur potius importare monitionem, quam conditionem & formam, & quatenus de hoc non constaret in re dubia interpretationem facere debemus, vt dispositio potius censeatur facta sub modo, quam sub conditione, adeo vt procedat, Oldrad. consil. 108. numero 1. Abb. in c. Ioannes numero 3. vbi Felin. de fide instrumen. cum aliis, penes Crauett. cons. 59. numer. 1. Natta consilio 373. numer. 26. Menoch. consil. 694. num. 26. quæ decisio confirmatur ex notabili doctrina Gonsalez Gloss. 8. nu. 88. referens in Curia seruari semel e- 8
xaminatum, vel approbatum ad canonicatum, vel dignitatem in collegiata non amplius examinari ad similem canonicatum, vel dignitatem.

SVMMARIVM.

1 Dispensatio ad plura beneficia retinenda in dubio præsumitur, quod probatur ex tribus in num. 2. & 3.

Dispensatio ad plura beneficia retinenda, an in dubio præsumatur.

DECIS. DCCI.

IN visitatione, quam faciebat quidam Archiepiscopus, fuit dubitatum an esset credendum Canonico plura beneficia obtinenti asserenti se obtinuisse Apostolicam dispensationem super dicta pluralitate, cui quæsito consultus respondi affirmatiuè ex infrascriptis.

Primo, quia cum præfatus Cano- 1
nicus possederit per decennium supradicta beneficia, igitur præsumi debet obtinuisse dispensationem, ita Ias. in l. si certis annis in 2. col. C. de pact. post Paris. de resignat. beneficiorum libro 3. quæst. 6. numer. 74. Maresc. libro 2. variarum resolutionum cap. 24. & ita censuit Rota Romana in vna Gadigen. 13. Ianuarii 1548. coram Rossanen. Cuius tenor is est, videlicet:

Dispensationem voluerunt Do- 2
mini præsumendam esse ex communi reputatione cum cursu decem vel

vel viginti annorum in vna Gadicen. coram Domino Rossanen. de anno 1548. & dixerunt esse communem, vt per Sarnen. quæst. 10. & q. 26. in reg. de trien. & probat text. in cap. illud, vbi Felin. not col. penultim. de præsumpt. & ad doctrinam Imol. in cap. dilecto colum. 5. vers. 3. oppono, de præben. responsum fuit, quod non loquatur, vbi adest lõgum tempus.

3 Tum secundo, quia supradicto canonico vti personæ constitutæ in dignitate, ad tex. in cap. statutum de rescriptis, credendum est, glossa singularis in l. si cui. ff. de conditionibus, & demonstrationibus.

SVMMARIVM.

1 Vulneratus lethaliter ex illo vulnere mortuus præsumitur.

2 Quid si nescitur an vulnus sit lethale.

3 Quid si durante eodem vulnere alia infirmitas ei superuenerit an ex illo vulnere adhuc mortuus præsumatur.

Ex vulnere sibi illato quando quis mortuus præsumatur.

DECIS. DCCII.

1 FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali an ex vulnere recepto in rixa, vel aliter, aliquis mortuus præsumatur? & quidem si vulnus erat mortale dubitationi non est locus l. ait tex. §. quid si mortifere ff. ad leg. Aquil. & l. ita vulneratus, in princip. eodem tit. sed difficultas est, quãdo, nescitur an vulnus sit mortiferum: & hoc casu fuit dictum varias ac diuersas esse sententias, vt per scribentes in capit. presbyterorum de homicid. verumtamen in cap. 2. de cleric. percuss. dicitur, quod si quis post octo menses moriatur propter temporis prolixitatem ex vulnere illo mortuus non præsumitur, vnde à contrario sensu cõcludi potest, quod si infra octo menses sequatur mors, ex dicto vulnere illato præsumatur sequuta, maximè, quia contrariorum eadem est disciplina. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. 2

Vnde durante vulnere prædicto licet ei superuenerit infirmitas adhuc mortuus ex illo vulnere præsumitur: Ratio est, quia vulnus ad alia accidentia videtur causam præbuisse, capit. presbyterorum cap. ad audientiam, & capit. de cætero de homic. l. nihil ff. ad leg. Aquil. quod intellige verum, quando imperitiæ, vel negligentiæ medicantium vel incuriæ, seu culpæ vulnerati id attribui non possit. l. qui occidit. §. vltim. & l. quas actiones §. vltim. ad leg. Aquil. c. tua nos, &c. exhibita de homicid. & quod dixi durante ipso vulnere procedit eo etiam sanato, vbi ex post languor, & stimulus eiusdem vulneris redundarit eundem, quæ adeo affligit, vt redeuntibus aliis humoribus ille moriatur, & ratio est, quia prima causa semper perseuerare, & mortem causare videtur, licet ad tempus vacauerit, d. c. ad audientiam de homicid. 3

SVMMARIVM.

1 Clausula per latorem eligendum, quid operetur.

2 Electa industria personæ, non datur transgressio.

3 Dispensatio datur in grauioribus negotiis.

4 Facta præsentatione de aliquo beneficio non potest alterius electio fieri.

Digitized by Google

5 *Auctoris opinio quæ sit.*
6 *Creditor qui egit contra successores intestato potest variando agere contra hæredes ex testamento.*
7 *Cui permittitur electio, non denegatur variatio.*

Electio semel habita de viro discreto, cui à sacra pœnitentiaria commissa est dispensatio an possit mutari.

DECIS. DCCIII.

1 VIdebatur prima facie respondendum pro opinione negatiua ex duobus: Primo, quia in dictis breuibus solet apponi clausula *per latorem eligendo*, quæ arguit electionem industriæ personæ, & proinde
2 mutari nequit, l. inter artifices ff. de solution. latè DD. in capit. fin. de off. deleg. & in l. quisquis C. de Episcop. & cler. cuius ratio est, quia dispensatio est de grauioribus negotiis, cum grauia, & ardua mandentur, secun-
3 dum Ias. in l. more numero 56. ff. de iurisd. omn. iudicum.

Tum secundo, quia iuxta opinionem Gloss. in c. quoniam Abbas de off. deleg. in commissionibus, & dispensationibus, quæ contentiosæ nõ sunt, neq; inter partes agitantur, erit iudex ille, cui rescriptum fuerit præsentatũ ex quo deducitur, quod fa-
4 cta præsentatione, non potest alter eligi. Butrig. in c. licet num. 13. de off. deleg. Hendriquez cons. 92. numero 4. & seq. Rub. consil. 8. numero 6. & vbi semel iudicium cœptum est, ibi terminari debet, l. vbi cœptum ff. de iud.

Tum denique, quia ita censuit Nauarr. cons. 8. de offic. deleg.

Cæterum supradictis minimè suf-
5 fragantibus, contrarium mihi videtur de iure verius ex regula iuris, quæ scl. vult, quod cui permittitur electio, permittitur quoque & variatio, l. eum qui certaui, ff. de verb. oblig. Capic. in decis. 33. & hoc exemplificari potest in multis, præsertim in electione assistentiæ, idem Capic. loco cit. Item in creditore, qui cœpit agere contra successores ab intesta- 6
to, nam potest variare, & agere contra scriptum hæredem ex testamento, Boer. decis. 33. numer. 16. latè Ant. Gabr. in tract. comm. opin. in tit. de action. Item in omni creditore, cui permittitur actionum mutatio, Afflict. dec. 60. num. 3. quod procedit etiam in causa appellationis, idem in decis. 53. & etiam pendente iudicio, Capic. in dec. 119. Boer. in dec. 42. nu. 14. Vnde mulier, quæ eligit, vt sibi præstentur vsusfructus antefati consistentis in pecunia annuatim, sic promissum potest postea variare, & petere sibi restitui antefatum, idem Capic. decis. 65.

Et quod cui permittitur electio, permittatur variatio, adducitur Carauit. in rit. 231. & in rit. 233. num. 9. vbi refert quoque rationem huius dicti, quia qui variat, eligere dicitur. Ex quibus omnibus patet responsio ad supradicta contraria.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Gregorii XIII. disponens, Episcopum ingredientem monasteria monialium, debere secum ducere seniores, intelligi debet de senioribus ætate.*
2 *Seniores præferuntur iunioribus in testimoniis, & electionibus, & n. 5.*
3 *Idem in honoribus, dignitatibus, & præeminentiis.*
4 *Idem in electionibus, & vocibus.*
6 *Idem in Doctoribus eiusdem professionis.*

7 Ad-

7 *Aduocati antiquiores præsumuntur melius scire, quam iuuenes.*
8 *Conuocatio Capituli in defectum Rectoris spectat ad antiquiorem de Collegio.*
9 *Libri rationum debent reponi penes seniorem, & quid si sint plures mercatores socij num. 10.*
11 *Si sunt duo Notarij creati ad examen recipiendum, penes illum debet originale examinis reponi, qui est ætate senior.*
12 *Minor debet seruire maiori, secundum ordinem naturalem.*
13 *Redditur ratio conclusionis.*
14 *Plus valet vmbra senis, quam eloquentia iuuenis.*

An stante Bulla Gregorij XIII. quod Episcopus ingrediens monasteria monialium debeat secum ducere seniores, intelligendum sit de senioribus ætate, vel moribus.

DECIS. DCCIV.

Tempore quo præsidebat Neapoli Illustrissim. D. Cardinalis de Aquauiua fuit dubitatum, an Bulla Gregorij XIII. disponens, quod Episcopus ingrediens monasteria monialium, debeat secum ducere seniores, intelligi debeat de senioribus ætate, vel moribus. In quo
1 dubio respondi intelligendam esse de senioribus ætate, quam opinionem fundabam ex infrascriptis, primo per tex. in cap. fin. de consuet. in 6. vbi grandiores, antiquiores, & seniores intelliguntur ætate, non autem alio respectu, & secundum Ias. in l. cum quid ff. si cert. pet. Item intelligenda sunt omnia iura loquentia de senectute, prout quod in testimoniis & electionibus seniores sunt
iunioribus præferendi, prout etiam 2
in honoribus, & dignitatibus, ac præ 3
eminētiis maior ætate, seu antiquior præferri debet, l. fin. C. de tyronib. li. 12. l. semper in princ. ff. de iur. imm. in 1. & 2. ff. de albo scrib. l. fin. ff. de fide
instrum. Item in electionibus, & in 4
vocibus antiquiores iunioribus præferuntur, l. Alexandrinus, C. de decur. lib. 10. §. ordinationem. Item in 5
testimoniis seniores iunioribus præferuntur, c. quoties de testi. & d. §. ordinationem in Authen. de mon. Item inter Doctores eiusdem professionis
ille, qui est antiquior, & prior, debet 6
præferri, secundum Bart. in l. 1. ff. de obseq. & in l. fin. per illum text. C. de
tyronibus lib. 12. Sic etiam antiquio- 7
res aduocati præferuntur, & melius scire præsumuntur, quàm iuuenes l. prouidendum, C. de post. Itē seniores Magistri potius sunt audiendi, quàm iuuenes, ita notat Gloss. in cap. sic vi-
ue 16. q. 1. Item conuocatio Capituli 8
in defectum Rectoris spectat ad antiquiorem de collegio secundū Bart. in l. 1. per illum text. ff. de albo scrib. Imola in c. 1. de maior. & obed. Item claues custodiæ castri debent reponi penes seniorem, & tradi maiori, & grandiori natu, l. cum pater §. pater pluribus, & ibi per Bartol. ff. de leg. 2. not. Bald. in l. procurator, Cod. de edend. test. Item instrumenta, & li-
bri rationum debent reponi penes 9
seniorem, & grandiorem natu, qui præfertur iunioribus, vt est text. in l. fin. ff. de fide instrumen. Vnde dicit Bald. in cap. quoniam contra falsam, in 17. volum. de probat. Quod si sunt
plures mercatores socij, codices ra- 10
tionum debent stare penes seniorem; & si iudex commisit examinationem testium duobus notariis, originale attestationem debet stare
penes notarium seniorem, qui æ- 11

Digitized by Google

teris paribus est præferendus, ita dicit Innoc. in cap. 1. de maior. & obed.

12 Item ordo naturalis est, vt maiori seruiat minor, dicit text. in c. est ordo 33. q. 5.

13 Prædictorum omnium euidens ratio est, quare grandiores natu, sunt iunioribus præferendi, præsertim in honoribus, & dignitatibus, ac prærogatiuis, quia qui est ætate maior, præsumitur maturitate sensus præstantior, cap. nisi cum pridem §. alia verò causa de renunc. & etiam præsumitur rerum experientia doctior, atque ideo sapientior, vt in ca. sciendum 26. quæstio 4. ideo magis debet honorari: qui enim dignior est, illi præferri debet, & magis honorari, vt est glos. in c. sexta 16. dist. Item seniores præsumuntur meliores iuuenibus, & est glos. in cap. cum iuuentute de præsumpt. & consilium seniorum melius, quàm iuuenum, ca. ex multa de voto, Item plus valet vmbra senis, quam eloquentia: vel grandius

14 iuuenis, vt notat Bal. in ca. 1. per illum text. de renunc. & in l. cum antiquioribus C. de iure delib.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus absolutus cum clausula reincidentis, quod ad hoc vt elapso tempore reincidat in excommunicationem, requiratur declaratoria, probatur ex tribus, de quibus nu. 2. & 3.*

4 *Contrarium adducitur decisum ex tribus alijs num. 5. 6. 7.*

8 *Respondetur contrarijs.*

Declaratoria an requiratur super reincidentiam excommunicationis.

DECIS. DCCV.

Dubitabatur in quadam Curia Archiepisc. dum esset quidam excommunicatus absolutus, vt posset in eadem Curia deponere, cum clausula *reincidētia*, an facta depositione, & consequenter elapso tempore, reincidat in primæuam excommunicationem ipso iure, an ita demum si subsequatur declaratoria iudicis. Et dubitationem faciebat pro opinione, quod requiratur declaratio, tex. in c. ad reprimendum, ibi, *Si forte contempserit, in excōmunicationis sententiam reducere non omittas, & ad* hoc facit quoque tex. in c. quæstioni de appellation. ibi, *sed statim erit in eandē reducendus sententiam.* Vnde Panorm. in supracit. iuribus, quē sequitur Henriquez consil. 37. numero 4. & Artam. consilio 17. concludunt, quòd absolutus cum debita solemnitate, quia promisit parere mandatis iudicis, licet postmodum non paruerit, non tamen ipso facto reincidit in excommunicationem, sed opus est, quod de nouo in illam reducatur, & pro hac etiam opinione facit Gemin. in c. eos §. 1. versic. quod si absolutus de temp. ordinat. in 6. 1 2 3

Cæterum supradictis non obstantibus, contrarium fuit per eandem Curiam decisum, scilicet non esse necessariam declaratoriam, sed ipso iure reincidere, quę opinio fundatur ex infra dicendis. 4

Primo ex doctrina Hostiens. in ca. veniens, il secondo, de testibus quem sequuntur Io. Andr. Butrig. & Sicul. volentis esse de consuetudine Curiæ, quod quando quis absoluitur ab excommunicatione ad tempus, puta, vt testificari possit, vel quid simile statim illis peractis, reincidit in eandem excommunicationem. 5

Secun-

6 Secundo, per tex. in cap. eos, de sent. excomm. in 6. vbi absolutus ab excommunicatione, cum reincidentia, elapso tempore ipso iure, absque sententia, remanet excommunicatus.

7 Tertio, quia excommunicatio, quæ profertur his verbis, *nisi satisfeceris infra tale tempus*, &c. illo elapso, absque alia monitione eo ipso excommunicatus intelligitur, ca. præterea. il secundo, de appellat. ca. à nobis de sent. excomm. Butrig. in cap. 2. de testib. cogen.

8 Et ex his non obstant contraria, cum procedant in diuersis casibus.

SVMMARIVM.

1 *Curia Archiep. Neap. non relegat extra prouinciam, & quid cum consensu Ordinarij, n. 6. & 9.*

2 *Iudicis iurisdictio non extenditur extra territorium.*

3 *Episcopus egrediens prouinciam suam habetur pro priuato.*

4 *Episcopus non potest extra suam prouinciam iurisdictionem exercere.*

5 *Exilium intelligitur datum à territorio, & iurisdictione iudicis iudicantis.*

7 *Episcopi possunt vti Pontificalibus in alienis diœcesibus, consentientibus Ordinariis, redditur ratio, nu. 8.*

10 *Non dicitur administrare iurisdictionem extra territorium, qui illam exercet consentiente illius loci Ordinario.*

11 *Citatio potest in alieno territorio fieri vbi iudicis loci adest consensus.*

12 *Adducitur ad conclusionis corroborationem doctrina Baiard.*

Curia Archiep. quæ non relegat extra prouinciam, an saltem id facere possit cum consensu Ordinarij, vbi sita est insula.

DECIS. DCCVI.

Decisio hæc Archiepiscopalis non relegandi extra prouinciam, fundatur in l. relegatorum, ff. de interd. & releg. & in cap. non potest 8. q. 2. atque ex fundatissima iuris conclusione iurisdictionem iudicis extra territorium non extendi, cap. vt animarum de constit. in 6. l. extra territorium ff. de iurisd. omn. iud. cap. à nobis de sent. excomm. & propterea dici solet, quod Episcopus egrediens prouinciam suam, habetur pro priuato, l. 3. ff. de offic. præsid. Gemin. in cap. si Abbatem nu. 4. de elect. in 6. & ideo prohibetur iurisdictionem exercere extra suam diœcesim, c. Episcopum, 9. q. 2. & d. l. si. Abb. in ca. nouit de offic. leg. numer. 3. in fin. Bald. in l. si ex consensu numer. 10. C. de episcop. audient. Vnde Baiard. in q. 71. nume. 22. voluit, quod exilium intelligitur datum à territorio, & iurisdictione iudicis, qui sententiam protulit, & non de loco & iurisdictione penitus extranea, in qua delinquens nullum habet domicilium. 1 2 3 4 5

Grauis quidem fuit dubitatio, an saltem posset relegare extra prouinciam cum consensu & licentia Ordinarij loci, in quo sita est insula, cui quæsito respondi, id facere posse, motus præsertim quia tunc cessat ratio prohibitionis exercitij iurisdictionis extra territorium, ita in propriis terminis Burcult. cons. 29. nume. 6. & seq. Vbald. cons. 24. nume. 8. & 11. Vnde Episcopis quibus prohibetur vsus pontificalium in alienis diœcesibus, permittitur tamen Ordinariis consentientibus, Glos. in clem. I. v. de priuileg. Abb. in ca. ex tuarum 6 7

Digitized by Google

11.de auct.& vsu pall. Couarr. ca.20. num.9.vbi etiam subdit secus esse in prima tonsura, Rebuff.de nominib. q.14.num.29.& ratio est,vt dixi,quoniam tunc censetur iurisdictionem exercere nomine, & auctoritate illius Episcopi, vbi sita est insula ex regula iuris, quod omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur auctoritas.l. 2.C.de vet. iure enucl.cap. mulieris §.1.de sent.excomm.

9 Pro hac etiam opinione expen n l.sditur, text.iolent ff.de cust.reor. vbi habetur,quod potest iudex vnius prouinciæ alterius iudici petere, vt remittat sibi eum, qui in sua prouincia deliquit, vt ibi puniatur, sequitur Bal.cons.50.num.4. volu.1.Alex.cons.23.num.6.& seq.Rub. decis. 16.num.4.Menoch.cons.225. num.6. volum.1.quibus addo tex.in propriis terminis loquentem in c.à Diuo Pio §.sententiam ff.de re iud. vbi habe-

10 tur, quod non dicitur ministrare iurisdictionem extra territorium, qui illam exercet, consentiente & approbante Præside illius loci, quare in c.postulasti de foro compet.habetur,quod Episcopus delicti condemnat clericum de delicto,sed non priuat eum beneficio alibi existente, nisi consentiente loci Ordinario facit tex.in c.1.§. contrahentes de foro compet. in 6. vbi potest quis capere, & conuenire contrahentem in alieno territorio, siquidem reperiatur cum brachio iudicis territorij, de cuius tex.intellectu latè Couarr. lib. 1. pract.quæst.c.11.Hinc est, quod ci-

11 tatio quæ prohibetur in alieno territorio, clem.pastoralis de sent. rei iud.latè Bart.in l.omnes C. de epis. & cler. istud tamen non procederet vbi iudicis loci adesset consensus, Glos.in d.clem pastoralis, in verbo de more,& ibi Imola, & alij, Salyc. in Auth.si vero C. de adult. Anna in c.1.num.8.de rapt.Soc.in ca.postulasti num.14.de foro comp.Boer.decis. 29.col.1.& latè Couarr.pract. quæst. c.10.ex quibus omnibus concludendum videtur posse Curiam Archiepis.relegare extra prouinciam, consentiente Ordinario loci, vbi sita est insula.

Supradictis accedat, quod voluit Baiard.loco citato quod iudex loci, vbi commissum est delictum, potest condemnare in pœnam exilij à loco habitationis, ita Gomez de delictis c.8.nu.4.per text.in d. l.relegatorum §.intercede,cum §.seq.ff.de interd.&releg.vbi Bar.&alij Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Laicus incidit in censuram percutiẽdo clericum in ludo, etiam si iocosè eum percusserit, si ludus est excessiuus.*

4 *Cui permittitur correctio imputatur si fines correctionis excesserit.*

3 *Ad incurrendam excommunicationẽ sufficit actus consumatus absque animo iniuriandi.*

4 *Contrarium consuluit Auctor, & iuxta illius opinionem fuit decisum.*

5 *Vt quis incidat in Canonem si quis suadente Diabolo, tria requiruntur, de quibus nu.6.7.& 8.*

9 *Respondetur contrariis.*

An laicus percutiens clericum iocosè incidat in censuras si ludus fuit excessiuus.

DECIS. DCCVII.

PRæsens articulus fuit mihi transmissus consulendus pro parte 1 Vicarij Capitularis Puteolorum, & pro opinione affirmat. adducebam tex.in l.nam ludus.ff. ad l.Aquil. vbi ludus

ludus noxius in culpa est, cum tunc potius dicatur crimen, quam ludus, ad tex. & ibi communiter omnes in §. illud in proœmio digest. Bal. consf. 13. nu. 5. & seq. vol. 1. vnde illis quibus
2 permittitur correptio imputatur si fines excesserint correptionis, vt probatur in l. præceptoris ff. ad l. Aquiliam in l. 2. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris, & latè Doctores in l. 1. C. de emendatione propinquorũ, vlterius dicebat, quo quandoquidẽ ad incurrendam excommunicationem sufficit solum factum absque
3 animo iniuriandi, vt probatur in c. contingit, & in cap. vniuersitatis de sententia excommunicationis, sicut è contra aliquando sufficit sola iniuria absque violentia, cap. nuper. eod. tit.

4 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium consului præfato Vicario, & iuxta hanc opinionem fuit per eundem pronunciatum, de qua quidem decisione
5 mirandum non est, siquidem certissima est iuris conclusio, tria esse necessaria ad incurrendum excommunicationem Canonis si quis suadente, primo scilicet factum consumatum, & proinde si quis mandauerit
6 verberari clericum, & non habuit effectum, non est excommunicatus, vt patet ex verbis illius canonis illibi, manus iniecerit, & idem si eleuauit manum contra clericum & non
7 percussit, secundum Panorm. in c. 1. de sent. excom. Secundo requiritur animus iniuriandi, seu dolus, & ideo si quis percutit iocosè clericum, prout in casu nostro, vel causa disciplinæ, vel vim vi repellendo, quia clericus fuit aggressor, non incurritur sententia excommunicationis d. c. 1. & c. si vero, de senten. excom. ad idem gloss. in c. contingit el primo, in vers. iniuriosa circa fin. eod. tit. & gloss. 2. c. si quis suadente 17. q. 4. Tandem requiritur violentia, vt per Panorm. in d. c. 1. & per Gloss. in cit. c. si quis suadente, Franciscus Marc. decis 821. par. 2. Ex quibus omnibus bene apparet fuisse iudicatum præfatum laicum in nullam incidisse censuram.

Non obstant contraria, quia quãuis delictum fuit ex causa ludi, & lu- 9
dus ille fuit excessiuus, tamen est inspiciendum principium ludi, qui fuit iocosè initiatus.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Cõc. Trid. sess. 25. c. 18. de regular. quid disponat circa moniales ingressuras monasterium.*
3 *Metus appellatione venit etiam metus reuerentialis.*
4 *Resolutio quæstionis.*

Puella, quæ ex sola metu reuerentiali patris ingressa fuit religionem? an faciat eũdem patrem incidere in censuras ex vi Concil. Trid.

DECIS. DCCVIII.

SVmmoperè optabat quidam no- 1
bilis, ac pauper, & maximo filiarum onere grauatus, vt vna ex suis filiabus ingrederetur religionem, quare eadem filia paternam voluntatem præuidens ob solam reuerentiam, nullo tamen sibi metu lato ingressa fuit religionem, & cum dixisset vna die (*Io mi feci Mon. non per altro, solo per il gran timor riuerenza, che io portaua a [illegible] conoscendo la sua volunta, che mi chasse*) quare cum fuisset e[illegible] patri id relatum, quæsiuit a me

ipse in censuras incidisset, virtute
2 Conc. Trid. sess. 25. c. 18. de regularib. vbi excommunicantur cogentes puellam ad ingrediendum monasterium, & dubitationem faciebat pro opinione affirmatiua, primo, quia appellatione metus venit etiam reuerentialis, ad notata communiter per DD. in cap. causam quę
3 de offic. deleg. & in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non dat. item quia per cons. Nauarr. 10. de sepult. quem sequitur Sayr. in decis. 52. de senten. excomm. excommunicantur quoquo modo cogentes puellas intrare Monasterium, & secundum Menoch. de arb. iud. li. 2. cas. 136. num. 4. & seq. post Socc. & alios, quos refert, sola reuerentia sufficit.

4 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium consului motus ex reg. iuris, quod ad rescindendum actum ex causa metus non sufficit solus metus reuerentialis, nisi cum eo concurrant minæ, & verbera, ita declarant Bartol. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quar. rer. act. non detur, Boer. decis. 100. num. 12. Couar. in 4. decret. par. 2. c. 3. §. 6. col. 2. nu. 4. Anna allegat. 88. nu. 6. & 114. num. 4. qui de minis loquitur, vel verberibus, & Aym. consi. 11. num. 112. & 114. num. 1. Capyc. decis. 159. nu. 34. Couar. loco cit. & in c. quamuis par. 3. §. 4. num. 7. vers. 1. & 9. Riminal. iun. consi. 5. num. 31. & consi. 42. nu. 49. lib. 1. Suarez alleg. 24. Pedem. dec. 179. col. 2. Mandellus consi. 77. lib. 1. Cephal. cons. 142. 208. & 210. qui de læsione enormi, vel enormissima loquūtur. Ad idem Minald. in const. in aliquibus in 3. notab. num. 7. fol. 97. Menoch. de præsump. li. 3. præsumpt. 127.

Summarium.

1 Clericus effectus ex aliqua causa irregularis, puta furiositatis potest illa cessante ordines susceptos ministrare, quod probatur ex duobus num. 2. & 3.

4 Respondetur contrariis, & numer. 5. & 6.

Irregularitas contracta ob aliquam causam, illa cessante, cessat irregularitas, ita vt possit ordines ministrare absque licentia superioris.

Decis. DCCIX.

In facti contingentia, iudicaui potuisse quendam clericum furiosum, & consequenter irregularem ob hanc causam, ad tex. in c. maritum. 33. distin. ipso perueniente ad sanitatem, & ad integram mentem in ordinibus susceptis ministrare, mouebar ex duobus. 1

Primo ex regula tex. in l. Imperator. ff. de postulando, vbi prohibitum ad certum tempus, post illud censetur permissum, vnde cum supradictum irregularitatis impedimentum oriatur ob illum defectum, propterea cessante cessat irregularitas. 2

Secundo ex reg. tex. in c. cum cessante de appellat. cap. & si Christus de iureiurando, latè Bar. in l. 2. ff. de donat. & Tiraq. in reg. cessante causa, par. 1. num. 138. fol. 86. vbi cessante causa cessat effectus. 3

Non obstat decis. de Franch. 719. vbi regula cessante causa locum non habet, quādo effectus fuit iam consumatus, allegat Perez li. 3. recompilat. legum Hispan. tit. 5. quia procedit in profanis, non autem in spiritualibus, prout hic. 4

Non obstat tex. in cap. sicut de sen- 5

sententia excommunica. vbi semel excommunicatus semper præsumitur excommunicatus, ergo semel irregularis, quia respondetur ibi requiri absolutionem, vt euitetur vinculum excommunicationis parentis.

6 Non obstat tex. in cap.1. de obseruatione ieiunij, vbi in dubio sumi debet interpretatio quem esse irregularem, quia respondetur secundum Villagut. in decis. 34. illud procedere in dubio, ac in foro animæ.

SVMMARIVM.

1 *Pro opinione affirmatiua adducitur regula iuris in 6. & tex. in l. nihil tam naturale ff. eod.*
2 *Contrarium consuluit Auctor ex rebus, nu. 3. 4. & 5.*
3 *Episcopus non potest in quæsitis præiudicare suæ Ecclesiæ.*
4 *Episcopus dicitur administrator rerum ecclesiæ, non dominus.*
5 *Beneficia ecclesiastica a quo iure sunt instituta.*
6 *Respondetur contrariis.*

An Episcopus possit extinguere beneficium.

DECIS. DCCX.

FVit dubitatum, an Episcopus possit extinguere beneficium, siue eius redditus, & alicui pio loco
1 applicare, dubium mihi faciebat pro opinione affirmatiua regula iuris desumpta ex c.1. de regulis iuris, vbi omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, & facit ad idem Teatus in l. nihil tam naturale. ff. eod. vnde cum beneficia ecclesiastica solent exigi Episcopis consentientibus, sequitur, quod per ipsorum contrarium consensum extingui possint.

Cæterum hoc non obstante contrarium resolui, scilicet non potuisse præfatum Episcopum aliqua bene- 2
ficia suæ diœcesi extinguere, & motus fui ex infrascriptis.

Primo, quia Episcopus non potest in quæsitis suæ Ecclesię præiudi- 3
care, glos. & DD. in l. iubemus nullam C. de sacrosanct. eccles. & in regul. tex. in cap. delictum personæ de regul. iur. in 6. plenè Canonistæ in cap.1. de dol. & contumac. Ias. in l. seruus numer. 2. C. de ... licet in quærendis sit secus, vnde solus Prælatus in recipiendo canonem ab emphyteota, qui triennio cessauerat soluere, ex quo poterat expelli præiudicat ecclesiæ, & hoc ex illa eadem ratione, quia sumus in quærentis, ita tenet Cardinalis in c. potuit de locato, & ibi Innoc. col. 26. & seq.

Secundo, quia Episcopus dicitur 4
administrator rerum ecclesiæ, & nō dominus c. fraternitatem, de donationib. vnde in c. fin. 12. quæst. 1. & in c. sine exceptione. 2. qu. 2. & in c. casellas 10. q. 2. prælatum dici tantum procuratorem ecclesiæ, & non Dominum, glos. in cit. c. si fraternitatem, & procuratori non competere ius remittendi seu extinguendi, probatur in l. si fraudatores quæ in fraudem creditorum.

Tum denique, quia beneficia ec- 5
clesiastica sunt instituta & ordinata à iure positiuo, & non à iure diuino, vt probatur in c.1. iuncta gloss. 1. 13. quæst. 1. vt facit tex. in cap. pastoralis de his quæ fiunt à Prælat. vt probatur in cap. 2. de præben. lib. 6. & in cap. 1. vt lit. pendent. vbi dicitur, quod Papa habet plenariam potestatem in beneficiis, per tex. in cap. proposuit de concess. præben.

Digitized by Google

Duennas in reg.72.

6 Non obstant contraria, quia sumus in diuersis terminis, præsertim vbi consensus esset substantialis, ad rem gerendam, quia tunc per contrarium cõsensum dissoluitur, quod locum non habet in casu nostro, in quo cum simus in spiritualibus, regula non procedit secundum Glos. in cit.c.1.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens monasteria Monialium ex aliqua causa euidenter necessaria non incidit in censuras, quod probatur nu.2.*

3 *Necessitas non habet legem.*

4 *Furans ex causa necessitatis nõ debet puniri pœna furti.*

5 *Propter necessitatem illicitum fit licitum.*

Ingrediens Monasteria Monialium ob eminentem necessitatem an incidat in censuras.

DECIS. DCCXI.

1 IN casu mihi proposito respondi supradictum non incidisse in aliquam excommunicationem, neque in pœnas Sacrorum Pontificum constitutionum, neque in decreta Congregationis Regularium ex eo, quia ingressus fuisset intra clausuram dicti Monasterij ad effectum reponendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in tutiori loco, & ad alios effectus, præsertim extinguendi grauissimum incendium, quod erat intra dictum Monasterium, & motus fui ex infrascriptis.

2 Primo, quia semper excipitur casus necessitatis in Bulla Gregorij XIII. incip. vbi gratiæ in illis verbis. *Ne Monasteria Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, nec Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumãt*, tanto magis quod præfata Constitutio inhæret Constitutioni Sacri Cõc. Trident. sess.25. cap.5. Inter casus vrgẽtes & veræ necessitatis fuit saluare sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & de hoc non est dubitandum.

Secundò, quia generale est in omni lege, vt necessitas excludatur, cum lex non sit de impossibili, & dici soleat, quod necessitas non habet legem, l.1. vbi notat ff. de offic. & consulis c. quando de consecrat. c.2. de obseruantia ieiunij, & per consequens in nullam inciderit pœnam, nam cum coactus fuerit ea necessitate, quæ est necessitas iuris c. sciscitatus, & ibi DD. de rescript. necessitatis iuris dispositio suspenditur l. casus, & ibi Bald. C. de testam. Necessitas enim legi humanæ derogat, licet non possit derogare præcepto diuino cap. ita ne.32. quæstio 5. glos. in cap. sicut de consecrat. distin. 2. allegata à Paulo de Cittadinis in vers. quadragesimo octauo quæro num. 93. in tractatu de iurepatronatus, ex quo, & ad pernoctationem factam in domibus contiguis Monasterio decretum Sacræ Congregat. apparet responsum. Vnde secundum Galet. in sua Margarita Cas. consc. in verb. necessitas, dicit, quod necessitate famis extrema vrgente, si dominus neget panem necessarium, licet accipere vi, & etiam cum morte illius; quia ad vsum panis alieni perinde habet ius, qui eiusmodi necessitate compellitur, ac si esset proprius. Henriq. de bapt. lib.2. cap.23. littera F. in glos. Quare

dicitur

Digitized by Google

dicitur in cap. si propter necessitatem de furtis, quod furtum committens propter necessitatem non
4 punitur pœna furti, & ratio est secundum glo. ibi, quoniam necessitatis tempore omnia sunt communia. cap. 144. dist. c. 2. 12. qu. 1. c. quod autem 23. q. 3. & c. sicut 47. distin. & facit etiam tex. in ca. quod non est li-
5 citum, de reg. iur. vbi habetur, quod propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

SVMMARIVM.

1 *Quid fuit decisum per Cur. Archiepi. circa hunc articulum.*
2 *Redditur ratio decisionis.*

Doctrina Archidiaconi in cap. in memoriam 19. distinct. an recepta in Cur. Archiepisc.

DECIS. DCCXII.

SVspicio sola falsi pro falsitate, & veritate habetur in crimine falsi, nisi suspicio ipsa veritatis demonstratione diluatur. l. iubemus, vbi DD. C. de probat. Bald. in l. si veritas C. de fideicom. Ioan. Andr. in c. licet de crim. falsi, Abb. in c. porrecta de confirm. vtil. & inutil. Alex. cons. 77. sub num. 6. vol. 1. Ias. cons. 148. numer. 2. Curt. sen. consi. 73. sub num. 33. Curt. iun. cons. 132. num. 10. Dec. cons. 189. Paris. consi. 12. numero. 16. & cons. 88. vol. 3. & cons. 162. vol. 4. nu. 34. Surd. cons. 132. contra fratres num. 6. Riminald. iun. cons. 27. numero. 1. cum aliis sequentib. volu. 1. vbi hoc latè explicat, quod quidem habet locum etiam in ciuilibus, dicit Crauet. consil. 809. nu. 20. vol. 5.

Fuit tamen pluries resolutum in Cur. Archiep. præfatam conclusionem minimè procedere in criminalibus, presertim vbi ad puniendum aliquem de falso proceditur, quia tunc ad probationem falsitatis non sufficerent vllo modo coniecturæ, nec suspiciones, sed requirerentur probationes legitimæ, & quę de necessitate concluderent, & ista est communis opinio, vt efficax extat testimonium, Socc. cons. 39. num. 44. vol. 2. & Boss. in sua practica in tit. de offic. corrupto iniust. iud. numer. 14. Decian. cons. 100. volu. 2. Fuit tamen dictum locum habere in ciuilibus, in quibus pro veritate habetur, vt determinauit Rota Romana, teste Æmilio decis. 4. par. 2. idem Decia. cons. 109. Surd. cons. 6. nume. 4. Anania consi. 49. Soccin. iun. consilio 45. Paris. consil. 158. Riminald. iunior cons. 554. nu. 10. vol. 5.

Cuius decisionis vera ratio est 2
secundum Bald. in rub. C. de probat. quia suspicio est modicæ virtutis in iudicando & decidendo, meritò itaque determinatur in l. absentem, ff. de pœnis, quod quis ex suspicionibus condemnari non debet, præsertim in criminalibus, vt per Capyc. decis. 30. numer. 4. & 7. quod licet suspicio veritatis haberetur pro veritate, firmat tamen hoc non procedere, nisi tunc concurrat, interueniatque etiam aliqualis diffamatio, & Sac. Reg. Cons. ibi in casu occurrenti super falsitatis suspicione voluit discurrere super condemnatione ipsius criminis, ad quam deueniri non poterat de iure, sed solummodo super attestatione, num ob suspicionem falsitatis inquisitus detineri in carceribus potuisset, & idem firmauere Cynt. & alij vniuersaliter omnes in l. vbi C. de fals. Anania consil. 49.

Digitized by Google

nu.2. Hinc est, quod probatio falsitatis non ex præsumptione debet concludere, sed de necessitate tali modo, vt res aliter se habere non possit, ita Grammat. cons. crim. 19. & cons. 33. Alex cons. 117. num. 14. volum. 1. idem cons. 70. & ita iudicauit Sen. Pedemont. teste Cacherano decis. 107. itaque conclude, quod in causa falsitatis probationes sunt omnino necessariæ, vt testatur Deci. cons. 173. in princ. cum in tali causa quis condemnari non debeat ex præsumpt. quia melius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare l. absentem. ff. de pœnis, & tanto magis cum in falsi materia ad plenam probationem duæ sufficiant præsumptiones, vt scripturæ fides nullatenus adhibeatur, vt concedit Anania consi. 49. Crauett. cons. 134. nu. 39. quę quidem communis opinio fulciri posset ea ratione, vel in dubio semper ea fiat interpretatio, ne falsitas commissa sit, ita Cępol. cons. 38. Gram. decis. 26. nu. 12. & Soc. iun. cons. 45. in princ. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ob simplicem fornicationem non potest deponi.*

2 *Curia Archiepiscopalis circa inflictionem pœnæ huiusmodi clericis fornicantibus.*

Clerici simplicem fornicationem committentes, quādo puniantur.

DECIS. DCCXIII.

1 CLericus ob fornicationem ab eo commissam hodie non est deponendus secundum Gloss. in ca. Maximianus 8. distinct. & c. lator. 2. q. 7. Cardin. in clem. ad nostram, in 2. quæst. de hæret. Imol. in c. vt clericorum, de vit. & honest. cleric. col. 2. & in c. si autem, eod. titul. Abb. in ca. fin. de purg. vulg. Anania in cap. significauit col. 3. de adult. Abb. Felin. num. 8. in cap. at si clerici, de iud. vbi profitentur istam esse communem opinionem, vt testatur etiam Corset. in sing. suo in verb. fornicatio Grillan. de pœnis omnifariam coitus illiciti quæst. 6. sub numer. 1. Sed huic communi contradicit Pau. de Eleazar cum multis aliis in clem. 1. de off. ord. asserens, quod clericus in Sac. ordinibus constitutus propter simplicem fornicationem deponi debeat, & possit, idemque tenet Butr. in d. cap. at si. quorum sententiam recitat esse communem Aretin. in cap. cum ab homine colu. 10. de iudiciis.

Et si fornicatio graue crimen sit in personis præsertim ecclesiasticis, vnde D. Hieron. de consec. dist. 5. quem sequitur Sylua Nupt. libro 1. numero 118. dicit, Ama igitur studia scripturarum, & vitia carnis non amabis. Debet ergo quis in tentationibus luxuriæ positus ita carnem affligere secundum Viuium opin. 98. nume 19. & 20. vt periculum non sequatur, & secundum eundem, non nulla exempla adducuntur, nam S. Benedictus cùm tentatus esset in solitudine, proiecit se nudum inter vepres & vrticas, & dolore corporis abstulit vulnus mentis. Vnde sic etiam egit S. Bernardus, dum tentatus, misit se in aquas gelidas, ad reprimendam huiusmodi tentationem, Ita similiter egit S. Franciscus tentatus, & cùm disciplina cordæ non sufficeret ad mortificationem tentationum, nudus stetit inter

niues, formando de niue vxorem, & filios. Et ideo salubriter consuluit Apost. Ephes. 5. cum ait, Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis, id est quæcunque alia species luxuriæ non nominetur in vobis. Nec quidem immeritò, quia tales sunt tanquam porci, vel iumenta putrescentia in fœcibus suis. Vnde Gregor. lib. 24. moral. ca. 8. exponens illud Ioelis 1. Computruerunt iumenta in stercore suo, dicit, quod iumenta in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ suæ vitam finire. Ecce quomodo abominatio fornicatorum magna est coram Deo, Angelis, & hominibus.

2 Vnde Curia Archiepiscop. in clericis de supradicto crimine inquisitis varias solet infligere pœnas, nam quandoquidem illos condemnauit in exilium, quandoque inflixit in eos pœnas suspensionis.

SVMMARIVM.

1 Episcopus in Synodo non potest augere eleemosynam Missæ, in contrarium est veritas, nu. 2.

3 Eleemosyna an datur in pretium, vel mercedem.

4 Episcopus peccat, præcipiendo Sacerdotibus, vt non dicant Missam gratis si ipsi voluerint.

An Episcopus possit augere eleemosynam Missæ.

DECIS. DCCXIV.

TEmpore, quo Illustrissim. Cardinalis de Aquauiua Synodum Prouincialem fecisset, fuit à me quæsitum, an posset augere eleemosynam Missæ, id est ponere hanc legem, vt pro celebratione Missæ detur cuilibet Sacerdoti in eleemosynam vnus tarenus: & dubium mihi faciebat pro opinione negatiua, quia 1 non potest esse quin ex tali augmento eleemosynæ Missæ magnum scãdalum veniat populo Christiano existimanti in tali casu Missam pro pretio celebrari, vel quod Missa sit pretio æstimabilis, quandoquidem eius eleemosyna augetur, & ideo non debet augeri.

Cæterum hoc non obstante, contrarium resolui scilicet, quod Episcopus in sua diœcesi potest taxare eleemosynam Missæ id est potest ponere hanc legem, vt pro celebratione Missæ detur Sacerdoti in eleemosynã vnus tarenus, id est potest ponere illud, quod illi videbitur esse iustum, motus, quod talis eleemosyna non datur in pretium, vel in mercedem rei exhibitæ, sed solum datur tanquam pium debitum per consuetudinem laudabilem, ad text. in c. ad Apostolica. Bene tamen verum est quod non potest Episcopus ponere aliquam excommunicationem, vel pœnam contra Sacerdotes minores eleemosynam recipientes pro celebratione Missæ ex eleemosyna ab ipso constituta. Et similiter est aduertendum, quòd Episcopus peccaret, si præcipiat Sacerdotibus vt non dicant Missam gratis, si ipsi voluerint, & in tali casu non est obediendũ, quia tollit officium liberalitatis, pietatis, & misericordiæ. Bartholomæus Angelus dialogo 5. §. 772. Sotus 4. id est 13. p. 2. art. 1. & id est 25. qu. 6. art. 4. & libro 4. de iustitia quæst. 6. art. 1. & lib. 9. q. 2. art. 1. Medina de instruct. Confess. lib. 1. cap. 13. §. 20. Siluester verbo simonia §. 8. & §. 11. Henriquez lib. 9. de sacrificio Missæ cap. 22. §. 1.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Capitulum succedit Episcopo in omnibus quæ iurisdictionis sunt. Adducitur ad hoc declaratio Sacræ Congreg. n. 2.*

An Capitulum, Sede vacante, possit remittere temporum interstitia.

DECIS. DCCXV.

CVidam Vicario Capitulari hoc mihi petenti, respondi affirmatiuè, motus ex sæpius dicta ratione, quod Capitulum succedit Episcopo
1 in omnibus, quę iurisdictionis sunt, ad Gloss. communiter receptam in c. cum olim in Gloss. vltima de maior. & obed. gloss. in clemen. 1. in glos. 1. verb. capituli prope finem de hæreticis, & ita fertur declarasse Sacram
2 Congregatioñe per verba videlicet facultatem remittendi interstitia Episcopo competentem ex causis cõprehẽsis in c. 11. 13. & 14. sess. 23. de reformat. transire in Vicarium Capituli, Sede vacante.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Confessio in supplicatione facta præiudicat confitenti.*
3 *Petens absolutionem excommunicationis, dicitur tacitè confiteri se excommunicatum.*
4 *Petens gratiam censetur fateri delictum.*
5 *Decisio quæstionis.*
6 *Respondetur contrarijs.*

Petens gratiam à Principe pro voluntario homicidio prætenso, an censeatur fateri delictum, ita vt absolui nequeat ab irregularitate ex vi Conc. Trident.

DECIS. DCCXVI.

INquirebãtur tres iuuenes de homicidio, cum qualitate assassinij 1
in personas duarum puellarum virginum ab eisdem stupratarum, quod delictum contra præfatos non verificabatur, nisi per dictum mandatarii, cuius assertio, secundum communem DD. sententiam, de qua per Gram. in consil. 21. nullam probationem inducit, & cum per spatium 11. annorum, timore curiæ, abfuissent, ab eorum patria tandem fuit porrecta supplicatio Principi pro gratia obtinenda, cum clausula de prætenso delicto, quare cum alter ipsorum vellet ad Ordines promoueri, fuit ei oppositum de irregularitate supradicta vnde consultus respondi ex infrascriptis.

Dubium mihi facere primo, quia vbi in supplicatione, seu petitione 2
gratiæ narratur tale factum, ex quo delictum resultat, tunc enim confessionem supplicatione facta confitenti præiudicat, & ex ea probatur delictum, l. cum precum, cum alijs congestis per Gabriel de confessis, concl. 4. Crauet. consi. 80. nume ro 6. Cephal. consil. 304. num. 206. quæ opinio potissimum procederet vbi gratiæ petitio fuisset in actis producta, Lapus allegat 119. num. 3. Afflict. in dec. 25. in fin. & tenuit Rota in vna Cæsaraugustana status, corã Gipsio.

Secundo, arguendo à simili, quia petens absolutionem ab excommu- 3
nicatione, dicitur tacitè fateri se esse excommunicatum, Gloss. in c. venerabilem, super verb. postulabis, & ibi Host. extra de elect. Inn. in ca. per

tuas

tuas de sent.excom.Rimin. sen.consil.289.numer.41.& seq.volum.2. Alban.consil.34.numero 5. Mascard. libro 1.concl.13.num.1.& seq. Milis in repertorio.verb.excõmunicatio probatur, Io.de Amic.cons.18. numer.1. post Spec.in tit.de probat.§.nunc videndum,versic.sed nunquid probatur.

4 Tertio,quia communis est opinio in c.exhibita de homic.quod petens gratiam, censetur fateri delictum, quam opinionem referunt,& sequũtur Carrer.in pract. crim. de iudiciis cap.31.numero 3.Bonacoss.alios referens lib.commun.opin.verb.veniam petens.

5 Cæterum supradictis minimè suffragantibus,contrarium dixi, quod talis gratiam petendo non censetur fateri delictum,ex doctrina Rom.in l.1.§.nunciatio,num.3.vers. circa primum,& ibidem Alexan.num.7.vers. & qui petit veniam ff.de noui oper. nunciat.Ias.n.50.ff.de verb.obl. iterũ Alex.in cons.70.num.10.vers. nec etiam obstat,vol.1.Fel. in c.literis numero 19.vers. adde tamen ,quod petens veniam,de prȩsump.Guid.Pap. q.495.incip.Ille,qui se. Bossius in tit. de remed.ex sola clementia Principis,num.29. vers.& an qui petit gratiam,Menoch.de arb. quæst.8.nu.37. quos omnes referendo sequitur Mascar.post hæc scripta visus de probat. lib.1.cons.50.num.1.& est gloss.in c. exhibita in verbo veniam de homicid.quæ quidem gl.licet ad id communiter à DD.allegetur,id tamen ad quod allegatur, secundum aliquos, minimè probat, quia, vt inter alios considerauit Couarr.in cõm.in constitutionibus alma mater,part.1.§.12. numero 1.vers.quicquid autem sit in hac controuersia,loquitur in petente veniam ad cautelam,quo quidem casu manifestum est, supplicantem ad cautelam,non fateri delectum.

Non obstant contraria,præsertim illud de petitione absolutionis ab excommunicatione, quia magis communis opinio est in contrariũ,Franc. de except.in 6.& in c. testimonium colum.5.vers.tam conclusio,Card.in repert.cap. perpendimus col.fin. de sent.excom.idem Franc.in cap. licet colum.pen.vers.secundo aduerte de sent.excom. Spec.in tit.de probat.§. fin.vers.sed nũquid,Dec.in c. in prȩsentia in 11. notab. de probat. & in consil.321.in causa, quæ Alexandriæ agitur,Masc.conclus.13.numero 4.& seq.lib.1.& latius concl. 700. num.1. & seq.lib.2. 6

SVMMARIVM.

1 *Episcopus tenetur infra certum tempus visitationem finire.*

2 *Contrarium tenet Piaseg.in sua prax.*

An Episcopus teneatur visitationem infra certum tempus concludere.

DECIS. DCCXVII.

VIdebatur prima facie, quod sic, arguendo à simili de Archidiacono visitante, cui ab Episcopo terminus præfigi potest, quemadmodum comitatum in visitatione tenendum,vt patet ex voto Sacrȩ Cõgregationis, cuius tenor est. *An Episcopus possit præstituere terminum Archidiacono ad visitationem expediendã,& præscribere comitatum,& equitatum,ne oneri sit ecclesiis, quã visitauerit,Congregatio censuit posse.* 1

Cæterum, in Episcopo hoc non procedere, testatur Piaseg. in sua praxi Episc. parte 2.cap. 2.in princ. 2

cuius verba hæc sunt, Non tamen præcisè intra hoc tempus tenetur expedire visitationem suam, sed relictũ est arbitrio ipsius moderato tamen, super quo legitur rescriptum Sac. Congreg. in hæc verba. *Dubitauit Episcopus Arosticen. an teneretur suam visitationem cõcludere intra certum tempus, iuxta latitudinẽ suæ diœcesis, Congregatio censuit, Conciliũ nullum tempus ad hoc præscripsisse, sed reliquisse arbitrio Episcopi, quod tamen debet esse moderatum, & discretum.*

SVMMARIVM.

1 *Anima infra quod tempus infunditur corpori.*

2 *Anima non infunditur, nisi formato corpore.*

3 *Vbi dubitatur an sit masculus, vel fœmina, præsumitur animatus elapsis quadraginta diebus.*

Fœtus animatus, vt procedat Bulla Sixti V. contra facientes abortũ, & Gregor. XIIII quando dicatur.

DECIS. DCCXVIII.

1 ANima infunditur corpori infra quadraginta dies, ita Bart. communiter receptus ab omnibus in l. Diuus ff. de extraordin. crim. & Canon. in cap. si aliquis extra de homicid. & sic fœtus animatus quidem dicitur si masculus sit, die ipse quadragesimo à conceptione: si autem fœmineus die octuagesimo ab ipso conceptu, & per glos. in clement. 1. in verb. simul de summa Trinit. in cap. sicut de homicid. & DD. vnanimi consensu omnes in l. qui in vtero ff. de statu hom. Attamen anima ipsa non infunditur in conceptione, sed post, ita Io. de Grass. in c. vnum oratorium §. nomine numer. 9. distinct. 25. Plin. verò lib. 7. cap. 6. naturalis historiæ testatum reliquit ibi, partum animatum esse in nonagesimo die, & quadragesimo in masculo, & Menoch. quoque de arbitr. iud. casu 387. num. 3. libr. 2. centur. 4. Sed quicquid Plinius ipse suadeat, non aliter recedendum à communi opinione recitata, quam mediante experientia, tanquam rerum magistra, semper reperi verissimam.

Vnde animaduertendum, quod anima non extra ducitur, neque cum semine infunditur, c. quod verò non 2
32. qu. 2. & consequenter anima non infunditur, nisi formato corpore, ca. quod vero 32. qu. 11. cum organizato corpore actione parentum, Deus animam infundit in corpore ipso, & infundendo creat, & quidem in corpore maris post dies quadraginta à prima conceptione, in corpore verò fœmellę per octuaginta, teste Sybilla in speculo peregr. quæst. cap. 1. q. 5. cap. decad. & ratio viuax hæc est, secũdum Plin. & Domin. Tholos. post Philosophos super Leuit. c. 12. nam masculinus fœtus concipitur re ipsa ex semine calido in dextera parte matricis, quæ calida extat, fœtus nempe fœmineus ex semine frigido ex sinistra parte matris, taliter per frigidum tardum est, & pigrum in operatione sua, calidum verò velox, ideoque virtus formatiua in vno semine, velocius, & citius membra organizat, & format, quàm alio. Et hinc est, quod creatio corporis, & membrorum est propter animam, teste Aristot. libro 11. de animalibus.

Et si dubitatur an masculus sit, 3
vel fœmina, præsumendum est esse animatum post quadraginta dies, Nauarr.

Digitized by Google

Nauarr.in manuali confess. c. 15. numer.14. quia in dubio tutior pars est eligenda, & est communis opinio, quam sequitur sacra Pœnitentiaria, vt testatur Nauar.consil.22.de homicid.in antiq.& in consil.26.in nouis, non tamen est irregularis consulens abortum ei, quæ dubitat esse prægnantem, si non apparet abortu, vt per eundem in consilio sequent. d.titul.

SVMMARIVM.

1 Tex. in cap. transmissa de restit. spoliat quomodo practicatur in Curia Archiepiscop.

2 Lite pendente non debet carnale commercium interdici, quod probatur num. 3. & 4.

Lite pendente super matrimonio non esse interdicendum carnale commercium.

DECIS. DCCXIX.

1 TExt.in cap.ex transmissa de restitutione spoliatorum, quo cauetur restituendam esse vxorem viro probanti desponsationem, & copulam, fuit pluries practicatus in Curia Archiepiscop. nam semper fuit dictum, quod lite pendente super matrimonio non debet interdici carnale commercium, quæ decisio fundatur ex infrascriptis.

2 Primo ex text.in c.laudabilem, vt lite pendente, vbi accusatus de adulterio ad separationem thori non debet lite pendente priuari possessione coniugali.

Secundo, quia regulariter lite pendente nemo priuandus est vsu suæ possessionis, cap.cum personę de priuilegiis, de cuius intellectu latè Capyc.in decis.189.Ann.alleg.84. & per Capyc.decision.6.45.77.& 209.D. de Ponte cons.97.numero 20. cum seq. vbi materia c. cum personæ, de priuileg.cuius intellectum hic capi latissimè tractat, & concludit habere locum in petitorio, vel simplici possessorio rei integrandę, sed quando agitur interdicto vnde vi, vel vti possideris, secus vt hic num.5. & in decis. 209.num.10.& 11.

SVMMARIVM.

1 Facti species.

2 In vnione facienda, quæ concurrere debent.

3 Vnio facta per ordinarium absque causa, & ipso iure nulla numero 4.

4 Vnio Apostolica ex falsa causa, facta est nulla.

5 Vnio magis concernit iustitiam quam causam.

6 Vnio an sit facienda, vel ne, relinquitur arbitrio Episcopi.

7 Verbum potest importat voluntatem.

8 Quid si Capitulum nolit consentire vnioni.

9 Episcopus potest ex legitimis causis beneficia sua diœcesis non exempta vnire. Limita num.10.

11 Decisio quæstionis.

Plura beneficia simplicia, seu Cappellaniæ, an possint vniri por Episcopum.

DECIS. DCCXX.

EXtat Cappella in maiori Ecclesia sub inuocatione Sanctorum 1
Ioannis Baptistæ, & Susannæ de familia Dominorum de Carbonibus, quibus successerunt Domini de Brancia.

Digitized by Google

In qua adsunt quatuordecim Cappellani, quorum vniuscuiusque redditus sunt ducatorum sex, cum onere celebrandi Missam in qualibet hebdomada, alij ducatorum septem, alij octo cum eodem onere, alij ducatorum duodecim, cum onere Missarum duarum in qualibet hebdomada.

Fuit petitum per dictos Dominos Patronos Illustrissimo Ordinario, quod fieret vnio dictarum Cappellaniarum sub forma tradita, & insimul onera prædicta reducerentur, seruata forma vltimæ Synodi per Illustrissim. quondam Cardinalem de Aquauiua, olim Archiepiscopum Neapolitanum, quare fuit dubitatum an præfata vnio fieri potuisset per dictum Illustrissim. Dominum Ordinarium, & hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia in supradicta vnione concurrunt vtilitas, necessitas, quæ omnia sunt substantialia vnionis capit. exposuisti de præbend. vbi DD. Oldrad. in consil. 261. & sequēt. Rebuff. tit. de vnionibus & in regul. 22. quæst. 4. num. 38. in d. repet. §. qui vero 3. not. versic. 2. posseris quærere Duar. super Mandos. d. tit. de vnionibus & in reg. 22. quæst. 4. numero 4. Lancellot. in instit. Canon. d. titul. de vnionib. §. 3. Hoieda part. 2. cap. 3. nu. 8. & plures adducuntur causæ à Caccialup. art. 5. Perus. d. tit. de vnionibus cap. 3. & de reuocatione vni. cap. 1. & aliquas ponit Fuscus libro 2. capit. 26. Gregor. de benefic. capit. 20. numero 14.

3 Et vnio facta per Ordinarium sine causa, vel ex falsa causa, etiam seruata iuris forma est ipso iure nulla, ex capit. exposuisti, vbi Abb. & Imol. Oldrad. d. consil. 261. & sequ. Bursat. consil. 185. numero 13. libr. 2. qui ait, quod vnio beneficiorum, vt valeat mani festæ Ecclesiæ vtilitas necessitasque requiritur causæ cognitio, ac omnium, quorum interest citatio, & Rota decis. 133. numero 3. parte 2. diuers.

Quicquid in vnione facta ex falsa causa dicat Rot. decisio, 1. de excess. Prælat. in nouis, & 2. 8. & 12. de rebus eccles. in antiq. & secunda in eodem in antiquioribus, Ægid. decis. 617. seu 618. ad fin. Cassad. decis. 1. de vnionibus Boer. decis. 345. numer. 1. Rebuff. in praxi d. reg. de vnion. gloss. 5. & 9. Ferret. consil. 256. num. 4. Mascar. de probat. conclus. 1419. 4

Et etiam vnio Apostolica facta ex falsa causa est, nulla Ægid. Cassad. vbi proximè Felin. in c. postulasti, numer. 3. de rescrip. Rebuff. dict. gloss. 5. & 9. Etiam si facta sit motu proprio, iuxta dicta sup. 1. par. cap. 5. num. 502. Card. cons. 96. Felin. in cap. ad aures de rescrip. num. 9. versic. & pulchrè, & in cap. causam de testibus num. 3. Mandos. reg. 22. q. 2. 5

Tum secundo, quia vnio magis concernit iustitiam, quam gratiam, Abb. in cap. sicut vnire nu. 6. & practicabilia Rotæ sub numer. 3. & cum causa præsertim vtilitatis tenetur Episcopus vnionem facere, & si recusaret, posset adiri superior, vt per Rebuff. tit. de vnion. num. 42. Perus. cap. 3. & 10. in quo tamen capit. 10. nihil dicit, voluit allegare ca. 11. 3. quæstion. vbi tamen potius dicit contrarium: nam ait, quod dictum cap. exposuisti, dicit, quod Episcopus potest id discretione præuia, & sic videtur relinqui arbitrio Episcopi, verbum enim, potest, importat voluntatem, &c. & per Mandos. regul. 12. quæstio. 6. numer. 4. 6 7

Et similiter si Capitulum nollet consentire, recurrendum est ad superiorem, Bonif. in clement. si vna numer. 20. & posset compelli, si iusta causa subesset, Concil. Trident. cap. 8

15.

Digitized by Google

sess. 24. de reform. super illis verbis, *liceat Episcopis*, sic censuit Sacr. Congregat. Ergo potest, sed non tenetur, vnde metropolitanus non potest supplere in hoc.

9 Tum tandem, quia Episcopus ex legitimis causis potest vnire beneficia suæ diœcesis non exempta. cap. sicut vnire, vbi sic dicitur, sicut vnire Episcopus, atque potestati subiicere alienæ ad Summum Pontificem pertinere dignoscitur, ita ad Episcopum Ecclesiarum suæ diœcesis vnio, & subiectio earundem d. ca. exposuisti de præbend. vbi Panormit. & alij ca. consultationibus cap. pastoralis de donat. clem. si vna, de reb. ecclesiæ, & clem. 1. §. ad hæc, de offic. leg. in nou. Lancell. §. non tamen, Fusc. de visitat. lib. 2. c. 2. n. 19. Nauarr. cons. 9. numer. 1. de offic. ordin. & 20. de præbend. & 15. numer. 1. de rebus Eccles. practicabilia Rotæ d. cap. de vnione à numero 10. Rot. decis. 133. numero 5. part. 2. diuers.

10 Non tamen poterit Episcopus vnire omnia beneficia suæ diœcesis Oldrad. consil. 162. num. 2. & 5. Congreg. Conc. super cap. 18. sess. 23. de reform. sic censuit, Concilium non decernit, vt omnia beneficia simplicia vniantur Seminario, sed aliquot: ideo vnio facta omnium beneficiorum non valet, vt aliàs decreuit præfata Congregatio, quamuis possint plures Ecclesiæ, seu beneficia vni vniri, Caccialup. art. 4. quęst. 12.

11 Quicquid tamen sit ex supradictis hodie in præsenti quæst. est in praxi respondendum, propter expressam dispositionem Concil. Trident. sess. 21. c. 5. vbi tantummodo permittitur Episcopis facere vniones, vbi fit de beneficiis simplicibus curatis, vel aliis curatis, ex quo arguendum videtur, non posse fieri supradictam vnionem de simplicibus ad simplicia.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter tempus testamenti attenditur.*
2 *Respondetur decis. Perus. 61. par. 2.*
3 *Decisio quæstionis.*
4 *Adducuntur ad corroborationem decis. tres rationes, & num. 5. & 6.*

Si testator legauerit certum numerum Missarum qualibet hebdomada, & quod eius hæredes teneantur soluere eleemosynam conuenientem, an intelligatur de eleemosyna congrua tempore testamenti, an tempore celebrationis Missarum.

DECIS. DCCXXI.

CVm supradictus casus occurrisset in facto, dubitationem mihi faciebat pro opinione, quod attendi deberet testamenti tempus, regula iuris, quę se vult in dubio esse attendendum tempus testamenti, l. si ita ff. de auro, & arg. leg. Bald. in consil. 91. numer. 6. vol. 1. Socin. in consil. 99. volum. 3. vnde Alexand. in consil. 19. vol. 1. dicit, quod mens, & testatoris verba semper in casu dubio recipiunt interpretationem à testaméto, quod menti tenendum, & singulare pro interpretandis testantium voluntatibus scripsit Mantica lib. 3. de coniect. vltim. vol. num. 27. & ad hoc ponderatur text. in l. qui tibi ff. de auro, & arg. leg. vbi verba futuri téporis prout fuerunt in casu, de quo verba facimus, ibi, *che se paghi elemosina* restringuntur ad tempus mortis, & sic testamenti: vrgebat pro eiusdem opinionis fundamento tex. in l. modico ff. eod. titul. vbi habetur, quod oratio indefinita prolata à testatore, intelli-

Digitized by Google

gitur ad præsens tempus.

2 Non obstat decis. Perus.61.part.2. volenti tempus testamenti non esse attendendum, quia respondetur ipsum loqui in diuersis terminis, puta, quando legatum est factum coniunctę personæ, quo casu inspicitur tempus mortis, Bald. in l. si cognatis colu. 1. ff. de rebus dub. & ibidem Soc. in 5. not. Bero consilio 44. numero 22. volum. 2.

3 Cæterum, supradictis minimè suffragantibus in supradicta quæstione contrarium fuit resolutum, nam fuit dictum esse soluendam eleemosynam habita consideratione ad tempus, quo Missæ celebrantur, & nullo modo inspici tempus testamenti: cuius decisionis viua ratio fuit.

4 Prima, quia verba testatoris generaliter prolata, ibi, *che si paghi elemosina conueniente per tante Messe*, referũtur ad omnes, & ad omne tempus, l. si ita ff. de leg. 3. Bald. in consil. 21. numer. 6. vol. 1. Alciat. cons. 16. numer. 4. & sequent. Ripa in respons. 90. num. 7. volum. 1. quare cum dictus testator generaliter fuit loquutus, propterea eius dispositio recte refertur ad tempus celebrationis,

5 Secunda, quia in fauorem religionis, & pię causę semper intelligitur, quod est maius, l Titia, §. fin. ff. de aur. & arg. leg. l. sunt personæ, ff. de relig. & sumptibus latè Bar. in l. 1. in 3. col. C. de sacrosanct. eccles. Bald. & reliqui in authen. similiter, C. ad leg. Falcid.

6 Tertia, quia verba testatoris regulariter sunt intelligenda, ne sint in constitutione peccati, l. Plautius ff. de auro, & argen. leg. Ex quibus omnibus concluditur; quod licet valor eleemosynæ solutionis Missarum creuerit, hæredes compellendi sunt illud soluere.

SVMMARIVM.

1 *In dubio est incipiendum à sequestratione.*

2 *Petens sequestrationem debet probare creditum suum per publicum instrumentum, & ita fuit decisum in Cur. Archiep. & debet notum facere iudici periculum aliquod subesse, num. 5.*

3 *Debito principali non probato, captura denegatur. Contrarium tenet. Io. de Plat. num. 4.*

Sequestrum fieri nequit, nisi constet per instrumentum publicum de debito principali.

DECIS. DCCXXII.

CVm in dubio non debemus incipere à sequestratione Bald. 1
cons. 22. numero. 5. & sequent. volum 1. Alexand. in cons. 60. num. 6. vol. 2. facit tex. in l. vnica C. de sequestratione pecuniæ, & propterea fuit dictum 2
in Cur. Archiep. petentem sequestrationem probare oportere debitum suum per publicum instrumentum tenuit Bartol. per illum text. in l. per hanc C. de erogat. militar. anno. lib. 2. & in l. litibus C. de agric. & cens. libro 10. quem sequutus eum Mastrill. in tract. de carce. vbi pro hoc dicit, quod si non potest sequestrari res nisi publico instrumento de debito doceatur, multo minus poterit concedi captura, quem refert Ias. in l. si 3
fideiussor §. si satisdatum ff. qui satisda. cogant. Corset. in singul. 5. sequestrum.

Sed contra hanc Bart. opinionem 4
tenuit Io. de Platea in d. l. per hanc C. de erog. mil. anno. libr. 12. Abb. in c. 2. num. 28. de sequest. possess. & fructuum, vbi confutata opinione Bar. dicit.

dicit, quod sufficit, quod iudex permittat aliquam cognitionem causæ super debito, cuius occasione sequestrum fieri petitur, eidem sententiæ videtur accedere Bald. in l. 1. C. de prohib. sequestr. pec. vbi dicit, quod ad effectum obtinendæ sequestrationis, sufficit summaria, vel semiplena probatio, idem voluerunt Io. de Imo. & Ang. de Aret. in l. Imperatores §. fi. ff. de appell. Ias. in d. l. si fideiussor §. si satisdatum, numero 13. & ibidem Alex. n. 8. ff. qui satisd. cog.

5 Secundo, sequestrationem petens, debet notum facere iudici periculum aliquod subesse, vel ne res consumatur, vel debitor efficiatur non soluendo, aut huiusmodi aliquam probabilem causam subesse, ita sentit Abb. in d. §. si satisdatum, per illum tex. ff. qui satisd. cogant. qua de re vide quæ diximus in concl. 445. creditor, qui petit, volum. 1. & in conclus. fuga.

SVMMARIVM.

1 *Simonia in quibus casibus incurrit in excommunicationem.*

2 *Emens Vicariatum, vel aliquam spiritualem administrationem non contrahit simoniam aptam ad incurrendum in excommunicationem.*

3 *Simoniacus in ordine, incurrit excommunicationem & suspensionem perpetuam. Et quid si sit simoniacus in beneficio, nu. 4.*

5 *Pœna prædicta excommunicationis an procedat contra promouentes simoniacè ad ordines.*

6 *Quid in ministris Episcopi aliquid recipientibus pro collatione ordinum.*

Pœna inflicta per extrauag. cum detestabile de simonia, locum habet in simonia commissa in ordine, & beneficio.

DECIS. DCCXXIII.

NVlla simonia, præterquam in ordine & beneficio incurrit excommunicationem vel suspensionem, de istis enim solum iura loquuntur, & procedit dicta extrauagans Pauli secundi de simonia, quam declarant Nauarr. in manuali confess. c. 27. sub numer. 106. per Paris. in cons. 29. nume. 12. & infra volu. 4. per addentes ad Diaz. in pract. crim. can. c. 91. & latè per Io. Guttierez libr. 1. can. quæst. c. 9. 1

Ex quo infero primo, quod emens Vicariatum, seu aliquam administrationem spiritualem Episcopi, Parochi, seu alterius beneficiarij, licet committat simoniam punibilem à iudice, non tamen istam, quæ trahit secum excommunicationem, & inhabilitatem, similiter neque emens pensionem, cum hæc non possint dici propriè beneficia, Nauarr. in manual. loco cit. num. 111. 2

Infero secundo, quod simoniacus in ordine incurrit & excommunicationem & suspensionem perpetuam, & in tantum quidem, quod admittit non solum executionem suscepti ordinis, sed etiam aliorum ante susceptorum, vt notat Diaz in praxi cap. 85. 3

Infero tertio, quod simoniacus item in beneficio in tantum non acquirit ius in tali beneficio, quod etiam in foro conscientiæ, licet non præcesserit sententia declaratoria, tenetur ad dimissionem ipsius beneficij, & fructuum perceptorum restitutionem, Tolet. in sum. lib. 5. ca. 93. Rodriquez in summa cap. 58. Vgolin. cit. tit. 4. cap. 6. §. ... & Pœnitentiarius ipsum absoluere non potest, 4

nisi velit dimittere beneficium, vt patet ex verbis extrauag. Pij IV. super reformatione incip. Anno 1562. 4 nonas Maij.

5 Infero quarto huiusmodi pœnas procedere etiam contra promouentes, & promotos ad ordines simoniacè etiam in prima tonsura, vt in eius constitutione contra clericos malè promotos. Quarant. sum. Bullarij verb. simonia, & quid autem de eo qui dat pecunias mediatori, vt sibi impetret dimissorias, seu reuerendas ad ordines suscipiendos, quas per pecuniam mediator impetrauit, comprehendatur in dispositione d. extrauag. Pauli II. disputat, & resoluit Nauarr. in cons. 58. de simon. in antiqu. & contra prauas consuetudines recipiendi à prouisis de beneficiis, vide Concil. Triden. sess. 24. cap. 14. de reform. generali.

6 Item contra dantes & recipientes, etiam Episcopi ministros pro collatione ordinum, vide eundem Conc. sess. 21. c. 1. de reformat. ex quo tex. notat Tolet. quem refert Quar. loco cit. cum Concil. generalissimè loquatur, periculum est etiam candelas accipere. Et tandem contra examinatores deputatos pro eligendis ad gubernandas ecclesias parochiales aliquid accipientes, decernit Conc. Trid. sess. 24. de reform. gen. c. 18. caueant.

SVMMARIVM.

1 *Conc. Trid. quid disponat circa beneficia ingredientium religionem.*

2 *Ordinatus ad titulum benefic{ij}, illud resignare non potest nisi aliunde habeat vnde commodè viuere possit, & in illa resignatione mentio fiat, quod ad illius benefic{ij} titulum fuerit promotus.*

Religionem ingrediens, non potest renunciare beneficium, nisi ante duos menses professionis, & de consensu Superiorum.

DECIS. DCCCXXIV.

Respondi in facto mihi proposito non posse renunciare beneficium intra annum probationis nisi ante duos menses professionis, & de consensu Superiorum, nec potest nihilominus Episcopus illud alteri conferre, nisi postquam professionem emiserit, ne contingat postea, si professionem emittere nollet, vel non posset carere, & monachatu, & beneficio, ita firmat Flamin. Paris. quæst. 13. nume. 4. 5. & 7. ex dispositione Sac. Conc. Triden. sess. 25. de regular. cap. 16. vbi dicit, sæpius Sacram Congreg. præfatum cap. Concilij censuisse habere locum etiam in renunciatione beneficij, & Episcopum illud non posse conferre, nisi post factam professionem, & Maiol. de irregul. lib. 5. cap. 6. colu. 2. & præsertim prædicta procedunt cum clericus fuerit ordinatus ad titulum eiusdem beneficij, cum propterea illud resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, & tunc resignatio tantum admittitur, quatenus habeat aliunde vnde commodè viuere possit, prout quotidie seruat Curia ex dispositione eiusdem Concilij cap. 2. sess. 21. de reformat. 2

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*

2 *Clerici simplicia beneficia obtinentes, non tenentur ad residentiam.*

3 *Tex.in cap.cum ad hoc de cler. non resident.de quibus beneficiis loquatur.*
4 *Decisio quæstionis.*
5 *Euagatio de iure canonico est prohibita.*
6 *Respondetur contrariis.*

An clericus obtinens beneficium simplex, si per longum tempus abfuit à diœcesi,& nulla ipsius habetur notitia, possit priuari dicto beneficio.

DECIS. DCCXXV.

CVm in visitatione cuiusdam
1 ecclesiæ Neapolis compertum esset in quadam cappella adesse beneficium,& facta inquisitione num dictus beneficiatus esset præsens, vel eius procurator, fuit visitatoribus relatum, quod ad decem annis citra illic abfuit, nec aliquo modo visus fuit, nec habita notitia de ipso, quare fuit dubitatum num dictus beneficiatus posset priuari, & ratio dubitandi pro opinione negatiua,
2 erat quia vt supra dixi, non potest Episcopus cogere clericum non obtinentem beneficium curatum, non exire à diœcesi, allegaui Hartam. in cons.91.num.5.& seq. Item quia hodie ex generali consuetudine totius orbis beneficia simplicia non requirunt residentiam, Abb.in c.extirpandi §. qui verò nu.31. eodem cum aliis notatis per Mandos. in regula 1.quæst.13.num.8. de Grassis decis. 4. num.3.de præb.Bellam.in decis.666. & fuit decisum in Rota in vna Calaguritana congruarum 16. Nouembris 1571.coram Oradino, & iterum per eandem in vna nullius beneficij 26. Maij 1604. coram Ludouisio, vt patet in recollectis per Farinac.in decis.12. Tandem pro hac eadem opinione dicebatur, quod tex.
in c.cum ad hoc de cler. non resident.dixit, quod beneficia ecclesiastica, quæ requirunt residentiam, illa obtinentes, cogi possunt, secus si essent simplicia. 3

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum & decisum in Curia Archiepiscopali, & propriè in Congregatione visitationis, nam fuit dictum, quod citetur supradictus beneficiatus per edictum ad exhibendum bullas, & scripturas opportunas satisfactionis Missarum, & cum infra tempus non comparuisset, fuit priuatus beneficio, & alteri fuit collatum. 4

De qua quidem decisione mirandum non est, siquidem euagatio est à sacris canonibus interdicta, c.fin.& ibi Boic.num. 5. de cler. non resid.Henriquez cons. 22. num. 5.& seq.Albanus cons. 93.numer. 4. euagari enim delictum est, secundum Burs.cons.397.num. 20. Vnde non obstant contraria, quia procedunt, & locum sibi vendicant beneficia simplicia obtinentes, non citantur ab eorum Ordinariis ad exhibendum scripturas satisfactionis Missarum, prout hic. 5 6

SVMMARIVM.

1 *Episcopo incumbit onus probandi publicationes non esse factas.*
2 *Ex triennali possessione præsumitur publicatio resignationis.*

Beneficiatus asserens fecisse publicationem resignationis beneficij, onus probandi, quod non fecit, incumbit Episcopo.

DECIS. DCCXXVI.

CVm in visitatione cuiusdam Episcopi fuisset postulatus quidam Parochus de publicatione resignationis suæ Parochiæ, ex quo illam obtinuisset ex causa d. resignationis, in qua iuxta Bullas diuersorum Summorum Pontificum, præsertim Gregorij XIII. exigitur de substantia dicta publicatio, & hoc ad prohibendum simulatas, occultasve beneficiorum resignationes, quare cum idem Parochus firmiter asserebat fecisse publicationes, vnde fuit dubitatum cui incumbat onus
1 probandi illam non fecisse, & respondi præfatum onus incumbere Episcopo, motus ex decis. Romana coram Gipsio, cuius tenor est, præsupposito, quod contra possessorem nulla alia exceptio allegatur, nisi quod non constat de publicatione beneficij resignati, crederem agenti incumbere onus probandi non publicationem, siquidem negatiua ab eo probari debet, qui in ea se fundat, l. in illa vbi Bart. & alij de verb. obl. cum concor. & quod agens tenetur contra possessorem probare veram vacationem est decis. Prolom. 303. eoque magis cum sit probata nedum triennalis possessio, sed decennalis, quo fit, vt locus allegationi c. 89. quam Rota meo tempore pluries sequuta est, dummodo nõ simus in spolio, & signanter in vna Cæsaraugustana parochialis coram D. Oriolense 9. Nouembris 1583. vbi 2
quod de triennali possessione præsumitur publicatio resignationis, idem tenuerunt Domini, & eodem anno 5. Nouembr. in vna Cremonensi pensionis coram bon. mem. Lauretano.

Atramenti diuersitas in apostilla arguit scripturam sacram.

DECIS. DCCXXVII.

FVit dictum in Curia Archiepisc. falsitatem præsumi ex apostilla diuerso atramento in margine alicuius scripturæ reperta, & hoc per tex. & quod ibi notatur in cap. inter dilectos de fide instrum. & tenuit Rota Romana in vna Catanien. 23. Februarij 1598. cuius ratio est, quia facit præsumptionem, quod diuerso tempore fuerit scripta, ad tradita per Bald. in l. nostras, nu. 2. C. de testam. & fuit dictum coram R.P.D. Corduba in vna Toletana Primiceriarum, cum tamen, vt tradit Aym. cons. 134. num. 39. duę ad hunc effectum sufficiant prę-sumptiones.

Finis Praxis Prætermissarum Decisionum.

Digitized by Google

PRAXIS

PAROCHORVM.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter qui administrauit Sacramenta pro Parocho carcerato, pro eo tempore debet emolumentum retinere, pro quo obsequium suum commodauit, & nu. 2.*

3 *Respondetur obiectioni, quae se habet quod nemo est priuandus redditibus sui beneficij.*

4 *Infirmitas non est priuilegiata quoad salarij consequutionem, quando illud est debitum alicui ratione suae personae.*

Presbyter ministrans Sacramenta pro Parocho carcerato, consequitur emolumenta ipsius Parochi, & licita erit ei retentio eleemosynarum sibi factarum.

DECIS. DCCXXVIII.

1 IN casu mihi proposito respondi affirmatiuè ex ratione naturali, de qua per Arist. lib. 1. Ethic. Iustum est, vt illi consequantur praemiũ, qui pro tempore suum commodasse reperiuntur obsequium, vt ex Gregorio Papa legitur in casu charitatem 12. quaest. 2. quod & in indiuiduo probari vidimus ex Sacrosancta traditione Apostoli Diui Pauli ad Corinthos Epist. 1. cap. 9. ibi, nescitis, quoniam, qui in Sacrario operantur, quae de Sacrario sunt edunt; & qui Altari deseruiunt, de Altari participant.

Ad idem facit dispositio cap. de Rectoribus, extra de clerico aegrotan. vel debilitato, vbi colligitur ad litteram quod quando Rector est infirmus, licet excusetur ab eo munere personali, quod corpore implendum est, iuxta l. 1. & ibi glos. C. qui morb. se excus. li. 10. Attamen ei dandus est coadiutor, qui curam animarum habebat, qui proinde de facultatibus Ecclesiae prouisionem habere debet vnde viuat, quod etiam probat Abb. ibi nu. 5.

Nec obstat, si dicatur infirmum esse priuandum redditibus sui beneficij, iuxta doctrinam Cap. de Clerico aegrot. vel debilitato, & cap. vnic. §. qui vero, de cler. non resid. in 6. quia clericus infirmus intelligitur quodammodo Ecclesiae inseruire, vt doctè non minusque subtiliter monet, & probat Moneta in tractatu de distributionib. quotid. par. 2. q. 6. 3

Quia multiplici responsione tollitur obiectio: praesertim, quia supponitur in facto, quod ille rector non sit titularis, sed mercenarius,

Digitized by Google

Beneficiatus asserens fecisse publicationem resignationis beneficij, onus probandi, quod non fecit, incumbit Episcopo.

DECIS. DCCXXVI.

CVm in visitatione cuiusdam Episcopi fuisset postulatus quidam Parochus de publicatione resignationis suæ Parochiæ, ex quo illam obtinuisset ex causa d. resignationis, in qua iuxta Bullas diuersorum Summorum Pontificum, præsertim Gregorij XIII. exigitur de substantia dicta publicatio, & hoc ad prohibendum simulatas, occultasve beneficiorum resignationes, quare cum idem Parochus firmiter asserebat fecisse publicationes, vnde fuit dubitatum cui incumbat onus probandi illam non fecisse, & respondi præfatum onus incumbere Episcopo, motus ex decis. Romana coram Gipsio, cuius tenor est, præsupposito, quod contra possessorem nulla alia exceptio allegatur, nisi quod non constat de publicatione beneficij resignati, crederem agenti incumbere onus probandi non publicationem, siquidem negatiua ab eo probari debet, qui in ea se fundat, l. in illa vbi Bart. & alij de verb. obl. cum concor. & quod agens tenetur contra possessorem probare veram vacationem est decis. Prolom. 303. eóque magis cum sit probata nedum triennalis possessio, sed decennalis, quo fit, vt locus allegationi c. 89. quam Rota meo tempore pluries sequuta est, dummodo nõ simus in spolio, & signanter in vna Cæsaraugustana parochialis coram D. Oriolense 9. Nouembris 1583. vbi quod de triennali possessione præsumitur publicatio resignationis, idem tenuerunt Domini, & eodem anno 5. Nouembr. in vna Cremonensi pensionis coram bon. mem. Lauretano.

Atramenti diuersitas in apostilla arguit scripturam sacram.

DECIS. DCCXXVII.

FVit dictum in Curia Archiepisc. falsitatem præsumi ex apostilla diuerso atramento in margine alicuius scripturæ reperta, & hoc per tex. & quod ibi notatur in cap. inter dilectos de fide instrum. & tenuit Rota Romana in vna Catanien. 23. Februarij 1598. cuius ratio est, quia facit præsumptionem, quod diuerso tempore fuerit scripta, ad tradita per Bald. in l. nostras, nu. 2. C. de testam. & fuit dictum coram R.P.D. Corduba in vna Toletana Primiceriarum, cum tamen, vt tradit Aym. cons. 134. num. 39. duę ad hunc effectum sufficiant prę sumptiones.

Finis Praxis Prætermißarum Decisionum.

PRAXIS

PAROCHORVM.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter qui administrauit Sacramenta pro Parocho carcerato, pro eo tempore debet emolumentum retinere, pro quo obsequium suum commodauit, & nu. 2.*

3 *Respondetur obiectioni, quæ se habet quod nemo est priuandus redditibus sui beneficij.*

4 *Infirmitas non est priuilegiata quoad salarij consequutionem, quando illud est debitum alicui ratione suæ personæ.*

Presbyter ministrans Sacramenta pro Parocho carcerato, consequitur emolumenta ipsius Parochi, & licita erit ei retentio eleemosynarum sibi factarum.

DECIS. DCCXXVIII.

1 IN casu mihi proposito respondi affirmatiuè ex ratione naturali, de qua per Arist. lib. 1. Ethic. Iustum est, vt illi consequantur præmiũ, qui pro tempore suum commodasse repeRiuntur obsequium, vt ex Gregorio Papa legitur in casu charitatem 12. quæst. 2. quod & in indiuiduo probari vidimus ex Sacrosancta traditione Apostoli Diui Pauli ad Corinthos Epist. 1. cap. 9. ibi, nescitis, quoniam, qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt edunt; & qui Altari deseruiunt, de Altari participant.

Ad idem facit dispositio cap. de Rectoribus, extra de clerico ægrotan. vel debilitato, vbi colligitur ad litteram, quod quando Rector est infirmus, licet excusetur ab eo munere personali, quod corpore implendum est, iuxta l. 1. & ibi glos. C. qui morb. se excus. l. 10. Attamen ei dandus est coadiutor, qui curam animarum habebat, qui proinde de facultatibus Ecclesiæ prouisionem habere debet vnde viuat, quod etiam probat Abb. ibi nu. 5.

3 Nec obstat, si dicatur infirmum esse priuandum redditibus sui beneficij, iuxta doctrinam Cap. de Clerico ægrot. vel debilitato, & cap. vnic. §. qui vero, de cler. non resid. in 6. quia clericus infirmus intelligitur quodammodo Ecclesiæ inseruire, vt doctè non minusque subtiliter monet, & probat Moneta in tractatu de distributionib. quotid. par. 2. q. 6.

Quia multiplici responsione tollitur obiectio: præsertim, quia supponitur in facto, quod ille rector non sit titularis, sed mercenarius,

Digitized by Google

conductus scilicet per modum prouisionis ad Rectorem, quare potest dici, quod sicuti casus contingens in personam illius, qui locauit operas suas, liberat conductorem à præstatione mercedis. l. si vno, §. item cum à quodam. ff. locati, & conduct. ita merces debita pro operibus præstitis operarium sequi debet.

4 Hinc ad confirmationem distinctionis, bene dicimus, quod infirmitas non est priuilegiata quoad salarij consequutionem, quando illud est debitum alicui ratione personę suæ dumtaxat, licet secus quando datur etiam contemplatione aliorum, vt quando datur clericis seu Canonicis collegiatis, & in istis terminis loquuntur iura in contrarium allegata, videlicet c. vnicuique. §. qui vero de cler. non residente li. 6. & c. 1. de cleric. ægrot. vel debilitat.

SVMMARIVM.

1 *Parochus qui fecit fidem de sollēnizatione matrimonij, si postea matrimonium illud non reperiatur sollemnizatum, non est de falso puniendus.*

2 *Contrarium fuit decisum, quod scilicet sit initiatus de crimine falsi.*

3 *Respondetur contrariis.*

An Parochus, qui fecit fidem se sollemnizasse matrimonium inter quasdam personas, referendo se ad librum matrimoniorum, si post aliquod temporis spacium fecerit aliam fidem, se, perquisito libro matrimoniorum, non reperire sollemnizationem prædictam sit puniendus de falso?

DECIS. DCCXXIX.

Capto & carcerato supradicto Parocho in Curia Archiep. pro causa, de qua supra in titul. & elapso termino ad faciendas defensiones; ac compilato processu fuit dubitatum qua pœna veniret plectendus & præcipuè an esset puniendus pœna falsi, propter dictam contrarietatem.

Et pro excusatione dicti Parochi dicebatur, quod ipse semper retulit se ad librum matrimoniorum, & proinde eius attestatio non faciebat fidem pro, vel contra, nisi quatenus reperiebatur in libro. Vnde sequitur regula iuris, quod relatum est in referente. l. asse toto. ff. de hæred inst. latè Bald. in cons. 24. vol. 1. post Ias. in §. tripli inst. de act. & esse in referente cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, voluit tex. in l. item Labeo. ff. de arbitris; non poterat igitur argui de falso, quatenus dictum matrimonium non reperiatur in libro, quia multis causis potuit contingere, quod dictum matrimonium in præfato libro absque culpa ipsius Parochi. 1

Cæterum supradictis minimè obstantibus, contrarium fuit dictum, scilicet præfatum Parochum fuisse initiatum crimine falsi, & propterea torquendus, prout realiter fuit tortus; & quia nil confessus fuit, & cum indicia essent grauiora contra ipsum, fuit suspensus à cura per quinquennium. 2

Non obstant contraria, quia procedunt vbi obliuio præsumitur, quod non est in hoc casu, & maximè quod in dubio non præsumatur regulariter Bald. in l. cum rem alienam col. fi. C. de leg. per legem magnam D. de contrahend. & commit. stipul. & Guid. Pap. decis. 127. in Camer. 3

mer. parlamenti num. 4. & ratio est, quia memoria non est futurorum, nec præsentium, Arist. lib. de memoria & reminiscentia, sed præteritorum tantum, vnde sensus est præsentium, spes futurorum, memoria præteritorum.

SVMMARIVM.

1 *Administrator rerum Ecclesiæ si malè se gerat, pronocat iram Dei in populum.*

2 *Parochiani possunt denunciare malè gesta a Parocho, & ab Ordinario.*

3 *Parochus in conferendis sacramentis non debet munera accipere.*

4 *Parochi debent esse mundi mente, & corpore.*

5 *Qui studet diuitiis dicitur ignominiosus.*

6 *Parochus debet esse contentus si habet omnia necessaria ad victum, & vestitum, alias imputabitur ei vitium auaritiæ.*

7 *Sacerdoti sufficit habere commoditatem victus, & vestitus.*

8 *Sacerdos de altari viuere, & non luxuriari debet.*

9 *Ecclesia subuenit in necessitatibus tantum.*

Parochus non potest parochianis grauamen innouare, & super spiritualibus conuenire.

DECIS. DCCXXX.

IN Curia Archiepisc. inquirebatur contra quendam Parochum de nonnullis accessibus: Primo, quod pro omni sepultura cadaueribus danda in Ecclesia vult vnum scutum, item pro sollemnizatione matrimoniorum, solitum erat petere vnum aureum, & tandem pro conferendo Sanctissimo Baptismo Sacramento similiter vnum aureum. 1
Quare fuit dubitatum qua pœna veniret plectendus, & dicebatur, quod quicunque administrat Ecclesiam, si malè se gerat, prouocat iram Dei in populum, ca. lanè de celebrat. Miss. cap. licet Heli de simonia, & propterea permittitur Parochianis posse denunciare malè gesta à Parocho, & ab Ordinario, vt 2
probat Abb. in cap. ex parte nume. 5. vers. Fallit in Patrono, vel in Parochiano, latè Decian. respons. 63. per 3
totum volu. 3. & in specie in conferendis Sacramentis non debent munera accipere. ca. is igitur 23. distinct. ibi glos. in verbo beneficiis, dicit, quod debent esse mundi mente, & 4
corpore, vnde, qui studet diuitiis, dicitur ignominiosus c. gloria. 12. qu. 2. & auaritia est idolorum seruitus cap. cum omnis 1. quæst. 1. ca. Idololatriæ, 28. quęst. 1. cap. Auaritiæ de præbend. & Apostolus ad Ephesios capit. 5. & in supradicto Parocho imputari vitium Auaritiæ non dubitabatur, si quidem habebat omnia necessaria ad victum & vestitum, de quibus debebat esse contentus cap. 1. 42. dist. ibi aliena rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur, vt in cap. sicut hi. §. sed ait Auarus 47. distin. vbi ad finem ait, proprium nemo dicat, quod est commune, quod priusquam sufficeret sumptui, etiam euidenter obtentum est, & ibi in §. sequent. quis enim, & 7
Sacerdoti sufficit habere commoditatem victus & vestitus cap. Episcopus ecclesiasticarum 12. q. 1. nume. 92. & commoditatem victus, & vestitus secundum Nauar. communiter approbatum, de quo meminit Pariſ. in libro 5. de resig. benef. quæst.

6.num.53.54.& 55. consistit in qualitate personæ. Vnde D. Hieronym. de quo in cap. 144. dist. dicit, quod
8 Sacerdos de altari viuere, non luxuriari quærat, & Abb. in cap. cum esses numer. 21. vers. in contrarium facit, quare clerico habenti vnde viuere, non conuenit importunè quærere, quod non eget, & quandocunque superflua ad victum habeat pauperibus subuenire, quia Eccle-
9 sia non habet aurum, vt seruet, sed vt in necessitatibus subueniat, ca. aurum 12. quæst. 2. & peccat clericus, qui studet facere parentes diuites de bonis Ecclesiæ, c. monemus cum cap. sequ. 12. quæst. 2. & tradit Abb. in cap. inquirendum num. 4. de pecc. cleric.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parochialis habet intentionem fundatam super primitiis, & decimis fructuum, quæ colliguntur intra fines parochiæ. Amplia numero. 2. 3. & 4.*

Parochialis Ecclesia de iure communi habet intentionem fundatam super primitiis, & decimis omnium fructuum.

DECIS. DCCXXXI.

IN vna decimarum pendente in Curia Archiepisc. per viam appellationis fuit dictum Parochialem Ecclesiam habere intentionem fundatam de iure communi super
1 primitiis, & decimis fructuum, qui colliguntur intra fines parochiæ DD. in cap. fin. de paroch. & in cap. cum contingat de decim. Put. decis. 371. lib. 1. latè Card. consil. 26. num. 4. & sequ. adeo vt ipsi decima sit persoluenda de omnibus dictis fructibus licitè acquisitis, cap. nuncios, & ibi gloss. cap. non est, vbi Abb. in 2. notab. de decim. & absque aliqua diminutione vel detractione, cap. cum homines, cap. non est in fine de decim. Mohed. decis. 69. Rebuff. in tracta. de decim. quæst. 11. numer. 3. Item quamuis prædium decimatorium duplicem fructum producat in anno.

Amplia primo, & si species fru- 2
ctuum, vel plantationis sit mutata industria hominis, quod propterea non cesset obligatio soluendi decimam de illis, sicut prius soluebatur de aliis, probat tex. in ca. cum in tua, vbi Butr. num. 2. in fin. & num. 5. vers. vnde dicit, &c. Abb. numero. 3. & alij communiter de decim. & Rota tenuit in pluribus causis, nempe in Calaguritana decimarum numer. 30. Ianuarij 1562. coram Caputaqu. in Conchen. decimarum 1. Iunij, & 16. Decembris 1591. coram Pamphilio.

Amplia secundo, vt quamuis Vi- 3
carius perpetuus videatur habere curam animarum ca. cum 2. de præbend. & etiam super decimis videatur habere fundatam intentionem ad glos. in verb. necessitas in c. exposuisti eod. titul. & Card. in clem. vn. qu. 9. vers. oppono ad hanc solutionem eod. tit. & in c. 1. colu. 17. eod. tamen cum omnes fructus spectant ad verum Rectorem, & ideo Vicarius etiam perpetuus tantum congruam debeat habere portionem ad cap. extirpandæ, §. qui vero & ibi per Abb. in vers. nota ibi, congruentem, de præbend. etiam respectu decimar. ad not. per Imol. in clem. 1. col. vlt. vers. vlterius quærit, & ibi per Cardin. col. 4. vers. 15. quæritur de iure patron. quod probatur in d. ca. extirpandæ in princ. & in ca. 1. iuncta glo.

Gloss. de prębend. in 6. vbi quia super decim. assignata fuerat parua portio non sufficiens Vicario: iura volunt ei esse assignandam congruentem.

4 Amplia tertio, vt Parochus possit petere etiam decimas præteritas, Archid. post antiquiores, quos citat in c si quis laicus numer. 4. versic. ab alio possessore 16. qu. 1. Hostiens. in cap. pastoralis col. pen. nu. 11. Super verb alienari posse de decim. sequuntur ibi Io. Andreas col. 2. numero 6. super verb. cum onere, Anchar. col. 2. num. 8. versic. sed an res ipsa, Butrius col. 2. num. 12. vers. an prædia alienata, & Panorm. colum. 2. numer. 5. versic. sed quęro vbi testis est, ita communiter teneri eandem videtur etiam firmasse consuetudo, Feder. de Sen. consil. 81.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Tempus non est modus inducendæ obligationis.*
3 *Contrarium tenet Author.*
4 *Præstatio triennalis sufficit ad inducendam obligationem in futurum.*
5 *Respondetur text. in l. si certis annis C. de pact.*

An Parochus cui consuetum est fieri, eleemosynam à suis filianis possit pro ea obtinenda agere.

DECIS. DCCXXXII.

1 SVpponatur in facto, quod in quodam oppido erat consuetum homines illius singulis annis soluere nomine eleemosynæ, *vulgò far l'offerta al Parochiano.* Vnde cum defecissent per aliquod temporis spatium à solutione prędicta: Quare consultus à supradicto Parocho an potuisset agere cõtra Parochianos, vt in futurum dictam eleemosynã pręstent, respondi dubium mihi facere tex. in l. obligationum ff. de act. & oblig. vbi tempus non est modus inducendę obligationis. 2

Cæterum hoc non obstante contrarium dixi esse de iure verius, motus ex vi inueteratæ consuetudinis soluendi dictam eleemosynam, stat enim iuris dispositio, vt huiusmodi laudabiles consuetudines præstentur cap. ad apostolicam de simon. & in terminis eleemosynę consuetæ, tradit Bart. in l. priuilegia numero 2. versic. ex 3. particula C. de sacrosanct. Eccles. Franch. Marcus Delph. decis. 213. ad cuius præstationem videtur dicta Vniuersitas Iudicis officio cogenda, Vran. cons. 10. libro 2. numer. 16. non autem iure ordinariæ actionis, quo casu intelligendus est Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 160. numer. 9. adde Caualc. decis. 26. nu. 53. versic. secus si res, qui dicunt neminem ad eam cogendam. Donatio enim pia multo tempore continuata inducit obligationem in futurum, Felin. in cap. veniens num. 3. de pact. idem in d. cap. ad Apostolicam num. 4. Olasc. decis. 99. num. 44. Sic etiam tenemur perseuerare in obligationis diuturna pręstatione, Butr. decis. in rubr. de Paroch. in fin. Abb. ibidem in fin. Card. in d. rubr. numer. 3. idem Abb. in d. cap. penult. colum. 2. vers. in ea glos. de sepult. Soc. in rub. num. 3. idem Abb. in d. c. pen. colu. 2. versic. in ea glos. de sepul. Socin in tract. de oblation. in 3. lib. versic. sexto quęro, Alexand. consil. 123. num. 1. volum. 5. Couarr. lib. 1. var. resolut. cap. 17. num. 3. & ratio est, quia ex tali præstatione consueta pręsumitur quod præces- 3

Digitized by Google

ſerit iuſta cauſa, Alexand.d. conſil. 123. num.5. & animus obligandi, Oſaſc. deciſ. 99. num. 19. quas ideo eleemoſynas conſuetas nec ſtatuto tali poſſe, in terminis tradit Bartol in d. l. priuilegia numer.3. Abb. in ca. pen. iam in fine de ſepult. Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ numer. 97. & in c. cum M. num. 21. de ſepult.

4 Supradictis addo text. in l.1. Cod. de fideicomm. vbi ſufficit præſtatio triennalis ad inducendam obligationem in futurum, ſequitur Bartol. in l. fin. ff. ad Sillanianum, Caſtr. in l. bona fides ff. depoſiti.

5 Non obſtat text. in l. ſi certis annis C. de pact. vbi præſtatio temporalis non eſt modus inducendæ obligationis, quia reſpondetur, quod ibi loquitur de modo validandi obligationem, & ita non obſtabit text. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Parochianus illius parochiæ eſt, in qua domus ſua aditum habet, redditur ratio num.3.*
4 *Domus, quæ habet duas portas in diuerſis parochiis, de ea parochia iudicatur in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus.*
5 *Quid in illa domo ſit aditus à parte anteriori, & à parte poſteriori, & viciſſim ingreditur quandoque ab anteriori, quandoque a poſteriori.*

Habitans in confinio duarum Eccleſiarum parochiarum, an cenſeatur Parochianus vtriuſque, vel vnius tantum.

DECIS. DCCXXXIII.

SVpponatur in facto, quod quidam poſſidebat domum, quæ ex vna parte erat de parochia Sancti Martini, & ex alia Sanctæ Mariæ, quare fuit dubitatum, cuius parochianus erit habitans in illa domo, & fuit reſolutum eſſe illius, ex qua domus aditum habet, ex notab. doctrina, Bart. in l. fin. numer. 6. in fin. ff. 2
de dam. infect. cuius ratio eſt, quia ex 3
aditu iudicatur de domo, cui cedat. l. ei cui ędes ff. de leg. 3. Bald. conſilio 60. num.5. volum.1. de Pont. deciſ. 35. Villagut deciſ. 32. & ſecundum Bart. in l. prædij §. vi domum ff. de leg. 3. domus quæ habet duas portas in di- 4
uerſis parochiis eadi dicatur de ea parochia, in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus, vt latè per Felin. in c. omnes de maior. & obed. vnde ſecundum Bartol in l.1. ff. ad municipalem, dicit, quod ſi dictus eſt à parte anteriori in domo, & à parte poſteriori, & viciſſim ingreditur quandoque ab ante- 5
riori, quandoque à poſteriori, nihilominus dicatur parochianus cappellę à parte anteriori ex eo, quod illa pars cenſetur nobilior, & vbi eſt pars nobilior, cenſetur eſſe totum. l. cum in diuerſis. ff. de relig. & ſumpt. fun.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Dicens de reductione penſionis debet probare beneficiũ non eſſe ſufficiens, redditur ratio nu.4*
3 *Quid ſi beneficiatus dictæ penſioni non conſenſerit.*
5 *Quæ ſint onera deducenda in reductione penſionis, & num.6. & 7.*

In reductione penſionis Eccleſiæ parochialis, quæ onera dedu-

deduci debent, vt centum remaneant liberi pro Rectore.

DECIS. DCCXXXIV.

1 CVm fuisset imposita pensio ab Illustrissim. Card. Spinello super quadam Ecclesia parochiali, vulgò, *di Fratta Piccola*, diœcesis Auersanę in mei fauorem, & ab eodem pectore post obitum dicti Illustrissim. instatum esset pro reductione eiusdem pensionis, asserens ex d. parochiali sibi non peruenire centum ducat. iuxta formam Concilij, fuit dubitatum, quæ onera veniebant deducenda quoad hunc effectum, & in primis dicebam onus probandi valo-
2 rem beneficij ad effectum cognoscendi, an pensio imposita subsistere possit, vel ne probari debet per eum,
3 qui vult pensionem impugnare, si ipse impositioni pensionis consensit, secus si non consensit, quia probandi onus pensionario incumbit, Guid. Pap. decis. 245. cum aliis adductis in vna Valentina pensionis de anno
4 1586. coram Robusterio, secus & ratio est, quia prouisus de iure communi habet intentionem fundatam, quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Inter onera vero, quæ deducenda veniunt sunt videlicet.

5 Primo, expensæ, quæ describunt pro vno clerico, Verall. in decision. 328. par. 3. ratio, quia quilibet habens curam populi debet habere clericum, qui ei seruiat, & ipsum iuuet, igitur quicquid necessarium est pro clerico onus est. & de redditibus deducendum; hoc enim est impossibile plebanum sine ministro in sacrificio altaris, & aliis sine quibus ministrare Sacramenta, ac seruire Ecclesiæ non posset sine vno clerico saltem esse posse, vnde ibi Abb. not. quod redditus ecclesiæ in dubio præsumuntur sufficere pro duobus, quia debet ad minus esse in parochiali vnus clericus vltra Sacerdotem, & Felin. in c. ad aures 3. col. de rescrip. facit c. 1. de instit.

Secundo deducendæ sunt expēsæ, quæ singulis annis fiunt in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis pro distribuendis candelis benedictis, quia istæ quoque numerantur inter onera perpetua, & consequenter deduci oportet, aliàs minimè dici potuissent fructus liberi percipiendi à parocho, ad text. in l. fructus ff. solut. matrim. 6

Tertio quoque deducuntur expēsæ pro sollemnitate Palmarum, cur inter onera perpetua parochorum ponantur argumento eorum, quæ scripsit Verall. in decis. 328. 7

SVMMARIVM.

1 *Quæ requiruntur in parocho ad hoc, vt possit de iure retinere parochiam.*

2 *Decisio quæstionis, quæ probatur auctoritate numer. 3. & ratione numero. 4.*

Obtinens Parochialem vnitam accessoriè alicui dignitati, an debeat necessariò attingere vigesimum quintum annum.

DECIS. DCCXXXV.

QVidam obtinuit Canonicatum cui erat annexa parochialis; & cum supradictus Canonicus ad minus attigisset ætatem 23. annorum fuit dubitatum an de iure esset capax obtinendi parochialem, & dicto-

canonicatui annexam, & dubium mihi faciebat pro opinione negatiua id, quod disponitur in capit. licet canon de electione in 6. vbi in paro-
1 cho requiruntur tria, scilicet literarum scientia, grauitas morum, & ætatis maturitas, quæ ætas est vigintiquinque annorum, & adeo verum est, quod nec commendari poterit Ecclesia parochialis non habenti supradicta requisita. c. nemo deinceps, vbi Io. Andr. Arch. & reliqui de electione in 6. Rot. in decisio. 2. eodem tit. item dicebatur defectum ætatis esse indesponsabilem, præsertim in Curatis cap. vnic. de ætat. & qualitate, præterea cum Concilium Tridentinum requirat sufficientem ætatem ad obtinendum beneficium curatũ, & illum explinit scilicet annorum 25. vel saltem ea, quę possit infra annum præmoueri ad presbyteratum, d. capit. licet & concilium sess. 24. canone 12. proinde videbatur ex supradictis concludendum pręfatum non fuisse capacem retinendi dictum canonicatum, eo magis cum ad dignitatem in cathedrali requiratur ętas, quam requirit ordo illi dignitati adiunctus, vel saltem ea, quæ ad ordinem canonicatui annexum promoueri possit prouisus.

2 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum, vt scilicet attendendus sit ordo quem requirit ipsa dignitas, vel canonicatus ex sui natura, non autem ætas, quem requireret parochialis dicto canonicatui adiuncta, quæ decisio fungitur auctoritate, & ratione.

3 Auctoritate enim probatur ex Henriquez consi. 32. numer. 4. & sequenti, Ferrer. obseru. 90. Cancer. lib. 1. var. resolut. cap. 49. Piaseg. in prax. Episcop. parte 2. cap. 5. num. 21. Galet. in marg. casuum conscient. verb. Parochus, & ita censuit sacra Congregatio Concil. vt resoluunt supracitati his verbis.

N. obtinuit Canonicatũ requirentem ordinẽ Subdiaconatus, sed quia illi Canonicatui vnita est parochialis, cũ esset in ætate legitima ad Canonicatum, sed nõ ad parochialem, Ordinarius difficilẽ se reddebat ad ipsum admittendũ, vnde consuluit Congregationem. Congregatio cẽsuit attendendam esse naturam canonicatus, nõ parochialis, & sufficere, quod prouisus sit in ea ætate, quã exigit canonicatus, si parochialis est vnita perpetuò, & accessoriè canonicatui, secus si æquè principaliter vnita est, quia tunc non assumit naturam canonicatus.

Quoad dignitates autem, & Canonicatus in aliis Ecclesiis inferioribus requisita ætatis remanent in dispositione iuris communis, quod etiam fuisse declaratum à prædicta Sacr. Congreg. refert Gonsalez citat. Gloss. 5. num. 5. his verbis; *Concilium nihil innouauit super ætate promouẽdorum ad canonicatus Ecclesiarum collegiatarum.*

Ratione quoque probatur, quia 4
parochia vnita canonicatui assumit naturam canonicatus, & consequenter regulari debet iuxta conditiones, & qualitates dicti canonicatus, ex regula iuris, quod actus interpositus regulatur secundũ naturam eius, cui interponitur, l. fin. C. de non. nu. pecunia, vnde stipulatio interposita in contractu, assumit naturam contractus, vt latè per DD. l. 1. ff. de verb. obligationib. Hinc est, secundum Galetum in marg. casuum cõscient. verbo parochiæ, curam animarum annexã habens canonicus non est examinandus, & ita censuit Sac. Congreg. Concilij, vt refert idem loco citato.

SVMMARIVM.

1 Parochus regularis delinquens extra territorium parochiæ est ab Episcopo illius loci conueniendus.

2 Contrarium censuit Sac. Cõgreg. quod licet non possit ab alio, quam a suo superiori puniri.

Parochus regularis delinquens extra pertinentia ad Parochiam, à quo puniendus.

DECIS. DCCXXXVI.

1 ET prima facie videbatur dicendũ, quod ab Episcopo: ratio est, quia secundum decis. Rotæ in vna Bononien. Parochialis coram Illustrissim. Seraphino, Ordinarius loci est iudex competens tam regularium, quam secularium clericorum exercentium curam animarum, & pro hoc facit Conc. Trident. de reg. sess. 25. cap. 11. quo expressè cauetur, personas tam regulares, quàm seculares huiusmodi curam animarum exercentes, subesse immediatè in his, quę ad dictam curiam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi illam peragunt, quod bene cumulat Thesaur. for. Eccles. part. 2. c. 18. num. 105. & Antonin. libro 1. var. resolut. capite 18.

2 Cęterum Sac. Congregat. cẽsuit, delinquentem extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, nõ ab Episcopo, sed à suis Superioribus puniri, vt refert Galet. in sua margar. cas. conscient. verbor. Parochus.

***

SVMMARIVM.

1 Solemnitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur.

2 Concursus in parochialibus continet factum, & factum non præsumitur, nisi probetur.

3 Decisio quæstionis.

4 Facta præsumuntur, quando sunt consueta fieri.

An si in bullis prouisionis parochialis non fiat mentio de concursu peracto, sit præsumendum ipsum fuisse factum.

DECIS. DCCXXXVII.

RAtio dubitandi duplex est, Primò, quia huiusmodi solemnitas est extrinseca, ideo non præsumitur nisi probetur, l. sciendum ff. de verbor. obligat. latè DD. in l. 1. C. de vsur. 1

Secundò, quia continet factum, & factum non præsumitur, nisi probetur, l. in bello §. factæ ff. de capt. & postlim. reuers. & probatur in c. cum Ioannes §. verum responsionem istam de fide instr. hoc idem placuit, dum de iure respondit Corneus consil. 181. visis nonnullis, col. 9. vers. nec obstat volum. 2. quod & memoratu dignum censuit Cotta in suis memor, in litera F. vers. facta non præsumuntur, sic etiam scriptum est ab Aret. in l. sed & si colum. vlt. ff. de acquir. hæred. hoc præterea plurimi alij probauerunt, vt Abb. in c. in præsentia col. 2. post numer. 3. vers. nota ibi cum de probat. facit cap. cum in iure, vbi Abb. numer. 2. in fin. de off. deleg. Menoch. in cons. 11. num. 301. Burs. in consil. 36. num. 13. vers. verum respondetur Cephal. in consil. 53. nu- 2

Digitized by Google

mero 34.& in consil.130.num.7.& in consilio 77.numer.16.& in consil.76. numero 25.volum.1. & in consil. 24. numer.84.vol.2.& alios allegat Dec. in l.quatenus,numer.2.de regul.iur. & Rebuff.& in l.vnica numer.141.C. sent. quæ pro eo, quod inter profer. Bald.in consil.459.visa dicta petitione,volum.4. Quæ facta cum sint sui natura incerta,l.in omni C.de iur. & fact.ignor.ideo illorum vis, atque probatio dubia dicitur,l. Triticũ ff. de verb.oblig.conclusionis nostrę ratio est,nam non facta latent, c. cum in cunctis,& facta petent.c.quando, de translat.teste Abb. in c. extirpandæ,§.qui verò col.11.de præbend.& Dec.in consil.296.num.9.lib.2.& in consil.338.num.17.libro 3.& in cons. 346.numero 15.eod.volum.Alciat.in consil.40.num.6.libr.6.Rebuff.in l. vnic.num.141.versic. minus obst. C. de sentent.quę pro eo,quod interest profer.

3 Cæterum supradictis minimè suffragantibus,contrarium dixi, motus
4 quod licèt factum non pręsumatur, nisi probetur, tamen pręsumitur quando facta essent consueta fieri, prout concursus, qui consuetus est fieri in prouisione parochiali,ita Bal. in rubr.C.de fide instrum. colum. 3. post num.8.vers.item quia, per tex. in l.vlt.ad fin.C.de fideiussor.vbi expressè dicit ea, quæ sunt solita fieri, vt respondit Siluan.in cons.68.num. 8.libr.2.Bald.in l. incendium ad fin. C.si cer.pet.

SVMMARIVM.

1 *Parochus coadiutus non tenetur ad residentiam. Contrarium est in praxi seruandum,numero 4.*

2 *Parochus coadiutus non tenetur ad promotionem Sacerdotij infra annũ, cum non dicatur habere beneficiũ curatum, sed simplex, numero 3.*

An Parochus cui datus est coadiutor,teneatur residere.

DECIS. DCCXXXVIII.

SVpponatur in facto, quod cuidam Parocho ob legitimas, & iustas causas esset constitutus coadiutor, fuit dubitatum an esset obligatus ad residentiam, & dubitatio- 1
nem faciebat pro opinione negatiua, quod dum cura exercetur per præfatum Coadiutorem, consequẽter frustratoria esset residentia Rectoris,argum.text.in cap. de Rectoribus,de cler.ægrot. vnde coadiutus semper consideratur à iure vti absens.Balb.in dec.729.vnde Coadiutor cum futura successione in absentia Canonici coadiuti debet sedere, & incedere in eodem loco antiquo, in quo poterat coadiutus,si præsens fuisset præcedendo alios Canonicos tanquam subrogatus coadiuti, Nauarr.cons.2.de cler.nõ resid. His additur, quod obtinens parochialem habitu tantum,prout ista,non arctatur ad ea,quæ obligatur,qui actu illam retinet,vt per Galet.in sua margar.cas.consc.verb. cura animar. in princ.latè Henriquez consil. 21. nu. 7.Laudens.cons.8.Fel.in cons.16.numer. 6. Hinc est, quòd non tenetur 2
ad promotionem sacerdotij infra annum, Nauarr.cons.4.de præbend. & talis Curatus habitu tantum non 3
videtur habere beneficium curatum,sed simplex,Galet.loco iam citato,Burcult.cons.23. Igitur necesse non est residentiam facere. Item talis parochialis actu æquipollet Parochiæ destitutæ,quæ nõ dicitur habere parochiale, Nauarr. consilio 2.

de-

de maior.& obed.

4 Cæterum,supradictis minimè suffragantibus, contrarium est in praxi tenendum,scilicet,vt præfatus Parochus teneatur ad residentiam, ex vi declarat. Sacræ Congregationis, vt per Galet.verb.residentia.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parochialis dicitur illa, quæ habet sub se populum cui habeat Sacramenta administrare.*

2 *Ecclesia vt dicatur parochialis, an sufficiat, quod remaneat parochia habitu tantum.*

3 *Quæ requiruntur ad hoc vt ecclesia dicatur parochialis.*

4 *Parochia dicitur quasi partitio curæ.*

Parochialis vt constituatur, quot personas, vulgo *figliani*, habere debeat.

DECIS. DCCXXXIX.

ADerat in diœcesi Nolana quædam Ecclesia parochialis, quæ sub se habebat minus duodecim personarũ,vulgo *figliani*, propter quod eiusdem ecclesiæ Parochus prætendebat se ad personalem residentiam excusari,quare consultus, respondi, mihi facere dubitationem conclusio
1 illa,quod ecclesia parochialis est curata,& habet sub se populum cui administrantur Sacramenta, latè DD. in cap.cum in cunctis §.inferiores de electio.Staphil.de lit.grat.in titul.de qualit.benefic.numero 1.& sequent. Bellam.in decis.671.Seraph.in decis. 1227. Rota diuers. in decision. 100. parte 2. Et ad consequenda iura parochialia, & realia, sufficit quod ecclesia remanserit parochia habitu, Rot.decisio 1.de sepult.in antiq. Oldrad.consil.267.& Seraphin.loco cit. Hinc est,quod secundum Mariscot.libr.2.var.resolutionum cap.96. si parochiani recesserint,tunc manet parochialis habitu: licet non actu,& illis reuersis, iterũ dicitur parochialis habitu, & actu,gloss.communiter approbata in c.licet canon.in verbo parochia de election. in 6. quam ibi sequuntur Anchar.numero 5.versic. quærit gloss.Gemin. num.6.& Franch.numer.22.Silua de benefic.part.3. quæst.42.Rebuff.in praxi tit. de non promo.num, 35. recuperat enim statum suum quasi iure postliminij, Io. And.ibidem in nouell.col.3.in Gloss. sed nunquid, quare si non desinit parochia, licet parochiani ibidem non remanserint, sequitur concludendum supradictam parochiam teneri ad personalem residentiam. Iis accedebat, quod huic Ecclesiæ concurrunt omnia requisita verę parochiæ,quæ sunt primo potestas fori 3
pœnitentialis,hoc est ligandi,& soluendi,cap.in q.21.distinctione,ca.omnis de pœnitent.Innocent.numer. 11.& Abbas num.7.in c.dudum de elect.Capra in reg.90.& Dec.in ca.ad aures num.6.de rescrip.Secundo,reperitur locus certis finibus constitutus, in quo populus alicui ecclesiæ deputatus degit,Abb.in rubr.de parochiis,in princ.& Rota diuersorum in citata decisio.num.13. Vnde paro- 4
chia dicitur quasi partitio curæ,cap. ecclesias 14. quæst.1. Tandem pro hac opinione faciebat, quod scriptum reliquit Iastred. in summa de parochiis in princip. quam sequitur Panormit.in c.extirpandæ §.qui verò numero 20.de præb. quod ecclesia, quæ habet parochiam, id est locum deputatum, in quo populus habitat ad curam animarum congregatus dicitur Parochialis, sequitur Silue-

Digitized by Google

ster verbo parochialis, & secundum Speculator in tit. de not. crimin. §. 8. versic. quidem tenent ad constituendam Parochiam, sufficiunt decem personæ, & hæc currenti calamo.

SVMMARIVM.

1 *Parocho non distribuenti candelas benedictas in die Purificationis B. V. non potest denegari decima.*
2 *Decima debetur de iure diuino.*
3 *Imperatoris concessio non potest quem eximere à solutione decimarum.*
4 *Solutio decimarum nullo modo potest parocho denegari.*
5 *Solutio decimarum est onus reale.*
6 *Decima præterita peti potest.*
7 *Translatus ad aliquam ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam.*
8 *Prælatus prædecessor, qui fructus exportauit, vel malè consumpsit, potest per successorem conueniri.*
9 *Decima comparatur collectæ.*
10 *Pro solutione collecta bona sunt tacitè obligata.*

Parocho non distribuenti candelas benedictas in die Purificationis B. V. vulgo *far la Cādelora*, an possit denegari decima.

DECIS. DCCXL.

1 RESpondi negatiuè ex infrascri-
2 ptis. Tum primo, quia cum decima debeatur de iure diuino, ad tex. in ca. parochianos de decim. latè Couar. lib. 1. var. resol. c. 8. ita vt in dubio nullus censeatur exemptus ab illius solutione, vnde etiam Cardinalis tenetur, de Franch. decis. 107. & e-
3 tiam Iudæi de terris ab eis possessis, C. de terris de decim. Quare nec Imperialis concessio valet quem eximere à solutione decimarum ca. tua, vbi Abb. eod. tit. Vnde populus prædicationibus, & aliis legitimis modis exhortandus est ad solutionem decimæ. Et proinde dicebam in casu proposito, nullo modo posse dene- 4
gari solutionem decimę Parocho ob id, quòd candelas benedictas in die Purificationis B. V. non dedit, cum ipsis solum sit aliud remedium pro illarum recuperatione, scilicet accessus ad Episcopum, & cum nihil commune habeat solutio decimarum à distributione cādelarum, propterea non debet fieri illatio de vno ad aliud. ex regul. text. in l. Papinianus exul ff. de minoribus.

Tum secundo, quia solutio decimarum est onus reale, & propterea 5
sequitur possessorem, l. Imperator ff. de publ. vnde decima pręterita peti 6
potest, DD. de Rot. decis. 1. de decim. in antiq. Rota Perus. dec. 44. & dicit Io. And. in ca. non est in mora de reg. iur. in 6. quod translatus ad aliquam 7
ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam, quamuis is, qui per prius erat beneficiatus, illius ecclesię fructus perceperit: vnde si Prælatus prędecessor fructus exportasset, vel ma- 8
lo modo consumpsisset, posset per successorem conueniri. Alex. in l. deducta §. qui post, col. pen. ff. ad Trebell. Gigans de pens. quęstio 39. post Franch. in cap. fin. in fin. de off. ordin. in 6.

Tum tertio, quia decima compa- 9
ratur collectę, secūdum Bal. in l. neminē C. de sacr. eccl. Bertac. in tract. de gabel. in pręlud. n. 16. Cass. in consuet. Burg. rub. 1. §. 4. in verb. extraordinaria in fin. f. 122. Vgocelsus consil. 31. num. 19. de Franch. citat. decis. 107. numero 13. & pro solutione collectę, bona sunt tacitè obligata, l. cōperit C. de

C.de præscrip.long.temp. Ex quibus omnibus dicebam, quòd licet iniustè denegassent soluere decimam Parocho, tamen competunt ei supradicta remedia ad illam recuperandam, quemadmodum filianis ad recuperandas candelas benedictas.

SVMMARIVM.

1 *Parochus non tenetur, cuius parochiæ redditus non ascendit, nisi ad ducat. centum tantum, ad reparationem ecclesiæ.*

2 *Centum ducati debent esse liberi, & alieni ab omni onere.*

3 *Rector Ecclesiæ parochialis ruinam minantis cogi potest ad illius reparationem, vbi redditus ei supersunt.*

4 *Prima caritas incipit à seipso.*

Parochus cuius redditus non ascendit nisi ad ducat. centum, an teneatur ad reparationem suę ecclesiæ.

DECIS. DCCXLI.

1 IN quadam causa mihi delegata iudicaui non teneri quendam Parochum, cuius parochiæ redditus non ascendebat nisi ad ducatos centum tantùm, ad reparationem dictæ ecclesiæ & hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia iuxta dispositionem Concilij Trident. centum ducati debent esse liberi & alieni ab omni onere, vt pluries censuit Rota Romana, vt patet ex decisio. 484. par.1. diuersorum, & nonnullas alias decisiones manuscriptas cögerit Marta in tract. clausul. q.123.

Tum secundò, quia per text. in c. de his, de eccles. ædificand. rector ecclesiæ parochialis, ruinam minantis, cogi potest ad illius reparationem, vbi redditus ei supersunt, quod intellige deductis necessariis, quibus non tenetur se priuare, vt conuertatur ad ecclesiæ reparationem, quia prima charitas incipit à seipso, cap. non satis 26.dist. Cappel. Tholos. in decis.449. 4

Quicquid tamen sit, in hac quęst. concludo cum Siculo, & reliquis Doctoribus in cap.1. de ecclesi.ædific. quod in hac materia primo recurrendum est ad consuetudinem, si enim consuetudo transfert onus fabricæ in populum, illa est obseruanda. arg.c. ad apostolicam de simo. & idem voluerunt in alleg. c.1. Io. And. & omnes DD. idem dicendum eadem ratione, vbi consuetudo aliter prouideret, nam videmus hodie, quod Ecclesiæ cathedrales habent, vt plurimum redditus distinctos pro fabrica, nunc etiam Prælatus non tenentem suorum redditum, quod in hoc consuetudo, ex quo ecclesia non patitur defectum in fabrica, & quod valeat consuetudo, tenet Inno. in cap.fi. de his quæ fiunt à maio. parte.cap. pro quo faciat c.si propter tua debita de rescrip.lib.6. & ibi Domi. & dicit Sicu. in alleg. ca. videmus hodie, quod non fiunt quatuor partes de redditib. ecclesiæ, & antiqua iura disponebant 12.q.11.c. cognouimus, non tamen se potest Episcopus excusare, quominus pauperibus prouideat, licet redditus sint in confuso, quia talis consuetudo esset irrationabilis cap.fi.16.q.1. & idem dicit in casu præmisso, si nulla est consuetudo, non valet per prelatum allegari consuetudo, quamuis teneatur ad quartam partem, si ecclesia patiatur ruinam & deformitatē, per tex. aptum in alleg. ca. cognouimus, tenet Host. in sum. de eccl. ædif. §.1. ad fin. si autem quarta pars non suf-

ficiat, nec consuetudo disponit aliter, recurrendum est ad clericos ecclesiæ, vt præall. c. 1. & c. de his, & c. si. alleg. intellige tamen si detractis necessariis redditibus eis supersunt, si verò redditus non supersunt, compelluntur vltimo loco parochiani ecclesiæ Ar. cap. si episcopus de off. ord. libro. 6. nam ex quo ibidem audiunt diuina, & percipiunt ecclesiastica Sacramenta tenentur ad refectionem ecclesiæ.

Finis tituli Praxis Parochorum.

PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM.

DECIS. DCCXLII.

ANNI quinque à Concilio Trid. ad reclamandum concessi professis regularibus currunt non obstante ignorantia professionis nullæ, aut impedimento: facti ratio, quia tempus præfinitum in negligentium odium, non currit quidem ignoranti, & impedimento, sed sic, si non in odium negligentis, sed in alterius fauorem sit præfixum, vt hic, vbi non in odium negligentis professi, sed in communem religionis quietem tempus est præfixum, poterit tamen hic impeditus per viam restitutionis audiri, Sanchez 2. tom. fol. 135. lib. 7. disput. 37. num. 19.

DECIS. DCCXLIII.

COgnatio spiritualis contrahitur quidem per procuratorem, sed eam non procurator, sed mandans, seu principalis incurrit, Rota decis. 533. in antiq. & in decis. 669. in nouis, Cappell. Tholos. in decis. 157. Verall. decis. 147. par. 3. & ita censuit Sac. Cong. Conc. vt refert Galet. verb cognatio.

DECIS. DCCXLIV.

EXaminatores Synodales durant donec alij in Synodo deputati fuerint: verum si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat, vt censuit eadem Congreg. secundum Galet. verb. examinatores.

Examinatores eligendorum ad beneficia, approbantes examinatum aliquem quoad scientiam tantum, non etiam quoad vitam, & mores non satisfaciunt Decreto Concilij, quod expressè iubet, quod peracto examine renuntient. Quicunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate mori-

moribus, doctrina, prouidentia, &c. & ita declarauit eadem Sacra Congregatio accipi prędicta verba Concilij sess. 24. c. 18. de reform. vt idem Galeot. in verb. supra citat.

DECIS. DCCXLV.

Licentia accedendi ad Moniales extenditur etiam ad socium religiosi eam obtinentis, Rodriq. tom. 3. qu. 6. art. 2. & secundum eundem Galeotum in verb. licentia, & ratio est, quia de connexis idem est iudicium, c. translato de consti.

DECIS. DCCXLVI.

Licet regulares non possint prędicare absque licentia Ordinarij, tamen licentia eiusdem Ordinarij non requiritur, vt censuit eadem Sacra Congreg. & per Galet. loco citato.

DECIS. DCCXLVII.

Litteræ dimissoriæ possunt obtineri etiam ab Episcopo, in Cuius diœcesi situm est beneficium, c. cum nullus de temp. ord. & ibi DD. communiter, vt censuit etiam Sac. Congreg. & per eundem in verb. litteræ.

DECIS. DCCXLVIII.

Missam ne celebrent exteri Sacerdotes in Ecclesiis Regularium prohibere potest Episcopus, confert ad hoc text. & ibi notatur in c. 1. de cler. pelleg. & secundum Galetum in verb. Missa, ita censuit quoque Sac. Congregatio.

DECIS. DCCXLIX.

Missas nouas celebrantes possunt se tantum ad Populum vertere in medio Altaris, & sic oblationes sponte factas accipere, non autem Ecclesiam ob eam causam circuire, vt censuit ead. Sac. Cong. & per eundem Galet. in verbo supra citato.

DECIS. DCCL.

Monialium Superiorissæ eligendæ vota possunt, oretenus etiam accipi ab Episcopo vna cum Vicario, vel alio viro assumpto, idē in verb. monialis, & per eandem Sac. Cong. c. 6. de reg. sess. 25.

DECIS. DCCLI.

Monialibus etiam exemptis dandus est per Episcopum loci Confessarius extraordinarius, idem in verb. supra cit. & per eandem Sac. Congreg.

DECIS. DCCLII.

Moniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad obseruantiam clausulæ, quoties ei videbitur expedire, vt per eundem loc. supra cit. & per eandem Sac. Congreg.

DECIS. DCCLIII.

Moniales in Ciuitate situatæ, sed alieno Episcopo subiectæ, visitantur ab Episcopo diœcesis, sicut aliæ Moniales regularibus subiectæ, vt retulit ead. Sac. Congreg. & per eum Galet. in supradicto verbo.

DECIS. DCCLIV.

Monialium habitum assumere volens puella debet esse maior duodecim annorum, statuitur in Conc. Triden. sess. vlt. de reg. cap. 17. quæ quidem puellæ si educationis gratia retinentur non vltra vigesimumquintum annum ætatis suę ibi commorari possunt, decla-

Digitized by Google

6.num.53.54.& 55. consistit in qualitate personæ. Vnde D. Hieronym. de quo in cap. 144. dist.dicit, quod
8 Sacerdos de altari viuere, non luxuriari quærat, & Abb. in cap. cum esses numer. 21. vers.in contrarium facit, quare clerico habenti vnde viuere, non conuenit importunè quærere, quod non eget, & quandocunque superflua ad victum habeat pauperibus subuenire, quia Eccle-
9 sia non habet aurum, vt seruet, sed vt in necessitatibus subueniat, ca. aurum 12. quæst. 2. & peccat clericus, qui studet facere parentes diuites de bonis Ecclesiæ, c.monemus cum cap. sequ. 12. quæst. 2. & tradit Abb. in cap. inquirendum num. 4. de pec. cleric.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia parochialis habet intentionem fundatam super primitiis, & decimis fructuum, quæ colliguntur intra fines parochiæ. Amplia numero. 2. 3. & 4.

Parochialis Ecclesia de iure communi habet intentionem fundatam super primitiis, & decimis omnium fructuum.

DECIS. DCCXXXI.

IN vna decimarum pendente in Curia Archiepisc. per viam appellationis fuit dictum Parochialem Ecclesiam habere intentionem fundatam de iure communi super
1 primitiis, & decimis fructuum, qui colliguntur intra fines parochiæ DD. in cap. fin. de paroch. & in cap. cum contingat de decim. Put. decis. 371. lib. 1. late Card. consil. 26. num. 4. & sequ. adeo vt ipsi decima sit persoluenda de omnibus dictis fructibus licitè acquisitis, cap. nuncios, & ibi gloss. cap. non est, vbi Abb. in 2. notab. de decim. & absque aliqua diminutione vel detractione, cap. cum homines, cap. non est in fine de decim. Mohed. decis. 69. Rebuff. in tracta. de decim. quæst. 11. numer. 3. Item quamuis prædium decimatorium duplicem fructum producat in anno.

Amplia primo, & si species fructuum, vel plantationis sit mutata 2
industria hominis, quod propterea non cesset obligatio soluendi decimam de illis, sicut prius soluebatur de aliis, probat tex. in ca. cum in tua, vbi Butr. num. 2. in fin. & num. 5. vers. vnde dicit, &c. Abb. numero. 3. & alij communiter de decim. & Rota tenuit in pluribus causis, nempe in Calaguritana decimarum numer. 30. Ianuarij 1562. coram Caputaqu. in Conchen. decimarum 1. Iunij, & 16. Decembris 1591. coram Pamphilio.

Amplia secundo, vt quamuis Vicarius perpetuus videatur habere 3
curam animarum ca. cum 2. de præbend. & etiam super decimis videatur habere fundatam intentionem ad glos. in verb. necessitas in c. exposuisti eod. titul. & Card. in clem. vn. qu. 9. vers. oppono ad hanc solutionem eod. tit. & in c. 1. colu. 17. eod. tamen cum omnes fructus spectant ad verum Rectorem, & ideo Vicarius etiam perpetuus tantum congruam debeat habere portionem ad cap. extirpandæ, §. qui vero. & ibi per Abb. in vers. nota ibi, congruentem, de præbend. etiam respectu decimar. ad not. per Imol. in clem. 1. col. vlt. vers. vlterius quærit, & ibi per Cardin. col. 4. vers. 15. quæritur de iure patron. quod probatur in d. ca. extirpandæ in princ. & in ca. 1. iuncta glo.

Digitized by Google

Gloss. de prębend. in 6. vbi quia super decim. assignata fuerat parua portio non sufficiens Vicario: iura volunt ei esse assignandam congruentem.

4 Amplia tertio, vt Parochus possit petere etiam decimas præteritas, Archid. post antiquiores, quos citat in c si quis laicus numer. 4. versic. ab alio possessore 16. qu. 1. Hostiens. in cap. pastoralis col. pen. nu. 11. Super verb alienari posse de decim. sequuntur ibi Io. Andreas col. 2. numero 6. super verb. cum onere, Anchar. col. 2. num. 8. versic. sed an res ipsa, Butrius col. 2. num. 12. vers. an prædia alienata, & Panorm. colum. 2. numer. 5. versic. sed quęro vbi testis est, ita communiter teneri eandem videtur etiam firmasse consuetudo, Feder. de Sen. consil. 81.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Tempus non est modus inducendæ obligationis.*
3 *Contrarium tenet Author.*
4 *Præstatio triennalis sufficit ad inducendam obligationem in futurum.*
5 *Respondetur text. in l. si certis annis C. de pact.*

An Parochus cui consuetum est fieri eleemosynam à suis filianis possit pro ea obtinenda agere.

DECIS. DCCXXXII.

1 SVpponatur in facto, quod in quodam oppido erat consuetum homines illius singulis annis soluere nomine eleemosynæ, *vulgò far l'offerta al Parochiano.* Vnde cum defecissent per aliquod temporis spatium à solutione prędicta: Quare consultus à supradicto Parocho an potuisset agere cōtra Parochianos, vt in futurum dictam eleemosynā pręstent, respondi dubium mihi facere tex. in l. obligationum ff. de act. & oblig. vbi tempus non est modus inducendę obligationis. 2

Cæterum hoc non obstante contrarium dixi esse de iure verius, motus ex vi inueteratæ consuetudinis soluendi dictam eleemosynam, stat enim iuris dispositio, vt huiusmodi laudabiles consuetudines præstentur cap. ad apostolicam de simon. & in terminis eleemosynę consuetæ, tradit Bart. in l. priuilegia numero 2. versic. ex 3. particula C. de sacrosanct. Eccles. Franch. Marcus Delph. decis. 213. ad cuius præstationem videtur dicta Vniuersitas Iudicis officio cogenda, Vran. cons. 10. libro 2. numer. 16. non autem iure ordinariæ actionis, quo casu intelligendus est Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 160. numer. 9. adde Caualc. decis. 26. nu. 33. versic. secus si res, qui dicunt neminem ad eam cogendam. Donatio enim pia multo tempore continuata inducit obligationem in futurum, Felin. in cap. veniens num. 3. de pact. idem in d. cap. ad Apostolicam num. 4. Osasc. decis. 99. num. 44. Sic etiam tenemur perseuerare in obligationis diuturna pręstatione, Butr. decis. in rubr. de Paroch. in fin. Abb. ibidem in fin. Card. in d. rubr. numer. 3. idem Abb. in d. cap. penult. colum. 2. vers. in ea glos. de sepult. Soc. in rub. num. 3. idem Abb. in d. c. pen. colu. 2. versic. in ea glos. de sepul. Socin in tract. de oblation. in 3. lib. versic. sexto quęro, Alexand. consil. 123. num. 1. volum. 5. Couarr. lib. 1. var. resolut. cap. 17. num. 3. & ratio est, quia ex tali præstatione consueta pręsumitur quod præces- 3

Digitized by Google

ſerit iuſta cauſa, Alexand.d. conſil. 123.num.5.& animus obligandi, Oſaſc.deciſ.99.num.19.quas ideo eleemoſynas conſuetas nec ſtatuto tali poſſe, in terminis tradit Bartol in d. l.priuilegia numer.3.Abb.in ca. pen. iam in fine de ſepult. Felin.in c. Eccleſia S.Mariæ numer.97.& in c.cum M.num.21.de ſepult.

4 Supradictis addo text.in l.1.Cod. de fideicomm. vbi ſufficit præſtatio triennalis ad inducendam obligationem in futurum, ſequitur Bartol. in l.fin.ff.ad Sillanianum, Caſtr.in l. bona fides ff.depoſiti.

5 Non obſtat text. in l. ſi certis annis C.de pact. vbi præſtatio temporalis non eſt modus inducendæ obligationis, quia reſpondetur, quod ibi loquitur de modo validandi obligationem, & ita non obſtabit text. in l. cum de in rem verſo.ff.de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*

2 *Parochianus illius parochiæ eſt, in qua domus ſua aditum habet, redditur ratio num.3.*

4 *Domus, quæ habet duas portas in diuerſis parochiis, de ea parochia iudicatur in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus.*

5 *Quid in illa domo ſit aditus à parte anteriori, & à parte poſteriori, & viciſſim ingreditur quandoque ab anteriori, quandoque à poſteriori.*

Habitans in confinio duarum Eccleſiarum parochiarum, an cenſeatur Parochianus vtriuſque, vel vnius tantum.

DECIS. DCCXXXIII.

SVpponatur in facto, quod quidam poſſidebat domum, quæ ex vna parte erat de parochia Sancti Martini, & ex alia Sanctæ Mariæ, quare fuit dubitatum, cuius parochianus erit habitans in illa domo, & fuit reſolutum eſſe illius, ex qua domus aditum habet, ex notab.doctrina, Bart.in l.fin.numer.6.in fin.ff. 2
de dam.infect.cuius ratio eſt, quia ex 3
aditu iudicatur de domo, cui cedat. l.ei cui ędes ff.de leg.3.Bald. conſilio 60.num.5.volum.1.de Pont.deciſ.35. Villagut deciſ.32.& ſecundum Bart. in l.prædij §.vi domum ff. de leg. 3. domus quæ habet duas portas in di- 4
uerſis parochiis eudi dicatur de ea parochia, in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus, vt latè per Felin.in c.omnes de maior.& obed.vnde ſecundum Bartor in l.1.ff. ad municipalem, dicit, quod ſi dictus eſt à parte anteriori in domo, & à parte poſteriori, & viciſ- 5
ſim ingreditur quandoque ab anteriori, quandoque à poſteriori, nihilo minus dicatur parochianus cappellę à parte anteriori ex eo, quod illa pars cenſetur nobilior, & vbi eſt pars nobilior, cenſetur eſſe totum. l.cum in diuerſis.ff.de relig.& ſumpt.fun.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies.*

2 *Dicens de reductione penſionis debet probare beneficiũ non eſſe ſufficiens, redditur ratio nu.4*

3 *Quid ſi beneficiatus dictæ penſioni non conſenſerit.*

5 *Quæ ſint onera deducenda in reductione penſionis, & num.6.& 7.*

In reductione penſionis Eccleſiæ parochialis, quæ onera dedu-

deduci debent, vt centum remaneant liberi pro Rectore.

DECIS. DCCXXXIV.

1 CVm fuisset imposita pensio ab Illustrissim. Card. Spinello super quadam Ecclesia parochiali, vulgò, *di Fratta Piccola*, diœcesis Auersanę in mei fauorem, & ab eodem pectore post obitum dicti Illustrissim. instatum esset pro reductione eiusdem pensionis, asserens ex d. parochiali sibi non peruenire centum ducat. iuxta formam Concilij, fuit dubitatum, quæ onera veniebant deducenda quoad hunc effectum, & in primis dicebam onus probandi valo-
2 rem beneficij ad effectum cognoscendi, an pensio imposita subsistere possit, vel ne probari debet per eum,
3 qui vult pensionem impugnare, si ipse impositioni pensionis consentit, secus si non consensit, quia probandi onus pensionario incumbit, Guid. Pap. decis. 245. cum aliis adductis in vna Valentina pensionis de anno
4 1586. coram Robusterio, secus & ratio est, quia prouisus de iure communi habet intentionem fundatam, quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Inter onera vero, quæ deducenda veniunt sunt videlicet.

5 Primo, expensæ, quæ describuntur pro vno clerico, Verall. in decision. 328. par. 3. ratio, quia quilibet habens curam populi debet habere clericum, qui ei seruiat, & ipsum iuuet, igitur quicquid necessarium est pro clerico onus est, & de redditibus deducendum; hoc enim est impossibile plebanum sine ministro in sacrificio altaris, & aliis sine quibus ministrare Sacramenta, ac seruire Ecclesiæ non posset sine vno clerico saltem esse posse, vnde ibi Abb. not. quod redditus ecclesiæ in dubio præsumuntur sufficere pro duobus, quia debet ad minus esse in parochiali vnus clericus vltra Sacerdotem, & Felin. in c. ad aures 3. col. de rescrip. facit c. 1. de instit.

Secundo deducendæ sunt expēsæ, quæ singulis annis fiunt in die Purificationis Beatæ Mariæ Virginis pro distribuendis candelis benedictis, quia istæ quoque numerantur inter onera perpetua, & consequenter deduci oportet, aliàs minimè dici potuissent fructus liberi percipiendi à parocho, ad text. in l. fructus ff. solut. matrim. 6

Tertio quoque deducuntur expēsæ pro sollemnitate Palmarum, cur inter onera perpetua parochorum ponantur argumento eorum, quæ scripsit Verall. in decis. 328. 7

SVMMARIVM.

1 *Quæ requiruntur in parocho ad hoc, vt possit de iure retinere parochiam.*

2 *Decisio quæstionis, quæ probatur auctoritate numer. 3. & ratione numero 4.*

Obtinens Parochialem vnitam accessoriè alicui dignitati, an debeat necessariò attingere vigesimum quintum annum.

DECIS. DCCXXXV.

QVidam obtinuit Canonicatum cui erat annexa parochialis, & cum supradictus Canonicus ad minus attigisset ætatem 23. annorum fuit dubitatum an de iure esset capax obtinendi parochialem, & dicto-

Digitized by Google

canonicatui annexam, & dubium mihi faciebat pro opinione negatiua id, quod disponitur in capit. licet canon de electione in 6. vbi in paro-
1 cho requiruntur tria, scilicet literarum scientia, grauitas morum, & ætatis maturitas, quæ ætas est viginti-quinque annorum, & adeo verum est, quod nec commendari poterit Ecclesia parochialis non habenti supradicta requisita. c. nemo deinceps, vbi Io. Andr. Arch. & reliqui de electione in 6. Rot. in decisio. 2. eodem tit. item dicebatur defectum ætatis esse indesponsabilem, præsertim in Curatis cap. vnic. de ætat. & qualitate, præterea cum Concilium Tridentinum requirat sufficientem ætatem ad obtinendum beneficium curatũ, & illum explinit scilicet annorum 25. vel saltem ea, quę possit infra annum præmoueri ad presbyteratum, d. capit. licet & concilium sess. 24. canone 12. proinde videbatur ex supradictis concludendum pręfatum non fuisse capacem retinendi dictum canonicatum, eo magis cum ad dignitatem in cathedrali requiratur ętas, quam requirit ordo illi dignitati adiunctus, vel saltem ea, quæ ad ordinem canonicatui annexum promoueri possit prouisus.

2 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum, vt scilicet attendendus sit ordo quem requirit ipsa dignitas, vel canonicatus ex sui natura, non autem ætas, quem requireret parochialis dicto canonicatui adiuncta, quæ decisio fungitur auctoritate, & ratione.

Auctoritate enim probatur ex
3 Henriquez consl. 32. numer. 4. & sequenti, Ferrer. obseru. 90. Cancer. lib. 1. var. resolut. cap. 49. Piaseg. in prax. Episcop. parte 2. cap. 5. num. 21. Galer. in marg. casuum conscient. verb. Parochus, & ita censuit sacra Congregatio Concil. vt resoluunt supracitati his verbis.

N. obtinuit Canonicatũ requirentem ordinẽ Subdiaconatus, sed quia illi Canonicatui vnita est parochialis, cũ esset in ætate legitima ad Canonicatum, sed nõ ad parochialem, Ordinarius difficilẽ se reddebat ad ipsum admittendũ, vnde consuluit Congregationem. Congregatio cẽsuit attendendam esse naturam canonicatus, nõ parochialis, & sufficere, quod prouisus sit in ea ætate, quã exigit canonicatus, si parochialis est vnita perpetuò, & accessoriè canonicatui, secus si æquè principaliter vnita est, quia tunc non assumit naturam canonicatus.

Quoad dignitates autem, & Canonicatus in aliis Ecclesiis inferioribus requisita ætatis remanent in dispositione iuris communis, quod etiam fuisse declaratum à prædicta Sacr. Congreg. refert Gonsalez citat. Gloss. 5. num. 5. his verbis; *Concilium nihil innouauit super ætate promouẽdorum ad canonicatus Ecclesiarum collegiatarum.*

Ratione quoque probatur, quia 4
parochia vnita canonicatui assumit naturam canonicatus, & consequenter regulari debet iuxta conditiones, & qualitates dicti canonicatus, ex regula iuris, quod actus interpositus regulatur secundũ naturam eius, cui interponitur, l. fin. C. de non. nu. pecunia, vnde stipulatio interposita in contractu, assumit naturam contractus, vt latè per DD. l. 1. ff. de verb. obligationib. Hinc est, secundum Galetum in marg. casuum cõscient. verbo parochiæ, curam animarum annexã habens canonicus non est examinandus, & ita censuit Sac. Congreg. Concilij, vt refert idem loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Parochus regularis delinquens extra territorium parochiæ est ab Episcopo illius loci conueniendus.*

2 *Contrarium censuit Sac.Cōgreg.quod licet non possit ab alio, quam a suo superiori puniri.*

Parochus regularis delinquens extra pertinentia ad Parochiam, à quo puniendus.

DECIS. DCCXXXVI.

1 ET prima facie videbatur dicendū, quod ab Episcopo:ratio est, quia secundum decis. Rotæ in vna Bononien. Parochialis coram Illustrissim.Seraphino, Ordinarius loci est iudex competens tam regularium, quam secularium clericorum exercentium curam animarum, & pro hoc facit Conc. Trident.de reg. sess.25.cap.11. quo expressè cauetur, personas tam regulares,quàm seculares huiusmodi curam animarum exercentes,subesse immediatè in his, quę ad dictam curiam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni,visitationi,&correctioni Episcopi, in cuius diœcesi illam peragunt,quod bene cumulat Thesaur.for.Eccles.part.2.c.18. num. 105. & Antonin.libro 1.var. resolut. capite 18.

2 Cęterum Sac.Congregat. cēsuit, delinquentem extra Sacramentorum administrationem,& curam animarum,nō ab Episcopo,sed à suis Superioribus puniri,vt refert Galet.in sua margar.cas. conscient.verbor. Parochus.

***

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas extrinseca non præsumitur,nisi probetur.*

2 *Concursus in parochialibus continet factum,& factum non præsumitur, nisi probetur.*

3 *Decisio quæstionis.*

4 *Facta præsumuntur,quando sunt consueta fieri.*

An si in bullis prouisionis parochialis non fiat mentio de concursu peracto, sit præsumendum ipsum fuisse factum.

DECIS. DCCXXXVII.

RAtio dubitandi duplex est, Primò,quia huiusmodi solemnitas est extrinseca, ideo non præsumitur nisi probetur,l.sciendum ff.de verbor.obligat.latè DD.in l.1. C.de vsur. 1

Secundò,quia continet factum,& factum non præsumitur, nisi probetur,l.in bello §.factæ ff. de capt. & postlim.reuers.& probatur in c.cum Ioannes §. verum responsionem istam de fide instr. hoc idem placuit, dum de iure respondit Corneus consil.181.visis nonnullis, col.9. vers.nec obstat volum. 2. quod & memoratu dignum censuit Cotta in suis memor,in litera F. vers. facta non præsumuntur,sic etiam scriptum est ab Aret.in l.sed & si colum.vlt.ff.de acquir.hæred.hoc præterea plurimi alij probauerunt,vt Abb.in c. in præsentia col.2.post numer.3. vers. nota ibi cum de probat.facit cap. cum in iure,vbi Abb.numer. 2.in fin. de off. deleg.Menoch.in cons. 11. num. 301. Burs.in consil.36.num.13.vers. verum respondetur Cephal.in consil.53.nu- 2

mero 34.& in consil.130.num.7.& in consilio 77.numer.16.& in consil.76. numero 25.volum.1. & in consil. 24. numer.84.vol.2.& alios allegat Dec. in l.quatenus,numer.2.de regul.iur. & Rebuff.& in l.vnica numer.141.C. sent. quæ pro eo, quod inter profer. Bald.in consil.459.visa dicta petitione,volum.4. Quæ facta cum sint sui natura incerta,l.in omni C.de iur. & fact.ignor.ideo illorum vis, atque probatio dubia dicitur,l. Triticũ ff. de verb.oblig.conclusionis nostrę ratio est,nam non facta latent, c. cum in cunctis,& facta petent,c.quando, de translat.teste Abb. in c. extirpandæ,§.qui verò col.11.de præbend.& Dec.in consil.296.num.9.lib.2.& in consil.338.num.17.libro 3.& in cons. 346.numero 15.eod.volum.Alciat.in consil.40.num.6.libr.6.Rebuff.in l. vnic.num.141.versic. minus obst. C. de sentent.quę pro eo,quod interest profer.

3 Cæterum supradictis minimè suffragantibus,contrarium dixi, motus
4 quod licèt factum non pręsumatur, nisi probetur, tamen pręsumitur quando facta essent consueta fieri, prout concursus, qui consuetus est fieri in prouisione parochiali,ita Bal. in rubr.C.de fide instrum. colum. 3. post num.8.vers.item quia, per tex. in l.vlt.ad fin.C. de fideiussor.vbi expressè dicit ea, quæ sunt solita fieri, vt respondit Siluan.in cons.68.num. 8.libr.2.Bald.in l. incendium ad fin. C.si cer.pet.

SVMMARIVM.

1 *Parochus coadiutus non tenetur ad residentiam. Contrarium est in praxi seruandum,numero 4.*

2 *Parochus coadiutus non tenetur ad promotionem Sacerdotij infra annũ, cum non dicatur habere beneficiũ curatum, sed simplex, numero 3.*

An Parochus cui datus est coadiutor,teneatur residere.

DECIS. DCCXXXVIII.

SVpponatur in facto, quod cuidam Parocho ob legitimas, & iustas causas esset constitutus coadiutor, fuit dubitatum an esset obligatus ad residentiam, & dubitatio- 1
nem faciebat pro opinione negatiua, quod dum cura exercetur per præfatum Coadiutorem, consequẽter frustratoria esset residentia Rectoris,argum.text.in cap. de Rectoribus,de cler.ægrot. vnde coadiutus semper consideratur à iure vti absens.Balb.in dec.729.vnde Coadiutor cum futura successione in absentia Canonici coadiuti debet sedere, & incedere in eodem loco antiquo, in quo poterat coadiutus,si præsens fuisset præcedendo alios Canonicos tanquam subrogatus coadiuti, Nauarr.cons.2.de cler.nõ resid. His additur, quod obtinens parochialem habitu tantum,prout ista,non arctatur ad ea,quæ obligatur,qui actu illam retinet,vt per Galet.in sua margar.cas.consc.verb. cura animar. in princ.latè Henriquez consil. 21. nu. 7.Laudens.cons.8.Fel.in cons.16.numer. 6. Hinc est, quòd non tenetur 2
ad promotionem sacerdotij infra annum, Nauarr.cons.4.de præbend. & talis Curatus habitu tantum non 3
videtur habere beneficium curatum,sed simplex,Galet.loco iam citato,Burcult.cons.23. Igitur necesse non est residentiam facere. Item talis parochialis actu æquipollet Parochiæ destitutæ,quæ nõ dicitur habere parochiale, Nauarr. consilio 2. de-

de maior.& obed.

4 Cæterum, supradictis minimè suffragantibus, contrarium est in praxi tenendum, scilicet, vt præfatus Parochus teneatur ad residentiam, ex vi declarat. Sacræ Congregationis, vt per Galet.verb.residentia.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia parochialis dicitur illa, quæ habet sub se populum cui habeat Sacramenta administrare.*
2 *Ecclesia vt dicatur parochialis, an sufficiat, quod remaneat parochia habitu tantum.*
3 *Quæ requiruntur ad hoc vt ecclesia dicatur parochialis.*
4 *Parochia dicitur quasi partitio curæ.*

Parochialis vt constituatur, quot personas, vulgo *figliani*, habere debeat.

DECIS. DCCXXXIX.

ADerat in diœcesi Nolana quædam Ecclesia parochialis, quæ sub se habebat minus duodecim personarũ, vulgo *figliani*, propter quod eiusdem ecclesiæ Parochus prætendebat se ad personalem residentiam excusari, quare consultus, respondi, mihi facere dubitationem conclusio
1 illa, quod ecclesia parochialis est curata, & habet sub se populum cui administrantur Sacramenta, latè DD. in cap.cum in cunctis §.inferiores de electio.Staphil.de lit.grat.in titul.de qualit.benefic.numero 1.& sequent. Bellam.in decis.671.Seraph.in decis. 1227. Rota diuers. in decision. 100. parte 2. Et ad consequenda iura parochialia, & realia, sufficit quod ecclesia remanserit parochia habitu, Rot.decisio 1.de sepult.in antiq. Oldrad.consil.267.& Seraphin.loco cit. Hinc est, quod secundum Mariscot.libr.2.var.resolutionum cap.96. si parochiani recesserint, tunc manet parochialis habitu: licet non actu, & illis reuersis, iterũ dicitur parochialis habitu, & actu, gloss.communiter approbata in c.licet canon.in verbo parochia de election. in 6. quam ibi sequuntur Anchar.numero 5.versi c. quærit gloss.Gemin. num.6.& Franch.numer.22.Silua de benefic.part.3. quæst.42.Rebuff.in praxi tit. de non promo.num, 35. recuperat enim statum suum quasi iure postliminij, Io. And.ibidem in nouell.col.3.in Gloss. sed nunquid, quare si non desinit parochia, licet parochiani ibidem non remanserint, sequitur concludendum supradictam parochiam teneri ad personalem residentiam. Iis accedebat, quod huic Ecclesiæ concurrunt omnia requisita verę parochiæ, quæ sunt primo potestas fori 3
pœnitentialis, hoc est ligandi, & soluendi, cap.in q.21.distinctione, ca.omnis de pœnitent.Innocent.numer. 11.& Abbas num.7.in c.dudum de elect.Capra in reg.90.& Dec.in ca.ad aures num.6.de rescrip.Secundo, reperitur locus certis finibus constitutus, in quo populus alicui ecclesiæ deputatus degit, Abb. in rubr.de parochiis, in princ.& Rota diuersorum in citata decisio.num.13. Vnde paro- 4
chia dicitur quasi partitio curæ, cap. ecclesias 14. quæst.1. Tandem pro hac opinione faciebat, quod scriptum reliquit Iaffred. in summa de parochiis in princip. quam sequitur Panormit.in c.extirpandæ §.qui verò numero 20.de præb. quod ecclesia, quæ habet parochiam, id est locum deputatum, in quo populus habitat ad curam animarum congregatus dicitur Parochialis, sequitur Silue-

ster verbo parochialis, & secundum Speculator in tit. de not. crimin. §. 8. versic. quidem tenentad constituendam Parochiam, sufficiunt decem personæ, & hæc currenti calamo.

SVMMARIVM.

1 *Parocho non distribuenti candelas benedictas in die Purificationis B. V. non potest denegari decima.*
2 *Decima debetur de iure diuino.*
3 *Imperatoris concessio non potest quem eximere a solutione decimarum.*
4 *Solutio decimarum nullo modo potest parocho denegari.*
5 *Solutio decimarum est onus reale.*
6 *Decima præterita peti potest.*
7 *Translatus ad aliquam ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam.*
8 *Prelatus prædecessor, qui fructus exportauit, vel malè consumpsit, potest per successorem conueniri.*
9 *Decima comparatur collectæ.*
10 *Pro solutione collecta bona sunt tacitè obligata.*

Parocho non distribuenri candelas benedictas in die Purificationis B. V. vulgo *far la Cãdelora*, an possit denegari decima.

DECIS. DCCXL.

1 Respondi negatiuè ex infrascri-
2 ptis. Tum primo, quia cum decima debeatur de iure diuino, ad tex. in ca. parochianos de decim. latè Couar. lib. 1. var. resol. c. 8. itavt in dubio nullus censeatur exemptus ab illius solutione, vnde etiam Cardinalis tenetur, de Franch. decis. 107. & e-
3 tiam Iudæi de terris ab eis possessis, C. de terris de decim. Quare nec Imperialis concessio valet quem eximere à solutione decimarum ca. tua, vbi Abb. eod. tit. Vnde populus prædicationibus, & aliis legitimis modis exhortandus est ad solutionem decimæ. Et proinde dicebam in casu proposito, nullo modo posse dene- 4
gari solutionem decimę Parocho ob id, quòd candelas benedictas in die Purificationis B. V. non dedit, cum ipsis solum sit aliud remedium pro illarum recuperatione, scilicet accessus ad Episcopum, & cum nihil commune habeat solutio decimarum à distributione cãdelarum, propterea non debet fieri illatio de vno ad aliud ex regul. text. in l. Papinianus exul ff. de minoribus.

Tum secundo, quia solutio decimarum est onus reale, & propterea 5
sequitur possessorem, l. Imperator ff. de publ. vnde decima pręterita peti 6
potest, DD. de Rot. decis. 1. de decim. in antiq. Rota Perus. dec. 44. & dicit Io. And. in ca. non est in mora de reg. iur. in 6. quod translatus ad aliquam 7
ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam, quamuis is, qui per prius erat beneficiatus, illius ecclesię fructus perceperit: vnde si Pręlatus prędecessor fructus exportasset, vel ma- 8
lo modo consumpsisset, posset per successorem conueniri. Alex. in l. deducta §. qui post, col. pen. ff. ad Trebell. Gigans de pens. quęstio 39. post Franch. in cap. fin. in fin. de off. ordin. in 6.

Tum tertio, quia decima compa- 9
ratur collectę, secũdum Bal. in l. neminẽ C. de sacr. eccl. Bertac. in tract. de gabel. in pręlud. n. 16. Cass. in consuet. Burg. rub. 1. §. 4. in verb. extraordinaria in fin. f. 122. Vgocelsus consil. 32. num. 19. de Franch. citat. decis. 107. numero 13. & pro solutione collectę, bona sunt tacitè obligata, l. cõpetit C. de-

Digitized by Google

C.de præscrip.long.temp. Ex quibus omnibus dicebam, quòd licet iniustè denegassent soluere decimam Parocho, tamen competunt ei supradicta remedia ad illam recuperandam, quemadmodum filianis ad recuperandas candelas benedictas.

SVMMARIVM.

1 *Parochus non tenetur, cuius parochiæ redditus non ascendit, nisi ad ducat. centum tantum, ad reparationem ecclesiæ.*
2 *Centum ducati debent esse liberi, & alieni ab omni onere.*
3 *Rector Ecclesiæ parochialis ruinam minantis cogi potest ad illius reparationem, vbi redditus ei supersunt.*
4 *Prima caritas incipit à seipso.*

Parochus cuius redditus non ascendit nisi ad ducat. centum, an teneatur ad reparationem suę ecclesiæ.

DECIS. DCCXLI.

1 IN quadam causa mihi delegata iudicaui non teneri quendam Parochum, cuius parochiæ redditus non ascendebat nisi ad ducatoş centum tantùm, ad reparationem dictæ ecclesiæ & hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia iuxta dispositionem Concilij Trident. centum ducati debent esse liberi & alieni ab omni onere, vt pluries censuit Rota Romana, vt patet ex decisio. 484. par.1. diuersorum, & nonnullas alias decisiones manuscriptas cõgerit Marta in tract. clausul. q.123.

Tum secundò, quia per text. in c. de his, de ecclesf. ædificand. rector ecclesiæ parochialis, ruinam minantis, cogi potest ad illius reparationem, vbi redditus ei supersunt, quod intellige deductis necessariis, quibus non tenetur se priuare, vt conuertatur ad ecclesiæ reparationem, quia prima charitas incipit à seipso, cap. non satis 26. dist. Cappel. Tholos. in decis. 449. 4

Quicquid tamen sit, in hac quęst. concludo cum Siculo, & reliquis Doctoribus in cap.1. de ecclesf. ædific. quod in hac materia primo recurrendum est ad consuetudinem, si enim consuetudo transfert onus fabricæ in populum, illa est obseruanda. arg. c. ad apostolicam de simo. & idem voluerunt in alleg. c.1. Io. And. & omnes DD. idem dicendum eadem ratione, vbi consuetudo aliter prouideret, nam videmus hodie, quod Ecclesiæ cathedrales habent, vt plurimum redditus distinctos pro fabrica, nunc etiam Prælatus non tenentem suorum redditutum, quod in hoc consuetudo, ex quo ecclesia non patitur defectum in fabrica, & quod valeat consuetudo, tenet Inno. in cap. fi. de his quæ fiunt à maio. parte. cap. pro quo faciat c. si propter tua debita de rescrip. lib. 6. & ibi Domi. & dicit Sicu. in alleg. ca. videmus hodie, quod non fiunt quatuor partes de redditib. ecclesiæ, & antiqua iura disponebant 12. q. 11. c. cognouimus, non tamen se potest Episcopus excusare, quominus pauperibus prouideat, licet redditus sint in confuso, quia talis consuetudo esset irrationabilis cap. fi. 16. q. 1. & idem dicit in casu præmisso, si nulla est consuetudo, non valet per prelatum allegari consuetudo, quamuis teneatur ad quartam partem, si ecclesia patiatur ruinam & deformitatẽ, per tex. aptum in alleg. ca. cognouimus, tenet Host. in sum. de eccl. ædif. §.1. ad fin. si autem quarta pars non suf-

Digitized by Google

moribus,doctrina,prouidentia, &c. & ita declarauit eadem Sacra Congregatio accipi prędicta verba Concilij sess. 24.c. 18. de reform. vt idem Galeot.in verb.supra citat.

DECIS. DCCXLV.

Licentia accedendi ad Moniales extenditur etiam ad socium religiosi eam obtinentis, Rodriq.tom. 3.qu.6. art. 2. & secundum eundem Galeotum in verb.licentia, & ratio est,quia de connexis idem est iudicium,c.translato de const.

DECIS. DCCXLVI.

Licet regulares non possint prędicare absque licentia Ordinarij,tamen licentia eiusdem Ordinarij non requiritur,vt censuit eadem Sacra Congreg. & per Galet. loco citato.

DECIS. DCCXLVII.

Litteræ dimissoriæ possunt obtineri etiam ab Episcopo, in Cuius diœcesi situm est beneficium, c. cum nullus de temp.ord.& ibi DD. communiter, vt censuit etiam Sac. Congreg.& per eundem in verb.litteræ.

DECIS. DCCXLVIII.

Missam ne celebrent exteri Sacerdotes in Ecclesiis Regularium prohibere potest Episcopus, confert ad hoc text,& ibi notatur in c.1.de cler. pelleg. & secundum Galetum in verb.Missa,ita censuit quoque Sac.Congregatio.

DECIS. DCCXLIX.

Missas nouas celebrantes possunt se tantum ad Populum vertere in medio Altaris, & sic oblationes sponte factas accipere, non autem Ecclesiam ob eam causam circuire,vt censuit ead. Sac. Cong. & per eundem Galet.in verbo supra citato.

DECIS. DCCL.

Monialium Superiorissæ eligendæ vota possunt, oretenus etiam accipi ab Episcopo vna cum Vicario,vel alio viro assumpto, idē in verb. monialis 2. & per eandem Sac.Cong.c.6.de reg.sess. 25.

DECIS. DCCLI.

Monialibus etiam exemptis dandus est per Episcopum loci Confessarius extraordinarius, idem in verb.supra cit.& per eandem Sac.Congreg.

DECIS. DCCLII.

Moniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad obseruantiam clausulæ, quoties ei videbitur expedire, vt per eundem loc.supra cit. & per eandem Sac.Congreg.

DECIS. DCCLIII.

Moniales in Ciuitate situatæ, sed alieno Episcopo subiectæ, visitantur ab Episcopo diœcesis, sicut aliæ, Moniales regularibus subiectæ,vt retulit ead.Sac.Gongreg.& per eum Galet.in supradicto verbo.

DECIS.DCCLIV.

Monialium habitum assumere volens puella debet esse maior duodecim annorum, statuitur in Conc.Triden.sess. vlt. de reg. cap. 17. quæ quidem puellæ si educationis gratia retinentur non vltra vigesimumquintum annum ætatis suę ibi commorari possunt, decla-

Digitized by Google

rante ead. Sacr. Cong. & per eundem Galet. in loco suprapoſito.

DECIS. DCCLV.

PArochus poteſt dare licentiam approbatis ab Ordinario prædicandi in ſua parochia, vt tenuit etiam eadem Sac. Congreg. & per eundem Galet. in verb. parochus.

DECIS. DCCLVI.

PArochus non niſi per duos menſes poteſt pro Secretario & Vicario foraneo deſeruire Epiſcopo, deputato tamen Vicario idoneo, vt tenuit ead. Sac. Cong. & idem Galet. in verb. ſupracitato.

DECIS. DCCLVII.

PArochialis poterit conferri vni ex inhabilibus, quamuis vnum tantum examinatorum ſuffragium tulerit, ſi melius eccleſiæ prouideri non poterit; illum tamen amplius erudiri curabit Epiſcopus, vt cenſuit Sacr. Congreg. & idem Galet. loco ſupra cit.

DECIS. DCCLVIII.

REſidentiæ diſpenſatio ex cauſa inimicitiarum pertinet ad Epiſcopum, ſed ad annum tantum, & illæ non ſint contractæ culpa parochi, & conſtituatur idoneus Vicarius, & iudicauit ead. Sac. Congreg. & per eundem Galet. in verb. Reſidentia.

DECIS. DCCLIX.

REſidentiæ diſpenſatio ex cauſa adiuuandi viſitationem conceditur Epiſcopo, ſed ad bimeſtre tantum ſingulis annis, ita tenuit Sac. Cong. ex cauſa vero inſalubritatis aëris, vel infirmitatis, quæ in loco reſidentiæ curari non poteſt, diſpenſatio ad quatuor menſes eſt reſtringenda, ead. Sac. Congreg. & per eundem Gal. in verbo ſupra citato.

DECIS. DCCLX.

SEpulturæ officium in eccleſiis Fratrum mendicantium, non eſt faciendum à Canonicis, ſiue à Clero, ſed ab ipſis Fratribus præſtandum erit hoc munus, ead. Sac. Cong. ita cenſuit, & per eundem Galet. in verb. Sepultura.

PRA-

Digitized by Google

PRAXIS

DECISIONVM IN imprimendo omissarum.

SVMMARIVM.

1 *Cap. ad Apostolicam de regularibus dispositio abrogata est.*
2 *Dispositio Conc. Trident. circa hunc articulum.*
3 *Dispositio Sac. Conc. Trid. non cōprehendit Societatem Iesu.*
4 *Conc. Trid. non comprehendit Fratres tertij Ordinis.*
5 *Fratres tertij ordinis non dicuntur propriè religiosi, & quare.*
6 *Equites S. Sthephani non comprehēduntur sub dispositione d. Conc.*

Dispositionem tex. in c. ad Apostolicam de regular. esse correctam per Conc. Trid. clarissimè ostenditur.

DECIS. I.

1 ABROGATA est constitutio illa cap. ad Apostolicam de regularibus, admittens professionem, volentis eā amittere intra annum probationis, porro Concilium non indixit pœnā aliquam contra Prȩlatum admittentem aliquem ad professionem ante ipsum annum: sed solummodo professionem illam nullam esse statuit, & propterea frustra hodie dubitatur, quæ pœna sit illa, de qua in d. c. ad Apostolicam, quam ibi Gloss. & Buttrius in fine arbitrariam esse dixerunt.

Patet hoc ex verbis Concil. Trid. sess. 25. de regul. c. 15. ibi, *Nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autē ante facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, vel ordinis obseruationem, aut alios quoscunque effectus.* 2

Quod quidem caput Sac. Cong. non comprehendit Societatem Iesu, quam voluit posse viuere, & seruire Deo, & eius Ecclesiæ iuxta eius institutum, & regulam, quam recenset, & declarat Ludouicus Molina Iesuita in tract. de iustitia, disput. 139. col. 1. & 2. Neque comprehendit Fratres tertij ordinis, vt in specie Conc. ipsum Tridentin. sic declarat Rota Rom. in decis. 591. num. 7. in 1. par. in nouissimè editis. Non enim (inquit Rota) dicuntur propriè religiosi, cum vxorem ducant, & alia vota non emittant, sicut ex sacris Theologis tradunt D. Thomas in 2. 2. quæst. 86. art. 4. in fine, Clauas. in 3
4
5

Digitized by Google

summa in verbo religiosus, num. 5. & Prier. in summa in verbo etiam religiosus. Sic & iuris Pontificij Cæsarei interpretes Imola, Zabarella, & Vitalinus in clem. 1. de relig. domib. & in clem. ex eo de sent. excom. Bald. in cons. 272. li. 1. Ang. in cons. 218. Gemin. in cons. 41. col. 2. Calder. in cõs. 7. in tit. de iud. & cons. 4. de regular. Rom. in cons. 267. num. 4. Paris. in cons. 40. num. 14. lib. 3. Neque pari-
6 ter continet Equites Sancti Stephani, vt in specie decidit Rota in d. decis. 591. num. 6. ex sententia Lignani & Rodulphi in clem. 2. de præb. & accedit Affl. in cap. 1. §. qui clericus, nu. 9. si de feu. sit controu. inter dom. & agn.

SVMMARIVM.

1 *Quanam sit differentia inter Parochialem Ecclesiam, & Curam.*
2 *Cura tribus modis contingere potest.*
3 *Aedificium non habet faciem Ecclesiæ, sed Oratorij.*
4 *Illud beneficium dicitur curatũ, quod fuerit erectum, & curatum.*

Beneficium Curatum quando dicatur, vt in simplex conuerti non possit per Episcopum, ex vi Concil. Tridentini.

DECIS. II.

Concilium Trid. sess. 25. can. 16. de reform. statuit, vt ecclesiastica beneficia sæcularia quocunque omine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum institutione, aut aliter quomodocunque retinet, illa deinceps in simplex beneficium non conuertantur. Quare fuit mihi quæsitum à quodam Episcopo, qui optabat quoddã beneficium, quod prætendebatur esse Curatum in simplex conuertere, quando dicatur beneficium curatum quoad hunc effectum. Cui respondi primo, quod quando ecclesia à primæua sua institutione fuit erecta curata, ex varietate facti non potest immutari: & si sit immutata, debet reduci ad suam primæuam institutionem, Card in clem. 1. q. 21. vers. ego autem tenui, de off. Vicar. quem allegat Mandos. in reg. de idiomate, q. 11. num. 3.

Dico secundo, quod Parochialis 1
Ecclesia differt à curata, & ideo non tenet consequentia, est curata, ergo Parochialis, vt bene declarat Hoieda de benef. incompatibilib. c. 13. nu. 2. quem sequitur Marescott. li. 2. var. resol. c. 96.

Dico tandem, quod cura tripliciter contingere potest, Primo habitu 2 tantum, & fit quando à prima institutione beneficium sit erectum, vt curatum, sed actu non fuit cura exercitata, vel etiam si quandoque cura fuisset exercitata, sed aliquando euentu deficerit esse, actu etiam dicitur sine habitu, quando à principio curata non fuerit annexa: sed aliqua causa cura fuerit in exercitio. habitu & actu, quando à sua institutione cura fuit adiecta, & obseruata, sicut notant Canonistæ in c. de multa de præbend. Sed casus iste versatur circa curam habitu tantum, etiam si in prædicta institutione appareret de cura, cum in exercitio nunquam fuerit, neque Rectores fuerint aliquo tempore residentes. Immo residere non potuissent, cum nulla in loco adsit habitatio pro Rectore: immo neque pro colonis: & ædificium non habet faciem Ecclesiæ, sed Oratorij. Super quo casu 3
Card. in cons. 48. in fin. dicit, quod beneficium illud dicitur curatum,

quod

4 quod fuerit erectum vt curatum, & cum potestate fori pœnitentialis: licet actu non exerceatur, & aliud tenuit Federic. de Sen. in cons. 135. ad fin. quod scilicet beneficium, quod olim fuerat Curatum, si hodie non sit, quia actu cura non exercetur, non dicitur Curatum quoad pœnas in d. c. de multa, & extrauag. execrabilis §. qui verò, de præbend. contentas, Prat. cancell. titu. notab. super vacan. non reseru. vers. Curata Ecclesia, cum sequenti, fol. mihi 108. quas opiniones Staphil. de grat. expect. §. sciri, nu. 22. conciliat, vt opinio Cardinalis habeat locum, vt scilicet in impetratione beneficij sit facienda mentio Curiæ, quamuis non exerceatur, & dictum Feder. procedat, vt beneficium, quod in actu non exercetur vt Curatum, non sit incompatibile cum alio requirente residentiam, & sequitur approbando dictum, nu. 42. 43. & 44.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio text. in d. l. emptor. C. locati.*

Tex. in l emptor, C. locati, an locum habeat in clerico conductore.

DECIS. III.

1 RESpondi in facti contingentia huius tex. dispositionem, qua cauetur Dominum, seu singularem successorem non teneri stare colono, procedere tam in laico, quam in clerico affictatoribus, motus tum ex generalitate d. l. quē quidem argumentandi modum validum esse in iure ostendit Riminald. iun. in cons. 90. num. 9. & seq. volu. 1. quem refert, & sequitur Burs. cons. 16. num. 4. vol. 1. tum denique, vt seruetur æqualitas inter vtrumque genus personarum ex notatis per de Franch. in decis. 185.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc vt clericus locator possit expellere conductorem durante conductione pro necessitate proprij vsus, duo concurrere debent, de quibus nu. 2. & 3.*

Necessitas proprii vsus qualis esse debeat, vt locator valeat durante locatione expellere conductorem.

DECIS. IV.

IN variis causis in Curia Archiepisc. pendentibus semper fuit di- 1
ctum, quod vt clericus locator possit expellere conductorem durante conductione pro necessitate proprij
vsus, duo concurrere debent. Primo, 2
quod necessitas superueniat post contractum locationis, secus si imminebat tempore celebrati contractus, ita Aug. in l. æde. Papien. in forma libelli affícti præstationem in scholio inuestiuit, num. 17. Gomes de contract. C. de loc. & conduct. sub num. 6. circa med. Io. Lupus in ca. per vestras, §. 9. nu. 10. de don. inter vir. & vxo. Rebuf. de except. nu. 673. Soc. in cons. 86. li. 1. & cons. 2. li. 3. Corn. cons. 103. col. pen. Bald. in l. ædem nume. 11. Vnde, secundum Carrocc. de loc. par. 4. qu. 2. necessitas debet esse vrgens, & vera, exempli gratia, secundū Ang. loc. cit. si Pontifex veniat Neapolim, volo auferre domū, vel cariori locatione locē, non est bona ratio. Pariter si fierent spectacula in loco

Digitized by Google

domus conductæ, & similia, quæ tẽdunt in auaritiam, non veram necessitatem. Cautus igitur erit iudex in hoc, vt sciat causam ne decipiatur, Mag. Rotæ Luc. 75. numer. 8. Nauarr. in man. præcept. 7. cap. 17. nume. 193.

3 Secundo, vt necessitas sit inopinata, quæ prouideri non potuerit tempore contractus, Natta consil. 416. vol. 2. ponens exemplum in bello pòst superueniente, Butr. consilio 412. lib. 4. Et ad supradicta facit bonũ simile de debitore fugitiuo. nam debet superuenisse suspicio pòst cõtractum; secus si eo tempore imminebat, l. si creditores ff. de priuilegiis credit. l. ab arbitrio, vbi notant omnes ff. qui satisdare cogantur. item vt debitor in diem, vel sub conditione posset cogi ad cauendum ante tempus ex causa post contractum, secus si eo tempore non imminebat, & hęc arbitrio iudicis, l. si fideiussor §. satisdari, vers. si iudici sederit, ff. qui satisd. cog. Vrsill. ad Afflict. in decisio 108. num. 3, Ioseph. Ludou. conclus. 8. limit. 7. & ita per supradicta tenuit Rota Genuæ in decis. 29. apud Marilianum.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio cum reincidentia quando concedatur.*

Excommunicato an possit concedi absolutio cum reincidentia vsuquequo Romam peruenit, pro absolutione obtinenda,

DECIS. V.

CVm à Curia Archiepiscop. fuisset quidam declaratus excommunicatus ob violentam manus iniectionem in clericũ, propter quam ei esset necessarium Romam adire pro obtinenda absolutione, iuxta terminos cap. si quis suadente diabolo 17. q. 4. ipso instante, & humiliter petente, fuit ei impartita absolutio, cùm reincidentia eo vsque intelligatur absolutus, donec Romam perueniat, & hoc per tex. & quod ibi notatur in cap. eos, de sent. excommunicat. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Nomen matricis pluribus ecclesiis competere potest.*
2 *Quæ iura matricitatis.*
3 *Canonici Collegiatæ præcedunt Rectorem maioris matricis, dum singulariter incedunt.*
4 *Rector maioris matricis in actibus publicis admodum Capituli cum Clero incedens, præcedit Canonicos particularis Ecclesiæ Collegiatæ.*
5 *Iura matricitatis digniora iuribus collegiatæ.*
6 *Ecclesia maior matrix vice cathedralis subrogatur, vbi deest Sedes Episcopi.*
7 *Collegiata præcedit Parochum simplicem, & plebanum.*
8 *Plebanus caput Ecclesiæ extra ciuitatem erectæ.*
9 *In legalibus vox vnius parum æstimatur.*

An Rector, seu Beneficiatus Ecclesiæ maioris matricis loci precedat Canonicos Ecclesiæ Parochialis nouiter in Collegiatam erectæ.

DECIS. VI.

NOn parum temporis preteriit, ex quo proposita coram me fuit.

fuit pręsens dubitatio de præcedentia inter Rectorem, seu Beneficiatū maioris matricis Ecclesiæ loci, & Canonicos Capituli, seu Collegij nouiter erecti in Ecclesia Parochiali particulari eiusdem loci; ad quod resoluendum mihi hęc tanquam necessaria videntur breuiter præponi debere.

1 Prima circa titulum. Hoc nomen (matrix) cum sit æquiuocum, pluribus Ecclesiis competere potest, vti omnibus in iure peritis clarum est: competit primo Ecclesiæ Cathedrali magis propriè, prout habetur in c. venerabili, de verb. signif. Secundo propriè competit Ecclesiæ maiori matrici loci, quæ vice Cathedralis, vbi deest sedes Episcopi, subrogatur vt Sair. de cens. libro 3. cap. 33. numer. 46. Lap. allegat. 15. incipiens. Tertio simplici Parochiali, & hoc impropriè & largissimè sumptum, respectu regenerationis è fonte baptismali, vt communiter censetur. In titulo dubitationis vsurpamus nomen (matrix) prout in secunda acceptione vsurpatur, scilicet pro illa Ecclesia maiori loci, quę vicem Cathedralis gerit, vt infra clarius.

Secundo nota ad erectionem Collegiatę duo pręcipuè requiri, Auctoritatem erigentis, & Præbendas seu portiones fructuum Canonicorum, de iure enim Canonicus sine præbenda, non potest dici Canonicus.

Ad constitutionem verò Ecclesiæ maioris matricis loci, de qua nos loquimur, sequentia, vel ipsorum principaliora requiruntur, quæ à Canonistis iura matricitatis, seu tanquam Cathedralia solent appellari, quorum aliqua recenset Illustrissim. Seraphinus in vna Burgen. præeminentiarum 22. Maij 1570. decis. 105. volu. 1. Iura hæc sunt delatio duarum Crucium, vbi consuetudo viguerit, vel vnius cum præcedentia supra alias, Publicatio Bullæ Cruciatæ, vbi fuerit concessio ipsius, aliarū Indulgentiarum, Iubilei, & similium, Edictorum Ordinarij loci, Administratio munerum Rectoris sine alterius licentia, licet hoc mihi videtur commune etiam omnibus Rectoribus Ecclesiarum Parochialium nulli annexarum, & gangiarum. Orationes in ecclesia vniuersa solitæ fieri, vt sunt, meo iudicio, primæ Rogationum, & diei S. Marci, & festiuitatis sanctissimi Sacramenti, licet in istis seruanda consuetudo. Prima visitatio, & possessio Episcopi, Prima pulsatio campanarum, Pręcedentia Rectoris supra totum Clerum, Prima vox ipsius in synodalibus, Vniuersalis lætitia ortus, & funeralia mortis Regum, Prælatorum, & magnorum Principum, hæc omnia, vel ipsorum principaliora constituunt matricitatem maiorem Ecclesiæ, vt intuenti planum est.

His præhabitis, dubitationi duplici conclusione satisfaciam.

Prima conclusio. Si loquimur de pręcedentia singulari scilicet dum singulariter, & priuatè incedunt Rector maioris, & aliquis Canonicus particularis Collegiatæ, tunc necessariò præcedere debet Canonicus. Ratio, quia habet singularem personam digniorem in illo actu particulari, in quo Rector maioris non repræsentat suam Ecclesiam, sed tantum suam singularem personam. Hæc conclusio euidenter colligitur ex Nauarr. consil. 4. de maior. & obed. ex Say. decis. 3. eod. tit. 3

Secunda conclusio. Si loquimur de præcedentia personali non singulariter, & priuatè, sed in actibus publicis, vt quando Rector maioris matricis ad modum Capituli cum 4

toto Clero incedit repræsentans suam sponsam Ecclesiam, vt in processionibus publicis vniuersalibus loci,& aliis actibus dignis, tunc ipse Rector maioris est præferendus Capitulo, seu Collegio in particulari parochiali Ecclesia nouiter erecto. Colligitur ex pluribus infra dicendis.

5 Primò, quia iura matricitatis maioris digniora sunt iuribus Collegiatæ, ergo Rector maioris, cui ipsa cõpetunt, pręferendus est Collegio, cui desunt ipsa iura digniora, quod iura matricitatis sint digniora, collige ex aurea decisione 105. Illustrissim. Seraphin in vna Burgen. Præminent. anno 1570. supra allegata, vbi habetur, conclusum fuisse in hac materia pro Collegiata, quia potiora iura matricitatis habebat, quàm alia Ecclesia,& sic perspecta fuerunt ipsa iura matricitatis tanquam digniora, & non iura collegiatæ.

Secundo est alia Rot. Rom. nouiss. in propriis terminis dec. 1243. libro 3. vbi expresè decretum fuit ea quæ à Capitulo maiori, scil. ab ecclesia maiori matrici loci, eiusque Rectore, tanquam iura cathedralia habentur ex longa consuetudine, non tolli per vnam ex inferioribus in collegiatam erectam. Rector enim maioris matricis dum in processionibus, seu aliis actibus dignis repręsentans suam Ecclesiam, incedit quasi caput vniuersi Cleri loci, constituit Capitulum, cuius membra sunt Presbyteri,& clerici loci,& ipse caput,& consequenter per decis. Rom. allegatam, iura, quæ habet ex longa consuetudine, vt sunt maximè præcedentia, & prælatio in omnibus actibus publicis, non tolluntur ex erectione parochialis particularis in collegiatam. Quod ista iura dicantur tanquam cathedralia, absurdum est negare, cum ipsa maior matrix sit subrogata tanquam Cathedralis, seu vice Cathedralis, vbi non adest, vt Sair. vbi supra, & consequenter eius Rector personam Episcopi, & Summi Pastoris in talibus repræsentat, cui debetur dignior prælatio.

Tertio, quia dum Pontifex, seu Episcopus erigit Parochialem particularem in Collegiatam (quod rarius euenit, semper enim maior matrix loci ad digniora erigitur) maximè erigit pro diuinis laudibus à Canonicis in sua particulari Ecclesia, tanquam in sua domo persoluendis digniori modo, quam ante erectionem,& non intendit præiudicare iura,& dignitates maioris, quæ vicem Cathedralis gerit in illo loco, nam illæsa remanere debent, alias semper esset variata mutatio iurium cathedralium in Ecclesia Dei, secundum diuersas erectiones diuersarum Ecclesiarum ad varias dignitates erigi possibilium, & sic nullus daretur status, qui maximè ad perfectionem pertinet, quod valde incongruum.

Addè, quòd licet Ecclesia particularis erigatur in Collegiatam, tamen semper remanet particularis, vt erat ante erectionem,& ideo eius dignitas non extenditur nisi inter proprios limites suæ Ecclesiæ,& non per totum locum, seu ciuitatem, quis enim posset dicere absurdum, & inconueniens non esse, personam aliquam digniorem Collegij Ecclesię Parochialis particularis, vt est Primicerius, seu alius, iurisdictionem,& potestatem habere supra totum Clerum, cum ad hoc sua dignitas non extendatur, cum ergo sua iurisdictio,& potestas sit tantum in Ecclesia propria, nullo pacto præiudicat iura maioris matricis loci, eiusque Rectoris, cuius iurisdictio,& potestas extenditur per totum laicum, & supra

Digitized by Google

ſupra totum Clerum, cum ſit caput Primæ,& dignioris Eccleſiæ.

Quarto concludendum puto, vt ſupra ex iuriſdictione, quam habet ipſa maior ſupra aliis Eccleſiis, præcipuè cum ſit norma ceremoniandi, & officiandi aliis Eccleſiis, pręſertim tempore interdicti, vt in clement. & variis bullis Apoſtolicis, quę iuriſdictio arguit maiorem dignitatem.

Vltimo (& hęc ratio in ſubiecta materia, in qua Doctores in puncto non inueniuntur, multum valet) in Concil. Trident. expreſſè ſupra Parochialem tantum attendas præcedentiam Collegiatę, ex ipſo ordine litterę, & non ſupra maiorem, vt in cap. ſtatuit 25. ſeſſ. & in cap. in pluribus 24. ſeſſ. ſub decret. reformat. & in cap. 3. incip. Epiſcopi 22. ſeſſ. ſub decr. de reformat. quibus locis expreſſè Collegiata præponitur Parochiali tantum.

Ne dicas, immediatè poſt Cathedralem, ſequitur Collegiata, ergo dignior matrici, quia ſub vocabulo Cathedralis comprehenditur illa eccleſia, quæ ipſius vices gerit, & hæc eſt maior matrix loci.

7 Collige ex his Collegiatam præcedere Parochialem ſimplicem, vt decil. de Lauren. deciſio. Auenionen. 12. & per Seraph. Illuſtriſſim. in deciſ. 22. & in collect. meis numer. 1069. par. 4. & vltra præcedere plebanum,
8 ſeu ruralem Archipresbyterum, qui eſt caput Eccleſiæ in locis, ſeu territoriis extra ciuitatem erectis, Abb. conſil. 58. numer. 2. verſic. tertius, libro 2.

Tandem aduertas, non recedendum à mea ſecunda concluſione, per illa verba in deciſ. 1445. Illuſtriſſim. Seraph. vbi dici videtur, Collegiatam conſequi maiorem dignitatem ſupra maiorem, quia vel ibi non loquitur de præcedentia, de qua loquor in concluſione, ſed de perſonali ſingulari, vel extra locum, & ciuitatem: nam ſi eſſet ſermo in terminis noſtris, manifeſta eſſet contradictio in ſuis deciſionibus, præcipuè cum deciſ. 105. quam in prima ratione allegaui, vt ipſe præponit iura matricitatis iuribus Collegiatæ, & concludit pro collegiata quia potiora iura matricitatis habebat, & ſic ratio formalis prælationis collegiatę fuit ob vires iurium matricitatis, & non alia ratione. Vel ſi loquitur in propriis terminis de præcedentia, de qua nos loquimur, quia ſolus loquitur, & in legalibus vox vnius patum 9
æſtimatur, non eſt attendenda ſua ſententia, & Doctores ab eo citati, vt Aym. probant conſequentiam tantum, non autem in puncto loquuntur, ſed ipſe ſolus ſupponit maiorem dignitatem Collegiatæ ſupra maiorem, quod nos negamus, vt ex adductis eſt videre.

Ad illa verba (ſi vna Eccleſia erigatur in Epiſcopatum, debetur ei locus Epiſcopalis) dico reducendo ad noſtrum caſum, quod de congruo, & conuenienti, ſemper, ſi in aliquo loco erigeretur Epiſcopatus, deberet aggregari ipſa Epiſcopalis dignitas Eccleſię maiori matrici, tanquam capiti omnium Eccleſiarum illius loci, & non inferiori, ita conſuetudo & vſus ſeruauit, vt expertis in Romana Curia clarum eſt: ſi autem (quod rariſſimè) inferior erigatur ad dignitatem, ſemper intelligitur abſque lęſione iurium matricis maioris. Ita in hac materia pręcedentię dicendum puto.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi bona Eccleſiæ, incõſulto Romano Pontifice, extenditur quoque ad mobilia pretioſa.*

Digitized by Google

2 Contrarium deciditur, quia ex hac alienatione nullum in extraneam personam transfertur dominium, cum remaneant ipsa apud Ecclesiam.

Mobilia pretiosa an possint alienari absque assensu Apostolico, quando illorum pretium conuertitur in fabricam eiusdem ecclesiæ.

DECIS. VII.

INter Canonicos cuiusdam Ecclesiæ Metropolitanę dubitabatur an potuissent de iure lampadas argenteas, cæteraque mobilia pretiosa, quę superflua erant pro ornatu dictæ ecclesiæ alienare, vt illorum pretium conuerteretur in necessariam fabricam, cui quæsito dubium mihi faciebat regula generalis desumpta ex extrauag. ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis, quę est, vt prohibitio alienandi bona Ecclesię in-
1 consulto Romano Pontifice, extendatur quoque ad mobilia pretiosa, vt per Rodoan. in suo tract. quæst. 13. num. 8. Vgol. de potestate Episcopi c. 14. §. 8. Quaranta verbo alienatio numero 24. cum illa æquiparentur immobilibus per dictam extrauagantem, & probatur quoque in l. sancimus, C. de sacrosanct. Ecclesf. & in l. lex, quæ tutores Cod. de administratione tutorum & per Panormitanum in c. nulli de rebus Ecclesf. non alienandis.
2 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium dixi, motus quod ex hac alienatione nullum dominium in extraneam personam transferatur, cum remaneat apud eandem ecclesiam, & per dictam extrauag. illa tantum alienatio prohibetur, per quam quæuis species dominij transfertur, iuxta terminos l. fin. C. de rebus alienis non alien. & in l. alienatum ff. de verb. signif. & secundum Quaran. cit. loco numer. 15. ampliatur procedere in omni contractu, per quam transfertur dominium directum, vel vtile etiam in permutatione, ca. nulli, de rebus eccl. alien. cap. 2. vbi Abb. de rer. permutat. capit. fine exceptione 12. quæst. 2. vbi Rebuff. numero 66. tenet procedere etiam quando ecclesiæ inuicem permutant, Rodoan. qu. 2. cap. 20. & quæstion. 12. numero 28. permutatio enim alienatio est, Ias. in l. fin. num. 101. C. de iure emphyt. Rodoan. q. 2. cap. 4. ita vidi practicari, & expediri Breuia Apostolica etiam inter ecclesias permutantes, si in euidentem vtilitatem vtriusque partis cesserint, quamuis ante hanc extrauag. sufficiebat consensus episcopi, in ecclesiis sibi subiectis, ca. 1. & cap. vt super §. fin. de rebus eccl. alien. iste est vnus de casibus à iure permissus, nempe permutatio requirens solennitates, etiam si fiat permutatio cum Principe, secundum Inn. & Abb. in c. 1. de rer. permut.

Tandem supradictis addebatur tex. in l. sancimus, C. de sacros. eccles. vbi facilis est alienatio, quando sunt superfluæ, & ita saluo iudicio rectius sentientis.

SVMMARIVM.

1 Facti species.
2 Fodiens foueam, celãdi gratia corpus occisum, eadem pœna punitur ac si homicidium patrasset.
3 Quis ob consilium, opem, & ministeriũ præstitum ad delinquendum eadem pœna cum principali delinquente est puniendus.
4 Præstans opem, eadem punitur pœna,

Digitized by Google

na, quæ principalis.
5 *Decisio Sacri Concilij.*
6 *Contrarium deciditur ex tribus infrascriptis, de quibus num. 7. & 8.*
9 *Respondetur contrariis.*

An fodiens foueam, celandi gratia cadauer, dicatur præstare auxilium homicidio.

DECIS. VIII.

1 IMputabatur in Curia Archiepisc. cuidam clerico de homicidio cōmisso in personam cuiusdam, verum contra eundem nihil constabat, nisi de fouea facta, vt celaretur cadauer: quare fuit dubitatum qua pœna veniret plectendus, & videbatur primo dicendum, quod eadem pœna ac si homicidium ipsum patrasset, ex cō-
2 muni opinione, de qua per Riminald. iun. in consil. 310. volum. 3. Grat. consil. 22. vol. 2. Bero. in cons. 192. volum. 3. vbi tenent, quod quis ob consilium, opem, & ministerium præsti-
3 tum ad delinquendum, eadem pœna cum principali delinquente est puniendus. Vnde Gomes. in tit. de delictis, c. 3. nu. 48. vers. secundo casu principali, post Papien. de inquisitione in Gloss. opem numer. 21. voluit, quod præstās opem, eadem pœ-
4 na tenetur, qua principalis, & Grammat. in consil. 36. refert fuisse decisum in Sacr. Cons. assistentem arma-
5 tum, licet nihil fecerit, & aliqua prouocatione fuisset prouocatus, fuisse condemnatum ad remigandum per triennium.

6 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolutum, & hoc ex pluribus.

7 Tum primo, quia contra eundem clericum non erat plenè probatum, quod ipse fecisset foueam, & de iure præstans opem delinquenti ad hoc, vt puniri possit propter aliquam qualitatem, quam habet principalis delinquens, requiritur vt sit articulatum, & plenè probatum de dicto auxilio, & quod scienter illud præstiterit. Aug. in l. 1. C. de Nil. agger. nō recuper. quem refert, & sequitur Corneus in consil. 8. numero 5. volum. 3.

Tum secundo, quia pœna inflicta 8
contra præstantem auxilium, consilium, vel fauorem, debet intelligi quando maleficium est in fieri, secus autem cū maleficium est iam in facto perfecto, & consumato, prout est in casu, de quo verba, facimus secundum Bartol. in l. furtum ff. de furtis, Mars. in consil. 30. nu. 21. & sequent. Rub. cons. 60. num. 7. Riminald. consil. 50. numer. 6. & secundum Bertaz. in consil. 324. num. 6. & 7. In isto casu venit auxiliator puniendus pœna extraordinaria. Vnde Ruin. consil. 82. num. 5. quem sequitur Riminal. iun. in cons. 206. dixit, quod statutum disponens, auxiliantem eadem pœna puniri debere, qua delinquens intelligitur de ope, quæ fuit causa maleficij, & non de quolibet modo auxiliandi, licet Io. de Anan. in c. sicut dignum §. fin. de homicid. voluit, quod auxilium etiam præstare dicatur ille, qui sarcinas, vel vestes sicariorum custodiuit, & secundum Natt. in cōsil. 240. numer. 14. auxilium præstari dicitur etiam acclamando contra eum, qui offenditur.

Non obstant contraria, præsertim 9
illud de identitate pœnæ, quia procedit, quando aliqua qualitas adesset ex parte præstantis opem, ex qua resultaret maius delictum ex parte sua, quam ex parte principali, secundum Corn. in consil. 8. numer. 2. vers. non obstat, volum. 3. Vnde statutum

disponens, quem teneri pro ope prę-stita, eadem pœna, qua tenetur conscius delinquens, non procedit, nisi conscius talem opem præstiterit maleficio, quæ ipsi maleficio causam dederit, alias tenetur pro modo culpæ, vt tradit Salicet. in l. vnica, col. antepen. C. de rapt. virg. Cepolla cõsil. 27. num. 15. Marsil. sing. 15. & consil. 24. num. 16. & Bertaz. consil. 326. nu. 10. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta contra quosdam à Curia Archiep. Neap.*

2 *Excommunicati pro spoliatione ecclesiæ cum effractione, post denũciationem à Sede Apostolica absoluendi sunt.*

3 *Quando quis fregerit ianuã Ecclesiæ, sacrilegium commisisse dicitur.*

4 *Contrarium deciditur.*

5 *Ad hoc vt pœna illius canonis incurratur, duo sunt necessaria, de quibus nmmer. 6.*

7 *Qui vadit malo animo frangendi Ecclesiam, & furandi, & tamen non frangit, quia inuenit ianuam fractam, vel apertam, & sic intrat, vel asportat bona ipsius, non incidit in hunc canonem, & num. 8.*

Frangentes per vim ianuam Ecclesiæ, an sint excommunicati.

DECIS. IX.

1 QVidam laici, vulgo Magistri Sanctæ Mariæ Turris octauæ fuerunt citati per Curiam Archiep. Neap. ad dicendam causam, quare non deberent declarari excommunicati per eandem Curiam ob violentam fractionem ianuæ eiusdem ecclesiæ, cumque comparuissent, allegabatur pro eis in nullam censuram incidisse. Quare fuit dubitatum inter nos, quid iuris, & dicebatur, quod text. in c. conquesti sunt, de sent. excommun. dicit, quod excommuni- 2
cati pro spoliatione ecclesiæ, cum effractione post denunciationem à Sede Apostolica absoluendi sunt, ex quo text. patet supradictos incidisse in censuras canonis, ad idem expenditur tex. in c. canonica, 11. quæstio. 3. & in cap. omnes, 17. quæst. 4. & in ca. quisquis eadem causa, & quæstione. 3
dicitur, quod sacrilegium committitur si quis fregerit ecclesiam.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium fuit resolu- 4
tum, nam fuit habitum frangentem ianuam Ecclesiæ nõ incidere in censuras, & fuit responsum ad tex. in ca. conquest. quod vt pœna illius canonis incurratur, duo sunt necessaria, 5
scilicet, fractio Ecclesiæ, & spoliatio, ita Panorm. in d. c. conquesti. Astens. 6
par. 2. libro 7. titul. 2. §. decimus octauus, Pisanell. verbo excommunicatio 4. Angelica verb. excommunicat. 5. §. casus sextus. Siluester verbo excommunicat. 7. nu. 16. §. octaua, Caiet. verb. excommunication. cas. 20. Nauarr. in man. c. 27. numer. 94. §. octaua, & Sebastianus Medices par. 2. summæ tit. 9. q. 78. num. 95. Vnde si quis aperiret Ecclesiam, vt spoliaret, vel frangeret, sed tamen non spoliaret, non subiiceretur huic canoni. 7
Immo qui vadit malo animo frangendi Ecclesiam, & furandi, & tamen non frangit, quia inuenit ianuam fractam, vel apertam, & sic intrat, vel asportat bona ipsius, non incidit in hunc canonem. Is autem effractor censetur, qui dolo, aut malo animo, aut per iniuriam violentam parietem fodit, aut suffodit, aut vitream fenestram frangit, aut ostia, aut cardines, aut vectes, dum teneat

Digitized by Google

ostia firmata, aut ipsum tectum Ecclesiæ. Immo, vt addit Siluester vbi supra numero 17. §.1. etiam si quis impingens, faciebat debilem vectem cedere loco, incidit, quia cum constitutio hęc sit in fauorem ecclesiarũ, latissimè interpretanda est in dubio, nõ autem, qui aperit claue, siue eam subripuerit, vel extorserit, siue non, vt notat Nauar. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Quinquennium quando debetur.*

2 *Emphyteusis non potest transferri in Ecclesiam vniuersitatis, vel manus mortuas, cum perueniat ex culpa ipsorum, sed quia deterior efficeretur conditio Domini.*

3 *Tunc debet solui quinquennium, quãdo emphyteusis peruenit in manus mortuas.*

Quinquennium quando debeatur domino directo.

DECIS. X.

CVm fuisset per Sacr. Cons. quidam condemnatus ad vendendum domum, quam in emphyteusim tenebat pro ampliatione cuiusdam ecclesiæ, cumque comparuisset procurator mense cuiusdam ecclesię Archiepiscopalis domina directa, in-
1 stando, ac petendo sibi deberi quinquẽnium ex dicta alienatione, quare fuit dubitatum, quid iuris. Pro cuius articuli dilucidatione supponebam pro absoluto conclusionem illam, s. emphyteusim prohibitam esse transire ad ecclesiam, secundum Speculatorem in tit. de locato, §. nunc & aliqua, num. 143. Ias. in l. fin. numer. 91. C. de iure emphyteu. & in consil. 25. num. .. post Alex. consil. 60. nume. 7. & Balb. cons. 80. num. 4. & seq. & latè de Ponte de potest. Proreg. tit. de assensib. §. 8. numer. 8. Ratio enim, secundum præcitatos, est duplex, Prima, quia non esset spes, quod res possit redire ad dominum per mortem, cum ecclesiæ non moriantur, cap. si gratiose, de rescript. in 6. Secunda, quia dominus directus multum grauaretur, & fraudaretur iure suo, nam cum ecclesia non possit alienare, & licet possit, non tamen de facili, vt potest priuatus, quia requiritur, quo subsit causa, quod interuenerint solennitates, &c. Vnde non sic faciliter dominus reciperet laudemium, sicut quando emphyteusis transfertur in priuatum, & secundum Balb. in decis. 60. hæc conclusio ampliatur procedere etiam quando emphyteusis transfertur in collegium, corpus, siue vniuersitatem, quia dicitur transire ad manus mortuas, & propterea dominus directus dicitur defraudatus, quia res de facili non incidit in commissum, & consequenter cessat spes caducitatis & propterea fuit decisum in Sacr. Cons. Neap. teste de Franch. in decis. 659. quod si venditio rei emphyteoticæ fuerit facta ciuitati, tenetur ciuitas propter laudemia, & alia iura directo domino competentia ponere extra manus ipsius ciuitatis, & dicit Ias. loco cit. quod ecclesia teneatur vendere intra annum, allegat text. in cap. longinquitate, 12. qu. 2. licet supradicti concludant valere legatum rei feudalis, vel emphyteusis in fauorem communitatis, vel ecclesiæ quantum ad hoc, vt recipiant æstimationem, vt refert, & sequitur in materia feudali Ioannes Rayn. in repert. capite Imp. in §. habito igitur, numer. 36. ibi pone quod & in feudo, refert illum etiam Curtius in 4. part. tract. feud. numer. 126. versic. quinto videtur li-

Digitized by Google

mitanda, & idem Iacob. in eod. tract. de feud. in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo, versic. iuxta prędicta quæro.

2 Quamuis quod emphyteusis non possit transferri in ecclesiam, vniuersitatem, vel manus mortuas, non proueniat ex culpa ipsorum, vel quia deterior efficeretur conditio domini, vt tenet Card. in c. potuit, & ibi Imola. 17. col. de locat. Alexand. cons. 374. Bald. consil. 17. & in capit. 1. in 4. col. de alien. feudi. Ex quibus o-

3 mnibus respondi propterea debere solui quinquénium, quando emphyteusis peruenerit ad manus mortuas.

SVMMARIVM.

1 *Resolutio Concil. Trid. super suprapo-sito articulo.*

2 *Si ignoretur vbinam sit clericus absens, citandus est per edictum, & expectandus erit infra sex menses, siverò sciatur vbi sit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundum.*

Quomodo procedendum sit contra Canonicum simplicem carentem præbenda, si non residet.

DECIS. XI.

1 HViusmodi difficultas videtur posse resolui ex decreto Concilij Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. scilicet, quod si obtinentes Canonicatus contingat abesse vltra tres menses, primo anno vnusquisque priuetur dimidia parte fructuum, & si iterum vsus fuerit eadem negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus est, crescente verò contumacia, procedatur iuxta sacrorum canonum dispositionem, quam doctrinam refert, & declarat Piaseg. par. 2. c. 3.

Sed alia ex parte dicendum est, in Canonico simplici non procedere dictam dispositionem, nam nullos percipit fructus, prout in casu proposito præsupponitur, & sic elusoria esset dispositio Sacri Conc. si procedendum esset contra dictum Canonicum, iuxta prædictam formam, & quamuis, quando Canonia non habet præbendam, distributiones succedant loco fructuum, tamen cum dictæ distributiones amittantur ob non residentiam, iuxta cap. 1. de cler. non resident. ca. 6. nulla opus est sententia priuationis ipsarum, quibus ipso facto non residens priuatus existit.

Quare seruanda erit dispositio cap. ex tuæ, de cler. non resid. capit. 6. scilicet, quod si ignoretur vbinam sit clericus absens, citandus est per edictum, & expectandus erit per sex menses: si verò sciatur vbi sit, debet ei pręfigi terminus competens ad redeundum, & ante priuationem debet excommunicari, vel suspendi, prout etiam declarat Abb. d. cap. ex tuæ. nam cum hic casus sit omissus à Concil. Trident. remanet in dispositione iuris communis, vulgatis iuribus. 2

SVMMARIVM.

1 *Relocatio non potest probari per testes, sed tantum per scripturam.*

2 *Contraria est opinio Curiæ Archiep.*

3 *Ornatur tex. in l. si cui.*

An reconductio possit probari per testes.

DECIS. XII.

COnductor domus, finito tempore conductionis, opponebat

bat reductionem contra dominum, qui illum requirebat, vt dictam domum adueniente tempore vacuam relaxaret, instando sibi concedi terminum ad probandum: Dominus verò dicebat, nullatenus esse concedendum terminum super reconductione, quia debet probari tantum per scripturas: fuit dubitatum in Archiepisc. Curia Neap. quid iuris, & pro parte domini domus allegabatur in terminis Dominus de Franchis decis. 278. vbi refert fuisse
1 resolutum relocationem non posse probari per testes sed tantum per scripturam, & hoc ad euitandum fraudes conductorum per conuentiones: allegare solent per text. in l. ne cui C. de loc. & conduct. asserendo idem tenuisse Boer. decis. 107.

2 Sed his non obstantibus, in dicta Archiepisc. Curia fuit decisum contrarium, & fuit datus terminus in causa, & admissa probatio per testes, cum eandem vim habent testium depositiones, & instrumenta, l. in exercendis, C. de fid. instr. Mynsing. in cent. 4. obseru. 23.

3 Nec obstat tex. in d. l. ne cui, quia non loquitur in casu nostro, sed de pactis specialibus, quæ in locationibus interuenire possunt, vt non possint probari, nisi per scripturam, scilicet pactum, vt non liceat domum aliis locare donec ipse conductam habere vellet, & tantum dare quantum alij, vel similia, vt ibi declarat glos. in verb. pacta, prout etiam loquitur d. decisio Boer. secus autem in casu nostro, vbi tractatur de reconductione, quę non reperitur ab aliquo iure prohibita quin probari possit per testes; & quæ prohibita non reperiuntur, censentur permissa, vulgatis, &c. & ita fuit decisum in dicta Archiepisc. Curia in causa Domini Pauli Caiazzę, prout etiam fuit decisum in Sacro Cons. Neap. de anno 1615. in causa Domini Cęsarei de Mari, fratris Domini Stephani de Mari, mei Concanonici, & Coniudicis, viri quidem omni virtutum genere ornatissimi, cum Domino Camillo Lamberto in banca de Scacciauento contra decisionem dicti Domini de Franch. qui, salua pace tanti viri, in hoc errauit, non bene applicando intellectum d. l. ne cui, C. de loc, & cond. Quę decisio fuit reputata singularis ob nonnullas Scribentium authoritates in contrarium, pręsertim Mangrella ad Bart. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locati, de Ponte in cons. 23. vbi dicit reconductionem, non apparente scriptura, fuisse per S. C. reiectam, & eiusdem opinionis fuit Marta in decis. 35. col. fin. & in decis. 104. nu. 8. Gram. in decisi. Lusit. 57. Thes. iun. in dec. sui genitoris 260. Chartar. in dec. 11. Costadereto tract. f. 36. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium non debetur pro alienatione necessaria.*
2 *Causa voluntaria est omnis illa, quæ habet originem a voluntate.*

Alienatio pro ampliatione ecclesiæ, an dicatur ex causa necessaria, ita vt pro ea non debeatur laudemium.

DECIS. XIII.

SVpposita conclusione, quod laudemium non debetur pro alienatione necessaria, vt communiter

Digitized by Google

DD.omnes in l.fin. & præcipuè Iaſ. nu.47.& 48.C.de iure emphyt. Brunus conſ.44. Aym.conſ. 215. & in conſ.pro genero numer.290.Bart.& Alberic.in l. & ideo ff. de condit. furt.per text.in l.Cæſar ff. de public. & in l.nauigia,C.de furt. Tiraq.de retract.lignag.§.29.gloſ.1.nume.4. & in §.1.gloſ.14.num.18. & ſeq. & præcipuè nume. 109.& Anna ſing.579.& hoc omnes admittunt, Surd. deciſ. 305.num.2.& ſequ.& Molfeſ.ad conſuet.Neap.par.3.q.1.nume.50.cum aliis, quos probat Theſ. deciſ.139. & Caſtill.deciſ.21. fuit mihi quæſitum an venditio pro amplianda eccleſia dicatur ex cauſa neceſſaria, ita vt pro ea non debeatur laudemium, cui reſpondi affirmatiuè ex infra dicendis.

2 Tum primo,quia iura cogunt hoc facere, ad text,in l.ſi quis ſepulchrū, de relig. & ſump. latè Gram.dec.74. cum aliis,quos probat Gaſp. Theſ. in deci.64. Igitur ex cauſa neceſſaria.

Tum ſecundo,quia cauſa voluntaria eſt omnis, quæ habet originem à voluntate principaliter, cauſa verò neceſſaria eſt omnis illa,quæ non habet originem à voluntate principaliter, ſed ex diſpoſitione legis,ſtatuti, vel conſuetudinis:exempli gratia,ſi ad aliquid,quod ſtatuto præcipitur, teneretur vt certam bonorum ſuorum partem ſuis conſanguineis relinqueret,vel aliquid ſimile, vt ex doctrina Batr.communiter recepta, & in l.in quartam, ff.ad l.Falcid. & aliis probat idem Surd. deciſ. 170. præcipuè nume.12.nam in hoc pariſicantur ſtatutum,conſuetudo,& lex, vt num.11.probat. Vnde cum lex cogat venditorem ad vendendum pro amplianda eccleſia, igitur omnino fatendum eſt, ſupradictam alienationem ex ſupradicta cauſa eſſe neceſſariam, ita Burſ.conſ.64.nu.29.& ſeq.Vrſill.deciſ.191.Surd.deciſ.305.n.28.& ſeq.

Si verò eſſet cauſa, quæ originem haberet à voluntate principaliter, non facit alienationem vndequaque legitimam, & conſequenter eſſet alienatio voluntaria, non autem neceſſaria: exemplum ponit Molfeſ. loco cit.de eo,qui voluntariè delinquit, quia voluntariè ſe obligat ad pœnam,iuxta tex. in l.Imperatores, ff.de iur.fiſc. ibi.Tu te ipſi pœnę ſubdidiſti,tamen alienatio bonorū,quę fieret ex cauſa delicti, quamuis fieret authoritate Iudicis, voluntaria diceretur,ita Bald.conſ.20. volum.2. poſt Tiraq. & alios Surd. in dec. 254. num.28.& ſequ. fundat in confiſcatione bonorum.

FINIS.

INDEX RERUM NOTABILIUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE continentur.

A

ABBATIBUS literæ dispensationum matrimonialium committi possunt, decisione 251.num.2.
Abbatibus an licita sit campanæ benedictio, vide in verb. Episcopus.
Abbates in quibus ecclesiis habeant iurisdictionem, decis. 539. num.3.
Absens ex causa studij pro præsente habetur, decis.495.num. 1. Redditur ratio conclusionis, ibid. nu. 2. Contrarium declarat Sac. Congreg. Conc. Trid. ibid. num.3. Adducitur ad corroborationem declarationis decisio Put. ibid. num. 4 Ampliatur declaratio Conc. etiam in Canonico lectore, num.5. Ampliatur etiam in docentibus in ecclesiis, ibid. nu.6.
Absens ex causa reipublicæ, censetur adesse, decis.540.num. 1. ibid. decis. quæst. num.2. Assignatur ratio decisionis, num.3. & adducitur declaratio Concilij, num.4. Respondetur opinioni contrariæ, numer.5.
Absolutio à sententia excommunicationis pertinaci est danda, dec. 231.nu.7.
Absolutio à iuramento quotuplex, decis.331.num.1.
Absolutio à iuramento quibus in casibus concedatur, ibid. nu.3.
Enumerat ea, quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento, decis.332.num.1.
In absolutione à iuramento debet fieri mentio de pacto inito non petendi absolutionem, decis. 333. nu.3.
Absolutio à iuramento impartienda est ab Episcopo iurantis, decis. 335.nu.1.
Absolutus in foro conscientiæ, non dicitur absolutus in foro exteriori, decis. 462.num. 1. Decisio Curiæ Archiep. ibid. nu.2.
Absolutio excommunicationis differri potest ex causis, decis. 513. num.1.
Acceptatio in iurepatronatus est præsentationis pars, decis. 151. numer.39.
Accusanti statuitur terminus ad procedendum in causa, decis. 423. num.2.

Acquisitio momentanea, in consideratione non est habenda, decis. 96. num. 5.

Primus acquirens non connumeratur in generatione, & quare, decis. 526. num. 1. & 3.

Primus acquirens non connumeratur in generatione, etiam si in concessione fuerit dictum vsque ad tertiam ipsius generationem, ibid. nu. 2.

Primus acquirens vocatis in inuestitura, præiudicare potest, dec. 216. nu. 299. 223.

Actus proximus non dicitur, si alter est magis proximus, decis. 589. num. 5.

Acta iudicij, an valeant, si scribantur per ipsum dominum, vel debeat constituere notarium, decis. 562. num. 1.

Actus factus contra iuramentum, cui ius assistit, tenet; contrafaciens verò periurus, decis. 11. numer. 2.

Actus regulariter celebratur expensis eius, cuius gratia conceditur, cum nonnullis similibus, decis. 24. num. 1.

Actus factus contra substantiam formæ commissionis non valet, nec etiam contra qualitatem, decis. 106. num. 3.

Actio iudicatur iuxta naturam rei, ad quam datur, decis. 214. numer. 290.

Actionem habens rem habere dicitur, decis. 214. num, 291.

Actus à principio nullus, nullum producit effectum, decis. 250. numer. 2.

Actus à furioso factus, in dubio præsumitur gestus tempore furoris, decis. 251. num. 4.

Actio ad exhibendum, monitorio æquipollet, decis. 272. nu. 2.

Actus absolutionis non debet operari vltra intentionem absoluentis, decis. 345. num. 2.

Acta coram iudice sæculari, non probant coram ecclesiastico, redduntur duæ rationes, decis. 448. nu. 1. 2. & 3.

Acta facta coram iudice sæculari contra clericum, quid operentur coram ecclesiastico, ibid. nu. 6.

Actus fornicationis, vide verb. Fornicatio.

Omnis actio spacio 40. annorum præscribitur, decis. 618. nu. 1.

Per adeptionem secundi beneficij, quando vacet primum, vide decis. 393. numer. 1. 2. 3. & 7. vbi plura tempora considerantur.

Administratio rerum hospitali vltra triennium non potest committi, nisi aliter in fundatione cautum fuerit, decis. 97. num. 1.

Administratio aliorum locorũ piorum vltra triennium est permissa, decis. 97. num. 2.

Adulterium est capitale delictum, decis. 236. num. 2.

Adulterium commissum, est legitima separandi matrimonium causa, decis. 238. num. 2.

Ædificans in re subiecta fideicommisso, meliorationes perdit, dec. 66. nu. 6.

Qui non habet in ęre, vide hoc verb. qui.

Ætas requisita ad obtinendum beneficium ecclesiasticum in tali cappellania non requiritur, decis. 82. num. 6. laicus illam conferre potest, nec ad recitationem diuini Officij tenetur, nec ad illius titulum poterit aliquis promoueri, ibid. nu. 8.

Ætas, complexio, & quod peius, peccata mortem accelerant, decis. 118. nu. 3.

Ætas per Parochi librum probatur, decis. 249. nu. 5.

Digitized by Google

Ætas septem annorum requiritur ad pensionem, decis. 430. num. 1.

Quæ ætas requiratur, vide verb. Quæ.

Maior affectio est in patruo, quàm in nepote, decis. 222. num. 318.

Affectus an puniatur, si non sequatur effectus, decis. 589. numer. 2. & 4.

Afflicto non est addenda afflictio, decis. 628. num. 3.

Affrancatio absque alio assensu potest effici, quando in assensu adest tale pactum, & quare, decis. 81. num. 3. & 4.

Aggratiare post sententiam, est de reseruatis Principis, decis. 357. numer. 3.

Alienatio facta tempore belli, an valeat, decis. 1. num. 3.

Alienatio facta pro censu extinguendo dicitur facta causa vtilitatis, non autem necessitatis, decis. 2. num. 4.

Alienationis contractus rei Ecclesiæ initus, in eius vtilitatem absque solemnitatibus tenet, & quare decis. 7. num. 1. & seq. Contraria opinio est magis recepta, & quare, etiam si sit ex necessitate æris alieni soluendi, ibidem numer. 3.

Alienatio facta cum requisitis, in dubio præsumitur vtilis, decis. 13. numer. 1. vide in verb. Requisita.

Alienatio fit ex causa necessitatis, vel vtilitatis, & quando requiritur, non solum vtiliter esse cœptam: sed etiam Ecclesiam fieri locupletiorem, decis. 14. numer. 1. & 2.

Alienatio rei ecclesiæ facta consanguineis, potius in fraudem præsumitur, quàm in eius vtilitatem, decis. 16. num. 1.

Alienatio rei ecclesiæ facta consanguineis bonę famę cum solemnitatibus non præsumitur in fraudem, nec etiam in casu, ibid. nu. 3. & seq.

Alienatio rei ecclesiæ facta consanguineo, quamuis in fraudem pręsumatur, non tamen redditur nulla, ibid. num. 5.

Alienans res ecclesiasticas de euictione de proprio tenetur, ac etiam eius hæredes, decis. 17. num. 1. & 2. Non solum ad rem, sed etiam ad damna, & interesse, ibid. num. 3.

Alienatio facta per procuratorem, fines mandati excedentem, est nulla, decis. 19. num. 1.

Alienatio erit nulla, si assensus non præcesserit, & ita in praxi, decis. 24. num. 4.

Alienatio rei ecclesiæ cum sententia est valida, dato quod ex actis non iustificetur, & quare decis. 29. num. 1. & sequ. Ac etiam si acta fuerint deperdita, vel integra non reperiantur, ibidem numer. 3.

Alienatio rerum ecclesiæ absque assensu Apostolico habet implicitum statum validitatis, saltem ecclesia non reclamante, decis. 33. num. 5.

Alienatio ecclesiæ, sed nulliter confirmatæ, est in ipsius electione standi, vel recedendi, ibidem num. 6.

Alienatio an possit reuocari post porrectam supplicationem ante expeditionem beneplaciti, si postea fuit expeditum per verbum fiat, remissiuè traditur ibid. nu. 7.

Alienatio est omnino prohibita, quando & legis, & hominis prohibitio adest, decis. 45. num. 1.

Alienatio rei Ecclesiasticæ quando dicatur vtilis, decis. 49. num. 2.

Alienatio facta à Cellerario solo ad

modicum tempus absque solemnitate, valet, decis.51.num.3.
Alienatio facta per procuratorem, est nulla, si de mandato non constat, vbi etiam praxis pro iudice, decis.55.num.1.
Alienatione prohibita, non censetur prohibita cõmoditatis translatio, decis.64.num.5.
Prohibitus alienare, potest se obligare ad alienandum, decis. 65. nu.6.
Alienatio rerum ecclesię absque assensu, iuramento non confirmatur, decis.69.num.2.
Alienatio cum assensu Apostolico, est nulla, si rescripti forma non obseruatur, decis.12.nu.1.
Alienatio est nulla, si in commissione adest clausula [vocato Abbate] & de eius citatione non constat, ibid num.2.
Alienatio est nulla, si in gratia dicitur bona specificanda esse, & postea non fuit eorum specificatio facta. ibid.num.1. Vtile per inutile vitiatur in hoc casu, nu.6.
Alienationem esse intra summam, tenetur probare, qui ea nititur, ibid.numer.7.
Alienatio facta cum reseruatione assensus nullum ius tribuit ante illius expeditionem, decis.85. num.3.
Alienatione prohibita, omnia sunt interdicta, per quæ alienatio sequi potest, decis.93.nu.2.
Alienans absque requisitis, in foro interiori & exteriori tenetur, & quando accipiens tenetur, dec. 137.num.1.remissiuè.
Alienans bona ecclesiastica in nonnullis casibus absque solennitate à pœnis excusatur, decis.138. numer.2.
Alimenta debentur patrono iurispatron. vergente ad inopiam decis.170.num.103.cum ampliat. & limitatione.
Allegans nullitatem, tenetur exhibere omnia acta, decis.510. numer.7.
Amissio scripturæ authenticæ iurispatronatus, secundum vnam sententiam, per testes probari potest, decis.150.num.37.
Dans pocula amatoria, an possit puniri de hæresi, decis.672.num. 1.& 2.
Dans pocula ad effectum tantummodo captandi amorem alicuius puellæ.
Datio poculi ad effectum tantummodo captandi amorem alicuius puellæ, non sapit hæresim, & magnus est amoris affectus, ibid.numer.4.
Iræ & concupiscentię veneris, hominem transmutant, & insanos faciunt, ibid.nu.5.
Amor est furor, ibid.nu. 6. & consequenter quicquid fit eius causa, non debet puniri, num.6.
Amor formæ, rationis obliuio est, & insaniæ proximus, ibid. num.7.
Mulier non dicitur infamis, & turpis, quæ ex nimio amore suo amanti copiam facit, ibidem numer.8.
Amor omnibus dominatur, ibid. num.10.
Inuocans dæmonia ad amorem mulierum prouocandum, non dicitur hæreticus, sed potius superstitiosus, ibid.nu.11.
Ancharani opinio declaratur decis. 221. nu.326.
Animus præsumitur talis in futuro, qualis fuit in præterito, decis. 92. num.4.
Filiafamilias potest de antefato post morem viri testari, decis. 669. numer.3. Redditur ratio, ibid. numer.4.

An-

Digitized by Google

Antefatum eadem habet priuilegia, quæ dos, ibid. num. 5.

Appellationem præcessisse commissionem præsumitur, ac mortem beneficij impetrationem, sic etiam excommunicationem appellationem, decis. 27. nume. 3.

Generis appellatione, vide hoc verbum Genus.

Appellatione hæredum in dubio præsumitur de suis, non autem de extraneis, decisi. 206. numero 249.

Appellationi locus est in sententia institutionis iurispatronatus, dec. 229. num. 351. & 352.

Appellationi locus est, etiam si possessio beneficii sit capta pendente termino, ibid. num. 354.

Appellatio à monitorio est concedenda, & quare, decis. 268 numer. 1. & seq.

Appellatione pendente, nihil est innouandum, decis. 322. num. 2.

Appellari an possit ad iudicem, auxilium implorantem, decis. 326. num. 1.

Appellatione pendente, nil est innouandum, decis. 336. numer. 1. Sed quid in sententiis secum trahentibus executionem, ibid. numer. 2.

Vbi agitur de ligamine animæ, appellatio non suspendit sententiam, ibid. nu. 3.

Appellatio non suspendit excommunicationem, decis. 463. numer. 1. Amplia ibid. nu. 2. 3. & 5. Limita ibid. num. 6. & 7.

Quæ in materia appellationis fuerunt declarata, vide verb. Ponere.

Appellatio debet fieri in scriptis, decis. 508. num. 1. Clausula in his scriptis non est necessaria in libello appellationis, ibidem numer. 2.

Appellans, an appellatus teneatur producere acta, decis. 510. numer. 1 Concluditur contra appellantem, ibid. nu. 2.

Appellans tenetur suis expensis producere acta, ibid. numero 3. Ampliatur dupliciter, ibidem numer. 2. 3. & 4. Limitatur nume. 5. & 6.

Appellatio alternatiua admittitur regulariter, decis. 514. nume. 1. Intellige, dummodo infra decem dies fiat declaratio iudicis, ibid. nu. 2. Limitatur ibid. num. 3.

Appellatur à decreto de torquendo, decis. 516. num. 1. Amplia etiam ad habendum responsum affirmatiuum, & negatiuum, ibid. num. 2. Amplia etiam à comminatione torturæ, ibid. numer. 4. Amplia, si confessio extorta, appellatione pendente, sit nulla, ibid. num. 4.

Enumerantur nonnulli casus, in quibus conceditur appellatio, decis. 503. nu. 1. & per totum.

Ponuntur omnia ea, quæ per Sacr. Congreg. Concilij declarata fuere in materia appellationis, decisi. 504. per totum.

Appellatio sententiæ interlocutoriæ admittitur, quando continet grauamen intolerabile, decis. 505. numer. 1. Amplia etiam si contineret grauamen, quod cum difficultate reparari potuisset, idid. nume. 2. Amplia etiam, si non ex toto reparari posset, ibidem numer. 3.

Super desertione appellationis an pronunciandum, decis. 506. num. 1. Ponuntur duæ rationes, ex quibus concluditur esse pronunciandum, ibi. num. 2.

Appellatione Episcoporum non veniunt iura, & priuilegia Episco-

Digitized by Google

palia,decis.614.num.1.
Apprehensio actualis ad iuspatronatus acquirendum requiritur, decis.192.num.201.
Arbitrium Iudicis iure,& ratione est moderandum, decisio 235. numer.3.
Arbitrio iudicis remittitur ad probandum matrimonij impedimentum,decis.263.num.4.
Archidiaconus dicitur caput capituli,decis.581.num.1.
Archidiaconus habet primam vocem in choro, & locum in ca. ibid.num.2.
Archidiaconus habet maiorem dignitatem quacunque alia in Ecclesia cathedrali ibidem, numer.3.
Archiepiscopi Neapolitani faciunt gratiam de omnibus delictis, decis.357.num.5.
Archiepiscopus potest puniri regulares ad publicas processiones non euntes,decis.362.num.1. Limita in regularibus illis, qui in strictiori clausura viuunt.ibid.nu. 2. Limita etiam in regularibus. distantibus à ciuitate vltra dimidium milliare,ibid.num.3. Limita etiam, si haberent priuilegium non eundi ad eas processiones,ibid.num.4.Limita quoque in fraternitatibus laicorum ibid.nume. 5. Regulares non euntes ad præfatas professiones, vide verb.Regula.
Archiepiscopus potest causas, ad se per appellationem deuolutas, etiam in diœcesi suffraganei cognoscere,decis.512.num.1.
Argumentnm de feudo ad Iuspatron.est validum, decis. 199. numer. 223. & decis. 220. numero 19.
Argumentum validum est,non iustificatur ex actis sententia, ergo de eius iniustitia notoria apparet decis. 215.num.295.
Arma, & insignia an probent Iuspatronatus,decis.142. num.7.
Arma deferens vltra pœnam, illa amittit,decis.371.num.2.
Arma num possint affigi lite pendẽte decis.667.num.1.
Arma possunt affigi ab eo, cuius expensis actus fit, ibidem numer.2.
Articulus spiritualis incidens coram Iudice laico remittendus, vt Iudici ecclesiastico decis. 339. numer.2.
Assensum subsequi ad validitatem rei ecclesiæ alienationis sufficere secundum aliquorum opinionem,& quare,decis.24.nume.1.& seq.
Assensus patris filio requiritur, qui in iudicio esse desiderat,&sufficit, quod in aliqua iudicis parte interuenerit,ibid.num.3.
Assensus in alienatione super quo fundatur ibid. num. 7.
Assensus præcessisse præsumitur, stante eadem die expeditione assensus & alienatione facta, & quare decis.27.num.1.
Assensus Apostolicus, præstitus super venditione facienda, non extenditur ad alienationem iam factam decis.28.num.1.
Assensus Apostolicus est stricti iuris, ac in expressis suas tantum extendit vires ibid.num.2.
Assensus à petentis supplicatione declaratur ibid.numer. 3. quid est narrandum in petitione, ad hoc vt assensus ad preterita trahatur ibid.num.4.
Assensus Apostolicus præsumitur expeditus,si clericus, tenens registrum supplicationum fidem fecerit quod in libro suarum rubricarum expeditionem inue-

Digitized by Google

nerit, non obstante quod registri liber sit deperditus,& quare dec. 31.numer.1.& seq.
Assensus Apostolicus præsumitur in rei Ecclesię alienatione spatio triginta annorum interuenisse, decis. 34.num.1.
Assensus Apostolicus præsumitur interuenisse, dato quod sit reseruatus in vim conditionis, ac etiam si in instrumento non sit enunciatus, ibid.numer.2.& 3.
Assensus præsumitur annorum cursu supradicto interuenisse, dato quòd summi Pont. scientia probata non fuerit, ibid.numer.4.
Assensus Apostolicus nō præsumitur quando de confirmatione Apostolica inualida infraillud tempus appareret, & quid si confirmatio ab eo, qui alienationem impugnat, fuerit producta, ibid. numero 5.
Assensus reseruatio actum efficit conditionalem, decis.35.numero 4.
Assensus Apostolicus in terrularum alienatione, rerumque Ecclesiæ modici valoris non requiritur, & quare, decis.39.numero 1.& 2. Nec etiam si Prælatus iurauit non alienare, Romano Pontifice inconsulto, ibid.num.8.
Assensus Apostolicus in concordia super decimis requiritur, & an hæc concordia ligat successores? decis.41.numer.1.
Assensus Apostolicus non requiritur quando in exigendo adsit difficultas, ibid.numero 2.
Assensus Apostolicus in Cappellarum concessione quando requiritur, & quid Neapoli seruatur, dec. 42.num.6.
Assensus Commendatarij vim assensus Abbatis non habet, decis. 43. numer.2.
Assensus Apostolicus in alienatione annuorum redditum Ecclesiæ requiritur pluribus rationibus, decis.43.numer.1.
Assensus Apostolicus in transactione Ecclesię rei requiritur, & quare, decis.46.num.1.& 2.
Assensus Apostolicus in duobus transactionis casibus non requiritur, ibid.num.3.
Assensus Apostolicus in impositione census super Ecclesiæ rebus requiritur, dec.49.num.1.
Assensus Apostolicus non solum in bonis Ecclesiæ stabilibus requiritur, verumetiam in rebus solo cohærentibus dec.53.nu.1.
Assensus Apostolicus in sylua cędua, incidendo nemore, & arundineto non requiritur: sic pariter si arbores non fructiferæ non inciderentur, & per eas vtiles ponerentur. ibid.numer. 3. & 4. Nec etiam requiritur, si fundus ex tali incisione fructuosior fieret, n.5.
Assensus capituli in præsenti quęstione est necessarius, & quare, decisio 54.numer.1.& 2.
Assensus capituli non requiritur quando euidens probatur vtilitas ibid.num.3.
Assensus capituli magis solennitatem, quam substantiam respicit, ibid.num.4.
Assensus Apostolicus pro emphyteusis concessione expeditus, non suffragatur postea concessioni factę in censu perpetuum, & quare, dec.58.num.1.
Confirmatio assensus Apostolici contra rescripti formam non est valida, ibid.num 3.
Assensus Apostolicus in mobilibus rebus Ecclesiasticis non pretiosis minimè requiritur, decis. 61. numero 3.
Assensus dicitur surreptitius, si omit-

Digitized by Google

tuntur ea, quę iure sunt expressa, vt exprimatur. dec. 62. n. 4.

Assensus Apostolicus non est surreptitius si Episcopus, permutans bona, ad suam mensam spectantia, cum bonis mensæ capitularis, & in impetratione assensus non facit mentionem capitulum bona diuersa habere, ibid. num. 5.

Assensus Apostolicus in concessione rei Ecclesię precario requiritur, & quare, dec. 64 num. 1.

Assensus Apostolicus non requiritur in precario, quoniam vsus rei nullum dominium transferentis conceditur, dec. 64. num. 4.

Assensus Apostolicus in promissione rei ecclesiæ alienationis non requiritur, & quare, decis. 65. num. 1. & 8.

Assensus bonam fidem inducit, dec. 66. numer. 1.

Assensus Apostolicus in rebus modicis non requiritur, nec in his, quæ religiosis prohibentur, decis. 67. nu. 1.

Assensus Apostolicus in alienatione mobilium pretiosorum regularium, & mendicantium requiritur, & quare dec. 67. nu. 5.

Assensus Apostolicus in concessione rei ecclesiæ ad beneplacitum requiritur, dec. 68. nu. 1.

Assensus Apostolicus non requiritur in concessione vsus, siue rei ecclesiasticæ commoditatis ad beneplacitum, ibid. num. 9.

Assensus Apostolicus non requiritur in dimissione pecuniæ Ecclesiæ, in banchis existentis, & quare, decis. 70. num. 1.

Assensus Apost. requiritur in dimissione pecuniæ reseruatę ad bona immobilia emenda, & quare, ibid. num. 5.

Assensus Apost. requiritur in dimissione pecuniæ distinctæ ad legitimam negotiationem, ibidem numer. 6.

Assensus Apost. in impositione census in re ecclesiæ requiritur, & quare, idque procedit tam in reductione census ex causa sterilitatis, quàm ex causa diminutionis, decis. 71 num. 3. & 4.

Assensus Apost. non requiritur, quãdo personæ obligantur ad soluendum de rei ecclesiæ fructibus, & quare, ibidem nu. 5.

Assensus Apost. in alienatione rerum ecclesię, quæ seruando seruari non possunt, non requiritur, deci. 73. num. 1.

Assensus Apost. redditur subreptitius, si in rescripto litis pendentia expressa non fuerit, & quare, dec. 77. num. 1.

Assensus Apost. in alienatione bonorum alicuius commendæ requiritur, dec. 79. num. 4.

Assensus Apost. requiritur in rei ecclesię infeudatione, decis. 80. numer. 1.

Assensus Apost. non requiritur in renouatione infeudationis, nec etiam in feudo decimarum ibid. num. 2.

Assensus Apost. in affrancatione canonis requiritur, & quare, dec. 81. numer. 1. & 2.

Assensus Apost. in renouatione emphyteusis, agnatis facienda, non requiritur, & quare, dec. 83. num. 1. & 2.

Assensus, siue Episcopi beneplacitum in alienatione Patrimonij, ad cuius titulum aliquis fuerit promotus, non autem Apostolicus requiritur, decis. 86. n. 5.

Assensus Ordinarij in alienatione huiusmodi patrimonij non requiritur, quando clericus tempore alienationis congruè vnde viuat, habet, & quare, ibid. num. 6.

Assen-

Assensus impetratus non probat Rectoris mandatum. decis. 89. numer. 2.
Assensus Apost. in constitutione iurispatronatus de Ecclesia libera requiritur, & quare, decis. 90. numer. 1.
Assensus Apost. in cõstitutione procuratoris ad alienandum bona ecclesiæ requiritur, & quare, dec. 93. num. 1.
Assensus Apost. in repudiatione legati ecclesiæ delati, non requiritur, decis. 96. nu. 2.
Assensus Apost. in mandato ad locandum res ecclesiæ vltra triennium non requiritur, decis. 98. numero 1.
Assensus Apost. non requiritur in remissione iuris quæsiti ecclesiæ per alterius contrauentionem, decis. 99. num. 1.
Assensus Apost. expeditus cum hac clausula, est sub modo, non autem sub conditione, decis. 100. num. 2.
Assensus Apost. in alienatione rei, quæsitæ Monasterio per ingressum alicuius requiritur, & quare, decis. 101. nu. 1.
Assensus Apost. in alienatione oblationum, Imagini deuotæ factarũ, non requiritur, & quare, cum declaratione, decis. 102. nu. 6.
Assensus Apost. in locatione vltra triennium rei ecclesiæ solitæ locari non requiritur, & quando requiratur, in hoc casu, decis. 116. numer. 2.
Assistentia clerici in delictis quando sit punienda, decis. 632. nu. 1.
Attentans ius videtur spernere, dec. 233. num. 2.
Attentare, dicitur delinquere, ibid. num. 5.
Attestatio, vulgò le fedi, si in iudicio producatur, nullam probationem inducit ad quod adducuntur tres rationes, de quibus. decis. 449. num. 1. 2. 3. & 4.
Attendi debet, vt imponatur finis litibus, decis. 295. num. 3.
Auctoritas Papæ causæ defectum non supplet, ibid. nu. 6.
Authentica documenta, quæ dicantur, dec. 142. num. 5.
Authentica documenta, quid continere debent cum multis aliis, dec. 143. num. 11.
Frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit, decis. 291. numer. 2.
Curia Archiepiscopalis quid seruet in puniendo quem de auxilio, vel associatione, vide in verbo consilium.

B

Baro debet habere Iudicem, & Capitanium, per quos habeat iustitiam administrari, decis. 522. numer. 1.
Beneficiatus arbores non fructiferas incidere non potest, & quare, dec. 53. num. 2.
Beneficiatus alteri beneficiato in eadem ecclesia, vita durante portionem obuentionũ, vel fructuum suorum locare non potest, & quare, dec. 113. nu. 3.
Beneficiatus, siue Rector antiquo tempore fructus, siue beneficij commoditates pro toto suæ vitæ tempore locare poterat, non autem post extrauag. Ambitiosę, decis. 114. num. 1. seq. & 4.
Beneficiatus, extirpans oliuetum pro vinea plantanda, non incurrit in censuras, decis. 136. nu. 5.
Beneficium per obitum præsentati non vacat, decis. 159. nu. 72.
Beneficiatus nõ beneficiato præferri debet, dec. 174. nu. 15.
Beneficium in dubio præsumitur li-

Digitized by Google

berum,non autem Iurifpatronatus,dec.190.nu.196.
Beneficio Sacerdotali pro vna vice de confenfu Ordinarij, & patroni non Sacerdos præfentari poteft,dec.202. nu.230.
Beneficiatus per fimoniam poffidens beneficium, fe ignorante commiffam, ei regula de triennali fuffragatur,decif.225. numero 341.
Beneficium,acceffus, regreffus per matrimonium contractum amittuntur,etiam forma concilij,non feruata,dec.240.nu.1.& 2.
Beneficium vacat etiam per matrimonium,copula carnali non fubfecuta,ibid.nu.3.
Beneficium,conceffum miferationis gratia,renunciari non poteft,dec. 288.nu.2.
Beneficiumcap. Odoardus,æquipollet beneficio ne quis, &c. ibidem num.3.
Beneficium cap.Odoardus introductum fuit in fauorem totius ordinis clericalis,ibid. n.4.
Beneficium, cap. Odoardus eft perfonale,dec.289. num.2.
Beneficium cap.Odoardus, non actio,fed receptio dicitur,dec.291. num.3.
Ratione beneficij quis efficitur fubditus,decif.299.num.1.Amplia etiam fi beneficium effet tale, vt non eximeret à iurifdictione,ibid. num.2.
Pontifex requifita ad hoc,vt beneficium dicatur Ecclefiafticum, dec. 300.nu.1.
Beneficium,ad cuius titulum quis eft ordinatus, refignari non poteft, dec.314.num.1. Limita fi quis haberet aliunde, ex quo fe alimentare poffet,ibid.nu.2.
Beneficium de omni iure requirit refidentiam.dec.304.nu.1. Nemo excufatur à refidentia,ibidem numer.2.
De natura beneficij, eft,vt fit perpetuum,decif.383.num.2.& dec. 396. num.1.
Beneficia Ecclefiaftica non nifi clericis funt conferenda, decif. 385. num.2.
Olim permittebatur pluralitas beneficiorum,decif.386.num.1.
Beneficium fufficiens quando dicatur,ibid.nu.2.
Beneficiatus tenetur regulariter ad diuini officii recitationem, decif. 387.num.2.
Beneficiatus debet probare titulum,& poffeffionem, decif. 388. num.2.
Beneficiorum collatio. Vide verb. collatio.
Beneficia manualia, & ad nutum amouibilia,non dicuntur verè, & propriè beneficia,decif.396.numero 2.
Beneficia manualia de fui natura funt amouibilia,decif.398.num.2. Ridiculum eft hodie concedere, & cras reuocare,ibid.nu.3.
Natura beneficij manualis eft, vt poffit ad libitum quandocunque amoueri,ibid.num.4.
Quid fit,& quot modis dicatur beneficium Ecclefiafticum, decif. 406.num.4.Remiffiuè.Adducitur dec.Guid. Pap. per quam deciditur quæftio principalis,ibidem numer.5.
Beneficia fimplicia funt conferenda abfque concurfu, decif.415. numer.1.
Beneficium vnitum non dicitur amplius beneficium, decif.417. numer.1.
Beneficia curata vnita canonicatui non funt conferenda per concurfum,ibid.nu.3.
In prouifionibus beneficiorum,vide verb.

Digitized by Google

verb. prouisio.
Beneficia Ecclesiastica ad quem finem sint constituta, decis. 497. nu. 1. Infertur ex hoc ad tria, de quibus, ibid. num. 2. 3. & 4.
Beneficio vacanti, potest vnus imponi non solum in eius vacatione, sed etiam in ipsius emptione, dec. 573. num. 1. Amplia ibidem numero 2. 3.
Beneplacitum extinguitur morte, decis. 451. nu. 1.
Quid iuris quando concessum fuit sub commemoratione dignitatis, ibid. num. 2.
Beneplacitum Regium extinguitur morte Regis.
Birruarij dicuntur vtiles personę, decis. 636. num. 1.
Bona Ecclesię sine causa alienari non possunt, dec. 43. num. 1.
Bona Ecclesiastica offerenti plus iusto pretio propter æmulationes non sunt liberanda, & quid in praxi, decis. 60. nu. 1. & 8.
Bona, quę seruando seruari non possunt, quæ dicantur, dec. 73. numero 2.
Bona Cappellaniæ, fundatæ absque Episcopi licentia, possunt sine solemnitatibus alienari, & quare, dec. 82. num. 1. & 2.
Bona delata Monasterio per ingressum Religionis, ad hoc, vt quæsita, non autem quærenda iudicentur, quid est necesse? decis. 101. numer. 4.
Bona non assignata filio libera in legitimam non imputantur, decis. 594. num. 5.
Brachium sæculare in nonnullis casibus implorandum, decis. 316. numer. 2.
Ius implorandi brachium, vide verb. Episcopus.
In inuocatione Brachij sæcularis nō requiritur citatio, dec. 321. num. 5.
Brachium sæculare quo casu denegandum, decis. 323. nu. 1.
Brachij imploratio est remedium subsidiarium, decis. 324. n. 1.
Brachium sæculare potest implorare contra successorem, decis. 327. numer. 1.
Bulla Episcopi an probet, decis. 142. num. 9.
Bulla Clementis Octaui prohibens mendicantibus ędificare noua monasteria absque licentia Pontificis an habeat locum in hospitiis, decis. 652.

C.

CAducitas est ius quęrēdum, decis. 135. nu. 5.
Caducitas dependet à voluntate beneficiati, ibid. num. 6.
Quicquid calore iracundię fit, pro nihilo habetur, decis. 634. numero 2.
Iuramentum calore iracundiæ emanatum non obligat, ibid. nu. 3.
Confessio facta calore iracundię non valet, ibid. num. 4.
Prouocatio facta calore iracundiæ minuit pœnam, ibid. nu. 5.
Qui calore iracundiæ publicè Deū, vel Beatam Virginem blasphemat est mitius puniendus, ibid. n. 6. Limita nu. 7.
Canonici absentes in ratificatione non sunt vocandi, decis. 19. numer. 3.
Canonici Ecclesię Cathedralis propriè non dicuntur habere dignitatem, dec. 105. num. 1.
Canonicatus in Ecclesia Cathedrali dicitur dignitas secundum latam interpretationem, ibid. numer. 2. & 9.
Canonicis Ecclesię Cathedralis, si in euidenti, potest committi, ibid. num. 3.

Digitized by Google

Canonici sunt in magno honore, ibidem num.4.
Canonici vnum corpus cum Episcopo faciunt, ibid.num.5.
Canonici dicuntur primi gradus clerici, ibid. nu.6.
Canonici præcedunt Abbates, habentes vsum mithræ, & baculi, ibid.num.7.
Canonicis est præstanda reuerentia à clericis Diœcesis, ac Episcopi fratres dicuntur, ibid. numer.8. & 9.
Canonici mendicantium conseruatores esse possunt, ibid.num.10.
Habens Canonicatum, cui est annexa parochialis, debet residere in canonicatu, decis.490.num.4.
Ad obtinendum canonicatum, cui est vnita parochialis, non requiritur ætas vigintiquinque annorũ, ibid.num.5.
Canonici associantes Episcopum, quòd lucrentur distributiones quotidianas, probatur ex duobus, de quibus decis.500.num.1.2. & 3. Decisio Congregationis Cõcilii ibid.num.4.
Canonicus potest abesse ab eius Cathedrali per spatium trium mensium, decis.505.nu.1. Amplia ibid. num.2.3.4.& 5.
Canonicus prior in data an præcedat anteriorem in possessione, decis.580.in principio.
Capellæ tripliciter concedi possunt, dec.41.num.1.
Capellæ vendi non possunt, nec veniunt in domus venditione, ibid. num.2.
Concessa Capella, vel Ecclesia, an ius funerandi datum censeatur, vbi etiam clausula necessaria, apponenda à tabellione in contractu Capellarum concessionis, nec non si licentia tacita sufficiat, & quomodo ista tacita colligitur, ibidem numero 7.
Capellania talis à laico, vel à fœmina obtineri potest, decis. 82. numer.5.
Capellanus, prout est in fundatione ita satisfacere debet, dec.147. nu 118.
Capellania obtenta in capella Papæ, licèt dicatur amouibilis, potest tamen quis ad illius titulum ordinari, dec.396.num.4.
Capellania, vbi non adest cura animarum, non requirit residentiam, & respondetur contrariis, decis. 399.nu.1.& 2. Ampliatur conclusio, ibid.nu.3.
Duæ Cappellaniæ sub eodem tecto sunt incompatibiles, dec. 401. nu 1. Ampliatur duobus modis, ibid num.2.& 3.
Quòd Capellanus infirmus non teneatur per alios celebrari facere, probatur duobus mediis, dec.403. num.1.& 2. Contrarium est verius, ibid.num. 3. & 4. Limitatur num. 5. Refertur declaratio Congregat. Concilii, ibid.n.6.
Capellanus potest alibi, quàm in loco designato celebrare, contrarium deciditur ex duobus, de quibus decis.405.num.1.2. & 3. Adducuntur duę causæ legitimę non celebrãdi in Altari designato, de quibus ibidem n.4.& 5.
Capellaniæ, quando non conceduntur in titulum, non dicuntur beneficia Ecclesiastica, decis.406.nu. 2. Amplia ibid.num.3.
Capellanus tenetur contribuere in translatione Altaris ex quatuor mediis, de quibus decis.410. nu.1. 2.3.4.& 5. Contrarium fuit decisum ex duobus, de quibus ibidem num.6.& 7. Respondetur contrariis, ibid.num.8.
In successione Capellaniarum, vide verbi successio.

Cap.

Cap. Odoardus beneficium non potest opponi in executione sententiæ, dec. 290. nu. 2.
Cap. Odoardus. beneficium æquipollet illo ne quis. &c. ibid. numero 3.
Datur intellectus ad cap. Statutum, de maior. & obed. decis. 475. numer. 9.
Capitulum, Sede vacante, ipsius ecclesiæ bona absque assensu Apostol. alienare non potest, decis. 84. num. 1.
Capitulum, Sede vacante, potest Ecclesiæ inferiori ex causa alienare volenti, auctoritatem interponere ibid. numer. 2.
Capitulum, Sede vacāte, bona ipsius Ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, absque solemnitatibus alienare potest, ibid. num. 2.
Capitulum, Sede vacante, pro instanti necessitate ipsius Ecclesiæ absque licentia Superioris pecunias mutuò recipere potest, vbi etiam requisita pro tali mutuo faciēdo. ibid. numero 4.
Capitulum, Sede vacante, vel eius Vicarius Episcopo in causa delegata non succedat, decis. 245. nu. 3. cum limitatione.
Capitulum succedit in omnibus, quæ Episcopo competere debent, dec. 357. n. 4.
Capitulum, Sede vacante, succedit in omnibus iis, quæ ad Episcopalem iurisdictionem pertinēt, dec. 472. num. 1. Amplia ibid num. 2. Limitatur regula ibid. numer. 3. 4. 5. 6. 8. & 9. Redditur ratio sextæ limitationis, ibid. nu. 7.
Constituitur tempus Capitulo, Sede vacante, ad eligendum Vicarium Capitularem, dec. 473. nu. 1.
Capitulo, Sede vacante, quòd non sit necesse constituere Vicarium, probatur ex tribus, de quibus, decis. 474. numero 1. 2. 3. & 4. Contrarium seruatur in praxi, ibidem numer. 5.
Capitulum, substituendo secundum Vicarium, non videtur à primo recessisse, dec. 478. num. 1. Contrarium est verum, ibid. num. 2. Redditur ratio conclusionis ibid. n. 3. Limitatur tamen, & declaratur num. 4. & 5.
Capitulum succedit in omnibus Episcopo pertinentibus, decis. 483. numer. 2.
Capitulum, sede vacante, non potest vnire sibi quodcunque beneficium, decis. 491. nu. 1.
Capitulum, quod possit vigore consuetudinis permittere Canonicis absentibus per spatium quindecim dierum percipere distributiones quotidianas, probatur ex tribus decis. 493. nu. 2. 3. & 4. Contrarium est verius, quod probatur ex tribus aliis, de quibus, ibid. nu. 9. 7. & 8.
Capitulum, Sede vacante, non habet facultatem absoluendi ab irregularitatibus occultis, dec. 533. num. 1. In his, quæ sunt à Sede Apostolica Episcopo delegata, non succedit Capitulum, Sede vacante, ibidem numer. 2. Contrarium est verius, quod probatur auctoritate ibid. num. 3. 4. & ratione n. 5.
Capitulum, Sede vacante, non potest vendere quodcunque beneficium, dec. 492. numer. 1.
Cap. licet Canon habet locum tantum in parochialibus, decis. 564. num. 10.
Capitulum potest visitare Ecclesias Episcopatui subditas, decis. 609 num. 2.
Captura vltra infamiam damnum affert irreparabile, decis. 604. numer. 3.
Quot capita, tot sententiæ, decis.

Digitized by Google

181.numero 153.

Carcer est introductus ad pœnam de iure canonico, decis. 628. numer.2.

Carceratus dicitur etiam, qui stat in aliquo loco, ita quod ab eo recedere non potest, decis. 379. numer.1.

Recedens à carceribus, & statim rediens, non dicitur fugere, ibidem num.3.

Casus enumerantur. Vide verb. enumerare.

Regulariter & causa, & solemnitas in rei Ecclesiæ alienatione copulatiuè requiruntur, decis.12.numero 1.

Causa, & solemnitas in alienatione rei hospitalis auctoritate Episcopi erecti requiritur, decis.40.numer.4.

Cessante causa, vide verb. cessare.

Causa non instituendi præsentatum, quæ dicatur, dec.159.nu.74.

Causa iusta, vel non, matrimonium non contrahendi iudicis arbitrio remittitur, dec.232.num.2.

Causę iustæ, ac legitimæ non contrahendi enumerantur, ibid.numero 4.

Causæ separationis matrimonij nouem enumerantur, decis. 236.numero 1.

Causa iusta est necessaria, vt denuntiationes in matrimonio contrahendo omittantur, decis.258. nume.1.

Causę sex, per quas denuntiationes possunt remitti, enumerantur, ibid.num.3.

Causæ dispensationum in matrimonio quænam sint, decis.270. numero 8.

Causa limitata, limitatum producit effectum, dec.518.num.5.

Causæ allegatio non sufficit, nisi illa probetur, decis.629.num.2.

Quid sit dispositum per Concilium Tridentinum, ibid.num.3.

Causa reuelationis pertinet ad inquisitorem, decis.631.num.7.

Cessante causa propter quam fit donatio. vide in verb. donatio.

Causæ à Sede Apostolica committuntur personis in dignitate existentibus, dec.622.nu.1. Amplia etiam si dictæ causæ subdelegarentur, quia tunc non possunt nisi personis in dignitate, ibidem numer.2.

Cautela in decreto fundationis apponenda, dec.202.nu.229.

Cautela in præsentatione Iurispatronatus dotalis, deci.123.nu.334.

Cautio nuda comprehenditur nomine cautionis, decis.254.n.1.

Cautio iuratoria non est sufficiens vt vxor possit cogi ad cohabitandum cum viro, & quare, ibid.nu.

Cautio sufficiens, quę dicatur, ibid. nu.3.

Charitas Prima à se ipso incipit, decis.131.num.3.

Census impositio pro litis sustentatione est vtilis, decis.49.numer. 3.

Census impositus super rebus alienari prohibitis, est nullus, decis.71. num.2.

Certus certior fieri non potest, deci. 454.num.8.

Cessante causa prohibitionis, cessat prohibitio, decisi.74.numer.2.

Cessio liti, & causæ feudali valet sine Regio assensu, decis. 214. numero 287.

Citandus est rector in rei Ecclesiæ alienatione, & quid si esset præsens, decis.6.num.1.& seq. Et quid, si ipse Summo Pontifici supplicaret, ibid.num.4.

Citatio partis requiritur, etiam si in commissione fuerit dictum, quòd extraiudicialiter cognoscat, quę opinio hodie non est in vsu recepta.

Digitized by Google

pta, decis.108.num.4.
Citatio quando non requiritur, & quando testes non sunt examinandi, ibid.num.5.
Citatio partis an sit necessaria in absolutione à iuramento, refertur duplex opinio, decisi.333.nume.1.
Citatio pro excommunicando aliquem, quomodo sit facienda, decis.454.num.1.
Citatio fieri debet personaliter, assignatur ratio, ibid.nu. 2.& 3. Limitatur ibid.num.4.5.6.&7.
Citatio inualida nil operatur, decis. 522.nu. 5.
Citatio non est impedienda, nisi prius de delicto constet, saltem præsumptiuè, decis.604. num.1. & 8.
Citatio realis infamat, ibid.num.2.
Citatio ad informandum quando in Regno Neapolitano non est impedienda, ibid.nume.4.
Citatio dicitur vitiosa, quando non constat de delicto, ibid. numer. 7.
Nullus debet priuari possessione nisi citetur, decis.674.num.7.
Ciuis præfertur extero, sicuti senior iuueni, decis.191.num.200.
Ciuis dicitur ille, qui in aliquo loco ortus est, decis.298.num.2.
Ciuis allectus dicitur propriè ciuis, ibid.num.3.
Clausula (supplentes, &c.) in hac decisione quid denotat, decis. 12. num.3.
Clausula in confirmatione alienationis (dummodo debito pretio sit facta) quomodo intelligatur, decis.14.num.6.
Clausula posita in alienatione rei ecclesiæ, sine præiudicio ecclesiæ, quid operatur? decis. 16.nu.2.
Clausula, (vt non aliàs, nec alio modo) conditionem inducit, in tantum, quod si in alienatione est reseruatus assensus Apostolicus, in qua de iure non requiritur, propter clausulam appositam illius impetratio est necessaria, aliàs contractus erit nullus, decisio. 37.num.1.& 3.
Clausul. (nec aliter, nec alio modo) quid indicat, decis.56.num.1.
Differentia inter clausulam (saluo Domini assensu) & clausul. (nec aliter, nec alio modo) ibid.num.2.
Clausul. (quod pretium subrogetur in aliud prædium) quid importat, decis.100.num.1.
Clausula, quod extraiudicialiter se informent, non tollit partis citationem, decis.104.num.6.
Clausul. (vocatis vocandis) quid importat decis.108.num.6.
Clausulæ, quæ apponuntur literis commissionis, ad hoc, vt Commissarius subdelegare non possit, decis.110.nu.5.
Clausul. (non aliàs aliter, nec alio modo) si adest instrumento rei ecclesiæ, alienatæ, nihil operatur, sed contractus in totum erit nullus, si beneplacitum non fuerit obtentum, decis.119.nu.3.
Clausul. (saluo beneplacito Sedis Apostolicæ) est conditionalis, decis.125.num.3.
Clausul. (dummodo alteri, &c.) ius quæsitum ad rem præseruat, & quando hoc iudicatur quæsitum, decis.195.num.204.cum limitatione.
Clausul. (anteferri) quid denotat, decis.195.nu.207.
Clausul. (non obstantibus cum decreto irritanti) quid operatur, ibi. nu.208.
Clausula (dummodo alteri, &c.) literarum Apostolicarum executionem non suspendit, ibid. num. 210.
Clausul. (hæredibus quibuscunque)

Digitized by Google

quid operatur,decis.206.num.255.
Clausula (Iurepatron. &c.) absque causæ cognitione Iurepatroni conseruat,decis.208.num.262.
Clausula habita, vel non habita in pensione, quid operetur, decis. 429.num.1.
Clausula, habita, vel non habita, pensione,nō operatur vltra duos vel tres annos, ead.decis.429.nu. 2. Limita, vbi adesset legitima causa non adipiscendi possessionem,ibid.num.3.
Clausula in appellatione, si, & in quantum, quid operetur, decis. 517.num.3.
Clausula, quæ apponitur in bulla, collationis, Teque absoluentes à quibusuis censuris, non includit irregularitatem, quod probatur ex duobus, decis.534.num.1. 2.& 4. Ampliatur conclusio principalis, vt procedat etiam si in Bulla adiiciantur verba,& à pœnis,ibid.num.3.
Clementina, vt calumniis non excludit beneficium capituli Odoardus,decis.295.num. 4.
Clericus admittitur ad iuratoriam cautionem,decis.282.num.1.
Clericus tenetur seruare indemnem suum fideiussorem, ibid. nume.2.
Non nisi pauper clericus gaudet priuilegio ca.Odoardus, & suam paupertatem probare debet, decis.284.num.1.
Clerici paupertas quomodo probetur,ibid.num.2.3.& 4.
Clericus in minoribus ordinibus admittitur ad beneficium capit. Odoardus,decis.285.num.1. Intellige dummodo inseruiat in diuinis,ibid.num.2.
Clericus dolosus non gaudet beneficio cap.Odoardus, dec.287.nu.1. 2.& 3.
Clericus excommunicatus gaudet priuilegio fori,decis.291.num.4.
Clerici coniugati gaudent priuilegiis Canonicis,& fori, decis.294. nu.1.
Clerici coniugati non gaudent reliquis priuilegiis, clericis à iure concessis,ibid.num.2.
Clerici coniugati tenentur ad solutionem collectarum, & gabellarum ibidem nu.3.
Clericus coniugatus ad effectum obtinendi beneficium cap. Odoardus,æquiparatur puro laico, ibid nume.4.
Clericus ordinatus à non suo Episcopo gaudet priuilegio clericatus,decis.297.num.3.
Clericus habet electionem à quo velit ordines sumere, decis. 306. nu.1. Et variatio cuilibet permittitur,ibid. sub num.1.& 2.
Clerici debent esse literis instructi, & his quæ pertinent ad exercendum ordines,decis.311.num.1.
Clericatus non probatur per bullas. superiorum ordinum, decis. 317 nume. 1.
Clericus concubinarius non est cogendus ad abiurandum concubinam,decis.343.numer.1.
Clericus pro delictis ab eo patratis, pœna fustigationis infligi potest, decis.355.numer.1.
Clerici nobiles non condemnantur ad pœnas ignobilium pro delictis ab eis patratis,decis.360.num. 1. Limita hoc non procedere in crimine falsi,ibid. nume. 2. Limita etiam hoc non procedere in causis Sanctæ Fidei, ibidem numer.3.
Clerici detinentes concubinas post monitionem priuantur tertia parte fructuum,decis.361. nume.1. Referuntur variæ pœnæ clericorum concubinariorum, ibidem nu,2.

Cle-

Clericus concubinarius, & publicus non ipso iure priuatur beneficiis, ibid.num.5.

Clericus non committit crimen læsæ Maiestatis, quia non potest dici subditus Principi sæculari, decis.365.num.2.

Clericus tam de iure canonico, quàm ciuili non potest coram iudice sæculari conueniri, ibid. numer.4.

Clerici in minoribus constituti non coguntur deferre clericum habitum clericalem, decis. 368. numer.1.

Clericus dimittens habitum, non potest carcerari.ibid.num.2.

Clericus beneficiatus priuatur beneficio, non incedens in habitu & tonsura, ibidem, num. 3. Vestes clericales quæ dicantur, ibidem, num.4.

Clerici arma deferentes, diuersimodè puniuntur, decis.371.n.1.

Clericus arma ferens, peccat mortaliter, ibid.num.3.

Clericorum arma debent esse lacrymæ, & orationes, ibid.num.4.

Clerici prohibentur negotiari, & referuntur tres rationes, de quibus in decis.375.numer.1.2.3. & 4. Limitatur hæc regula in quatuor casibus, ibid.num.5.6.& 11.

Clericus non dicitur negotiator, si vendit vinum, granum, & similia, ex propriis fundis prouenta, & hæc possunt vendi absque gabellę solutione, ibidem num.8.& 9. Amplia ibid.nu.10.

Clerici possunt aliquid lucrari ex artificio, dummodo sit honestum, ad quod inferuntur nonnulla, ibid.num.13.14.15.& 16.

Clerici beneficiati omittentes officium diuinum, priuantur beneficio, decis.377.nu.1.

Clericus deponens falsum coram iudice laico, remittitur, decis. 381. nu. 4.

Clericus vt gaudeat priuilegio fori, quas qualitates habere debeat beneficium, decis.388. nu.1.

Clericus vt possit beneficia simplicia obtinere quæ requiruntur, intelligendo tamen in constituto in minoribus, cum secus sit in constituto in sacris, decis. 390. nu. 6.& 7.

Clericus homicida priuatur beneficio, decis. 395.num.1. Hęc conclusio ampliatur & limitatur, ibid. num.2.

Clericus vulnerando aliquem in oculo, ita vt eius lumen amittatur, potest priuari beneficiis tanquam irregularis, decis.525. num.2. In contrarium est decisio, scilicet, præfatum clericum nullo modo priuandum esse beneficiis, nec irregulariter esse declarandum, ibid.num.3.

Efficitur irregularis clericus rixans cum aliquo, cuius causa eius consanguinei homicidium committunt, decis.528. num. 1. In contrarium est decisio, ibidem numer.2. Respondetur contrariis, ibidem num.3.

Clericus ad hoc vt possit dici irregularis ex aliquo homicidio cõmisso, est necesse, vt fuerit causa proxima, decis.529.num.2.

Clericus potest de suis malefactoribus conqueri, præmissa clausula, citra pœnam sanguinis, & non efficitur irregularis.decis.531.num. 1.Amplia ibid.num.2.3.& 4. Redditur ratio conclusionis, ibidem num.5.

Clericus nobilis, quòd teneatur aufugere, alias incurrit irregularitatem probatur ex tribus, de qui-

Digitized by Google

bus,decis.535.num.1.2.3. & 4. Respondetur contrariis,ibid.numer. 6.7.

Clericis prohibita est negotiatio, decis.543.nu.1.

Clericus an possit assumi in socium conductionis,ibid.num.2.

Clericus si hæres existat conductori,an possit perseuerare vsque ad finem,ibid num.3.

Clerici an possint bona ecclesiarum conducere,ibid.num.5.

Clericis quando permittantur conductiones prædiorum, ibid.numer.6.

Clericus non potest de crimine perqueri, nisi sit publicè diffamatus de crimine, & diffamatio constet iudici,nec iudicio sufficiunt, decis.585. num. 1. quod declaratur ibidem num. 2. quid practicetur in Curia Archiepis. ibidem num. 3.quid practicetur in ciuitate Mediolan.ibid.nu.4.

Clericus ab initio malus, an præsumatur bonus per spatium triennij,decis.586.num.5.

Clericus occidens bannitum, an sit immunis à pœna temporali, decis.587.num.1. & 8. & an liceat ei sanguinem effundere, ibid. numer.2.

Statutum permittens impunè occidi bannitum,an valeat de iure canonico,ibid.numer.3. & an comprehendat personas ecclesiasticas,num.4.

Clericus committens homicidium odio, & inimicitia particulari contra bannitum,debet puniri, ibid.nu.5. & eo magis si vestimenta banniti abstulerit, nu.6. Quid si proditoriè bannitum clericus occiderit,ibidem numer. 7. & sequent.

Clericis licitum est effundere sanguinem in multis casibus,ibidem num.9. 10.& seq.

Clericus Doctor an possit relegari cum comminatione pœnæ triremium,decis.588.nu.1.3.& seq.

Clericus emittens ictum scoppictæ, qua pœna puniatur, si effectus non sequatur.decis.589. numer. 1. & 3.

Clericus conuenitur coram ecclesiastico, etiam si postea laicus efficiatur,decis.590.num.1.

Clericus qui fuit notarius in Curia Episcopali si efficiatur bigamus, an teneatur respondere in eadem Curia pro gestis tempore clericatus,ibid.nu.3.

Clerici an gaudeant ecclesiæ immunitate, confugiendo ad eam, decis.591.nu.1.per totum.

Clericus pro delicto carceratus, non debet in carceribus arrestari pro debito ciuili, decis. 595. numer.1.

Contrariū dicitur in Curia Archiep. ibid.nu.2.

Clericus lite pendente effectus Episcopus non est per eandem Curiam condemnatus, & quare, decis.596. numer.5.Amplia in milite, ibid.nu.7.

Clericus potest renunciare clericatui,& qua forma, decis. 597. num. 1.Datur intellectus ad tex.in c. si diligenti,&c. significasti, de for. com.ibid.nu.2.

Clerici in minoribus dicuntur esse absque gradu,nu.3.ibid.

Clerici non possunt ab Episcopo arctari ad faciendam residentiam in diœcesi,decis.598.num.1.

Clerici non possunt ex consuetudine teneri,vt in beneficiis simplicibus resideant,ibid.num.2.

Clericus dicitur vsufructuarius bonorum ecclesiæ,dec.601.nu.2.

Cleri-

Digitized by Google

Clericus tenetur ad restitutionem, si vltra victum voluptuosè expenderit de bonis ecclesiæ, ibid. num.4.

Clericus quando expolium faciat, ibid.nu.6.

Clerici possunt per laicos de Episcopi mandato torqueri, decis. 602.num.1. & quibus rationibus, ibid.num.2.per tot.

Clerici in Cur.Archiep.quando carcerantur, decis.604.num.9.

Clericus dimittens habitum clericalem ad hoc vt facilius delinquat, est ecclesiastico iudici remittendus, decis.606. num. 6.

Clerici in minoribus constituti incedentes quandoquidem absque habitu, & tonsura fori, priuilegium non amittunt, ibidem numer.7.

Clericus non incedens in habitu & tonsura, an possit declinare iurisdictionem iudici sæcularis, decis. 607.num. 1. Quid in beneficialibus, & sic si esset beneficiatus, ibid.num.2.

Clericus qui non incedit in habitu & tonsura potest cognosci ab eius Episcopo, cum gaudeat etiam Canonis priuilegio, ibid.nu. 3.5. & 7.vbi contrarium tenentes reprobantur.

Clerici prohibentur dormire cum mulieribus, etsi suæ affines & consanguineæ sint, decis.686. num. 2. ad quod adducuntur duo dicta Diui Hieronymi, numer.3. & 4. & D.Aug.numer.6.qui noluit cohabitare cum sorore sua. Amplia supradicta etiam in Fratribus Hierosolymitanis, ibidem numer.8.

Clericus beneficiatus condemnatus ad perpetuas triremes est beneficio priuandus, decis. 690. num. 1. Quod procedit etiam in condemnatis ad perpetuos carceres, ibid.nu.3. Redduntur duæ rationes ad corroborationem supradictorum, num.2.& 4.

Coadiutor ecclesiam vnitam dismembrare non potest, decis. 47. num.2.

Coadiutoria indulgetur propter infirmitatem, decis.574.numer.3. Item propter lepram, numer. 5. Item propter senectutem, ibidem numer.44. Item propter dementiam aut furorem, numer. 6. Item propter linguæ impedimentum, num.7. Item propter populi numerositatem auctam, numer. 8. Item si Rector est suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, ibid.num.9.

Coadiutoris datio spectat ad Episcopum, ibid.num.10.amplia numer.12.

Coadiutori debentur alimenta de redditibus ecclesiæ, & in subsidium tenentur parochiani, ibid. nu.11.

Coadiutor tenetur ad residentiam quemadmodum eius Rector, ibi. num.13.

Cognitio causæ accedens (clausula iurepatron. illæsa seruare volentes) est iuris tributiua, decis. 208. nu.261.

Cognitio causæ in dubio præsumitur, præsentatione admissa, ibid. nu.263.

Cognitio causæ matrimonialis ad Episcopum tantum spectat, decis.245.num.1.

Cognitio causarum matrimonialium ad Episcopum, & non ad inferiorem spectat, decis. 252. numer.1.

Cognitio criminis hæresis est merè ecclesiastica, decis.330. numer.2.

Collatio & institutio facta absque

Digitized by Google

præsentatione domini, est nulla; non autem quando non contradixit, decis.171.num.106.
Collatio beneficij electionis est species, decis.183.num.164.
Collatio beneficij contra feudatoris instituta non valet, decis.187. num.189.cum limitatione.
Collatio beneficij illiterato facta, est ipso iure nulla, decis.212. num. 282.
Collatio dignitatum spectat ad Summum Pontificem, dec.382.numero 1.
Collatio beneficiorum est facienda literatis, quæ si fiat illiteratis, est ipso iure nulla, decis. 390. num.1. & 2. Cuius conclusionis duæ assignantur rationes, de quibus ibid. nu.3.& 4.
Collatio beneficii facta minori quatuordecim annorum, est nulla, & Episcopus conferens peccat mortaliter, dec.392.num.4.
Collatio beneficiorum spectat ad loci Ordinarium, decis.394. num. 1. Limita in multis casibus, ibid. numer. 2.
Collatio beneficiorum, seu institutio regulariter spectat ad Episcopum, decis.406.nu.1.
Commendatarius donare non potest, decis.43.n.4.
Commendatarij perpetui ordinum militarium cum Prælatis æquiparanitur, decis.76.nu.1. & 3. necnon cum beneficiariis.
Commendæ seu Præceptoriæ S. Ioannis Hierosolymitani in generali reseruatione non veniunt, ibid.num.2.
Commendatarius absque superioris auctoritate, monasterij bona alienare non potest, decis.79.numer.1.
Commissarius, cui committitur, si in euidenti, debet esse in dignitate constitutus, dec.104.num.1.
Commissarij Apostolici tunc debent esse in dignitate, quando eis iurisdictio conceditur, ibid. num.3.
Commissarij, quibus committitur, si in euidenti sunt iudices, & quare, ibid.nu.1.4.5.& 7.
Commissarij non possunt excedere commissionis fines, & quomodo hæc conclusio declaratur, decis. 106.nu.1.6.& 7.
Commissarij non solum commissionem, sed ipsius qualitatem obseruare debent, ibid.num.2.
Commissionem habens ad beneficium acceptandum vigore vnius gratiæ, non poterit ex alia acceptare, ibid.nu.4.
Commissarius Apostolicus censum, seu canonem augere potest, ibid. num.5.
Commissarij tenentur commissionem in effectu seruare, non autem in forma superficiali, ibid.numer.8.
Commissio est stricti iuris, nec Commissario excedenti fines, est parendum, decis.107. num.1.
Commissarius super vna causa, de alia non potest cognoscere, ibid. num.2.
Commissarius Apostolicus de subreptione assensus cognoscere potest, ibid.num.4.
Commissarius impetrantem ad expensas condenare potest, ibid.numer.5.
Commissarius abutentem Apostolico rescripto puniri potest, ibid. num.6.
Commissarius in breui, si in euidentem, non potest sententiam ferre, mortuo Pontifice, decis. 109. num.1.
Commissarij Apostolici, quibus commissiones, si in euidenti dirigun-

Digitized by Google

guntur, alteri vices suas demādare non possunt, & quare, decis. 110.num.1.5.6.& 7.

Commissio si in euidenti, in primariis dignitatibus constitutis dirigitur,& quare,ibid.num.3.

Commissiones si in euidenti grauissimum continent negotium, ibi. num.4.

Commissarij Apostolici quibus cōmittitur,si in euidenti, non habet potestatem transferendi emphyteusim in extraneos, decis. 124. num.1.

Non comparens tempore edicti iurispatr.non est audiendus, decis. 162.nu.79.

Qui non comparet, vide verb. Qui.

Concessio ad beneplacitum facta, absque causa reuocari non potest,decis.68.n.2.

Concessio vltra triennium est alienationis species, ibidem numer.3.

Concessio siue gratia, ad beneplacitum facta dicitur perpetua, ibid. num.4.

Concessio ad beneplacitum facta, morte concedentis non expirat, ibid.num.6.

Concessio ad beneplacitum facta specialiter,& non generaliter est reuocanda,ibid.nume.7.

Concessio rei ecclesiæ feudalis in burgensaticum, absque assensu est nulla,& quare, decis.88. numer.1.

Concessio iurium feudalium, quæ non exercentur, valet in Regno quemadmodum & rerum demanialium sterilium,decis. 214.num. 289.

Concesso aliquo, videntur concessa omnia sine quibus illud explicari nequit,decis.558.num.2.

Concessio facta alicui de intrando ad monasteria monialium, intelligitur de prima vice, decisi 649. num.1.

Conclusio pręsens corroboratur nonnullis mediis, decis. 432.numer.1.

Concubinarij qui dicantur, decis. 361.num.6.

Concursus in collatione parochialis fieri debet,decis.414.num 1. Amplia primò, vt non possit per Episcopum remitti,ibid.numero 2. Amplia secundò, vt non sit tutus in foro conscientiæ, prouisus absque pręfata forma, ibidem numer.3.

Concursus requiritur in omnibus beneficiis curatis, decis. 416. numer.1. Limita,quando beneficia curata resignarentur in manibus Sanctissimi ad fauorem, ibidem nu.2.

Concursus non requiritur in prouisione Parochialis, quę est de iurepatronatus laicorum, decis.420. nu.1.Limitatur tribus modis, ibi. nu.2.3.& 4.

Concursus cessat,quando quis nolit consentire pensioni,decis.422. n.1.

Conditio (si alienatio cedat in euidentem ecclesię vtilitatem) quæ apponitur in mandato alienationis rei ecclesiæ, non suspendit gratiam, nec facit beneplacitum conditionale quoad eius substantiam,decis.33.nu.3.

Conditio suspendit,& nihil ponit in esse,decis.85.num.2.& decis. 248. nu.1.

Conditio super veritate iuramenti est remittenda iudici ecclesiastico,decis.339.nu.3.

Conditiones in fundatione appositæ,sunt seruandę,decis.400.nu.2.

Conducens rem pro aliquibus annis,si ipsis elapsis, continuat,censetur tacitè reconducere, decis.

Digitized by Google

92.num.2.
Conductor locationi factę per prædecessorem, stare tenetur cum successore, quando annus etiam est cœptus, decis.112.num.6.
Conductor perseuerare cum eisdem pactis Initis cum prædecessore, non tenetur cum successore, ibid. num.7.
Confessio Prælati sola vtilitate non probat, nisi concurrentibus coniecturis, & quæ dicantur coniecturæ in hac materia, decisi.5. numer.1.
Confessio facta calore iracundiæ non valet, decis.634.num.4.
Confessus delictum propter minas, non dicitur confessus per torturam, decis.673.num.15.
Confirmatio est inualida, instrumento non exhibito, decisi. 72. num.8.
onfraternitates pia loca possunt dici, decis.48.num.1.
Confraternitates multa pietatis & misericordiæ opera exercent, ibi. nu.4.
Confraternitas quando pius est iudicandus locus, ibid.nu.7.
Confraternitas aliquando pius iudicatur locus, Episcopi non accedente auctoritate.
Confrontatio testium, vide verb. Testis.
In confrontatione facienda, testes debent iurare, decis.444.nume.4.
Coniectura est fortior omnib. aliis, quæ facit actum valere, ac illa præsumptio est accipienda, quæ pro actus perfectione facit, decis. 27.num.7.
Coniecturæ ad probandum illegitimitatem, quænam sint, decis. 226. nu.3.
Coniecturę ponuntur, ex quibus Episcopi arbitrari debent, decis. 313.num.2.
Coniugi super impedimento a dissoluendum non creditur, cum limitatione, decis.263.num.1.
Coniux febre laborans, an teneatur reddere debitum, decis. 633. numer.3.
Coniuges possunt excusari à debito reddendo post prandium nuper desumptum, ibid.num.4.
Conquestus solus mulieris de vitio nefando, non est ad matrimoniũ separandum sufficiens, & quare, decis.237.num.4.
Consensu Abbatis non intercedente, iura monasterij non sunt distrahenda, decis.43.nu.4.
Consensus monasterij, vel generalis Congregationis in alienatione bonorum ipsius requiritur, & quare, decis.51.num.1.& seq.
Consensus nec tractatus requiritur in alienatione rerum monasterij, Papæ interueniente auctoritate ibid.num.6.
Consensus expressus est necessarius in alienatione, in qua requiritur pro forma, decis.87. numer. 1.& 2.
Consensus requiritur expressus, quia hoc habet ex sui natura, ibidem num.3.
Consensus quando dicitur expressus, & quando tacitus, ibidem num.4.
Consensus patroni in alienatione terræ iurispatron. non requiritur, & quare decis.178.num.137.
Consensus patroni in pensione imponenda, non requiritur, decis. 201. nu.226.
consensus mutuus debet esse, & non conditionalis, decis.248.nu.4.
consensus nouus requiritur, vide verb.Nouus.
consensus ex diuturnitate temporis præsumitur, decis.402.nu.5.
consensus patroni an præsumatur, & an stetur assertioni Episcopi, decis.

Digitized by Google

dec.486.num.5.
Consensus quando est de forma, necesse est vt sit expressus, dec.668. numer.5. Et quid si non esset formalis, ibid.num.6.
Conseruatores Religionis contractus nulliter factos, per Commendatarios reuocare possunt, dec.76. num.5.
Conseruator debet esse in dignitate constitutus, decis.105.nu.11.
Consilium quando quis dicitur prętare, dec.529.num.3.
Curia Archiepiscop. quid seruet in puniendo quem de auxilio, vel associatione, dec.679.
Vt quis possit de consilio, auxilio, & fauore pręstito puniri, quæ requirantur, ibid.num.2.
Constitutum est fictus modus acquirendi possessionem, decis.59. numer.1.
Constituens se nomine emptoris possidere ante expeditionem assensus Apostolici incidit in censuras, & quare ibidem, secus verò quando contractus esset alias nullus, ibid.num.2. & 4.
Constitutum pro vera traditione non solùm in ciuilibus, sed etiam in pœnalibus habetur, ibidem num.3.
Constitutio beneficij requiritur cũ consensu Episcopi, decis.383. numer.1.
Constitutio dans formam resignandi, non habet locum quando resignetur beneficium pro vnione fabricæ ecclesiæ, decis.484.num. 1. & 2.
Consuetudo regionis inspici debet, decis.25.numer.2. Vbi non adest consuetudo, inspicitur id, quod fuit inter partes conuentum, ibid. num.3.
Consuetudo vim habet, vt successor teneatur locationi factæ per prædecessorem, stare, decis.112.numero 8.
Consuetudo, quod tempus requirat ad hoc, vt assensus pręsumatur? dec.125.nu.4.
Consuetudo, quòd liber pro authẽtico habeatur, tenet, decis.249. numer.8.
Consuetudo generalis, quòd non punitur, & cap. cessat in crimine sodomiæ, decis.347.num.3.
Consuetudo potest tollere nundinas in honorem Dei inductas, dec.559. nu.2.
Consuetudo de iure canonico ad hoc, vt dicatur inducta, requiritur spatium decem annorum, decis.578.nu.2.
Consuetudo disponens aliquid recipiendum pro sepultura non valet, dec.665.nu.1.2.& 3.
Contrarium dicit Auctor esse seruandum in praxi, ibid. numero 4.
Consuetudo laudabilis quã do dicatur deducta, ibid.num.6.
Consultatio cum alterius damno non est facienda, decis.131.numero 4.
Contemptio qualiter cognoscatur, dec.233.num.4.
Continuatio locationis, dùm expectatur assensus expeditio in alienatione non est possessio, nec translatio possessionis, dec.93.numer.1.
Continuatio locationis, pendente tempore expeditionis assensus in alienatione facit, vt quis incidat in censuras, & quare.ibid.numer.9.
Contractus non est validus, si post alienationem assensus impetretur, nulla facta mentione de alienatione, decis.24.num.5.
Contractibus eodem die celebratis, illum pręcessisse pręsumitur, per quem vterque actus validatur, de-

Digitized by Google

cis.27.numer.6.
Contractus resoluitur per formæ non adimpletionem, decis. 35.numer.2.
Differentia inter contractum corporalem & emphyteuticum, decis. 58.num.2.
Contrahentes ad inuicem possunt se decipere,decis.60.num.5.
Contractus non firmatur iuramento existente enormi læsione, decis.340.num.1.Sed quid si fuit pręstitum à maiore,ibid.num.2.
Contumax ad sui pręiudicium habetur pro præsente.decis.321.numero 4.
Copia reuelationum non conceditur, quando continet infamiam dec.280.num.3.
Coquina, & stabulũ in ecclesia profanatarum sunt facienda,decis.78. num.2.
Cementa ecclesiæ profanatæ ante Concil. Trident.ad vsus priuatos conuerti non poterant; decis. 78. num.3.
Corpora Sanctorum de loco ad locum de Episcopali licentia transferri possunt,dec.63.num.1.
Corpora mortuorum non debent vexari,dec.530.num.2.
Corpora mille perire melius est quam vnam animam, decis. 631. nu.5.
Correctio iurium antiquorum circa infeudationem,per Constit.Pij V. dec.80.nu.10.
Crimen sodomiæ est atrocissimum decis.347.num.1.
Crimen sodomiæ probatur coniecturis,decis.451.num.8.
Crimen sodomitatis est crimen occultum,in quo sufficiunt præsumptiones ad faciendum indicium ad torturam, decis.452.numer. 7. & 8.
Cui verba legis non conueniunt,nedispositio conuenit, decis. 518.numer.6.
In Curia Archiepiscopali non conceditur deuolutio, decis.133. numer.5.
In Curia Archiepiscopali Neapolis solet fieri præceptum de non conuersando cum mulieribus inhonestis,decis.366.num. 1.
In Curia Archiepiscopali Fiscus non appellat,dec.515.num.1.Ponuntur duæ decisiones præsentis conclusionis ibid.nu. 2.
In Curia Archiepiscopali Neapolit. est decisum, quod est petenda licentia ab Episcopo suffraganeo, ita vt possint examinari dicti testes per Commissarium,decis. 536. num.3.Ratio huius decisionis redditur,ibid.num. 4.

D.

DAmno probato, nulla erit alienatio, dato qui à Iudice vigore gratiæ, si in euidentem fuerit confirmata decis.135.num.3.
Debitor notorius non est reuelãdus dec.271.num. 2.
Debitor petens se admitti ad beneficium cap. Odoardus non auditur, nisi prius se carceratum constituat,decis.283.num. 1. Limita in beneficio ca. Odoardus, ibidem num.2.
Debitor luxuriosè sua consumens, non admittitur ad bonorum cessionem,dec.287.num.3.
Debitor Cameræ Apostolicæ non admittitur ad beneficium cap. Odoardus,dec.292.num.2.
Deceptio ecclesiasticis personis est prohibita,decis.60.num.6.
Decimæ præscribi possunt, decis. 41. num.5.
Decimæ non sunt à clericis exigendę dec.605.num.1.

Deci-

Decima est soluenda à clerico de eo quod percipit ex patrimonio ad cuius titulum fuit promotus, & quare ibid.num.4.

Decimæ debentur de iure diuino ibid.num.5.

Decisio Regiæ Curiæ Summariæ Neapolis, prolata in causa Archiepiscopi Tarentini columnæ, decis.88.num.2.

Declaratio Domini exigitur, vt cadat, decis.133.nu.2.

Defectus in literatura est indispensabilis, decis.311.nu.2.

Delegati Apostolici nõ possunt personis, in dignitate non constitutis, subdelegare, dec.104.nu.2.

Delegatus fines mandati excedere non debet, decis.124. nu.5.

Delegatus, non habens specialem formam in mandato, iuris formam seruare tenetur, ibid. numer.6.

Delegari omnia, quæ sunt iurisdictionis, possunt, dec. 259. numero 4.

Delegatus tenetur iudicare cum assessore decis.619.nu.1.

Prioribus regularium possunt causę delegari ibid.nu.2.

Delegati iurisdictio extinguitur latę sententiæ, dec.620.

Delegatus an possit cognoscere de nullitate sententię ibid num.3. vbi distinguitur.

Delegatus non potest absolutionem cassum subdelegare, decis.621.

Delegatus est maior ordinario, decis. 623.nu.1.

Delegatus delinquens an possit puniri ab ordinario distinguitur, ibid. nu.2.

Delegatus non potest procedere extra locum deputationis, decis.624. num.1.amplia ibid.nu.2.

Delegatio facta Vicario non transit in successorem, dec.615.nu.1.

In delegatione sufficit adesse dignitatem tempore commissionis, decis.616.nu.2.

Causa delegata episcopo non transit in eius vicarium, decis. 607.n.1.

In delictis non habet locum cessio bonorum, decis.292.nu.4.

De delicto commisso, sede vacante, quisnam cognoscet nuntius Apostolicus, an Episcopus successor decis.358.num.1.

In delictis, quæ occultè committuntur, socius criminis admittitur ad faciendum indicium ad torturam, decis.453.nu.2.Amplia ibid.nu.3.

In delictis occultis Iudex debet esse pronior ad torturam, & condemnationem, ibid.num.5. eod.

Delictum dicitur deductum in iudicium per citationem, dec.512.n.1. redditur ratio. ibid. Ampliatur conclusio non solùm in causa principali, sed etiam in casu appellationis, ibid.numer.3.& 4.

Delictum vt dicatur occultum. vide verb.Occultum.

In delictis voluntas, & non exitus consideratur dec.631.nu. 2. & decis.632 nu.4.

Delictum committit audiens cõfessionem fidelium absque appellatione ordinarij decis. 644. numer.1.

Dæmones olim inuocantes dicebantur idololatræ, & hæretici dec. 673.nu.5.

Qui habet conuersationem cum dęmone reputatur eiusdem naturæ contra Deum ibid. nu.11.

Denunciationes tres ante matrimonium sunt faciendæ, decis.257.numer.1.

Denunciationes festiuis diebus sunt faciendę, & Episcopus non potest dispensare, vt feriali tempore efficiantur, & quare ibidem num. 3. eod.

Digitized by Google

Denunciationes vbi sunt faciendæ? ibid.nu.4.eod.
Denunciationes sunt faciendæ quādo matrimonium mortis articulo contrahitur,ibid.nu.5.eod.
Denunciationis facultas an possit delegari?dec.259.nu.1.
Denunciationes in matrimonio à Vicario possunt remitti, & quare, ibid.n.2.eod.
Derogatio Iurispatron.non comprehendit laicorum Iuspatronatus, nec Præceptorias sancti Ioannis Hierosolymitani nisi expressè fuerit mentio facta,decis.219. numer.34.
Derogatio generalis non obiicitur habenti quasi possessionem præsentandi,ibid.nu.31.
Derogatio generalis Iuspatronatus laicorum litigiosum comprehendit,etiam regum, acquisitum ex consuetudine, vel præscriptione ibid.num.316.eod.
Descēdentia ad obtinendū iuspatronatus est probanda, & quod sit ex linea legitima, decis. 155. numero 54.
Descendentia per gradus distinctos quando est probanda, & quomodo in antiquis probatur, ib.num. 55.& 57.eod.
Super desertione appellationis an sit pronunciandum,dec.506. numer.1. Ponuntur duæ rationes ex quibus concluditur esse pronunciandum ibid.nu.2.eod.
Declaratio non efficitur nisi tempore toto completo,dec.205.numer. 248.
Quādo deuotio testatoris,vide verb. testator.
Dicenti de non euidenti vtilitate,onus probandi incumbit, decis.13. num.2.
Dicto illius, qui actum facere non potest,non est standum, decis. 43. numero 3.
Dictum sodomitati facit indicium, dec.237.nu.2.
Dictum sodomitati, non facit indicium ad torturam ex tribus adductis, de quibus decis.452.n.12. 4.& 5.
Dictum minoris 18. annorum facit indicium ad torturam,ibid. num. 9.Declaratur conclusio, vt procedat duobus concurrentibus, de quibus ibidem num.10.11. & 12. eod.
Dictum stupratæ regulariter est standum quod faciendum indicium ad torturam,dec.453.n.1.
Dictio,siue aduerbiū,legitimè,quid denotat?dec.108.nu.3.
Dictio(siue)inter eadem posita,non facit diuersitatem decis. 402. numer.3.
Dictio nisi habet vim taxatiuè dec. 563.nu.2.
Dictio de nullitate, & specie prouocationis dec.625.nu.2.
Pronunciatio ad superiorem per viā dictionis de nullitate quod operetur ibid.nu.3.
Dies obseruare in medendo vel seminando an liceat .decis. 631. numer.6.
Differentia vide verb.Clausula.
Differentia inter præsentationem, & nominationem,decis. 156. numero 59.
Quæ differentia sit inter filiam spiritualem,& inter eam, cui à Parocho collatum fuit sacramentum pœnitentiæ dec.376.nu.1.
Differentia inter iurisdictionem voluntariam, & contentiosam quæ sit dec.380.n.1.
Datur differentia inter distributiones,vide verb.distributio.
Datur diffinitio distributionum, vide verb.distributio.
Datur diffinitio homicidii,videverb. homi-

Google

homicidium.
Dignitas patris descendit ad filium, non è contra decis.545.num.1.
Dignitas superueniens reo lite pendente non eximit illum à litis cœptæ iudice, decis.564.num.4.
Dignior prætermissus appellare potest, & quis dicatur dignior, decis. 230.num.358.& seq.
Dignus magis trahit ad se minus dignum, decis.417.num.2.
Dignior dicitur etiam ille, qui ad rem, cui præficitur, est aptior, dec. 425.nu.2.
Dignitas vna minus principalis, alteri principaliori remanet suppressa, decis. 490. nu.2.
Diminutionis ratio vide verb. diminutio.
Discrimen ponitur, vide Implorationem brachij.
Dismembratio vera, & propria alienatio dicitur, decis. 47.num.1.
Dismembratio beneficiorum non extinguit, sed alterat, vel minuit, decis.91.nu.1.
Dispensatio in matrimonio proficiendo causæ iustificationem requirit, & quare decis. 241. numero 3.
Dispensatio vel nulla, vel rarò in matrimoniis est concedenda, dec. 260.nu.1.
Dispensatio est iuris communis relaxatio, ac odiosa ibid.num.2.
Dispensatio in foro conscientiæ non extenditur in foro fori, ibid. numer.5.
Dispensatio quoad vnum non censetur quoad alterum, ibid.numero 6.
Dispensationum causæ, vide verb. causa.
Dispensatio matrimonialis quando censetur surreptitia, & nulla dec. 687.numer.1.
Dispensatio tex.in cap.1. vt lite pendente, procedit tam in vacatione naturali, quàm ciuili, & quando non procedit, decis.176.num.127. & 129.
Distinctio actualis inter præsentatum, & præsentantem debet esse, decis.197.num.214.
Distributiones accrescũt interessentibus diuinis, decis.433.nu.1.
Regula est distributiones quotidianas deberi tãtum præsentibus, & diuinis officiis interessentibus decis.494.num.1. Ampliatur regula ibid.num.2.3.4.6.7.8.9. & 10. Subampliatur tertia ampliatio, vt scilicet absens percipiendo distributiones quotidianas, illas non faciat suas in foro conscientię, ibid. nu.5.
Datur diffinitio distributionũ quotidianarum, decis.496, nu.1.
Datur diffinitio distributionũ grossarum, ibid.num. 2. Quando possunt dici distributiones quotidianæ, ibid.num.3.
Regula est, distributiones quotidianas illis tantùm esse præstandas, qui sunt præsentes, & diuinis officiis intersunt. In nonnullis tamen casibus etiam absentibus debentur, de quibus dec.448.num.1. 2.3. 4.5.6.& 7.
Datur differentia inter distributiones grossas, & distributiones minutas, dec. 499. nu.1.
Diffinitio primæ distributionis, & ex hoc infertur ad duo, de quibus ib. num.2.3. & 4. Declarantur distributiones minutæ, ibidem numero 5.
Diuturnitas temporis afficit, vt om̃nia præsumantur solemniter acta, decis.4.nu.1.
Diuturnitas temporis non sufficit, & quare, ibid.num.2.
Doctor est persona nobilis, & per cõsequens ei pœna triremium non

poteſt imponi,deciſ.588.n.5.idem, procedere in Doctore Chirurgiæ ib.num.6.
Documenta contra ſe addere neminem teneri declaratur deciſ.273. num.6.
Domicilium contrahitur ſolo animo, qui animus ex coniecturis colligitur,deciſ.30.num.2.
Dominium nullum rei ſacræ poteſt haberi,deciſ.42.num.4.
Dominium vendere ſepulturæ, eſt ſimonia,ibidem n.5.
Dominus directus non poteſt emphyteutam expellere propria auctoritate,deciſ.133.numer.5.
Domino directo vendente,non preſertur vtilis,deciſ.134.nu.4.
Dominus directus pręfertur creditori in meliorationibus,ibid.nu.6.
Dominus feudi primus filiis pręiudicare poteſt,deciſ.216.nu.300.
Domus paterna Monaſterio præfertur in hoc caſu,deciſ.242.n.1.
Donatio alicui facta, & poſt eius mortem Eccleſiæ, quoad eccleſiā reuocari poteſt ſecundum vnam ſententiam, non tamen ſi notarius nomine eccleſię ſtipulauerit, dec.23.n.1.& ſeq.Idem dicendum, ſi fuiſſet iurata,ibid.nu.3.
Donare aliud eſt, & aliud promiſſio de donando; & differt conditio à promiſſione de contrahendo, deciſ.65.numer.2.
Donatio Eccleſiæ conſecrata, eius non afficitur Dominus, deciſ. 90. num.3.
Donatio facta vltra quingentos aureos,non eſt valida, ſed firma remanet pro ſumma, à iure permiſſa,deciſ..117.num.3.
Donatio excedens quingentos ſolidos in exceſſu tantùm vitiatur, deciſ.121.numer.3.
Donatio iuriſpatronatus,ab Epiſcopo nó confirmata, eſt nulla,etiam ſi à Vicario fuerit confirmata, ſed currit præſcriptio,dec.180. numero 148.
Donatio facta à patre filio, vt prouenire poſſit ad habitum clericatus eſt ob cauſam,deciſ. 594. numero 3.
Prohibita donatione per aliquod ſtatutum ſeu conſtitutionem ita non intelligitur prohibita donatio remuneratoria,deciſ.542.nu.1.
Appellatione donationis non venit illa,quæ fit ex cauſa remunerationis,ibidem numero 2.
Ceſſante cauſa propter quam fit donatio,ceſſat donatio,deciſ. 743.nu. 1.& 3.Amplia ibid.nu.2.
Donatio facta eccleſiæ, vel Monaſterio tempore ingreſſus habet tacitam conditionem, ſi ingreſſus ibi perſeuerauerit, deciſ. 643. numer.4.
Et an poſſit comprehendi ſub verbis Concilii Tridentini cap. 5. ſeſſ.14. deciſ.561.nu.4.
Dormire cum imberbibus non eſt de genere prohibitorum, vti eſt in fœminis,deciſ.451.numer.6.
Dos pro eccleſia non collegiata quanta eſſe debet,dec.181. numero 155.
In dubio pro decreto Commiſſariorum præſumitur,deciſ.8.numer.1. Probatio in contrarium aliquando admittitur, & quomodo probatur, ibidem numero 2. vſque in fin.
In dubio pro actus validitate potius præſumitur,quam pro inualiditate,deciſ.27.numer.5.
In dubio qualitas Sacerdotalis in fundatione Iuriſpatr. non eſt præſumenda,dec.202.num.228.
In dubio hæredes Iuriſpatron.ſuccedunt,& quare,dec.211.nu.272.
In dubio pro ſententia præſumitur, deciſ.215.num.293.

Eccleſia,

Digitized by Google

E.

Ecclesia, & Ciuitas quoad beneficium restitutionis in integrum, & solemnitatum adhibendarum in earum rerum venditione, & alienatione æquiparantur, deci.44. num.4.

Ecclesia dicitur cultrix, & iustitiæ auctrix, nec non oppressorum vltimum, & supremum refugium, decis.60.num.2.

Ecclesia si non habet rugam, neque maculam, ac illusio in contractibus ab ipsa prohibetur, ibid. nu.3.

Ecclesiastica, ex propria natura alienari non possunt, & quare, dec.69. num.1.

Ecclesia tenetur restituere sortem principalem ob nullitatem contractus, decis.71.nu.6.

Ecclesia nemini præiudicare debet, ibid.nu.7.

Ecclesia, & Prælatus successor mutuo facto per Capitulum, sede vacante, obligatur, ibid.num.5.

Ecclesia iure vtitur minoris, dec. 103. numer.3.

Ecclesia cum alterius iactura non est locupletanda, ibid. num.6.

Ecclesia est cultrix iustitiæ.

Euidens Ecclesiæ vtilitas, vide verb. Vtilitas.

Res Ecclesiæ. Vide hoc verb. Res Ecclesiæ.

Ecclesia est mater pudicitiæ, dec.128. num.2.

Ecclesia pro emphyteusis reuocatione, si pro se vult retinere, non est cogenda, decis.131.num.1.

Ecclesia, si non vult inuestire proximiores agnatos emphyteusi, finita generatione, iniuriam eis facit, & quomodo hæc maxima declaratur, ibid. nu. 2.

Ecclesia non debet esse facilis ad finalem compulsionem, decis. 232. num.3.

Ecclesia, vt dicatur polluta, quæ necessaria, decis.547.numer. 1.

Quæ differentia sit inter Ecclesiam benedictam, & consecratam quoad illius reconciliationem, ib. nume.2.

Ecclesia ex quibus potest dici consecrata, ibid.num.3.

Ecclesia non consecrata an gaudeat eodem priuilegio, quo consecrata, ibid.numer.4.

Ecclesia an in dubio præsumatur consecrata, ibid.numero 5.

Quamdiu quis est in seruitio ecclesię gaudet eius priuilegiis, decis.653. nu.4.

Ecclesia, vt dicatur parochialis, quæ concurrere debent, decis.660. nume.1.

An per solum actum baptizandi Ecclesia possit dici parochialis. ibid. num.2.

Edicta in institutione Iurispatronatus sunt necessaria, alias collatio erit nulla, non autem pręsentatio, decis.160.nu.75.

Edicta in iurispatr. institutione non sunt necessaria, vbi consuetudo in contrarium viget, ibid. numer.76.

Edictum est de substantia concursus decis.427.nu.1.

Edictum debet remanere affixum ad valuas ecclesiæ per decem dies, ib. num.2.

Electio legitimè facta per inualidam confirmationem non annullatur, decis.207.nu.259.

Ab Electione episcopi potest appellari, decis.426.n.1. Intellige, quando iudicium Episcopi est irrationabile, ibid.num.2.

Emptor de conuersione pretij rei alienatæ propter vtilitatem Ecclesiæ euidentem docere non tenetur, maximè quando pretium fuit actualiter depositum, & quomodo

Digitized by Google

dicatur depositum actuale factum,decis.2.num.1.& seq.

Emptor tenetur probare pecuniam esse versam in causa expressa,quã do alienatio est facta,vrgente necessitate,ibid.num.3.Quid in mutuo,& deposito,num.5.& 6.

Emptor in venditione facta pro soluendis ecclesiæ debitis, tenetur probare pecuniam esse versam in Ecclesiæ vtilitatem, ac etiã quando contractus est initus cum non habente mandatum ab Ecclesia, ibid.num.7.& seqq.

Emptor tuta consciẽtia res Ecclesiæ, absque solemnitatibus alienatas, in euidenti vtilitate detinere potest, donec contractus in foro exteriori ob defectum solemnitatum cassetur,decis.7.num.4.

Emptor,vti malæ fidei possessor,rem Ecclesiæ alienatam,absque requisitis retinens, ad fructuum restitutionem tenetur, decis.12.nume.2.

Emptor contra alienantem pro euictione habet actionem, quid si fuerit in mala fide, decis.17.numero 4.

Emptor,& non Ecclesia alienans tenetur ad expensas assensus Apostolici,decis.25.numer.4.

Emptor an fructus interim lucretur, si constat beneplacitum non posse detineri reseruatum in rei ecclesiæ alienatione,decis.35.numero 5.

Emens ab aliquo tanquam procuratore alicuius, semper malæ fidei præsumitur, nisi de illius mandato appareat,decis.55.nu.4.

Emptores bonorum ecclesiæ contra formam extrauag. ambitiosæ, sacrilegium committunt, & mortaliter peccant,idque non procedit, in emptione rerum mobilium decis.69.numer. 3.& 4.

Emptor non tenetur, quod pretium rei,maioratui suppositæ, ad aliud prædium conuertatur,decis. 100. num.3.

Emptoris non est onus, quòd pretium in ecclesiæ vtilitatem conuertatur,ibid.num.4.

Emptor non est fraudandus in fructibus,vel pretio,si ecclesiæ restitutio in integrum conceditur,decis.103.num.5.

Emens aliquid vniuersale animo emendi iuspatron. simoniam committit,dec.154.numer.51.Id, quod principaliter agitur, est inspiciendum,ibid.numer.52.

Emphyteuta cadit à iure suo pro rei emphyteoticariæ alienationem, non autem per promissionem de alienando,si cuti promittens alienare feudum, à feudo non cadit, decis.65.num.5.& 7.

Emphyteuta non soluens canonem rei ecclesiæ per quinquennium, quæ quolibet triennio fructus reddit,non cadit à iure suo, decis. 115.

Emphyteusis concessa vltra tempus à iure promissum, quoad tempus non prohibitum, tenet,decis. 117. num.2.

Emphyteuta non tenetur ad census, existente contractu nullo,si adest bona fides,dec.130.num.2.

Emphyteusis concessa pro se, & hæredibus, non transit ad hæredes extraneos,decis.132.num.1.

Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus quibuscunque, transit ad extraneos hæredes,ibidem nu.2.

Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se,& hæredibus quibuscunq.transit ad Collegium, & aliam ecclesiam,ibid. nume.3.

Emphyteuta ecclesiæ,canonem non soluens per biennium, incidit in com-

Digitized by Google

missum,decis.133.num.1.
Emphyteuta est citandus antequam expellatur,& de ratione,ibid.numer.4.
Emphyteuta non potest extirpare syluam cæduam pro vinca inibi plantanda,dec.136.nu.2.
Enumerantur casus, in quibus cessat concursus,dec.421.num.1.
Enumerantur rationes, cum solutio pensionis retardari non debet,decis.431.num.1.
Enumerantur, siue enarrantur sex casus in quibus reliqui,præter Episcopos, contrahant suspensionem,decis.471.num.1
Enumerantur casus, in quibus conceditur appellatio, decis.503.numer.1.
Episcopus non potest dismembrare Parochiæ fructus pro nouis canonicatibus in ea erigendis,dec.47. num.3.
Episcopus Confraternitates visitare potest,decis.48. num.3.
Episcopus in tota Diœcesi est Iudex ordinarius, habens tam super capitulo, quàm super aliis ordinariam iurisdictionem,dec.62.num. 1. Habens iurisdictionem in aliquo loco à suo subdito emere non potest,ibid.num.2.
Episcopus Capituli personam repræsentare dicitur,ibid.num.3.
Episcopus rem alicuius ecclesię sibi subiectæ alienare potest, & decretum interponere, ibidem numer.7.
Episcopus absque assensu Apostolico ecclesiæ prædia, ac eius mobilia pretiosa alienare non potest, decis.63.nume.2.
Episcopus iurans non alienare res mensales ecclesiæ, si postea alienat,valida est,vita sua durante,alienatio,dec.69.nu.5.
Episcopus licet sit periurus,tamen actus,ab eo factus,est validus, ibid. num.6.
Episcopus fundans tanquam laicus Cappellaniam de bonis propriis, illa bona possunt alienari absque solemnitatibus, decis.82.numero 3.
Episcopi nullum ius Ecclesiasticum in tali Cappellania habent,decis. 82.num.9.
Episcopus ecclesiæ libertatem alienare non potest decis.90. numero 2.
Episcopus in oblationibus ecclesiæ Rectori factæ, nullam habet potestatem,decis.102.num.4.
Episcopus imaginem in ecclesia Rectoris existentem, ipso contradicente,in aliam transferre non debet,ibid num. 5.
Episcopatus, qui possidentur per Cardinales, præsumuntur ex vsurpatione, & quare, decis.146.numer.71.
Episcopus ad præstandum consensum donationi Iurispatron. per. Metropolit. cogi potest,decis.180. num.152.
Episcopus iuspatronatus litigans inter patronos conferre potest tempore elapso sine efficientis præiudicio,dec.188.nu.190.
Episcopus,tempore,à iure dato,elapso, non potest beneficium conferre, si de Ecclesiæ libertate inter ipsum & patronos controuertitur,ibid. 191.
Episcopus Iuspatronatus ob temporis lapsum conferre non potest,si inter præsentatos est lis de prælatione pręsentationis, ead. decis. 188.num.192.
Episcopus ex dotis augmento Iuspatron.erigere non potest,&quare, dec.190.nu. 195. Quid in ecclesia indotata,ibidem.
Episcopus tempus quatuor, vel sex

Digitized by Google

dicatur depositum actuale factum,decis.2.num.1.& seq.

Emptor tenetur probare pecuniam esse versam in causa expressa,quã do alienatio est facta,vrgente necessitate,ibid.num.3.Quid in mutuo,& deposito,num.5.& 6.

Emptor in venditione facta pro soluendis ecclesiæ debitis, tenetur probare pecuniam esse versam in Ecclesiæ vtilitatem, ac etiã quando contractus est initus cum non habente mandatum ab Ecclesia, ibid.num.7.& seqq.

Emptor tuta consciẽtia res Ecclesiæ, absque solemnitatibus alienatas, in euidenti vtilitate detinere potest, donec contractus in foro exteriori ob defectum solemnitatum cassetur,decis.7.num.4.

Emptor,vti malæ fidei possessor,rem Ecclesiæ alienatam,absque requisitis retinens, ad fructuum restitutionem tenetur, decis.12.nume.2.

Emptor contra alienantem pro euictione habet actionem, quid si fuerit in mala fide, decis.17.numero 4.

Emptor,& non Ecclesia alienans tenetur ad expensas assensus Apostolici,decis.25.numer.4.

Emptor an fructus interim lucretur, si constat beneplacitum non posse detineri reseruatum in rei ecclesiæ alienatione,decis.35.numero 5.

Emens ab aliquo tanquam procuratore alicuius, semper malæ fidei præsumitur, nisi de illius mandato appareat,decis.55.nu.4.

Emptores bonorum ecclesiæ contra formam extrauag. ambitiosæ, sacrilegium committunt, & mortaliter peccant,idque non procedit, in emptione rerum mobilium decis.69.numer. 3.& 4.

Emptor non tenetur, quod pretium rei,maioratui suppositæ, ad aliud prædium conuertatur,decis. 100. num.3.

Emptoris non est onus, quòd pretium in ecclesiæ vtilitatem conuertatur,ibid.num.4.

Emptor non est fraudandus in fructibus,vel pretio,si ecclesiæ restitutio in integrum conceditur,decis.103.num.5.

Emens aliquid vniuersale animo emendi iuspatron. simoniam committit.dec.154.numer.51.Id, quod principaliter agitur, est inspiciendum,ibid.numer.52.

Emphyteuta cadit à iure suo pro rei emphyteoticariæ alienationem, non autem per promissionem de alienando,sicuti promittens alienare feudum, à feudo non cadit, decis.65.num.5.& 7.

Emphyteuta non soluens canonem rei ecclesiæ per quinquennium, quæ quolibet triennio fructus reddit,non cadit à iure suo, decis. 115.

Emphyteusis concessa vltra tempus à iure promissum, quoad tempus non prohibitum, tenet,decis. 117. num.2.

Emphyteuta non tenetur ad census, existente contractu nullo,si adest bona fides,dec.132.num.2.

Emphyteusis concessa pro se, & hæredibus, non transit ad hæredes extraneos,decis.132.num.1.

Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se, & hæredibus quibuscunque, transit ad extraneos hæredes,ibidem nu.2.

Emphyteusis Ecclesiæ concessa pro se,&hæredibus quibuscunq.transit ad Collegium, & aliam ecclesiam,ibid. nume.3.

Emphyteuta ecclesiæ,canonem non soluens per biennium, incidit in com-

Digitized by Google

missum, decis. 133. num. 1.
Emphyteuta est citandus antequam expellatur, & de ratione, ibid. numer. 4.
Emphyteuta non potest extirpare syluam cæduam pro vinea inibi plantanda, dec. 136. nu. 2.
Enumerantur casus, in quibus cessat concursus, dec. 421. num. 1.
Enumerantur rationes, cum solutio pensionis retardari non debet, decis. 431. num. 1.
Enumerantur, siue enarrantur sex casus in quibus reliqui, præter Episcopos, contrahant suspensionem, decis. 471. num. 1
Enumerantur casus, in quibus conceditur appellatio, decis. 503. numer. 1.
Episcopus non potest dismembrare Parochiæ fructus pro nouis canonicatibus in ea erigendis, dec. 47. num. 3.
Episcopus Confraternitates visitare potest, decis. 48. num. 3.
Episcopus in tota Diœcesi est Iudex ordinarius, habens tam super capitulo, quàm super aliis ordinariam iurisdictionem, dec. 61. num. 1. Habens iurisdictionem in aliquo loco à suo subdito emere non potest, ibid. num. 2.
Episcopus Capituli personam repręsentare dicitur, ibid. num. 3.
Episcopus rem alicuius ecclesię sibi subiectæ alienare potest, & decretum interponere, ibidem numer. 7.
Episcopus absque assensu Apostolico ecclesiæ prædia, ac eius mobilia pretiosa alienare non potest, decis. 63. nume. 2.
Episcopus iurans non alienare res mensales ecclesiæ, si postea alienat, valida est, vita sua durante, alienatio, dec. 69. nu. 5.
Episcopus licet sit periurus, tamen actus, ab eo factus, est validus, ibid. num. 6.
Episcopus fundans tanquam laicus Cappellaniam de bonis propriis, illa bona possunt alienari absque solemnitatibus, decis. 82. numero 3.
Episcopi nullum ius Ecclesiasticum in tali Cappellania habent, decis. 82. num. 9.
Episcopus ecclesiæ libertatem alienare non potest decis. 90. numero 2.
Episcopus in oblationibus ecclesiæ Rectori factæ, nullam habet potestatem, decis. 102. num. 4.
Episcopus imaginem in ecclesia Rectoris existentem, ipso contradicente, in aliam transferre non debet, ibid num. 5.
Episcopatus, qui possidentur per Cardinales, præsumuntur ex vsurpatione, & quare, decis. 146. numer. 71.
Episcopus ad præstandum consensum donationi Iurispatron. per. Metropolit. cogi potest, decis. 180. num. 152.
Episcopus iuspatronatus litigans inter patronos conferre potest tempore elapso sine efficientis præiudicio, dec. 188. nu. 190.
Episcopus, tempore, à iure dato, elapso, non potest beneficium conferre, si de Ecclesiæ libertate inter ipsum & patronos controuertitur, ibid. 191.
Episcopus Iuspatronatus ob temporis lapsum conferre non potest, si inter præsentatos est lis de prælatione pręsentationis, ead. decis. 188. num. 192.
Episcopus ex dotis augmento Iuspatron. erigere non potest, & quare, dec. 190. nu. 195. Quid in ecclesia indotata, ibidem.
Episcopus tempus quatuor, vel sex

mensium ad præsentandum patronis prorogare potest, decis.217. nu.303.

Episcopi, vel Capitulum ex præsentatis,& aliis nihil exigere possunt, nisi consuetudo antiqua adsit in contrarium in pios vsus ea conuertendi, dec.227.nu.345.

Episcopus aliquem recipiens in Canonicum, dulciaria exigere non potest sub pœna, vbi etiam de Capituli, ac priuatæ personæ pœna, ib.num.346.

Episcopus pluribus præsentatis à patrono, digniorem instituere tenetur,& quare dec.230. num.355. & sequent.

Episcopus omittendo digniorem, dignum instituens, mortaliter peccat,& tenetur ad restitutionem, si beneficium debetur ex aliqua lege, ibid.num.357.

Episcopus denunciationes absque iusta causa remittens, mortaliter peccat, decis. 258.numer.2.

Episcopus in impedimento dirimẽte matrimonium dispensare potest, quatuor concurrentibus, & quare, dec.261.num.1.

Episcopus contra ius commune, causa necessaria accedente statuere, potest, ibid.num.2.

Episcopus suis subditis ordines conferre tantùm debet, decis. 297.numer.1.

Episcopus ordinans non suos subditos suspenditur, ibid. nume.2.

Episcopus excusatur à suspensione ob ignorantiam, ibid.num.4.

Episcopusnon potest ordinare familiarem suum non subditum, nisi per triennium secum moratus fuerit, decis.310.num.1.

Episcopis, & quibuscunque aliis Prælatis competit ius implorandi brachium, decis.320.num.1. Quæ facultas competit etiam Iudici delegato, ibid.num.2.

Episcopusnon potest excommunicare templarios, & hospitalarios, decis.328.num.3.

Episcopus non potest, vti Iudex, sententiam ab eius Vicario latam, reuocare, decis.354.nu.2.

Episcopus non potest aggrauare exulem, decis.357.nu.1.

Episcopi non possunt accipere compositionem super omnibus criminibus, decis.378.num.2.

Episcopus extra suam diœcesim non potest exercere iurisdictionem contentiosam, & propterea non potest ordines conferre in aliena diœcesi, etiam propriis subditis, decis.380.n.2.& 3.

Episcopus olim poterat constituere horas canonicas, & veteres extinguere, decis.382.nu.2.

Episcopuspotest reuocare numerum Cappellaniarum: quod habet locum etiam in Abbatibus, & Generalibus Ordinum, decis. 404 numer. 1. & 3. Amplia in eleemosynis pro ipsis Missis celebrandis, ibid.num.2. Limita ibid.num.4.

Episcopus non potest compellere Cappellanos ad celebrationem Missarum, nisi euidenter appareat,& quare dec.408.n.1.

Episcopus habet intentionem fundatam super omnibus existentibus intus suam diœcesim, decis. 409.num. 1.

Episcopus potest visitare omnes ecclesias,& personas sibi subiectas, ibid.numer.2. Limita ibid.numero 3.

Episcopus tenetur sequi acta coram Iudice sæculari ad instructionem tantùm, non autem ad punitionem, decis.448.num.7.

Episcopo excommunicato, non est excommunicatus Vicarius, probatur duobus mediis, dec.456.nu. 2. 3.& 4.

3.& 4. Contrarium est verius, ibid. num. 5. Probatur & auctoritate, ibid. numero 6. Et ratione num. 7. & 8.

Episcopo mortuo, Vicarii iurisdictio extinguitur, & ad capitulum transfertur. ibid. nu. 9.

Episcopo excommunicato, adiri debet Papa, ibid. nu. 10.

Episcopus excommunicatus instituendo præsentatum ad beneficium, non contrahit irregularitatem, redditur ratio, decis. 458. numer. 1. & 2. Inferuntur nonnulla ad declarationem quæstionis, ib. num. 3.

Episcopos nullam ipso iure incurrere suspensionem, nisi in mandato, aut sententia specialiter exprimatur, decis. 470. numer. 1. Ponuntur vndecim casus, in quibus Episcopi contrahunt suspensionem, ib. numer. 2.

Episcopus Canonicus debet sedere in loco Canonicorum, in actibus Capitularibus, dec. 475. numer. 7.

Episcopus an cogatur vnire beneficium fabricæ ecclesiæ, decis. 484. num. 3.

Episcopus non potest vnionem facere in fauorem sui Capituli, etiam ipsius Capituli, consensu intercedente, decis. 488. num. 2. Redditur ratio, ibid. num. 2. Limitatur conclusio numer. 3. 4. & 5.

Episcopis Inferioribus, competit etiam facultas vniendi, decis. 492. num. 3.

Episcopus non potest omnia beneficia suæ Diœcesis vnire, ibid. numer. 4.

Episcopus potest dispensare à quibuscumque irregularitatibus occultis, decis. 518. numer. 1. Amplia ibid. num. 2. Limita numer. 3. 4. 7. & 8.

Episcopus potest dispensare super irregularitate proueniente ex mutilatione, quāuis non possit dispensare super irregularitate, quę contrahitur ex homicidio voluntario, decis. 520. numer. 1. Assignatur ratio conclusionis, & adducitur ętiam ad hoc Constitut. Pauli tertii, ibid. num. 2. & 4. Datur intellectus ad Nauar. cap. 17. numer. 194. ibid. num. 3. Declaratur glos. in clement. 1. de homic. ibid. nu. 5.

Episcopus solus habet facultatem benedicendi campanas, dec. 539. num. 1. Et num huiusmodi facultatem habeant Abbates Diuæ Mariæ Montis Virginis, ibid. numer. 2.

Episcopus potest dispensare cum bigamis in minoribus ordinibus, decis. 541. numero 1. In contrarium communis opinio, ibidem numero 2. Auctoris opinio quæ sit, ibid. num. 3.

Episcopus, quod possit vnam Ecclesiam suæ diœcesis in totum à sua iurisdictione eximere, adducūtur Oldradi, & Calder. consil. 542. nu. 2. Contrarium tenent nonnulli, ex quibus videtur consistere communis opinio, reddunt rationem, ibid. num. 4.

Episcopus nullum habet ius dismēbrandi ecclesiam à sua iurisdictione, decis. 542. numer. 4.

Episcopus si vult in aliena diœcesi prædicare, an teneatur illius Ordinarij licentiam petere, decis. 543. numer. 1. 2. & 4. vbi pro affirmatiua contrarium refert decisum Nouissimus in sua praxi, ib. nu. 5.

Episcopus potest prohibere fructuum collectionem absque sui deputati præsentia, vbi decimę ei debentur, dec. 544. num. 1. & cum hoc concurrere communem opinionem, ib. num. 2. hoc procedere etiam in dominio proprietatis,

Digitized by Google

allegatur text. & redditur ratio ibid.n.3. adducitur vbi fundatur huiusmodi ratio, ibidem n.4. Ampliatur conclusio, ibid.nu.5.& declaratur ampliatio num.6. Limita existente consuetudine in contrarium, numer.7. Sublimita quando ex hac consuetudine induceretur occasio subripiendi, ibidem numer.8.
Episcopus potest sibi eligere Confessarium non subditum, decis. 548. num.1. contrarium adducitur declaratum per Sacram Congregat. ibid.nu.2.
Episcopus potest concedere licentiam clericis arma portandi, dec. 550.nu.1.2.3.& 4. Quomodo autem seruetur in praxi, ibidem numer.5.
Episcopus potest indistinctè habere familiam armatam, dec.551.num.2. contra opinionem Abb. distinguentis, ibid.num.1.
Episcopus potest absoluere in foro conscientiæ ab hæresi occulta, decis.552.numero 1. contrarium est sancitum per Bullam Cœnæ Domini, ibidem, num.2.
Episcopus potest absoluere à quauis excommunicatione (etiam reseruata Pontifici) occulta, dummodo non sit de illis latis in d. Bulla Cœnæ Domini, ibid. nu.3.
Episcopus an possit alterare pœnam statutam per Conc. decis.556.nu.1. 5.6.& 7.
Episcopus non potest dispensare cōtra constitutiones Concilij, ibid. num.2. Amplia num.3.& 4.
Episcopus habet Procuratorem fiscalem, decis.557.num.1.
Episcopus cui debeat applicare pœnam pecuniariam, ibid. numer. 2. Et quid in pœna pecuniaria imposita laico pro crimine Ecclesiastico, ibidem, nu.3.
Episcopi à principio fuerunt paupeeres deputati, decis.558.num 4.
Episcopi hospitium debet esse commune ibid.nu.5.
Episcopus, qui hospitalitem non seruat, est inhumanus, ibidem numer.6.
Episcopus potest prohibere nundinas diebus festiuis, quauis consuetudine non obstante, dec.559. numer.3.
Episcopus non tenetur de necessitate constituere Vicarium, dec. 562. nu.3.
Episcopus successor an teneatur soluere salarium Vicario prædecessori, ibid. num.4.
Episcopus vt comprehendatur in aliqua dispositione, seu constitutione, necessaria est specialis de eo mentio, dec.565.n.1.
Episcopus non potest procedere cōtra Canonicos absque duobus adiunctis ex Capitulo, dec. 566. nu. 1. Amplia ibidem nu.2.4.& 5. Limita in Capitulis, quibus non est concessa extensio, ibidem numero 6.
Episcopus inducens cōsuetudinem, vt medietas fructuum beneficij primi anni applicentur alicui vsui, non committit simoniam, dec. 567. numer.1.2.3.& 4. contrarium consuluit Auctor, ib.nu.5.
Episcopus non potest præsente de Latere ferre insignia episcopalia, decis.570.nu.1.
Episcopus potest casus reseruare, decis.572.n.1.
Episcopus non potest relictum ad certum vsum pium ad alium commutare, decisio 576. numero 1.
Episcopis conceditur commutatio piorum vsuum iustis causis existentibus, ib.nu.3.
Episcopus facit vnum corpus cum Capi-

Capitulo,decis.582.num.4.
Episcopus potest visitare Curatum in ecclesia Regularium, decis. 68. num.1.
Cura animarum commissa est Episcopis à Deo,ibid.num.2.
Episcopus de iure potest Curatũ in beneficio vnito monasterio constituere,ibid.nu.3.
Episcopus non potest per modum visitationis pluries in anno exigere rationes administrationis, dec. 610.num.1. Limita quando Episcopo constiterit rationes fuisse dolosè redditas,ibid.num.2. Item quando redditio non fuit finalis, ac plena cum restitutione reliquorum,ibidem num.3.
Episcopi, nec quisquam eorum possunt aliquid accipere pro visitatione,item nec esculenta, seu poculenta ad domum portare, sed tantum pro mensa eiusdem loci, decis.612.num.1.& 2.
Episcopi dum eorum munus exercent, non exigunt à diœcesanis impensa,ibid.nu.3.
Episcopus non tenetur adhibere cõsilium,vel cõsensum eorum,quos sibi pro visitatione facienda adiunxerit,decis.613.nu.1.
Episcoporum appellatione non veniunt iura, & priuilegia Episcopalia,decis.614.num.1.
Episcopus nõ potest cognoscere de causa commissa Vicario,decis. 617. num.2.
Episcopus potest ad libitum reuocare Vicarium,ibid.nu.3.
Episcopo ob cuius absentiam alternatiua admittitur, nullum tempus superest,decis.684.nu.1.
Episcopus,qui alternatiua abutitur, illam amittit,ibid.nu.2.
Equites Hierosolymitani nullo modo eorum commendę bona alienare possunt, neque vltra triennium locare absque solęmnitatibus,decis.76.numer.4.
Erectionem Ecclesiæ præsumi vnionem beneficiorum prædecessisse, dec.27.nu.2.
Error iuris non excusat in quęstione, de qua decis.18.nu. 2. sed error facti excusat,& fructus debentur à die motæ litis,ibid.num.3.
Esurienti,& afflicto non subuenienti,lux fiunt tenebræ, dec. 558. numer.7.
Euidens in alienationibus rei Ecclesiæ vtilitas requiritur, & ipsa est causa finalis alienationis, in principio oper.verbo causæ, nu.1. & 7. Quænam dicitur euidens vtilitas, ibid.num.2.
Euidens quot modis appelletur, vel non,ibid.num.3.
Examinatus, & approbatus in vno beneficio, in alio non est examinandus,& idem in notario literato,decis.212.num.283.
Examinatores Synodales singulis annis in Synodo sunt eligendi,decis.418.num.1.
Exitus acta probat,decis. 631. numero 3.
Exceptiones,quę competunt principali, competunt etiam fideiussoribus,decis.289.num.1.
Exceptio declinatoria, competens principali, extenditur ad fideiussores,beneficium cessionis bonorum non proficit fideiussori, ibid. num.3.
Exceptio peremptoria potest opponi in executione sententiæ, decis. 290.num.1.
Exceptio, quæ non impugnat sententiam, potest opponi in executione,ibid.num.4.
Exceptio,seu limitatio firmat,atque constituit regulam,decis.306.numer.4.
Excommunicatio ignorantem non

Digitized by Google

ligat.decis.57.nu.4.
Excommunicatus ad beneficium præsentari non potest,dec.183.numer.16.
Excommunicatus ad iuspatron. præsentari non potest,decis.184. num. 168.& 171.
Excommunicatus minori excommunicatione ad iuspatronatus præsentari non potest,ibid.nu.169.
Excommunicatus in iurepatronat. nominari potest,ibid. num. 172.
Excommunicatus ignorans excommunicationem ad iuspatron. potest præsentari.ib.n.173.
Excommunicatio vltimum debet esse remedium,dec. 267. numer.2.
Excommunicatio certos non ligat, & quare,decis.271.nu.3.
Excommunicatio est vltimum remedium,& pœnarum maxima, ibid. nu.4.
Excommunicatio monitorij si pro re leui concedatur,non ligat & quare,dec.276.nu.2.
Excommunicatio non ligat, nisi ex intentione proferentis, ibid nu. 3.
Excommunicatio lata pro furto,non ligat acus,vel rei paruæ furem, licet lethaliter peccent, si graue fuit damnum subsecutum, ibid. num.4.
Excommunicatus non potest agere, dec.291.num.1.
Excommunicato clerico, vide hoc verb.Clericus.
Excommunicato Episcopo, Vide verbum Episcopus.
Quid iuris de excommunicato insordescente in excommunicatione per annum, constituitur conclusio,dec.459. nu. 1. & 2. Affertur ratio conclusionis,ibid.nu. 3. Ampliatur numer.4.5.6.7. & 8. Limitatur ibid. nu.9.& 10. Annus in hac materia debet esse completus, ibid.nu. 11.
Excommunicatus ob percussionem factam clerico,à quo sit absoluendus, distinguuntur duæ species percussionis,de quibus decis.461. numer.1.2.& 3.
Excommunicationis gladius est valde salutaris, & magna circumspectione exercendus, dec.464. numer.1.
Excommunicatio propriè ob peccatum mortale proprium contumaciæ ferri debet,dec.464. num.1. & 2.Amplia ibid.num.3.
Excommunicatio est medicinalis, decis.513.num.2.
Excommunicatio nonnulla mala, & incommoda producit,ibid.n.3.
Excommunicati possunt contrahere matrimonium,decis.638.numero 6.
Excusatus à peccato, intelligitur etiam excusatus à restitutione, & quando dignoscatur excusatus à peccato,decis.137.nu.2.
Expressio generalis non sufficit, vbi particularis est necessaria, decis. 77.nu.2.
Expressio in rescripto est necessaria tam appellationis propriæ,quàm partis,tam iudicialis,quàm extra, & cui sit appellatum,& per quem ibid.nu.2.
Expressio litis est necessaria, dato quòd citatio fuit executa, non tamen re producta,ibid.num.6.
Expressio litis exceptione elidibilis, non est necessaria,ibid.num.7.
Expressio attentatorum post appellationem per iudicem à quo, non est necessaria,& quare, ibid. numer.9.
Expressio appellationis desertæ,non est necessaria,ibid.num.10.
Expressio sententiæ nullæ, seu processus non requiritur,ibid.numero 11.
Expressione non facta prouisionis, alte-

Digitized by Google

alterius nullæ, confirmatio beneficij est valida, ibidem numero 12.
Expressio eorum, quæ tacite insunt nihil operatur etiam in spiritualibus, & quomodo, declaratur, deci. 154. num. 49. & 53.
Extensio in dispensatione locum non habet, decis. 260. num. 3.
Extrauag. Ambitiosæ, in alienatione omnium piorum locorum, auctoritate Episcopi fundatorum, procedit decis. 48. num. 5. & 6.
Extrauag. Ambitiosæ, in dubio præsumitur vsu recepta, & quare, dec. 95. num. 1. & 2.
Extrauag. Ambitiosæ, ius facit commune, ibid. num. 3.
Extrauag. Ambitiosæ, de quibus loquitur rebus, decis. 115. num. 2.
Extrauag. Ambitiosæ, inducit priuationem beneficiorum ipso facto, decis. 122. num. 3.
Extrauag. Ambitiosæ, est prohibitiua, & obligat etiam ad mortale, ib. num. 4.
Extrauag. Ambitiosæ non est vsu recepta quoad pœnas extrinsecas, ibid. num. 5.
Extrauagans declaratur, & limitatur in tribus casibus ibi, & decis. 595. numer. 5. & 6. Postponuntur quatuor dubia, ibid. nu. 8. 9. 10. 11. & 12.

F.

FActum antiquum solemniter actum præsumitur dec. 249. numero 7.
De primo faciendo habetur pro facto, decis. 385. num. 1.
Factum non præsumitur, nisi probetur dec. 407. num 1. decis. 681. numer. 4.
Facti species, decis. 411. num. 1. & decis. 413. num. 1. & decis. 437. num. 1. & dec. 451. num. 1. & decis. 456. nu. 1. & decis. 457. numer. 1. & decis. 493. num. 1. & decis. 524. num. 1. & decis. 525. num. 1. & decis. 529. nume. 1. & dec. 530. num. 1.
Plus est aliquid explicare facto, quàm verb. decis. 463. n. 4.
Facultas faciendi edictum solùm Episcopo competit, & eius Vicario, dec. 424. numer. 1. Limita in casu sequenti.
Falsitas an committatur ex mutatione temporis in renouatione apochæ decis. 639. n. 2. 3. 4. 5. vbi pro negatiua adducitur decisum vt quis possit puniri de falso quæ requirantur ibid. num. 6.
Falsificantes monetam qua pœna puniantur dec. 682.
De præsenti cum instrumentis actis ad falsificandam monetam qua pœna fuerunt puniti in curia Archiepiscopali ibidem numero. 1. & quid.
Et quid si deprehensus fuerit bonæ famæ ibid. nu. 2.
Ex solis instrumentis repertis penes aliquẽ inquisitum de falsa moneta potest procedi ad torturam ib: numer. 3. Amplia numer. 4. & 5. limita nu. 6. & 7.
Expendens falsam monetam qua pœna puniatur ibid. nu. 8.
Fama mala inquisiti agentis, & pueri patientis, facit indicium ad torturam decis. 451. nu. 7.
Familiaritas, vt prosit, debet esse cõtinuata, decis. 309. nu. 4.
Familiaritas in iure variis modis sumitur dec. 537. numer. 1. fertur quis dicatur in præsenti materia ibid. nu. 2.
Familiaris Episcopi an possit dici magister actorum, decis. 549. num. 2.
Familiaris Episcopi gaudet priuilegio fori ibidem nu. 5. tam in ciuilibus quã in criminalibus ib. nu. 6.

Digitized by Google

& in omni materia ibidem numero 7.
Familiaris quis dicatur ibidem numer.8,
Feudum in monasterium transit, feudatario Religionem ingresso cum declaratione decis.220.num. 320.
Fictionem habet locum, vbi de incurrenda excommunicationis sententia agitur, decis.57.nu.3.
Fideicommisso relicto familiæ proximior succedit, decis. 199.numero 222.
Fidelis infidelis effectus, ducens infidelem, si ad fidem reuertitur, & matrimonium contrahere cupit cum Christiana, requirere non tenetur infidelem, decis. 264.numer.3.
Fœmina in concessione emphyteusis Ecclesiæ pro se, & filiis, & nepotibus non comprehenduntur, quod non procedit in emphyteusi priuata, decis. 127. numero 1. & seq.
Fœminæ, semel vocatæ, semper dicuntur vocatæ, si fœmina stipulat.ibid.num.3.
Fœminæ sunt vocatæ, si concessio est pro filiis, & hæredibus vsque ad tertium genus, & quare, ibid. num.4.
Fœminæ censentur vocatæ si ex verbis inuestituræ constet contrahentium voluntatem esse illas vocare, ibid.nu. 6.
Fœmina, stantibus masculis, à præsentandi successione excluduntur cum declarationibus, dec.193. num.202.
Fœmina non succedit vigore constitut.in aliquibus, ad Iuspatron.decis.211.num.274.
Fidei publicam professionem tenentur facere prouisi de cathedralibus, & aliis quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus, decis.681. numero 1.
Et vbi debeat fieri ibid.num.2.
Filij legitimati per rescriptum in emphyteusi Ecclesiæ comprehenduntur, decis.128.num.1.
Filius, viuente patre, in iurepatron. vocem non habet, & quare, decis. 144.numer. 203.
Filius, ex muliere vxorata ortus, semper præsumitur legitimus, decis. 266.numer.1.&3. cum ampliatione, & limitatione.
Filius sequitur originem patris quoad ordines suscipiendos, dec.298. numer.4.
Filius non sequitur originem patris naturalis, ibid.num.6.
Filius famil.potest acquirere domicilium, decis.305.nu.2.
Filius sicuti prohibetur in ius vocare patrem carnalem, ita & spiritualem, dec.376.nu.4.
Filius familias potest condere testamentum ad pias causas cum consensu sui patris, decis. 668.numero 1.
An in testamento condito per filiumfamilias ad pias causas necessarius sit expressus patris consensus, ibid.nume.7.
Priuilegium filiofamilias est concessum, vt possit testari cum consensu patris restringitur, vt procedat tantummodo quando disponeret ad pias causas, & non aliter ibid. num.8.
Filius familias non potest ad pias causas testari, decis.669.n.1. limita ibid.num.2.
Filius Comitis Comes dicitur patre viuente decis.545.num.2.
Filius feudatarij feudatarius dicitur in vita patris ib.nu.3.
Filius Doctoris de collegio in eius doctoratu non soluit nisi munuscula.

ſcula ibid.num.4.
Fines mandati non ſunt excedendi, decif. 309.num.1.
Fiſcus in Curia Archiepiſ. appellat, decif. 515. num. 1. ponuntur duæ deciſiones præſentis concluſionis,ibid.num.2.
Fiſcus in Regno non appellat, decif. 515.num.3.
Fiſcus tenetur probare rem eſſe minorem ſi paſſus fuit in curatoris datione,decif.600.num.2.
Pro forma eſt, vt patronatus probetur authenticis ſcripturis, decif. 141.
Forma fundationis Iuriſpatr. eſt attendenda,decif.163.num.80.
Forma priuilegij, & contractus legem eiſdem tribuit,decif.174. nu. 113.
Formæ omiſſio in Iuriſpatron. fundatione præſcripta præſentationem annullat,ibid.nu.116.
Forma traditur infligendi pœnam contra laicos concubinarios ſecundum Conc.Triden.decif.378. num.1.
Forma à lege inducta non poteſt adimpleri per æquipollens, decif. 418.num. 2. Quando forma non poteſt adimpleri,remittitur,ibid. num.3.
Formam ponit, quam ſeruare debet Iudex appellationis in abſoluendo excommunicatum, decif.511. num.1.
Actus fornicationis eſt actus ſucceſſiuus,decif. 450.num.1.
Frangentes carceres condemnantur ad triremes per decennium. Qua pœna puniantur frangentes.Hæc regula ampliatur & limitatur, decif.373.num.1.
Fratantiam eſſe beneficium eccleſiaſticum decif.387.num.1.
Fraus in dubio non præſumitur, decif.21.num.1.
Fraus quando præſumatur, ibidem num.2.
Fraus quando non præſumatur,ibi. num.3.& ſeq.
Fricatio non inducit ſodomiam,decif.347.num.2.
Fructus debentur à die alienationis in rei Eccleſiæ nulliter alienatę recuperatione,decif.18.num.1.
Fructus beneficij ſunt bona eccleſiaſtica,decif.114.num. 3.
In fundatione. Vide verb.Iuſpatronatus.
Fundator Iuriſpatron. vocans tres de familia comprehendit omnes de familia,decif.198.num.218.
Fundatores in fundatione Ius acquirunt,decif.228.num.348.
Funeralia quæ dicuntur, decif. 670. num.2.& 4.
Funeris ſumptus dicitur omne illud,quod corporis cauſa erogatur,ibid.num.3.
Funeralia dicuntur illa, quæ cum cadauere ducuntur ad eccleſiam, & quę funeris cauſa ſunt elargita,ibid.nu.4.& 5.
Furem ad indicandum aliquis cogi poteſt,decif. 278. nu.2.
Furor pro matrimonio ſeparando, quomodo probatur,decif.251.numer.2.
Furor de præſenti præſumitur in futurum durare,ibid.num.3.

G.

GEneris appellatione fœminæ continentur, decif.127.numer.5.
Gratia non eſt ſubreptitia, quando qualitas à iure non eſt conſiderata,non exprimitur, decif.62.numer.6.
Gratia facta de emphyteuti non extenditur ad emphyteuſim in perpetuum,decif.72.num.3.

Gratificatio habet locum in vocum & meritorum paritate, nec ab ipsa appellatur, decis. 191. numero 199.

Gratificatio gratiæ ac donationis est species, decis. 218. numero 306.

Gratificatio in beneficiis Vicario etiam competit, ibidem numero 307. & 310. Nec est mera gratia, nu. 311.

Grauamen irreparabile quid sit, ponuntur nonnulla circa hoc, decis. 505. num. 4.

H.

Habens commissionem. Vide verb. Commissarius.

Habens Canonicatum. Vide verb. Canonici.

Habilitatio à iuramento non tollit vires contractus, decis. 331. numer. 2.

Habilitatio à iuramento non impedit liquidationem instrumenti, decis. 337. num. 1.

Habilitatio à iuramento exigit aliam absolutionem, decis. 345. numer. 1.

Habilitatus sub cautione dicitur quoque carceratus, decis. 379. numer. 2.

Habilitatio reorum regulariter facienda est, quamuis sit arbitraria, decis. 603. num. 1.

Habilitationis praxis quæ sit in Curia Archiepiscopali, ibidem numer. 3.

Habilitatio quibus in casibus non est facienda, ibid. nume. 3.

Habilitatus cum citatione, parte non citata debet ad carceres reuocari, ibid. num. 4.

Habitare quis propriè dicitur, decis. 652. num. 3.

Hæres hæreditatem non potest repudiare, & Iuspatron. acceptare, decis. 211. num. 276.

Hæredem omnia bona præsumitur in inuentario annotasse, decis. 277. num. 4.

Hæres aliquid dolosè in inuentario ponere omittens punitur, ibid. num. 5.

Qui sint casus quorum cognitio spectat ad Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal, decis. 671. per totum.

Religiosus abiurans in iudicio hæresis propter vehementem suspicionem an sit inhabilis ad quodlibet officium suæ religionis, decis. 676. num. 1. 2. 3. 5. & 7.

Potest conferri beneficium in hæreticum ipso inaudito, decis. 674. num. 1.

Non vacant ipso iure beneficia hæreticorum, sed per sententiam & priuationem, ibid. num. 2. Amplia num. 3. 4. & 5.

Beneficia hæreticorum vacant ipso iure, ibid. num. 6.

Retinentes libros hæreticorum puniuntur tanquam hæretici, decis. 675. num. 1. Et an sufficiat huiusmodi librorum retentio ad plenam probationem hæresis, ibidem nume. 2. & 3. Limitatur affirmatiua opinio in duobus, num. 5. & 6.

Hæreticus petens monitorium contra Christianum non est audiendus, decis. 685. num. 3. Vbi ita decisum probatur ratione, decis. ex quatuor numer. 4. 5. 6. 7. & 8.

Datur diffinitio homicidij voluntarij, & distinguuntur duo termini decis. 519. numer. 1. Adducuntur circa hanc materiam nonnullæ Sacræ Congregat. declarationes, ibid num. 2.

Datur diffinitio homicidij casualis,

ex qua

ex qua diffinitione infertur ad duo, decis. 521. num. 1. 2. & 4.

Homicidium in dubio non præsumitur proditoriè commissum, decis. 587. nu. 12.

Honor debetur antiquiori, decis. 580. nu. 4.

Hospitale quando locus pius dicatur, & quando profanus, decis. 40. numer. 1.

Octo de modis an hospitale sit auctoritate Episcopi erectum cognoscitur, ibid. num. 2.

In dubio hospitale an dicatur locus pius: ibid. num. 3.

I

IDoneitas consideratur nedum respectu scientiæ, verum morum, decis. 425. num. 1.

Iesuitæ absque assensu Apostolico res ecclesiasticas alienare possunt, dec. 67. nu. 4.

Ignorantia regularum non omnes excusat, dec. 635. num. 4.

Illegitimus Clericus pensionem obtinere potest, decis. 201. num. 227.

Illegitimus Iurispatron. non succedit, decis. 203. num. 235.

Illiterati clerici odio sunt habendi, ac cæcis comparandi, decis. 212. nu. 279.

Illiteratura est defectus intolerabilis, ibid. nu. 280.

Illiteratus plus est odiosus homicida, ibid. numer. 281.

Immemorabilis quomodo probetur, decis. 143. num. 15.

Immemorabilis an probetur per scripturas ibidem num. 17.

Immemorabilis an suffragatur, quando constat de iniusto & inualido titulo, ac mala fide, decis. 144. num. 18. & seq.

Immemorabilis probat legitimum titulum, decis. 145. num. 21.

Immemorabilis Iurispatron. ex priuilegio non suffragatur, decis. 168. nu. 97.

Impedimentum sciens donare videtur, dec. 256. nu. 2.

Impedimentum existens in principio, scienti est obnoxium, ibid. num. 3.

Impensa in actu facit præsumi mandatum & ratihabitionem, decis. 89. num. 1.

Imploratio brachij potest etiam peti à Iudice tyranno seu excommunicato, decis. 320. nu. 4.

Imploratio brachij non habet locum, quando à sententia fuit appellatum, decis. 322. nu. 1.

Brachij imploratio. Vide verb. Brachium.

Ponitur discrimen inter implorationem brachij & familiæ accommodationem, decis. 329. numer. 1.

Impositio primi lapidis in Ecclesiæ fundatione ad quem spectat, decis. 569. numer. 1. per totum.

Incantatores dicuntur negromantes, dec. 673. nu. 2.

Incantatores grauissimum scelus perpetrant, ibid. nu. 3.

Incantatores dicuntur malefici, numer. 4.

Incestuosi vel sacrilegi, legitimati ab habente potestatem, in emphyteusi Ecclesiæ comprehenduntur, & qui tales dicuntur, decis. 128. nu. 4.

Incisio arborum frugiferarum, de iure est prohibita, decis. 136. numer. 1.

Indicia & præsumptiones sufficiunt ad probandum quos esse de parentela vel genere, decis.

155.numer.56.

Iudicia propinqua succedunt loco diffamationis, decis. 585. numer.1.

Indulgentiæ concessio per Episcopum vltra tempus sibi promissum, non tenet, sed est valida pro statuto tempore, decis.117. num.15.

Infamis à testimonio repellitur, decis.451.num.3. Contrariam opinionem tenet Auctor, ibidem nu.6.

Infames repelluntur à dignitatibus, dec.676.num.4.

Infans non contrahit irregularitatem, decis. 526.num.1. Amplia etiam in infante maiore, doli tamen incapace tempore delicti, ibid.nu.2. Redditur ratio ampliationis, ibid. nu.3.

Inferiores Episcopis an habeant facultatem vniendi, decis.492. numer.3.

Infidelis conuersus non tenetur requirere coniugem infidelem, si fidelem ducere in matrimonio desiderat, decis.264.nu.2.

Institutio facta intra edicti terminum, est nulla, & quare, decis.161. nu.77.

Institutio hæc, vt annulletur, duo requiruntur, ibid.numer.78.

Institutus pendente appellatione, possessionem capere non potest, si sentētia habet vim differentię, decis.229.num.352.

Institutio pœnitētiarij, vide in verb. Pœnitentiarius.

Instrumentum faciens mentionem alterius instrumenti, an probet? decis.142.nu.8.

Instrumentum iuratum habet executionem paratam, dec. 296. numer.4.

Intellectus cap. si super gratia de offic.deleg.in 6.decis.109.num.2.

Intellectus datur ad cap. vide verb. c.Odoardus.

Intellectus datur ad Nauarr.cap.27. num.194. In nostra decis. 520. nu. 3. Declaratur glos. in clem.1. de homicid.ibid.nu.5.

Interesse de præsenti, non casus aduersæ fortunæ est inspiciendum, decis.178.nu.138.

Inuentarium contra hæredes probat, decis.277.num.2.

In inuocatione Brachij, vide verb. Brachium.

Inutilitas seu defectus ab ecclesia, non autem ab alio est alleganda, decis. 9.nu.1. Quid si actio esset popularis, & quid, si ante actum consumatum, & etiam quando Ecclesia dicit, quòd pro parte valet, & pro parte non, ibid. num.2.

Iocalia matrimonio separato ob impotentiam non ignoratam, nō sunt restituenda, & quare, decis. 256.num.1.

Iocalia, matrimonio separato ob impotentiam ignoratam sunt restituenda, ibid.nu.6.

Irregularis ad beneficium Iuspatron. præsentari non potest, nec etiam si ignorauit se esse irregularem, dec.185.nu.174.

Irregularis ob pœnam in iurepatron. nullum ius acquirit, & ad fructus tenetur, ibid.nu.175.

Irregularis ab officio est suspensus, ibid num.177.

Irregularis, beneficiis ante irregularitatem obtentis non priuatur, nec ab actu iurisdictionis impeditur, sed ordinis, ibid.nu.178.

Irregularis non est capax pensionis, de qua autem pensione sit capax, decis.524.numer. 2.& 3. Contrarium est verius, & fuit resolutum, quod, scilicet, quomodocunque constituatur pensio, possit retineri

neri

Digitized by Google

neri ab irregulare, quod probatur etiam auctoritate Gonzalez ibid. nu. 4. & 6. Respondetur contrariis, ibid. nu. 5.

Irregularis efficitur Clericus, vide verb. Clericus.

Iudæi habent omnia ea, quæ sunt ciuiũ Romanorum, & propterea coram Iudicibus Christianis sunt conueniendi, & debent litigare, decis. 687. nu. 2.

Iudex habens potestatem extraiudicialiter se informandi, rectorem citare non tenetur, decis. 6. numero 3.

Iudex ex causa tempus à iure statutum potest diminuere, & protrahere, decis. 217.

Iudex ex officio potest prouidere, vt altera pars liti cedat, decis. 226. num. 243.

Iudex plus offenditur in attentatis, quàm pars, decis. 233. numero 3.

Iudex potest inquirere de impedimento, quando adest dubium, decis. 263. numer. 5.

Iudex parti se opponens, suspectus redditur, decis. 269. nu. 3.

Iudex sæcularis tenetur suum brachium impartiri, etiam si non fuerit petitum, decis. 320. num. 3.

Iudex sæcularis ex iudicis officio tenetur impartiri brachium, decis. 321. num. 1.

Iudex in his, quæ potest ex officio, non requiritur citatio partis, dec. 321. nu. 2.

Iudici nulliter procedenti, denegatur brachium, dec. 325. num. 1.

Iudex non tenetur brachium suum impartiri, quando sententia iudicis implorantis est iniusta, dec. 325. nu. 2.

Quando iudex requirens est incompetens, tunc non tenetur eidem brachium suum impartiri, decis. 328. num. 1.

Iudices exequentes sententias incompetentium, puniuntur, ibid. num. 2.

Iudex sæcularis tenetur stare processui facto in crimine hæresis, decis. 330. n. 1.

Iudex incompetens in causa principali, non est incompetens in causa incidenti, decis. 339.

Iudices diuersas sententias proferentes, attendi debet sententia in minori summa, decisio 353. numer. 1.

Iudex non potest, conuersam pœnam pecuniariam in corporalem, pœnam pecuniariam exequi, & corporalem dimittere, decis. 354. nu. 4.

Iudex ecclesiasticus potest mandare verberari clericum, decis. 350. nu. 3.

Iudex sæcularis nullam habet iurisdictionem contra clericos, nisi quoad priuationem feudorum, quamuis contrarium de facto seruetur, dec. 365. numer. 1. & 3.

Iudex ecclesiasticus potest cogere per viam censurarum testes tam clericos, quàm laicos, vt coram eo testimonium perhibeant, decis. 447. numer. 1. Amplia tam in causa ciuili, quàm criminali, ibid. nu. 2.

Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato coram sæculari, decis. 448. n. 4.

Iudex appellationis tunc potest inhibere, cum de deuolutione constat, & quid in interlocutoriis, decis. 507. num. 1. Decretum Concil. Trid. circa præfatam conclusionem, ibid. numer. 2. Vbi dubitatur de incompetentia iurisdictionis, an scilicet appellatio recipienda sit, iudex appellatio-

Digitized by Google

nis non potest inhibere, ibidem num.3.
Iudex ad quem, non autem à quo, pronunciat appellationem desertam, dec.504.nu.1.
Iudex appellationis, quam formam seruare debeat in absoluendo excommunicatos, decis.511.per totum.
Iudex an possit etiam super futuris iudicare & prouidere, decis. 588. nu.2.
Iudex citans aliquem ad informandum, non seruata forma, est puniendus, decis.604.nu.6.
In iudice non exigitur literarum scientia, decis.619.nu.3.
Iudex debet cognoscere an sua sit iurisdictio, decisio. 650. numer.3.
Iudicium vbi cœptum est, ibi est finiendum, decis.596.nu.3.
Iuramentum dandum à Prælato, in dubio præsumitur præstitum, decis.11.nu.1.
Iurans non alienare bona ecclesiæ, auditur postea contraueniens, decis.122.nu.1.
Iuramentum suppletorium in causa matrimoniali defertur, & quando non, decis.262.nu.2.
Iuramentum obligat præcisè, decis. 296. nu.1.
Iuramentum debet adimpleri in forma specifica, ibid.nu. 3.
Iuramentum præstito Deo, pars relaxare nequit, decis.334.numero 1.
Iuramentum, cum est incursum periurium, non potest relaxari à parte, ibid.nu.2.
Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, decis. 338. numero 1.
Iuraméti absolutio conceditur stante læsione, ibid.nu.2.
Iuramentum non debet deferri ei, quem verisimile est deierare, decis.343.nu.3.
Iuramentum obtinet vim plenæ probationis, decisio. 407. numer.2.
Iurisdictionem habens in aliquo loco, à suo subdito emere non potest, dec.62.nu.2.
Iurisdictio ecclesiastica est distincta à sæculari, decis. 319. numer.1.
Per offensionem iurisdictionis vide verb. Offensio.
Iurisdictionem extinguit pronunciatio nulla, decis. 620. numero 1.
Iuris ignorantia neminem excusat, decis. 635. nu. 1. & decisio, 646. nu.1.
Iuris ignorantia dicitur lata culpa, ibid. nu.2.
Iuspatronatus ex fundatione & dotatione hodie debet esse, decisio. 43.nu.5.
Iuspatronatus ecclesiasticum absque solemnitatibus in laicum transferri non potest, secus autem in patronatu laicali, quia sola Episcopi auctoritas sufficit, ibi. nu.6.
Iura loquentia de rei ecclesiasticæ alienatione, in promissione de alienando non habent locum, decis.65.num.3.
Ius in re acquiri videtur per concessionem factam ad beneplacitum, decis.68.numer. 8.
Ius prælationis, vide verb. Prælatio.
Iuspatronatus quibus modis acquiratur, decis.140.num.1.
In fundatione iurispatronatus exigitur consensus Episcopi, & an sufficiat ex postfacto interuenire, ibid.nu.2.

Iuſpatronatus an probatur confeſſione Epiſcopi, deciſ. 142. numer. 10.
Iuſpatronatus probatur per famam, concurrente legitima quaſi poſſeſſione, deciſ. 145. numer. 22.
Iuſpatronatus in antiquis probatur per ſolam famam, ibidem numer. 23.
Iuſpatronatus ſpectans ad familiam, DD. de Carracciolis, ſiue ad alias eiuſdem qualitatis, præſumitur ex vſurpatione, deciſ. 146. numer. 25.
Iuſpatronatus vniuerſitatis paruæ præſumitur ex vſurpatione, cum declarationibus, deciſ. 149. numer. 36.
Iuſpatronatus fundatum pro ſua linea, intelligitur de linea directa deciſ. 152. num. 42.
Iuſpatron. in donatione omnium bonorum mobilium & immobilium iurium, & actionum comprehenditur, deciſ. 164. num. 82.
Iuſpatron. tranſit cum vniuerſitate bonorum, ibid. num. 83.
Iuſpatron. quare ſit honorificum, deciſ. 16 . num. 92.
Iuſpatron. per dotis augmentum non acquiritur, & quando in hoc caſu acquiritur, deciſ. 167. numer. 93. & ſeq.
Iuſpatron. ex priuilegio ſublatum cenſetur, & quando etiam ex priuilegio non cenſetur ſublatum, deciſ. 168. num. 95. & 99.
Iuſpatron. conceſſum ad inſtar iuriſpatr. fundationis & dotationis, dicitur ex priuilegio, & per conſequens ſublatum, ibidem num. 96.
Iuſpatron. ex conceſſione, & Epiſcopi priuilegio competere poteſt, ibid. num. 98.
Iuſpatron. tunc dicitur eccleſiaſticum, quando de bonis eccleſiaſticis eſt erectum & laicale de propriis bonis, deciſione 169. nu. 101.
Iuſpatron. relictum Confraternitatibus, laicale etiam dicitur, ibid. num. 102.
Iuſpatron. inaudito patrono, non eſt conferendum, quod non procedit in Summo Pontifice, deciſ. 171. nu. 104. & 107.
Iuſpatronatus conceſſum ſibi, fratribus & hæredibus, etiam ſorori competit, & quare, deciſi. 175. num. 120.
Iuſpatron. non ſolum maſculis, ſed etiam fœminis competit, ibidem num. 121.
Iuſpatron. hæreditarium mulieribus, etiam tranſit tam in teſtamento, quàm ab inteſtato, ibid. nu. 122.
Iuſpatron. relictum conſanguineis, ſeu de parentela, familia, & genere nuptis fœminis, ex illis deſcendentibus competit, ibid. nu. 123.
Iuſpatronatus tranſit in ſolidum ad omnes hæredes, deciſ. 177. numer. 134.
Iuſpatronat. de per ſe vendi non poteſt, ſed cum vniuerſitate, declara prout in deciſ. 79. nume. 139. & 146.
Iuſpatronat. cum hæreditate vendita tranſit, & quare, ibidem numer. 140.
Iuſpatronat. per donationem omnium bonorum tranſit, ibid. nu. 141.
Iuſpatronatus tranſit in fideicommiſſarium vniuerſale, ibid. numer. 142.
Iuſpatronatus vxori vſufructuariç omnium bonorum tranſit, & præſentatus ab ipſa, præſentato ab hærede præfertur, ibid.

Digitized by Google

num.147.
Ius patronatus de per se non confiscatur, secus si est cum vniuersitate, ibid.num.145.
Iuspatronatus consentiens Episcopo, donari potest, decis. 180.nume. 147.
Iuspatron.laico donari potest, assensu Ordinarij interueniente, & solemnitatibus in alienatione rei ecclesiæ requisitis, eadem decis. num.149.
Iuspatronatus consentiente Capitulo, Sede vacante, donari potest, & quare, ibid.num.150.
Iurispatron.mentio in dubio, de ecclesiastico intelligitur, decis. 186. num.183.
Ius patron. relictum familiæ omnes de familia ascendunt, decis. 198. nu.217.
Iuspatron. non transit taxatiuè, sed demonstratiuè, ibidem numero 219.
Ius præsentandi prius ad eum spectat, qui testatori est proximior, decis.199.nu.221.
Iuspatron.fundatione, dotatione & ædificatione acquiritur, decis.200. nu.224.
Iuspatron. in ecclesiis Regularium acquiri non potest, nisi ex priuilegio, ibid. numer. 225. cum ampliat.
Iuspatronatus, immemorabili probata ex fundatione, & dotatione præsumitur, decis. 204. numer. 244.
Iuspatronatus transit ad hæredes extraneos, decis. 206. numero 252.
Iuspatr. de familia, ea finita, ad extraneos hæredes transit, ibid. nu. 253.
Iuspatron.reseruatum cum dictione taxatiua ad extraneos hæredes transit, ibid.num.254.
Ius alterius non præseruatur, si vnus ex compatronis iure diuerso præsentationem facit, deci. 209.num. 266.
In iurepatron. succeditur in stirpes, non in capita, & quare, decis. 210. nu.266.
In iurepatron. si succeditur iure legati donationis, vel singuli, vti singuli succeditur in capita, non autem in stirpes, & quid si adest obseruantia, quòd semper succedatur in capita, ibidem numero 269.
Iuspatronatus vniuersitatis, vide Vniuersitas.
Iuspatronatus ad hæredes iure hæreditario, non autem sanguinis transit, decis. 211.numer.273. & 275.
Iuspatron. in præiudicium filiorum renunciari potest, si à persona descendit, secus si ex genere, decis. 216.nu.298.
Iuspatron. in monasterium transit, cum declaratione, decis. 220. nu. 318.& 323.
Iuspatron. per ingressum Religionis primogeniti transit in secundogenito, vel successori, ibid.decis. 324.
Iuspatron. à iudice vni ex pluribus patronis in hęreditatis diuisione adiudicari non potest, decis. 221 num.325.
Ius firmius est, quod iure communi venit, quàm quod singulari, decis. 222.num.331.
Iuspatr.dotale est vxoris, non autem viri, decis.223.nu.333.
Iura loquentia de beneficiis, locum sibi vendicant in beneficiis exiguis, decis.30..nu.2.
Iura plura, quando vni competunt, vno sublato, seu electo, alia illæsa remanent, deci.306.num.3.
Ius implorandi brachium, vide verb.

Digitized by Google

verb.Episcopus.
Quod quisque iuris in alium statuit, eodem iure ipse vti debet, decis. 323.nu.2.
Iura generaliter loquentia, generaliter debent intelligi, decis.355.numer.1.
Quid iuris de excommunicato, vide verb.Excommunicatio.
Iustus metus, vide hoc verb. Metus.
Iusta causa, vide hoc verb.Causa.

L

LÆsio in locatione quomodo probetur, decis.111.nu.2.
Laici regulariter decimas retrahere non possunt, decis.80.num.3.
Laicus ad beneficium præsentari non potest, nec etiam ad iuspatron.& quando potest, decis. 157. n.63.&66.
Laicus ad iuspatrō. nominari potest cum declaratione, ibidem numero 65.
Laico destinato clerico non potest, conferri beneficium, decis.385.numer.3.
Laicus percutiēs monachum, quòd sit absoluendus à superiore percussi, probatur tribus mediis, de quibus dec. 465.numer. 1.2.3.& 6. Contrarium fuit decisum, ibidem numer.6.Respondetur contrariis, ib.num.6.
Laicus non potest coram Ecclesiastico Iudice conueniri, nisi in quibusdam casibus remissiuè decis. 549.num.1.
Laicus quando potest baptizare, decis.660.n.3.
Laudemium an pro retrouenditione debeatur, decis.52.n.2.
Laudemium debetur Domino directo, decis.134.num.5.
Legata re mobili, pecunię repertæ in domo, & capsa testatoris, legatario cedunt, dec.70.n.3.
Legatario quæritur ius ante legati acceptationem, decis.99.nu.2.
Legatus à latere monitoria concedere potest, dec.270.nu.2.
Legatum factum capitulo, censetur factum Canonicis, decis.411.num. 2.Decisio quæstionis, ibid. numero 3.
Legatus à latere habet facultatem vniendi, vti Episcopus, decis.492. num.2.
Legati causa potest cognosci per successorem, decis.615.num.3.
Legitimatio, ab habente potestatem facta, omnem maculam tollit, dec. 128.num.3.
In legitima imputatur militia empta filio per patrem, dec. 594. numer. 1.item quicquid à patre quouis titulo filius consequitur, ibid. num.2.Item militia clericatus, ib. num.6.
Lex generaliter loquens, modica non includit, dec.39.num.7.
Lex, posita in fundatione, ad vnguē est seruanda, dec.187.nu.188.
Lex, generaliter loquens, generaliter debet intelligi, dec.419.n.1.
Cui verba legis, vide verb. Verbum.
Lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi, dec.605.n.2.
Lex aut alia dispositio quæ prohibet quid fieri absque interuentu alicuius sufficit illius præsentia, quamuis non consentiat, nec consulat id fieri, decisio.668.numer.2
An liber visitationis sit authenticus, dec.142.num.6.
Liber Parochi vim habet maiorem, quam liber rationis, qui probat, dec.249.num.2.
Libris creditur publicis, ibid. numero 3.

Liber visitationis plenè probat quoad eius pertinentia, quemadmodum chronicæ, & gabellæ, ibid. num.4.
Liber visitationis inducit plenam probationem, decis. 611. numer. 1. per tot.
Principalis non tenetur exhibere libros rationum suo procuratori, decis. 688. nu. 1.
Actor tenetur edere reo libros rationum, ibid. num. 2.
Quilibet tenetur edere libros suarum rationum, ib. nu. 3.
Licentia Episcopi interuiẽdi Ecclesiæ sufficit, vt oretenus sit data, & quare decis. 599. num. 3.
Limitatio ad text. in c. super eo, extr. de cohabitat. cleric. decis. 77. numero 8.
Limitata causa, vide verb. Causa.
Linea quid est, decis. 152. num. 41.
Linea à patre debet sumere initium, ibid. num. 43.
Lis dicitur mota, cum fuerit contestata, decis. 344. num. 1.
Lite pendente, vide verb. pensio.
Literæ monitoriales, vide verb. Monitoria, Monitoriales.
Locatio vltra triennium valida, si adest de consuetudine, decis. 113. numer. 4
Locatio vltra triennium exigui valoris est valida, & quare ibid. numero 5.
Locatio rei Ecclesiæ per sex annos, vel nouennium aliquando fieri potest, decis. 115. nu. 3.
Locatio rei, Ecclesiæ facta vltra triẽnium, per triennium valet, decis. 117. nu. 1.
Locatio vltra triennium exigui valoris est valida, & quare, ibid. numer. 5.
Locatio rei ecclesiæ per sex annos, vel nouennium aliquando fieri potest, decis. 115. num. 3.
Locatio rei, Ecclesiæ facta vltra triẽnium, per triennium valet, dec. 117. num. 1.
Locatio vltra triennium non est valida, etiam pro triennio, & ita in praxi, ibid. num. 6.
Locatio de biennio in biennium facta, quousque vixerit, est nulla, & contrahentes pœna extrauag. sunt affecti, & quare, decis. 118. num. 1. & 5.
Locatio ad longum tempus appellatione alienationis rerum Ecclesiæ continetur, & quare, decis. 120. num. 1. & seq.
Locatio ad lõgum tempus effectum inualidationis, non autem incursionis pœnæ producit, ibid. numer. 3.
Locationis factæ de bonis ecclesiasticis solutionibus anticipatis, successori non præiudicant, decis. 123. num. 1.
Locatio iurisdictionis ecclesiasticæ, vel facultatum Vicarios nominandi, est inualida, & simoniaca, ibid. nu. 2.
Locatio ecclesiæ omnium bonorum cum facultate beneficia conferendi est valida, & non simoniaca pro pretio aureorum bis mille, probato, quòd si absque facultate conferendi bona pro eodem pretio arrendata sint, ibid. numero 3.
Locationes factæ ad longum tempus à triginta annis citra, sunt annullatæ, ibid. num. 4.
Locus pius, vide verb. hospitale.
Locus ecclesiæ profanatæ, & dirutæ absque solemnitatibus alienari non potest, decis. 78. numero 1. & 4.
Locus ecclesiæ dirutæ auctoritate episcopi immunitate non gaudet, ibid num. 5.
Locus honestus qualis dicatur, deci. 247. num. 2.

Pluri-

Pluribus in locis poteſt domicilium haberi, deciſ. 5..5. num. 1.

M.

MAgiſter actorum Curiæ Epiſcopalis nõ eſt familiaris Epiſcopi, deciſ. 549. num. 2.
Magiſter actorum epiſcopi gaudet priuilegio fori, ibid. num. 11. Cum dicatur de familia Epiſcopi, ibid. nu. 12.
Malefici ſubiiciuntur tormentis, deciſ. 673. num. 6.
Malefici dicuntur ſemper malum facere, ibid. nu. 7.
Tortura ex præſumptionibus datur maleficis, ibid. nu. 8.
In maleficiis, vide verb. Voluntas.
Mandatum procuratoris ad alienandum res eccleſiaſticas debet eſſe ſpeciale, deciſ. 55. nu. 2.
Mandatum non præſumitur, etiam ſi mille anni elapſi ſint, ibidem numer. 2.
Mandatum ſpeciale ad præſentandum requiritur, deciſ. 189. numero 193.
Mandatum ſpeciale ad poſſeſſionem capiendam requiritur, ibid. num. 194.
Mandatum diſpenſandi non eſt diſpenſatio, deciſ. 241. num. 2.
Mandatum de prouidendo nõ comprehendit beneficium eccleſiaſticũ cathedralis, quod probatur duabus rationibus, de quibus dec. 391. num. 1. 2. & 3.
Mandatum Principis non probatur niſi ſcriptura, deciſ. 599. nu. 2.
Manſus liberus ſufficit pro dote eccleſiæ, deciſ. 181. num. 157.
Matrimonium debet eſſe liberum, deciſ. 231. nu. 1.
Matrimonium eſt nullum ſine Parochi præſentia, & duorum teſtium, deciſ. 234. nu. 2.
Matrimonium ob viri ſæuitiam ſeparari poteſt etiam ob vxoris cauſam, deciſ. 236. num. 1.
Matrimonium ob nefandum vitium ſeparatur, dec. 237. nu. 1.
Matrimonium contractum inter conſanguineos per ſolum mandatum diſpenſandi nondum cognitum, eſt nullum, deciſ. 241. numero 1.
Matrimonium contractum coram Parocho, cui ab Epiſcopo fuit interdictum, ne matrimoniis aſſiſtar, valet, & quid ſi non eſt ſpecialiter vocatus, ac etiam ſi doloſè fuit ductus, deciſ. 243. numero 2.
Matrimonium illegitimè contrahẽs, tenetur denuò in foro animæ legitimè contrahere, deciſ. 243. numer. 4.
Matrimonium per Parochi librum probatur, deciſ. 249. numero 1. & 6. Vbi etiam teſtes requiruntur.
Matrimonium contractum abſque præſentia Parochi, & duorum teſtium non habet vim ſponſaliorum, dec. 250. num. 1.
Matrimonium contractum à furioſo, ipſo iure eſt nullum, deciſ. 251. num. 1.
Matrimonium metu contractum dicitur nullum ipſo iure, etiam copula ſubſequuta, deciſ. 253. nu. 1. & 2. quare.
Matrimonium metu contractum ſua copula, etiam eſt nullum, ibid. num. 3.
Matrimonium metu contractum, ipſo durante, ſi ratificatur eſt nullum, ibid. nu. 4.
Matrimonium metu contractum, non impedit contrahentem poſſe denuò contrahere, ibid. numer. 5.

Digitized by Google

Matrimonium metu contractum per cohabitationem spontaneam conualidatur,ibid.num.7.
Matrimoniū clandestinum per consanguineos probatur,dec. 255.numer.2.
Matrimonium per parentes, fratres & sorores probari potest,dec.262. nu.1.
Matrimonium contrahitur inter infideles,dec.264. nu.1.
Matrimonium non potest dici prohibitum, nisi in casibus à iure expressis,decis.638.nu.1.
Causa matrimonialis est fauorabilis, ibid.nu.3.Amplia num.4.
Melioramenta sunt restituenda ei, contra quem alienationis reuocatio fuit facta,decis.66.nu.2.
Melioramenta facta rei ecclesiasticæ, alienatæ absque assensu amittuntur,& quare, ibid.numero 5.
Melioramenta debentur, & si fuissent facta rei venditæ absque assensu,dummodo sine ipsis res periisset,ac etiam debentur,si ab initio fuit bona fides, dato quòd postea mala superuenerit, decis. 66.num.7.
Mendicantes bona in communi possidere non possunt, dec. 67. numer.2.
Mendicantes bona immobilia absque assensu alienare possunt, & quare,ibid.
Mentio hæredis,posita in contractu, est intelligenda de sanguinis hærede,decis.206.nu.250.
Meretrix est infamis, decis. 166. numer.87.
Meretrix Iuspatron. acquirere potest,& quare,ibid. nu. 88.
Meretrix turpiter agit, non turpiter accipit, neque ad restituendum tenetur,ib. num.91.
Iustus metus in matrimonio, qui dicatur,decis.253.nu.6.
Metus præsumitur durare durante eadem causa metus,decis.657. numer.3.
Militia empta per patrem filio imputatur legitima,dec. 596. numero 1.
Militia clericatus in legitimam filio imputatur,ibid.num.6.
Ministri pro Missis cantandis in parochiali Ecclesia sunt tantùm ad bene esse,decis. 47.num.4.
Minore, vel muliere prohibitis per statutum donare,nec etiam confiteri permittitur dec. 93. numer. 3.
Minor 14. annorum olim ad Iuspatronat. præsentari poterat, hodie minimè, decis.187. n.185.
Minor 14. annorum non potest beneficium obtinere,decis.342 nu.1. Amplia ibid.num. 2. Quatuordecim isti anni sufficiunt, si tantùm attingantur,licèt non sint expleti, ibid.num.3.
Minor duodecim annorum non potest excommunicari, adducuntur duæ rationes, decis. 457 num 2.3. & 4.
Minor confessus in iudicio absque Curatoris præsentia in integrum restituitur,dec.593.numer.1.
Quid seruatur in Curia Archiepiscop. quando minor torquetur ad indagandam veritatem. ibid. numer.3.
Processus factus cum minore absque Curatore est ipso iure nullus,ibid. num.2.
Minor mitius est puniendus adulto, decis.600.numer.1.
Minoritas non solum probatur inter contrahentes, sed etiam apud tertios,ibid.
Miracula recognoscere solum Episcopi est decis 563.nu.1.
Miracula, vt propriè dicantur,quatuor concurrere debent, ibidem num.

Digitized by Google

numer.3.4.5.& 6.
Missa non potest celebrari in domo priuata, nisi in Ecclesia consecrata ab Episcopo, dec. 538.num.1. Et quomodo se gerere debet Episcopus in concedendo licentiam pro celebrandis Missis in domibus priuatis ibid.num.2.
Mobilia ecclesiastica pretiosa, quæ dicantur, dec.61.nu.2.
De modicis non est curandum, dec. 39.nu.3.
Monachus omnia per ingressum religionis in Monasterium transfert, decis.220.nu.322.
Monachus effectus episcopus non desinet esse Monachus, nec est solutus à tribus substantialibus, decis.596.nu.1.& 2.
Monasterium, vt construatur, quanta dos est assignanda, decis.181.numer.154.
Monasterium loco hęredis habetur, dec.220.num.321.
Ingrediens monasteria Monialium ordinum Prædicatorum non potest absolui in casibus non necessariis, decis.648.num.2. & per totum, vbi ampliatur, & limitatur ista conclusio.
Monasterium dicitur omnis monachorum stantia,
Moniales post professionem non possunt exire claustra monasterii, nisi ex graui causa, dec.645. num.1.
Et ob quas causas, ibid.nu. 2.
Locutio cum monialibus regulariter est prohibita, decis.647.num.1. Ampliatur & limitatur ibid. numero 3.& 4.per totum.
Monitoria ad hoc, vt conceduntur, quinque sunt necessaria, dec.267. num.1.
Monitoria ob nimiam partis animositatem se opponentis publicationi, sunt concedenda, & quare, decis.269.num.1.& 4.
Monitoria generalia ab Episcopis sunt concedenda, decis. 270 n. 1
Monitoria contra certas personas non sunt concedenda, decis. 271. num.1.
Monitoria contra non soluentes decimas (dummodo sint incerti) sunt concedenda, ibid. nu. 5.
Monitoria sunt contra culpabiles in aliqua piscatione concedenda, ib. nu.6.
Monitoria quando non sunt concedenda, ibid.num.6.
Monitoria generalia habentibus interesse sunt concedenda, & non aliis, & quare, decis. 272. numero 1.
Monitoria sunt reuocanda, si absque petentis interesse fuerunt concessa, quod duobus limitatur modis, dec.272.nu.4.
Monitoria possunt concedi pro scripturis exhibendis cum declaratione, & quare, decis. 273. numero 1.
Monitoria, lite pendente, non sunt concedenda, & quare, dec.274.numer.1.
Monitoria, lite pendente, concessa, licet sint iniusta, tenent, ibid.numer.2.
Monitoriales literę cōtra testes sunt concedendæ, & quare, decis. 275. numer.1.& cum declaratione numer.3.
Monitoria quando sunt concedēda contra testes, ibid.n. 4.
Monitorium contra testes impediētes concedi potest, ibidem numero 6.
Monitorium cōtra testes simplicem conuentionem scientes, & conscios, simulati contractus est concedendum, ibid.num.7.
Monitoria pro quo rei valore sunt concedenda, dec.276.nu.1.
Monitoria non sunt concedenda,

Digitized by Google

quando altera pars de inuentario opponit,& quare,decis.277. numer.1.

Monitoria in criminalibus non conceduntur,& quare,decis.278.numer.3.

Monitoria non conceduntur vbi continent infamiam, decis.280. numer.1.

Monitoria concedi non possunt super facto proprio, dec. 281. numero 1.

Monitio an requiratur ad hoc vt promotus possit priuari beneficio ob non receptionem ordinum,decis. 564.num.14.& quid si careat ætate requisita,ibid.nu.15.

Trina monitio Iudicis Ecclesiastici ad fori priuilegium amittendum, de iure canonum requirebatur, decis.604.num 1. Contrarium est de iure Concilij Trident. vbi non requiritur trina monitio ad amittendum priuilegium clerico incidente in habitu laicali,ibid.nu. 4. Cum declaratione num.5.

Mors primæ coniugis quomodo est probanda, vbi praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapol.decis.265. num.1.& 3.

Mors quomodo probatur quoad plures effectus,ibid.nu.2.

Mortuo Episcopo. Vide verb. Episcopus.

Per mortem Vicarij. vide hoc verb. Vicarius.

Mulier inquisita de furto, si adulterium confiteatur ex hac confessione condemnari non potest,decis.238.numer.4.

Mulier redditur suspecta,si custodię, ac ventris inspectione resistit, decis.269.num.2.

Mulier an possit ob morbum gallicũ petere separationem matrimonij,decis.633.nu.1.2.5.6.7.8.

Mulieres excusantur ab ignorantia iuris,decis.646.nu.2.

Mulier quid est secundum Diuum, Chrysostomum, dec. 686. numero 7.

Non potest dignè cum Deo habitare,qui fœminariis accessibus delectatur,ibid.num.5.

Multitudo verificetur in duobus,decis.num.14.

Mutatio voluntatis in iure non præsumitur,dec. 92. numer. 3.

Mutatio status in beneficialibus in dubio non præsumitur,decis.204. nu.242.

N

NArratio in matrimonii dispensatione debet esse vera impetrationis tempore,& relationis factæ Summo Pontifici, decis.241. num.4.

Naturalis de parentela non dicitur, decis.203.n.236.

Naturalis absque Summi Pontificis, vel Ordinarij dispensatione beneficium Ecclesiasticum habere non potest,ibid. n. 237.

Naturalis legitimatus iuripatron. succedit,ibid.nu.239. cum declaratione.

De natura beneficij, vide beneficium.

Natura beneficij manualis,vide ver. Beneficium.

Natus in peregrinatione sequitur domicilium patris,decis. 289 numer 7.

Necessaria duo sunt ad hoc vt ecclesiasticæ rei alienatio sit valida, in principio operis, verb. Regulæ, nu.1.

Nemo debet ex proprio delicto cõmodum,& pœnam reportare, decis.122.num. 2. & decis.303. numero 1.

Nemo de proprio alicui beneficium

facere

facere tenetur, dec.131.nu.4.
Nemo tenetur ad debita alterius, decis.433.nu.1.
Nemo potest esse testis in causa propria, decis.438.nu. 1. Decisio quæstionis, ibid.num.8.
Nemo debet priuari possessione, nisi citetur, deci. 674.nume.7.
Nepos excludit patruum à iurepatron. in quo primogenitus vocatur, decis.222.nnumer.327.& 332.
Nepos non sequitur originem aui quoad præfatum effectum, decis. 298.numer.2.
Nobiles decapitantur, ignobiles suspenduntur, decis.346.num.1.
Nolens, quando efficiatur volens, dec.233.nu.6.
Nomina Canonicorum inalienationis instrumento an sint exprimenda decis.19.num.4.
Nomen Sancti an sit exponendum in beneficio, decis.384.nu.1.
Nomen dignitatis debet exprimi, ibid.num.2.
Notario asserenti in rei Ecclesiæ alienatione assensum interuenisse Apostolicum, non est credendum decis.30.n.4.
Notarius in visitatione aliquid recipere non potest, etiam pro presentatione Bullarum, decis. 612. nu.4.
Nouus Prælatus, vide hoc verb. Prælatus.
Nouus requiritur consensus, si sponsalia fuerunt contracta sub conditione, si Sanctissimus dispensauerit, & quare, decis. 248. numero 2.
Nullitas contractus à quo allegari debet, decis.7.nu.5.
Nullitas sententiæ diffinitiuę, coram quo sit deducenda, decis. 625. numer.1.
Nullus ordinari debet absque titulo beneficij, seu patrimonij, dec.312. num.1. Idem dicendum in Regularibus non professis, ibid.numero 2.
Nullus dicitur idoneus testis in facto proprio, decis.636.nu.2.
Nuntius Apostolicus causarum matrimonialium cognitionem non habet, nisi esset Legatus à latere, decis. 245.nu.1.
Nuntius Apostolicus monitoria generalia concedere potest, dec.270. num.3.
Nuntio de facto proprio non creditur, dec.636.nu.3.

O

Oblationes spirituales dicuntur dec.102.numer. 1.
Oblationes factæ Imagini depictæ in alicuius priuati sæcularis pariete, sibi non debentur, ibid.nu.2.
Per solam libelli oblationem incidit quis in periurium, decisio 344. num.2. Intellige cum ampliationibus, & limitationibus, ibidem nu.3.
Obligatio in forma Cameræ habet executionem paratam, decis. 293. num.1.
Obligatio in forma Cameræ nullam admittit exceptionem, pręter tres, ib.n.2.
Obligatio augetur virtute iuramenti, decis.296.nu.2.
In obligatione in forma Cameræ an sit concedenda absolutio à iuramento, decis.341.nu.1.
Obliuio non pręsumitur, dec.281.nu mer.2.
Obreptio non euitatur, si deliberata Principis mens per verborum inuolucrum effugiatur, deci.77.numer.3.
Obreptitio in parte rescripti, totum vitiat, ibid.nu.4.
Obreptio modica, legitimationem

Digitized by Google

uitiat,decis.203. nu.240.cum ampliatione.

Obtinentes tenuia beneficia, nō tenentur ad horas Canonicas,decis. 387.num.3.

Obtinentes plura beneficia, tenentur exhibere illorum dispensationem,decis. 397.nu. 1. Limita ibid. num.2.

Obtinentes beneficia,quæ Sacerdotij Ordinem requirunt, debent infra annum Ordines suscipere requisitos,decis.564.numer.1.

Obtinentes dignitates Canonicatus, aut alia beneficia, si infra annum Ordines non susceperint requisitos, non incurrunt priuationem ipso iure,decis.664.nume. 9.

Occasio inualida non constituit aduersarium in contumacia, decis. 522.num.6.

Occultum dicitur omne improbabile,decis.523.num.1.

Occultum dicitur illud,quod opponitur notorio,ibidem nu. 2. Opinio Graff.quid sit circa hoc, ibid. num.3.

Occultum, secundum opinionem Garz.de beneficiis ibid.num.4.

Delictum vt dicatur occultum,quid requiratur,ibidem num.5.

Oeconomi constitutio, vt rectè fiat, quæ concurrere debent, dec.575. num.1.

Oeconomi deputatio,ad quem spectat,ibid.nu.2.

Oeconomi officium quid sit,&an teneatur reddere rationem, taxata sibi competente mercede,ibidem num.3.

Per offensionem iurisdictionis inducitur eius prorogatio, decis.381. numer.1.

Ratione offensæ iurisdictionis,iudex incompetens,efficitur competens decis.381.numer. 2.Limita,quando iurisdictiones sunt distinctæ, ibid num.3.

Officiali in eius officio creditur, ac etiam notorio asserenti se rogatum,decis. 30.numer. 1.& seq.Imo se certiorasse de Velleiano, ac etiam testes fuisse rogatos, ibidem num.3.

Officialis à Principe creatus, ad eius beneplacitum perpetuò dicitur creatus, & hoc etiam in officiali creato ab Episcopo, decis. 68. num.5.

Officialis ad beneplacitum creatus, censetur perpetuus,decis.398. num.1.

Officiales Principum, percutientes clericum, turbam arcentes, sunt excusatione digni, ita vt non possint ex hoc excommunicari: probatur tribus mediis,de quibus decis.460.num.1.2.3. & 5. Adducitur ratio conclusionis,ibidem numero 4.

Officiales Principis gaudent eius Principis priuilegio,decis.549.n.9.

Officiales Episcopi etiam laici, delinquentes in eorum officio, puniuntur ab ipso Episcopo, siue eius Vicario,ibid.num.12.

Omissio denunciationis, matrimonium non vitiat,decis.257. numero 6.

Omissio interrogatoriorum vitiat examen,dec.440.nu.1.Contrarium esse seruandum in praxi probatur ex pluribus,ibid.num.2.

A communi opinione in iudicando non est recedendum,decis.50.numero 4.

Opinio Auctoris est,quod possit probari subornatio per eosdem testes, qui asseruerunt se subornatos,decis.445.num.2.

Opponens exceptionem hosticam contra suos creditores, non potest contra alios agere, decis.323. num.3.

Oratio.

Oratio negatiuá fortius negat, quàm oratio affirmatiua affirmat, decis.366.num.2.
Ordo collatus, ratione beneficij obtenti, in fraudem tenet, decis. 303.num.2.
Ordinandi ad sacros ordines, debent scire ea, quæ eorum ordini conueniunt, decis.309.num.3.
Ordinatus absque titulo, est irregularis, decis.312. num.3.
Ordo clericalis probatur modis, de quibus infero, decis. 316.num.1.
Ordinatus per saltum est irregularis, decis. 318. num. 1. Non tamen procedit hoc quoad ordines susceptos, ibidem nu.2.
Ordinarius conferens beneficia illiteratis, tenetur resarcire damnum ecclesiæ ex illa collatione prouenien̄s, decis.390.num.5.
Ordinarius potest alium ad concursum admittere, termino elapso, decis. 423.num.3.
Ordinarius non potest dismembrare beneficia curata, decis. 492. num.7.
Ordinarij locorum tenentur auctoritate Apostolica singulis annis quaslibet ecclesias quolibet priuilegio exemptas visitare, decis. 614.num. 3.
Ordinarius delegando, censetur elegisse industriam personæ, decis. 621.num.3.
Ordinarius tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, in causis mercedum & miserabilium personarum, Regulares debitores cogere & compellere possunt cum expressa derogatione quorumcunque priuilegiorum, decis. 567.numer.1.
Ordinarius habet iurisdictionem in Regulares ibid.num.3.
Ordinarius potest præfigere terminum Regulari exempto delinquenti, infra quem debeat Superiori suo se præsentare, ibidem num.4.
Ordines sunt graduatim conferendi, immo seruatis temporum interstitiis, decis.561.numer.1.& quæ sint, num.2.

P.

PActum factum in tali Cappellania, non dicitur simoniacum, decis.82.num.5.
Pactum de sepultura eligenda reprobatur, decis.662.num.1.
Summus Pontifex solet dispensare minoribus 14.ann.ad beneficium obtinendum, decis.187.numer. 186.
Summus Pontifex pro notabili augmento dotis solet dispensare, vt in iurepatronat. erigatur beneficium liberum, decis.190.nume. 197.
Summus Pontifex qualitati Sacerdotali derogare potest, decis. 202. numer.231.
Summus Pontifex non habet ratum, quod illicitè fuerit gestum dispensando, decis.248.num.3.
Parentes in testes recipiuntur in matrimonij causa, cum limitatione, decis.255.num.1.
Paria sunt esse quem patronum, vel in quasi possessione iuris præsentandi decis.153.nume.44.
Parochi schismatici, suspensi, excommunicatique præsentia in matrimonio sufficit, decis. 243. num.1.
Parochus proprius dicitur, in cuius parochia contrahentes domicilium habent tempore matrimonij, decis.294.num.1.
Parochus ruralis an sit proprius, ibi. nu.2.
Parochus proprius an dicatur ille,

in cuius parochia contrahentes habitant animo non permanendi, ibid.num.3.
Parochus debet habere alium, vt possit in necessitatibus occurrere, decis.350.num.2.
Parochus iudicis arbitrio punitur, benedicens secundas nuptias, decis.370.nume.1. Et quæ sit ista pœna, ibid.num.2.
Parochialis vnita canonicatui, non dicitur amplius parochialis, dec. 490.num.1.
Parochialis Ecclesia in simplex beneficium conuerti non potest, decis.492.num.6.
Parochus tenetur ad personalem residentiam, decis.581.num.1. Amplia ibid.num.2.3.4.& 5.
Parochus qui non se facit infra annum promoueri ad Sacerdotium, elapso anno, est ipso iure parochiali priuatus, decis.564. num 3. Limita num.5.& 8.ibid.
Parochus qui ad Sacerdotium promoueri non intendens parochialem recipi, peccat cum obligatione recipiendi fructus, ibidem num.4.
Pars maior patronorũ, præfertur in iurepatron. decis. 177. numero 133.
Pater est legitimus administrator filij, decis.135.num.3.
Pater non potest remittere caducitatem, ibid. nume.4.
Pater & filius censentur vna & eadem persona, decis.194.num. 202. vox filij, dicitur etiam patris, ibid.
Pater spiritualis magis diligendus est, quàm carnalis, decis. 376.numer.2.
Pater spiritualis non potest esse testis in causa sui filij, sicuti nec pater carnalis.
Pater Episcopi plebeus, gaudet nobilitate filij Episcopi in pœnis infligendis, decis.545.num.5.
Pater & filius, vna & eadem persona censentur, ibid. nu.7.
Patriarchæ non possunt ante se ferre vexillum Crucis in vrbe, decis. 570.num.4.
Patrimonium loco beneficij subrogatur, decis.86.num.1.
Patrimonium ad titulum beneficij priuilegio bonorum ecclesię gaudet, ib.num.2.
Patrimonium tale est pro decima soluenda, quemadmodum sunt res ecclesiasticæ, non tamen à charitatiuo subsidio, ibidem numer.3.
Patrimonium tale filio non est imputandum pro legitima, ibidem nu.4.
Patrimonium clerici debet esse in rebus immobilibus, decis.315. numer.1.
Patrimonium clerici ab omni onere liberum esse debet, decis.605. num.3.
Patronus semel de iurepatr. docens, in alia vacatione amplius non tenetur, decis.153.nume.48.
Patronus quamlibet legem cum Episcopi consensu, apponere potest in iurispatr. fundatione, decis. 163.num.81.
Patronus, etiam laicus religiosus, ecclesiæ bona temporalia ministrare non potest, decis.165.num. 84.cum nu.seq.
Patronus habet in bonis ecclesiæ solicitudinis administrationem, ibid.num.86.
Patronus iurispatron. laicus ante institutionem variare potest, alium cumulatiuè præsentando, secus ecclesiasticus, decis.173.numero 109.
Patronus sæcularis potest variare, sed à prima præsentatione absque

que causa non potest, ibid. num. 110.

Patronus sæcularis non potest variare, lite pendente, nec secundo, ibidem num.111.

Patronus, mortuo vno ex præsentatis, (lite pendente, vel cedente) alium præsentare non potest, dec. 176.numer.125.

Patronus, lite pendente, variare non potest, ibid. nu.128.

Patronus potest alium præsentare, lite pendente, vno defuncto, quando lis est inter alios, ibidem num.130.

Patronus potest separatim præsentare, quando iuspatron. spectat ad plures vti singulos, secus autem si iure collegij, quid vbi adest statutum, vel consuetudo viget in contrarium, decis.177.numer.131.& 132.

Patrono potest præiudicari, cum bona iurispatron. absque suo consensu alienantur, decisio 178.num. 135.

Patronus cogi potest de suo contribuere in defectu pro ecclesiæ refectione, ibid num 136.

Patronus potest constituere procuratorem ad præsentandum, cum beneficium vacauerit, decis. 182. num.159.

Patronus non potest promittere aliquem præsentaneum ad beneficium, & quare, decis.182.nu.160.

Patronus Clericus seipsum præsentare non potest, decis.197.nu.213.

Patronus Clericus à compatronis eligi & præsentari potest, ibidem numer.215.

Patronus constituens procuratorem ad præsentandum, ille procurator patronum clericum præsentare potest, ibid.numer.216.

Patronus inhabilem præsentans sub conditione impetrandi dispensationem pro ea vice facultate præsentandi non priuatur, decis. 205. num.245.

Patronus, durante quadrimestre tempore alium in beneficio cumulatiuè præsentare potest, ibid. nu.246.

Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad præsentandum, decis. 372.nu.1.

Patruus quando nepotem à iurepatron. excludat, decis. 222. numer. 329.

Patruus ad sui patris vel nepotis successionem vocatur, ibid numer. 330.

Paupertas à decimarum solutione excusat, dec.41.nu.3.

Non nisi pauper clericus, vide hoc verb. Clericus.

Pecunia est de rebus, quæ seruando, seruari non possunt, decis. 50. numer.3.

Pecunia res mobilis & non pretiosa dicitur, dec.70.nu.2.& 4.

Pecunia res mobilis dicitur, decis.73. num.3.

Pecunia ecclesiæ legata ad bona emenda, absque assensu Apostolico alienari non potest, decis. 96. num.6.

Pœnitentiarij institutio ad Episcopum solum spectat, decis.555.num. 1. Amplia, vt neque capituli consensus requiratur, ibid. numer. 2. Subamplia num.4.

Quid si vacat in mensa Papæ, ib.n.3.

Pœnitentiarius electus quando incipiat habere facultatem audiendi confessiones, ibid.nu.4.

Pœnitentiarius tenetur existere semper paratus ad audiendas confessiones, ibi.num. 5. ad quod adducuntur nonnullæ Sacræ Congregationis declarationes, ibid.num.6.

Pœnitentiarius non potest casus

Digitized by Google

reseruatos absoluere, nisi specialiter fuerit ei data facultas, decis. 572.num.2.

Episcopus potest cum suo Cap. imponere vacanti beneficio aliquem modum,& onus,decis. 573. num.4.

Pœnitentiario committitur nudum ministerium,dec.621.num.2.

Pensio laico reseruari non potest, dec.157.nu.64.

Ratione pensionis,quam quis possidet in aliena diœcesi non potest ab illius Episcopo ordinari,decis. 302.num.1.

Pensio non dicit beneficium Ecclesiasticum,ibid.nu.2.

Pensio & beneficium ponuntur vt diuersa,ibid.num.3.

Pensio aut datur in titulum, aut in stipendium,ibid.nu.4.

Lite pendente super reductione, pensio soluenda est,decis. 431. numer.2.

Pensio an debeatur, fructibus non perceptis,decis.434.num.1.

Pensio debet excedere tertiam partem fructuum, decis. 436. numer.1.

Dantur duæ species pensionis,decis. 524.nu.2.

Perfectio scripturæ quando dicatur, decis.1.nu.5.

Periurus repellitur ab agendo, decis.334.num.2.

Periuro non est concedenda absolutio à iuramento, decis. 342. numer.1.

Permutatio rei ecclesiæ cum sæcularibus non valet,decis.74.num.1.

Permutatio inter rectores valida est, & quare,ibid. num.3.& seq.

Permutatio facta est Ordinario iurispatr. laicalis annullari potest, decis.171.num.105.

In Permutatione beneficiorum non requiritur concursus, decis. 419. nu.2.

Permutatio beneficiorum non potest fieri inter personas ætatis multum inæqualis decis.568.num. 2.contrarium fuit decisum in Curia Archiepis.ibid.num.3.

Persuadens malū pueris, in insulam deportatur,dec.348.num.3.

Plures loco vnius habentur, dec.210. num.267.

Pœna extrauag. Ambitiosæ est puniendus, qui vendiderit & tradiderit possessionem rei ecclesiasticæ cum reseruatione assensus, & cum clausula,nec aliter, nec alio modo,decis.56.nu.3.

Pœna stellionatus est infligenda, qui plus iusto offert non animo emendi,sed ad inducendos alios ad magis emendum,decis. 60.numer.7.

Pœna alienantium bona ecclesiastico absque requisitis sex reperiuntur,decis.138.num.1.

Pœna priuationis beneficij, ipso iure alienanti datur absque solemnitate,decis.139.nu.1.

Pœna inflicta ipso iure semper Iudicis declarationem requirit tam inferiori quàm conscientiæ, ibid. nu.3.& 4.

Pœnæ sodomiæ, vide verb. Refero, & verb.Sodomia.

In pœnis benignior pars est interpretanda,dec.353.nu.2.

Pœna semel dicta, amplius reuocari non potest,decis.354. num.1.

Quando pœna vulneris est maior quàm pœna declarationis armorum, tunc pœna minor confunditur,decis.356.num. 2. Limita, vt non procedat vigore bannimentorum,ibid. nu.3.

Pœnam inflictam Iudex reuocare requiri,dec.357. nu.2.

Non infligitur pœna portantibus arma,quando in illis ea non reperiun-

Digitized by Google

riuntur,decis.358. num.1. Limita in subsidium,ibid.n.2.Limita hoc non procedere in causis leuibus, secus in grauibus seu capitalibus, ibid. nu.3.Limita etiam non procedere in cursoribus Curię Archiepisç.Neap.ibid.num.4.

Ad incidendum in pœnam requiritur monitio,decis.361.nu.3.Procedit etiam in clerico concubinario notorio,ibid.num.4.

Duplex pœna regulariter exigi non potest,decis.637.num.1. Iniquum est hominem, & pœnam possidere,ibid.nu.2.

Pœna contra blasphemantes quænam sit,decis.374.numer. 1. Limita in eo, qui calore iracundiæ Deum blasphemauerit, ibidem nu.2.

Eandem pœnam pati debet occidens patrem spiritualem, quam qui occidit carnalem,decis. 376. nu.3.

Quæ sit pœna Sacerdotis fornicantis cum filiabus spiritualibus, decis.476.nu.6.

Pœna pecuniaria tunc debet infligi,quando id fit correctionis zelo,decis.378.num.3.

In pœnis infligendis mitior est facienda interpretatio, decis. 525. nu.4.

Pœna furti est fustigationis, decis. 592.nu.2.

Pœnitentiæ locus in contractu alienationis rei ecclesiæ ante beneplacitum Papæ; secus verò post, etiam si sententia executionis per Commissarios sit ferenda,& quare,decisio. 33. numer. 1. & 2.

Pœnitentię non est locus in alienatione rei ecclesię post obtentum beneplacitum, etiam respectu successionis, qui alienationi non consensit, dummodo fuerit impetratum in vita prædecessoris alienare,ibid. nu.4.

Pœnitenti creditur contra Confessarium,decis.369.num. 2.

Petrus singulos Episcopos singulis Ciuitatibus destinauit, decis. 558. num.3.

Ponuntur omnia ea, quæ per Sacr. Congreg. Concilij declarata in materia appellationis fuerunt, decis.504.nu.1.

Ponit formam, vide hoc verb. Forma.

Popularis honestus nō impediatur, decis.346.nu.2.

Quarta Portio de relictis Confraternitatibus Episcopo deletur, decis. 48. num.2.

Positioni continenti turpitudinem non est respondendum, decis. 280.nu.2.

Possessor fructus perceptus, & bona fide consumptos ante litem motam restituere non tenetur, & quare, decis. 75. numer.1.2.5.6. & 7.

Possessor facit fructus suos, etiam quando habet titulum coloratum ib. num.3.

Possessor non facit fructus suos, quando assensus est surreptitius, & quando in hoc casu facit suos, ibid.nu.4.

Possessor fructus extantes reuocationis alienationis tempore suos non facit, nec etiam error iuris excusat,ibid.nu.8.& seq.

Possessor fructus non facit suos, quando locupletior est factus, ibid.nu.10.

Possessor fructus perceptos tempore publicationis causa suos non facit, & quare, ibidem numero 11.

Possessor fructus extantes tempore litis motæ spacio triennij vsucapere non potest,ibid. num.12.

Digitized by Google

Quasi possessio post Concilium est abrogata in iurepatronatus, decis. 153.num.47.

Pragmatica loquens de ictu scoppictę non habet locum in rixa, sed in casu (vulgo) appensato, & sic datur pœna extraordinaria, dec. 589.numer.6. Non habet locum pragmatica ista in persona ecclesiastica, ibid.num.7. Vbi redditur ratio.

Pręcessisse præsumitur id, quod de iure antea est faciendum, decis. 27.nu.4.

Præcedentia confratrum in processionibus à quibus sunt cognoscenda, decis.48.nu.9.

Præceptum testibus fit, quando sunt certi cum limitatione, decis. 275. numer.3.

Pręedicatio non consistit in iurisdictione contentiosa, decis.543.numer.3.

Potestas prędicandi Episcopo concessa intelligitur in proprio populo, dec.543.num.6.

Prędicare, munus Episcopi est, decis. 546.numer.1. Item eorum, qui curam animarum habent, numer. 3. Amplia primam conclusionem, etiam si dubitaretur quorum sumptibus sit conducendus prędicator: quia tunc Episcopi munus esse censetur, num. 3. Limita existente consuetudine in contrarium num.4. Item vbi populus eligeret, & nominaret prędicatorem, eique sumptus pręstaret, ibid.num.5.

Prędia vltra triennium locari possunt, quę fructus quolibet triennio reddunt, dec.115.nu.1.

Prędia pręsumuntur feudalia, quando alia circumcirca sunt feudalia, dec.224 nu.356.

Prælatio Domino directo tantummodo competit, decis. 134. nu. 1.

Et procedit etiam si consensisset alienationi, ibid. nu.2.

Ius prelationis concedi nôn potest, ibidem num.3.

Ius prælationis, quibus in casibus cesset, ibid.num.7.

Prçlatus successor contra prędecessoris hęredes pro rei ecclesię alienatę pretio agere potest, decis. 17.nu.5.

Prçlatus res sibi reuersas, non solùm extraneis, sed etiam consanguineis infeudare potest, decis. 80.num.4.

Prælatus non solùm feuda sibi aperta, infeudare potest, sed etiam suo prędecessori, ibid. nu. 5.

Prçlatus res sibi solitas concedi, non potest infeudare, si cesset prima concessionis causa, nec etiam solitam concessionem alterare, ibid. nu.6.& 7.

Prçlatus in quęrendis Ecclesię pręiudicare potest, non autem in quęsitis, dec.96 num.1.

Prçlatus, repudians, acquirere videtur ibid.num.4.

Prçlatus in tali re nec tacitè, nec expressè Ecclesię poterit præiudicare, & quare, decis.101.numero 2.

Prçlatus in huiusmodi rebus sic quæsitis, non potest pręiudicare Ecclesię, etiam si egisset iure successionis, non autem ingressus, ibid.num.3.

Prçlatus emptori tenetur pretium restituere reuocans alienationem malè factam, & quare, decis. 103. nu.2.

Nouus Prçlatus locationi prędecessoris stare tenetur, quatuor concurrentibus manifestè, decis. 112.nu.1.&3.

Prçlatus, siue Rector quando de damno in re Ecclesię euento, teneatur, decis.130.num.3.

Prçlatus non potest renunciare appel-

appellationi,decis.135.num.2.
Prælatus potest clericis pœnas pecuniarias imponere, decis. 349. nu.1. Potest etiam Episcopus pœnas pecuniarias sibi applicare, ibidem num.2. Episcopus quoque debet pro euitanda auaritiæ suspicione pecuniariam pœnam conuertere, ibidem nu.3.
Prælati inferiores, puta Abbates, & similes, quòd possint absoluere ab irregularitatibus occultis probatur ex duobus, decis.532.nume. 1. Contrarium est verius, ibidem num.2.
Præscriptio post mortem illius, qui rem ecclesiasticam malè alienauit, incipit, non autem antea, & quare, decis.32.nu.2.& seq.
Præscriptio contra Ecclesiam eo tempore, quo in commenda fuit non currit, ibid.nu.4.
Per multiplicatas præsentationes præsumitur titulus fundationis, decis. . . .nu.12. Amplia etiam si præfatæ præsentationes essent interpellatæ, ibid.nu.13.
Præsentationes conseruatæ sunt de forma Sacr.Triden.Conc. & quæ dicantur continuatæ, decis. 147. nu.72.
Præsentationes, vt per scripturas authenticas probentur, est de forma, decis. 48.num.33.
Præsentatio non autem nominatio coram Superiori est facienda, decis.151.nu.38.
Præsentatio in Iurepatronatus de absente fieri potest, ibidem numer.40.
Præsentatio facta ab eo, qui est in quasi possessione præsentandi, præsentationi factę à proprietario præfertur, decis. 153. numero 45.
Præsentatio in Iurepatron. præsentialiter est facienda, & aliter facta non tenet, & patrono currit tempus, decis.156. num.58. & 61.
Præsentatio de Clerico absente non valet, ibid.num.60.
Præsentatus ante institutionẽ est examinandus, si est idoneus, ibid. nu.62.
Præsentatio Clerici absentis non est valida, & quando est valida, decis. 158.num.67.68.& 69.
Præsentatus Ordinario non instituente, potest appellare, & quare, decis.159.num.70.& seq.
Præsentatus, Prælato non instituente cum causa, appellare non potest, ibid.nu.73.
Præsentatio & institutio contra fundationis formam erit nulla, decis. 174.nu.112.& 117.
Præsentatio est vnius Iurispatron. effectus, ibid.nu.114.
Præsentatio & institutio contra formam fundatoris cum consensu patroni est valida pro vna vice, ibid.nu.119.
Præsentatio facta post rem iudicatam, lite pendente, super restitutione in integrum, non tenet, decis.176.nu.126.
Præsentatio in iurepatron. facta à donatario ante assensum Episcopi in donatione præstitum est nulla, decis.180.num.151.
Præsentatus à maiori parte est instituendus, decis.191.nume.178.
Præsentato ante institutionem nullum ius competit, decis.195.num. 205.
Præsentandus non debet esse Sacerdos, quia in fundatione est onus celebrandi Missas, nisi expressè fuerit cautum de propria persona, decis.201.nu.232.
Præsentatio vires trahit ex institutione, decis.207.nu.256.
Præsentatio ex institutionis inualiditate nulla non redditur, & quare

Digitized by Google

ibidem num.257.
Præsentato est quæsitum ius, etiam institutione nulla, ibidem.num. 258.
Præsentatio facta per vnum compatronum, alteri non præiudicat, sed præseruat,& quare,decis.209. num. 264.
Præsentatio facta per vnum ex Dominis,alterius ius non præseruat, si non est in præsentandi possessione,ibid.num.265.
Præsentatus ab Episcopo est examinandus,& quare,decis.212. nume. 278.
Præsentatio media præsumitur, extremis probatis, decis. 224.nume. 335.&.337.
Præsentatio simoniaca, facta per vnum ex patronis,vt vniuersis aliis nocet,decis.225.num.338.
Præsentatio simoniaca vnius domini, aliis minimè nocet, ibidem nu.339.
Præsentatio quando dicatur simoniaca,ibid.nu.340.
Præsentatus habens ius in re,aduersario aliquid soluere pro litis renunciatione potest, duobus concurrentibus, sed cum limitatione,decis.226.num.244.
Præsentia Parochi sufficit intelligentis, vbi quid in Parocho affectatè intelligere nolenti, decis. 243.nu.3.
Præsens non est citandus, decis.321. num.6.
Præsentatio debet fieri præsentialiter,decis.372.num.3.
Præsentatus ad celebrandas Missas, oportet vt sit actu Sacerdos, non habitu tantum, decis. 402. numer.1.
Præsumptio validitatis actus omni alia contraria probatione est efficacior,decis.27.num.8.
Præsumptio oritur contra renuentem soluere debitum, decis. 295. nu.2.
Continuatio præsumitur, si hic qui semel possedit, asserit se hodie possidere decis.681.nu.4.
Solemnitas extrinseca tunc præsumitur quando allegatur ab eo,ad cuius fauorem præsumptio oritur,ibid num.5
Ex possessione decennali multa præsumuntur,ibid.nume.6.
Si quis per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem, præsumitur emphyteuta, & solemniter inuestitus,ibid.num.7.
Ecclesia decennio ædificata patiente diœcesano præsumitur ædificata ipso Episcopo auctorante,ibid. num.8.
Ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres, qui decem annis requiruntur diuisim possedisse, ibid.numer.9.
Si filius habitauit per decem annos seorsum à patre, præsumitur emancipatus,ibid.num.10.
Qui per decennium se gessit, vt notarius an præsumatur creatus solemniter notarius,ibid.num.11.
Praxis in beneficiorum collatione, decis.185.num.176.
Praxis Curiæ Archiepisc. circa monitoria concedenda, decis. 272. num.3.
Praxis Romanæ Cur. circa monitoria concedenda pro rebus subtractis,decis.276.num.5.
Praxis resignationis beneficij quæ fit decis.389.num.1.
Præbenda est vnita officio pœnitentiario, & ideo collatio præbendæ debet spectare ad Papam, si ad eum spectat electio, seu institutio pœnitentiarij, decis.560. num.2.

Præ-

Digitized by Google

Precarium est species alienationis, decis.64.num.2.
Precarium ad concedentis hæredem ac singularem successorem transit, ibid.numer.3.
In Præcedentiis attenditur consuetudo, decis.578.num.1.
In materia præcedentiæ iudicatur secundum quasi possessionem, ibidem num.3.
In præcedentiis attenditur duplex ordo, decis.579.num.2.
Existens in quasi possessione præcedentiæ potest se armata manu defendere, decis.584.num.1.
Occidens aduersarium prohibentem ne sedeat in loco solito, non potest pœna ordinaria puniri, ibid. nume.2.
Prælati inferiores, puta Abbates, & similes possunt absoluere ab irregularitatibus occultis, dec.552.nu.1. Contrarium est verius, ibid.numer.4.
Prępositus non tenetur petere licentiam à Canonico punctatore, decis.583.num.1.
Præpositus si obtemperaret eius inferioribus, peruerteretur ordo ecclesiæ, ibid.num.2.
Prępositus, vti maior aliis præcedere debet. ibidem numero 3.
Prǽsentia importat scientiam, & intelligentiam, non autem consensum, decis.668.nu.5.
Præsentia non importat consensum, ibid.n.4.
Pretium iustum quale dicatur, decis.60.nu.4.
Pretium offerendi, necessitas non incumbit rem propriam vendicanti, decis.103.nu.1.
Pretiosa, matrimonio separato, sunt restituenda, decis.256.n.4.
Primus acquirens, vide hoc verb. acquirere.
Princeps peccat, sine iusta causa dispensans, sicut subditus petens, & quare, decis.260.n.7.
Priuilegium concessum Hospitali Diuæ Mariæ Annunciatę, decis.169.nu.100.
Priuilegij tenor est inspiciendus, decis.211.num.271.
Priuilegium dignitatis filij, transit in patrem, decisi.545.n.6.
Priuatio vnius priuilegij, non extenditur ad aliud, decis.607. numero 6.
Priuilegium filiofamilias est concessum, vt possit testari cum consensu patris, restringitur vt solummodo procedat, quando disponeret ad pias causas, & non aliter, decis.668.numero 8.
An probatio cum Prælati confessione per coniecturas sit sufficiens, vt intelligatur pretium fuisse versum in Ecclesiæ vtilitatem, dec.3.n.2.
Probatio contra præsumptionem iuris, & de iure non admittitur, nisi per patris confessiones, de cuius agitur interesse, decisione 266.numer.2.
Probatio contra inuentarium non permittitur, dec.276.nume.3.
Probatio magis pręualet, facta per viuam vocem, quàm per scripturam, dec.437.nu.9.
Publicæ processiones, quæ dicantur, dec.362.nu.7.
In processionibus attenditur cõsuetudo, dec.579.numer.1.
Procurator monasterij, inuestiens in quadam domo pecuniam monasterij exactam, ne infructuosa remaneat, absque solemnitate, pœnis Extrauag. Ambitiosę, non ligatur, & quare, decis.[illegible] numer.1. & 2.
Procurator habens sufficiens mandatum, quicquid nomine domini facit, à domino censetur factum,

Digitized by Google

decis.57.num.1.
Procurator alienans res ecclesiæ, reseruato assensu Apostolico,& tradens possessionem ante ipsius impetrationem, non facit dominum in censuras incidere, ex pluribus, ibidem nu.2.
Procurator ecclesiæ habens mandatum generale ad alienandum non potest alienare, nisi habeat speciale,decis. 93.num.4.
Professio non potest probari per testes,decis. 437. numer. 2.Contrarium deciditur ex tribus mediis, de quibus ibidem numer.3. 4. 5. & 6.
Professio tam virorum,quàm mulierum non debet ante 16. annum fieri,dec.956.& facta ante dictum tempus,debet ab Ordinario nulla declarari,ibid.num.4.
In admittenda professione, si deficit vnus dies, an habeatur pro nulla illa professio ibid.num.5.
Quod tempus sit concessum Regularibus ad annullandam professionem iuxta mentem Conc.Trident.dec.657.num.1.
Quid si metus durat post quinquennium, an possit annullari professio, non obstante dispositione Concilij statuente quinquennium tantum,ibid.num.2.7.& 8.
Professio an valeat,si fuerit facta per promotionem ad sacros ordines, durante eadem causa metus post ordines susceptos,ibid.n.4.
Prohibitio hominis non alienandi, facit aliquando vt Princeps deneget assensum,decis. 45.num.2.
Prohibitio legis,& hominis in commendæ alienatione, decis.79.numer.2.
Prouisiones Apostolicę beneficij statum non mutant,decis.146.nume. 27.
Prouisiones Apostolicæ patronis ius patron.probare volentibus,minimè nocent,&quando nocent,decis.204.num.241.
Prouisiones Ordinarij neque etiam nocent,ib.nu.243.
In prouisionibus beneficiorum non circumducitur edictum, decis.423. num. 4.
Quòd prouocatus,percutiendo clericum prouocantem, non sit excommunicatus, probatur duabus rationibus, de quibus decis. 466. nu.1.2.& 3. Ampliatur conclusio, ibid num.4.& 5.
Publicę processiones,vide verb.Processiones.
Puella est sequestranda,lite pendente,decis.247.num.1.
Puella de ciuitate in aliam transferri potest,quando matrimonium timetur vi esse contrahendum,ibid. num.3.
Puella nôn potest sequestrari, si alter coniugum esset in possessione & quare,ibid.nu.4.
Pueros sollicitans, non debet puniri ea pœna, qua punitur attentans, decis.348.num.1.
Purgatio moræ regulariter de æquitate canonica admittitur, decis. 372.nu.4.
Purgatio canonica quid sit, & vnde dicta,decis.680.num.1.
Purgatio canonica cur sit remedium subsidiarium,ibid.nu.2& 3.
Purgatio canonica extra crimen hæresis sua illius suspicione in desuetudinem abiit,ibidem num.4.

Q.

QVę requirantur ad pręsumendum decretum Commissariorum interuenisse in alienatione rei ecclesię,decis.4.num.3.
Quę ętas requiratur ad hoc, vt masculus, & fœmina impuberes dicantur

Digitized by Google

dicantur,dec.457.n.5.
Quæ concurrere debent in Episcopo,decis.362.nu.5.
Quæ religiosis adhærent, quasi religiosa censentur,decisio.653.numero 5.
Quæstiones nonnullę referũtur pro ornamento quęstionis, decis.366. num.3.
Qualitas beneficij patronatus per primam patroni prouisionem cognoscitur , & per obseruantiam, decis.202.num.234.
Qualitas hæreditaria in iurispatron. successione requiritur, decis. 211. num.277.
Qualitas adiecta verbo,debet referri ad tempus verbi,dec.310. numero 2.
Qualitas delicti notoriè, & scandalosè à Regulare commissi, probanda est ab Episcopo , vt eam punire valeat,decis. 650.nu.1.
De qualitate iurisdictionem fundãtis iudicio stare debet,ibid.numero 2.
Sufficit vt qualitas iurisdictionem fundantis allegetur , ibid.numero 4.
Quantitas patrimonij est arbitraria, decis.313.nu.1.
Qui non habet in ære, debet luere in corpore,decis.292.nu.1.
Qui non comparet in termino, post terminum non auditur,decis.423. num.1.
Qui per alium facit,per seipsum facere videtur,decis.663.nu.3.
Qui habet conuersationem cum dęmone reputatur eiusdem naturæ contra Deum,decis.673.nu.11.
Qui abiurauit,& postea conuersatur cum hæreticis, dicitur eis similis, ibid.nu. 12.
Quilibet rei suę est moderator,& arbiter,decis.166.num.90.
Quilibet potest iuri pro se introducto renunciare,decis.288.num.1.
Quis efficitur subditus , vide verb. Subditus.
Quis non potest ordinari ad beneficium manuale , decis. 396.numero 3.
Præstare consilium quando quis dicatur,dec.529.num.3.
Quod non petitur,non committitur dec.124.nu.4.
Quod magno cum labore fit , quasi dicitur non posse fieri, decis. 268. num.3.
Quod quisque iuris , vide verb. Ius.
Quod ab initio est nullum , tractu temporis reconualescere non potest,dec. 640.

R.

Ratio diminutionis sextæ partis in perpetua ręi Ecclesiæ emphyteusi solet haberi , & quare, decis.129.num.1.2.& 4.
Ratione beneficij , vide hoc verb. Beneficium.
Ratione pensionis , vide hoc verb. Pensio.
Ratione offensæ , vide verb. Offensa.
Ratio dispositionis potius est attendenda quam dispositio,dec.599. num.4.
Rector asserens causas esse falsas, onus probandi ei incumbit , etiam si alienatio rei Ecclesiæ fuerit confirmata,dec.13. num.4.
Rector laicos , vt oblationes percipiant deputare potest, non autem de altari,decis.102.num.3.
Annuus redditus, loco rei immobilis habetur,decis.44.num.2.
Annui redditus ciuitatis absque solemnitate requisita in rerum immobilium vẽditione alienari non possunt,ibid.num.3.
Referuntur variæ pœnæ sodomiæ,

Digitized by Google

decis.352.num.1.

Refertur locus Concil. Trident. vbi statuit pœnā Episcopis exercentibus Pontificalia extra diœcesim, decis.380.nu.3. Limitatur supradicta, si accessit consensus loci Ordinarij, ibid.num.5.

Refertur dec. Rot. in qua nonnullas difficultates Domini considerarunt, quas habet ad vnguem relatas decis.392.nu.13.

In Regno Fiscus non appellat, decis. 515.num.3.

Regula reualidatoria literarum gratiæ, & iustitiæ non habet locum, si supplicatio infra annum à die obitus concedendi non præsentetur, decis.20.nu.2.

Regulares plura priuilegia in rerum Ecclesiasticarum alienatione habent, decis.67.numer.3.

Regula, delegatum Papæ, vel Principis causis sibi commissas subdelegare posse, limitatur dec.110.numer.2.

Regula fundationis, & donationis ampliatur variis modis, dec.140. num.3.

Regula, cui conceditur maius in dispensationibus, locum non habet, decis. 260. nu.4.

Regulares non euntes ad præfatas processiones, debent potius compelli carcere, quàm excommunicari, decis.362. nu.6.

Regula est distributiones quotidianas, vide hoc verb. Distributio.

Regularis apostata à quo iudice sit puniendus, decis.607.nu.4.

Regularis extra monasterium degens, etiam sui Ordinis prætextu, si delinquerit, ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato, inquiri, puniri, & corrigi potest, decis. 654.nu.4.

Regulares possunt conueniri ratione delicti coram locorum Ordinariis, ibid. num.5.

Regulares exempti, in casu hæresis subsunt iurisdictioni ordinariæ, ibid.nu.6.

Regularis in reddendo rationem alicuius vltimæ voluntatis, est subditus Ordinario, ibidem numero 7.

Regularis deferens habitum suę Religionis coopertum habitum alterius Ordinis, an sit vti apostata puniendus, decis.655.num.1.

Regularis dimittens habitum ob iustum timorem, non dicitur apostata, ibid.nu. 3.

Regularis an possit dici Apostata ex sola habitus dimissione.

Reiectio doctrinę Mascardi de probation. concl.1223. decis.372.num. 5.& 6.

Sortilegus post abiurationem reincidens, dicitur relapsus, decis. 673. num.9.

Relapsus quis dicatur, ibid. numero 10.

Relatio non est facienda ad id, per quod actus non substinetur, decis. 218.num.343.

Relegatus potest, finito tempore, redire absque licentia, ad locum, à quo fuit relegatus, & ita fuit decisum decisio.630. nu.1. Fortificatur dec. auctoritate & ratione, ibid. nu.2.& 3.

Reliquiæ Sanctorum, quæ sunt res pretiosissimæ, & hominibus plura beneficia à Deo per ipsas præstantur, absque assensu Apostolico concedi non possunt, & magnopere sunt decorandæ, nec extra cassam extendendę, decis. 63. nu.3.& 5.

Remedium restitutorium ecclesiæ, competit cadenti à possessione ex contractu nullo, decis.22. numero 1.

Remedia ordinaria, non sunt pro extraor-

Digitized by Google

traordinariis omittenda,dec.267. num.3

Remissio mercedis pro modica sterilitate non est facienda, decis.39. num.5

Remissio est species alienationis, dec.135.nu.1

Remissio inquisiti fieri debet expẽsis petentis,dec.441.nu.3. Supradicta procedunt etiam in criminalibus,ibid.nu.4

Renouatio est facienda non vni ex proximioribus, sed omnibus descendentibus, & transuersalibus etiam fœminis.decis.83.num.3.4. & 5

Renouatio ab Ecclesia est facienda proximioribus fœminis, dato quod in prima inuestitura masculi tantum fuerunt vocati, ibi. num.6

Renouatio est faciẽda, etiam si primus contractus fuerit nullus declaratus, & hæc procedunt tàm in emphyteusi laicali, quam Ecclesiastica,ibid.nu.7

Renouatio non est facienda,si propter culpam recipientis est finita, prout etiam quando iuri petendi eam renunciatum fuerit, ibid.num. 8.& 9

Renouatio solis hæredibus est facienda, quando hæreditaria est, & tunc quando hæres est capax, alioquin proximiori,ib.nu.10

Renouatio non est facienda, si per annum non fuerit petita, & annus computatur à die scientię,& agnati possunt reuocare inuestiturá spatio 30. annorum, factam intra annum extraneo,ibid.num. 11. & 13

Renouatio non est facienda,quando Ecclesia vellet pro se bona retinere,ibid.n.15

Renouatio emphyteusis descendẽtibus est facienda,etiam si ecclesia velit pro se retinere, dummodo adsit consuetudo immemorabilis,dec.131.n.6

Renunciatio beneficij iurispatron. inconsulto domino,non tenet,ac eo cõtradicente,est nulla,& quare, cum declarationibus, dec.213. nu.284

Renunciatio hypothecæ à creditore debitori feudatario, valet sine assensu,dec.214.nu.288

Renunciatio beneficij semper debet esse pura,& libera, decis.226. nu.142

Quilibet renunciare,vide verb.Quilibet.

Renunciatio facta cum iuramento ab ingredientibusReligionem in fauorem piæ causæ, non valet sine licentia Episcopi,dec. 651. numer.2

Repetitio testiũ in longinquis partibus existentium, fieri debet expensis petentis,quod probatur alio medio,dec.441.n.1.& 2

Repudiatio non est alienatio, dec. 96.nu.3

Requisita in rebus ecclesiasticis alienari solitis cum pacto, quod non transeant ad extraneos, sunt necessaria,si extraneis alienãtur, ac etiam in rebus alienari solitis, in quibus est facta incorporatio, & quando dicatur facta incorporatio,dec.26.n.5

Requisita in alienationibus factis per Romanum Pontif. non sunt necessaria,& quare, dec.37.nu.2. Nec etiam si cum ipso contraheretur, ibid.nu.3. Idem si vt priuatus,num.4. Quid si Papæ auctoritas non esset ritè interposita, ibid.nu.5

Res semel alienata cum requisitis, perpetuo alienabilis absque solemnitate efficitur, decis. 5. numero 1

Res Ecclesiæ alienabilis semel effecta cum requisitis, absque solemnitate perpetuo alienari potest, dec.num.1. Quid si solitum fuerit alteratum, & an partes solitum probant, ibid.num 2. Quomodo si res est solita alienari, cognoscitur, ibid.nu.3
Res ecclesię, alienata absque solemnitatibus, potest præscribi spatio quadraginta annorum, decis.32.num.1
Res ecclesiasticæ pretiosæ mobiles absque assensu Apostolico alienari non possunt, & quare, dec.61.nu.1
Res quando dicatur ecclesiæ incorporata, dec.80.nu.9
Res ecclesiæ absque requisitis vltra triennium locari non potest, & idem est in Prælato Regulari, dec.113.nu.1.& seq.
Res ecclesiæ solita locari, si est incorporata, non potest absque solemnitatibus vltra triennium locari, dec.116.nu.3
Res Ecclesiæ solita locari vltra triénium, duobus de modis cognoscitur, ibid.nu.4
Res ecclesiæ solita locari ad modicum, si vltra tempus à iure permissum locetur, in totum est inualida, dec.119.num.1
Rei ecclesiæ, vltra tempus à iure permissum, locatio in totum vitiatur, si vnica erit pensionis solutio, ibid.nu.2
Res Ecclesiæ solita concedi in emphyteusim vsque ad tertiam generationem, si vltra concedatur, concessio est valida vsque ad tertiam, secus autem quoad reliquas ibid.nu.4
Res ecclesiæ solita concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetrato, absq; alio assensu, alteri cõcedi potest, & idem procedit in casu dec.125.num.1.& seq.
Res ecclesię in perpetuum concessa pro eadem pensione, quo singulis locabatur annis, cõcessio pro Ecclesia vtilis est dicenda, nec sextæ partis diminutionem in hoc casu esse faciendam, dec.129.num.5
Res Ecclesiæ cõcessæ in emphyteusim sine solemnitatibus, quamuis contractus sit nullus, tamen pro eis census est soluendus ecclesiæ, dec.130.nu.1
Res transit cum onere suo, dec.605.num.6
Rescriptum, siue priuilegium in dubio pro impetrante præsumitur, dec.107.nu.3
Rescriptum non extenditur ad non expressa, decis.124.nu.2
Rescripti obseruatio dat rescripto formam, & natura rescripti est, vt petitioni adaptetur, ibid. numero 3
Reseruatio assensus actum efficit conditionalem, decis.24.nu.8
Reseruatio assensus facit conditionalem actum, decis.85.nu.1
Residentia in beneficio simplici nõ requiritur, decis.202.nu.233
Resignatio beneficij iurispatr. patrono sciente, & patientę, tenet, decis.213.nu.285
Resignatio facta absq; domini consensu, reconualidatur consensu superueniente.ibid.nu.286
Responsio ad text.in capit.corpora Sanctorum, de consecr.dist.1.dec.63.nu.7
Responsio negatiua, dec.286.n.1. Limitatur, ibid.nu.2
Restitutio in integrum Ecclesię datur aduersus pręscriptionem, dec.32.nu.5
Restitutio in integrum pro modica læsione nõ datur, nec etiam redhibitoria

bitoria pro modica læsione petit,dec.39.num.4.& seq:
Retentio rei à iure conceditur donec melioramenta possessori soluantur,dec.66.n 3.
Retrouenditio est vera alienatio, dec.52.num.1.
Reus est priuilegiatus, data probationis paritate inter ipsum, & actorem,dec 238 num.5.
Reus non est relaxandus ad simplicem accusatoris nutum,dec.604. num 5.
Ritus Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis 454.num.9.
Ritus Curiæ Archiepisc. quis sit, si condemnatus post condemnationis sententiam per aliquod temporis spatium fuerit in carcere detentus,dec.628.num.1.
Et quid in carcerato propter debita, & interesse partis, ibid. numero 4.

S.

SAcerdos non habens legitimam causam celebrandi duas Missas, acriter puniri debet,deci.351. numero 1.
Omnis Sacerdos, animarum curam obtinens,debet Deo omnipotenti rationem reddere,dec.350. numero 1.
Sacerdos omittēs assumere primam tonsuram an possit postea factus Sacerdos illam assumere,dec 683 num.2.3.4.& 5. vbi quid fuit decisum.
Sacrilegium committunt, qui Sanctorum reliquias furantur, decis. num.4.
Sæuitia si sufficiens sit ad matrimonium separandum, Iudicis arbitrio remittitur,dec.235.num.2.
Sæuitia quæ dicatur in hac materia, ibid.num.5.
Saluus conductus non extenditur ad delicta, dec.292.n.3.
Scientia capituli requiritur ad hoc, vt alienationis factæ per procuratorem, fines mandati excedentem, ratificatio inducatur, decis. 19.nu.2.
Scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur, est necessaria ad hoc, vt præscriptioni locus sit, ac eam tenetur probare,qui in dicta præscriptione fundatur, dec. 32.num.6.
Scientia Papæ requiritur ad præsumendum assensum Apostolicum interuenisse in minori triginta annorum spatio,dec.35. nu.1.
Scientia summi Pontif. requiritur, quando de eius agitur pręiudicio, ibid.num.2.
Scientia, quando agitur de amissione iuris,plenè est probanda, dec. 83.nu.14.
Scientia interpretatiua non sufficit, sed certa,decis.205.nu.247.
Scriptura separata pro assensu Apostolico est facienda, decis.30.numero 5.
Scriptura authentica Iurispatronatus deperdita, illa per testes probari non potest,& quare,dec.148 num.34.
Scripturæ editio pro veritate reperienda non est deneganda, decis. 273. num.2.
Scriptura est de substantia in sententia excommunicationis, adducitur ratio,dec. 455.num.1.& 2. Ampliatur conclusio, ibid.num. 3.4 & 5. Limitatur ibid. num. 6. & 7.
Sedes episcopalis dicitur vacare,donec literæ Apostolicæ sunt expeditæ,& præsentatæ Capitulo,decis.476.nu.1. Respondetur contrariis, ib nu.2 3. & 4.
Semel malus,an semper pręsumatur

malus,dec.586.num.1.
Sensus verborum clarus non est cauillandus,dec.58.num 4.
Sententia, pro rei Ecclesiæ alienatione lata illo die, quo fuit gratia præsentata, est valida, & quare, decis.29.num.2.
Sententia,quæ non verificatur ex actis,non probat,decis.146.numero 29.
Sententia quando dicitur antiqua, ibid.num.30.
Sententia, quæ ex actis non iustificatur,dicitur ipso iure nulla, dec. 215.nu.194.
Sententia ex actis ipsis est interpretanda, & quando per ipsam acta probantur,ibid.nu.296.& seq.
Sententia an interpretationē,ac declarationem ex actis recipiat, dec. 218.num.312.
Tres sententiæ conformes in maxima habentur consideratione,decis.295.num.1.
Sententiæ mutatio regulariter, siue additio,siue diminutio est prohibita,decis.354.num.3.
A sententia interlocutoria appellatur, quando continet grauamen intolerabile, dec.505.nu.1. Amplia etiam si contineret grauamen,quod cum difficultate reparari potuisset,ibid.nu.2. Amplia etiam si non ex toto reparari possit,ibid.num.3.
Sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam,dec. 627.num.3.
Separatio ecclesiarū parochialium datur ob earum distantiam, vel itineris difficultatem ad maiorem parochianorum commoditatem, dec.554.num.1.
Separatio parochialium,vt fieri possit,quæ concurrere habent, ibid. num.3.4.5.6.
Sepulchrum est commune familiæ, decis.664.num 2.
Sepulturæ in ecclesia priscis temporibus laicis non concedebantur dec.41.num.3.
Decedentes absque electione sepulturæ,in qua ecclesia sint sepeliendi,decis.659.
Sepulturæ electio est de spiritualibus,& propterea pro ea eligenda aliquid temporale accipi non potest,dec.661.num.3.
Sepulturæ electio ad suggestionem factam non valet,dec 662.numero 3.
Sepulturæ electio in alterius arbitrium commissa non valet, decis. 663.num.3.
Sepulturæ electio non valet, nisi commissarius eligat viuente, & sciente testatore,ibid.num.4.
Electio sepulturæ probatur per testes singulares, dec.664.nu.1.
amicus an possit eligere Sepulturam pro amico,dec.667.nu.1.
Sexagenarius dicitur decrepitus,decis.118.num.4.
in Synodo debent constitui Iudices Synodales,dec.616.num.1.
Personæ eligendæ in constitutione Synodi, quas qualitates habere debeant, vt satisfiat menti Concilij Tridentini,dec.637.n.1.
Canonici Ecclesię collegiatę an possint eligi Synodo constituendo, ib.nu.2.per totum.
Socius libros societatis exhibere tenetur,dec.273.nu.3.
Socio dicenti non habere librum non est credendum,ibid.n.4.
Socius qua actione consocium astringere possit ad librum exhibendum,ibid.num.5.
Sodomia committitur etiam præpostera Venere mulieres cognoscendo, dec.352.nu.2.
Sodomiæ pœna an locum habeat propter vnicum actum,ibid. n. 3.

Solem-

Digitized by Google

Solemnitas spacio triginta annorum non præsumitur ad hoc, vt alienatio dicatur valida, decis.26. num.4.

Solemnitates extrauag. Ambitiosæ, in venditione ab vna Ecclesia factæ non requiruntur, & quare, decis.38.num.1.

Solemnitates requiruntur in renouatione infeudationis rei ecclesiæ incorporatæ, dec.80.nu.8.

Solemnitates requiruntur in dismembratione fructuum beneficiorum, sicut in alienatione, dec. 91.num.2.

Solemnia Missarum absque Clerici suffragio celebrari non possunt, dec.181.num.156.

Solemnitates in matrimonio contracto per vim & metum occultum non sunt reiterandæ, secus in manifesto, dec.146.num.1.

Solemnitas extrinseca non præsumitur, quando allegatur ab eo, ad cuius fauorem præsumptio oritur, dec.681 num.5.

Solitum quomodo à consueto differat, dec.125.num.5.

Sollicitatio puerorum connumeratur inter species delictorum, dec. 348 num 2.

Sortilegus post abiurationem reincidens dicitur relapsus, dec. 673. num.9.

Specificatio Jurispatron. in venditione vniuersitatis est simoniaca, decis.154.nu.5.

Spirituale cum spirituali permutari potest, dec.74.num.5.

Spolia quæ sint, dec 601.num.1.

Clericus quando spolium facit, decis.601.num.6.

Sponsus ad matrimonium perficiendum est monendus, tam si sponsalia sint iurata, quàm non, & quare, decis.231. numero 2. & seq.

Sponsi in vtroq; foro tenentur seruare fidem promissam, dato, quòd non habuerint animum adimplendi, ibid.num.4.

Sponsus, renitens ad matrimonium contrahendum, excommunicari potest, ibid.num.5.

Sponsi sunt à Judice monendi, iusta existente causa non contrahendi matrimonium, decis.232. numero 1.

Sponsus de futuro, contrahens cum alia, pœna extraordinaria est puniendus, & quare, decis.233.num. 1.& num.7. cum limitatione numer.8.

Sponsus non perficiens sponsalia iurata, sed aliam ducens, est periurus, & peccat mortaliter, etiam nullo præcedente iuramento, ib. num.6.

Sponsalia per copulam subsecutam in matrimonium minimè transeunt, & quare, decis.234.num.3. per totum.

Sponsus contrahens matrimonium absque denunciationibus peccat mortaliter, & grauiori supplicio est plectendus, si consumauerit, dec.257.num.2.

in Sponsalibus requiritur ætas septem annorum expleta, dec.656. num.2.

Spurius est infamis, & Deo non est amabilis neque honorabilis, & Juspatron. potest acquirere, deci. 166.num 89.

Status vltimus manutentionis in beneficiis declaratur, dec.146 nu. 26.

Status vltimus in beneficialibus attenditur, dec.153.num 46.

Statutum dans arbitrium datariis in venditionibus promissiones de vendendo non comprehendit, dec.65.nu.4.

Statutum an sit validum si disponat,

Digitized by Google

quod puniendus pœna corporali possit relaxari sub fideiussoria cautione, decis.603. numero 5. & quid si exposita pœna corporalis in defectum pecuniariæ, ibidem in fine.

Statuta post duos menses ligant etiam ignorantes, decis.635. numero 3.

Sterilitas est causa diminutionis sextæ partis in emphyteusi, decis. 129. num.3.

Stipulans dare alicui, & hæredibus, intelligitur de suis, decis.206. nu. 251.

Stylus Curiæ Romanæ in reliquiarum concessione, decis. 63. numero 6.

Stylus hodiernus in Breui Apostolico, dec.108. nu.2.

Stylus Curiæ Romanæ in monitoriis concedendis, ac etiam Curiæ Archiepiscop. Neap. decis. 278. num.4.

Existente stylo contrario citanda est pars, decis. 333. nu.2.

Stylus fertur Curiæ Archiepiscop. Neap. decis.335. nu.2.

Stylus Curiæ Archiepisc. Neap. circa remissionem clerici à Iudice laico, decis 448. num.5.

Sufficit Iudex in stylo se extraiudicialiter informet, decis.678. numero 1.

Et quid quando stylus est notorius, vel quando agitur de stylo loci, vbi capitur informatio, ibid. nu. 2. & 3.

Et an talis probatio sit facienda in loco, vbi sententia fuit lata, ibid. num.4.

Stylus Hispaniensis est, quod citationes fiant ad videndum iurare testes sine appositione certæ diei, ibid. nu.5.

Subditus quis efficitur quatuor modis, decis.298. nu.1.

quis efficitur Subditus Episcopo ratione domicilij, decis.304. numero 1.

Subditus quis efficitur ratione triennalis habitationis, decis.307. num.1. Limita in tribus casibus, ibid. num.2.

Subornatio testium, vide verb. testis.

Subornati nullam faciunt probationem, nisi præcedente tortura, decis.445. num.3. Limita ibidem num.4.

Subornatus dicitur ille testis, cui data est pecunia, vt veritatem dicat, ibid. nu.5.

Opinio Auctoris est, quod possit probari subornatio, vide verb. Opinio.

Subrectio vitiat gratiam ipso iure, decis.618. numer.2. & decis. 640. num 1.

de Subreptione etiam post sententiam potest opponi, ibid. nu.3.

Substantia beneficij consistit in titulo, non autem in quantitate, decis.301. num 1.

Substitutio pupillaris non potest fieri, nisi existente in potestate substituentis, decis.668. nu.10.

Successor non tenetur stare locationi, quando locatio est facta nomine proprio à prædecessore, & quare, decis.112 nu.2.

Successor locationi stare tenetur, quando prædecessor à Summo Pont. locandi potestatem habuit per quamplures annos, & in illo tempore conductorem à nemine nec à successoribus esse molestandum, ibid. nu.4.

Successor locationi stare tenetur per prædecessorem factæ, quando annus esset inchoatus, & res integra non esset, ibi. nu.5.

Successio Iurispatronat æquipollet bonorum successioni, decis 203. num.

Digitized by Google

num.278
Successor fundatoris reliquis præiudicare non potest, dec.216.nu. 303
In successione Capellaniarum computatio graduum fieri debet secundum ius canonicum, dec.413. nu.2
Successor beneficij non tenetur ad pensiones præteritas, nisi factis diligentiis, dec.435.nu.1
Suppletorium iuramentum, vide hoc verb. Iuramentum.
Supplicatio si in euidenti per obitum concedentis ante præsentationem expirat, dec.20.nu.1
Supplicatio attenditur pro validitate, vel inualiditate, non instrumentum, dec.72.nu.4
Surreptio quando attenditur in gratia si in euidentem, decis. 14. num.5
Surreptio vt tollatur, quod est exprimendum, dec.45.nu.3
Suspensus ab ordine presentari non potest, decisio.183. numer.161. & 165
Suspensio excommunicationi æquipollet, ibid.
Suspensus acceptando beneficium, peccat, dec.183.nu.166
Suspensus circa beneficium obtinendum censetur irregularis, & suspensus ab ordine, ab officio dicitur suspensus, ibidem numer. 167
Vis suspensionis à Pontificalibus declaratur, decisio. 467. numer.1 & 2
Suspensio à Pontificalibus non prohibet exercitium iurisdictionis Episcopalis, ibid.nu.3
Suspensus ab ingressu Ecclesiæ, etiam à celebratione diuinorum in ea suspensus est, dec.468.nu.1
Suspensus ab ingressu ecclesię, celebrare extra eam potest, nec erit irregularis, ibid.nu.2
Suspensio ad certum & determinatum tempus eo ipso, quòd elapsum fuerit tempus, cessat absque Iudicis declaratione, decis. 469. num.1
Suspensio Iuris ante lapsum temporis tantùm, potest à Summo Pontif. tolli: hominis verò suspensio tollitur à quo posita est, & superiori, ibid.nu.2
Sylua cædua Ecclesiæ vltra triennium locari potest, decis.115.numer.5.

T.

TEmpus calamitosum quale sit, decis.1.nu.2.
Tempus quod in cōtractu emphytheotico attenditur, ibid.num.4.
Tempus quo fit alienatio, est inspiciendum, & quid in noua rei emphyteoticæ confessione, decis.5. num.2.
Tempus permissum à prohibito separatur, decis.121, nu.2.
Tempus præsentandi à die scientiæ currit, ita in praxi, & quare, decis. 172.nu.108
Tempus præsentationis in beneficiis attenditur, decis.83. nu.163.& decis.184.nu.170
Tempus triennij datum ad cognoscendum de impotentia secundum vnam sententiam currit tam ante, quàm post Iudicis pœnitentiam iniunctam, decis.239. nu.1
Tempus triennij secundum alteram sententiam incipit post pœnitentiam, ibid.nu.2
Tempus pro cohabitatione dandum aliquando iudicis remittitur arbitrio.
Tempus in dubio præsumitur continuum, decis.309.n.3

Digitized by Google

Tempore in dublo non coniunguntur, dec. 310. nu. 3
Tempus quadrimestre est continuum, dec. 372. num. 2
Tempus celebrationis Missarum potest præueniri, decis. 400. nu. 4. affertur ad hoc decis. de Franch. 706
Tempus constituitur capitulo, vide verb. Capitulum.
Temporum interstitia quæ sint decis. 561. nu. 2
Tempus ad conferendum beneficium est semestre, decis. 571. quod quidem tempus non currit nisi à die scientiæ, ibid. nu. 2. nec currit durante lite super iure conferendi ibid. nu. 3
Tempus triennij an purget malam vitam præteritam, decis. 586. nu. 2. & quid sit probandum ibid. nu. 3. & 4
Tempus delicti attenditur, decis. 590. nu. 2
Tempus quod sit concessum regularibus ad annullandam professionem, vide in verbo professio.
Legitimè impedito non currit tempus, decis. 657. nu. 5
Tempus quinquennij datum ad inualidãdam professionem an currat regulari minori, decis. 658. per totum.
Tenor instrumenti fundationis ad vnguem est attendendus in iurepatron. decis. 211. nu. 270
Terminus à iure præfixus prorogari potest, cum declaratione, decis. 217. nu. 305
Terminus decem dierum potest rogari, decis. 427. nu. 3
Terrulæ quæ dicantur, & qui valor est necessarius decis. 39. sub numero 8
Tertiarium percutiens Diui Francisci an incurrat in excommunicationem, dec. 653. nu. 1. & 5
Tertiarij connumerantur inter personas ecclesiasticas ibid. nu. 3
Tertiarij omnes in Italia existentes gaudent non solum priuilegio fori, verum etiam Canonis, per Bullam Sixti IV. ibidem numer. 6. & 7
Quando deuotio testatoris non est causa finalis, missa potest in alio altari celebrari, decisio. 412. numer. 1
Testamentum quoties non valet in primo gradu, potest incipere à secundo, dec. 668. nu. 9
An in testamento condito per filiumfamilias ad pias causas necessarius sit expressus patris consensus, ibid. nu. 7
Testes deponentes de immemorabili, quid deponere debent decis. nu. 16
Testes de familia, vel interesse prætendentes, iurispatronatus non probant, dec. 146. nu. 28
Testes ad probandum impedimentum matrimonij omni exceptione maiores esse debent, decis. 263. nu. 2
Testis de auditu non impedit matrimonium, & quare ibidem numer. 3
Testis tenetur dicere veritatem pro vtraque parte, decisio. 275. numer. 2
Testis iuratus occultans veritatem, lethaliter peccat, decis. 278. numer. 1
Testis in monitorio repeti in iudicio debet, & quare, dec. 279. numer. 1
In teste præsumitur obliuio, lapso biennio, decis. 281. nu. 3
Testes renunciantes eorum commodo, possunt admitti ad testificandum in causa propria, decis. 438. nu. 3
Testis, qui extra articulum deponit, non

Digitized by Google

non probat. Limita in duobus casibus, de quibus decis. 439. numero 1.2.& 3. Redditur ratio secundæ limitationis, ibidem numer. 4.

Testibus laboratoribus & artistis non solum debetur sumptus, sed etiam salarium erogari, decis 441 num. 5.

Testis regulariter torqueri non potest, dec. 442. nu. 1. Limita ibi. nu. 2.3.& 4.

Testis etiam in causa ciuili potest torqueri, si tamen concurrant illa, de quibus in limitationibus, ibid. num. 5.

Testis, vt eius depositio valeat, est necesse vt deponat infra terminum, adducuntur ad hoc duæ opiniones contrariæ, de quibus decis. 443. nu. 1.2.& 3.

Testium confrontatio habet vim repetitionis, vnde facta confrontatione, non est necessaria alia testium repetitio, decis. 444. num. 1.& 3.

Testium confrontatio debet fieri non solum quando contradicunt reo, sed etiam quando eorum examen quandocunque reo officiat.

Testium subornatio potest probari per testes de auditu, decis. 445. num. 1.

Testis si in secunda depositione cõtrarium primæ deposuerit, priori depositioni est standum, ad cuius corroborationem adducuntur nonnullę Rotę Rom. decisiones, decis. 446. num. 1.& 2. Limita ibi. num. 3.

Testis varius potest torqueri, ibid. num. 4.

Testes renitentes iterum deponere, cogi possunt per Commissarium ad perhibendum testimonium, decis. 536. num. 1. Ratio pro opinione negatiua redditur, ibidem. Adducitur decisio Curiæ Archiepisc. qua cauetur quod sit petenda licentia ab Episcopo suffraganeo, ad hoc vt possint examinari dicti testes per commissarium, ibid. num. 3. Redditur ratio decisionis, ibi. nu. 4.

Testis vnicus ad hoc vt semiplenam probationem inducat, quæ requirantur, dec. 626. nu. 1.

Testes post publicatũ in causa, amplius produci non possunt, etiam in causa matrimoniali, decis. 627. nu. 1. Contrarium adducitur decisum, ibi. num. 2.

Testes an super eisdem articulis post didicita testificata produci possint, decis. 641. nu. 1.

Ecclesia quando auditur in producendis testibus, ibid nu. 2.

Testes quando sunt participes & socij criminis, plenam non faciunt probationem in crimine hæresis absque aliis adminiculis, decis 677 nu. 2.

Text in c is, qui. de sponsal. per Sac. Conc. Trid. est correctus, decis. 234. num. 1.

Textus in cap. fidei fauorem de hæreticis, declaratur decis. 677. numero 1.

Tex. in cap. fraternitatis de testibus an habeat locum in causis criminalibus, quod sic, adducitur decisum in Curia Archiepisc decis. 689 nu 1 Redditur ratio decisionis, ibid nu. 2. Ampliatur conclusio, nu. 3.& redditur ratio ampliationis, nu. 4.

Titulum habens validum, non censetur mutare velle cum inualido, dec 92 nu 7.

Titulus nouus facit mutare causam possessionis, ibid. nu. 10.

Titulus constructionis sufficit ad probãdum iuspatronatus, & qua-

re, decis. 145. num. 20.
Tortura est remedium subsidiarium, decis. 363. num. 1. Amplia in qualibet specie torturæ, ibidem numer. 2. Amplia etiam in pœna corporis afflatiua, ibidem numero 3.
Tortura non infertur nisi in casibus vbi venit imponenda pœna vltra relegationem, decisio. 592. numero 1.
Tortura est grauior pœna, quàm abscissio membri, ibid. nu. 3.
Tortura ex præsumptionibus datur maleficis, decis. 673. nu. 8.
Tortura continet quinque species, ibid. num. 13.
Tortura leuis non est propriè tortura, ibid. nu. 14
Confessus delictum propter minas, non dicitur confessus per torturam, ibid. nu. 15.
Tractatus præcedens debet esse in alienatione bonorum monasterij vltra consensum, decis. 51. numero 4.
Tractatus duplex, & per duos ante dies requiritur in alienatione rerum Monachorum S. Benedicti, ibid. nu. 5.
Traditus forma, vide verb. Forma.

V.

Valor ducati, intelligitur in loco consuetudinis, decis. 428. num. 2.
Tria, inter alia, in considerando valore rei ecclesiasticæ sunt attendenda, quę declarantur, decis. 10. per tot.
Venditio etiam cum pacto, de retrouendendo, dicitur perfecta, decis. 214. nu. 292.
Verba Extrauag. ibi (nulla alienatio fiat, inconsulto Romano Pontifice) quid denotant, decis. 24. num. 6
Verba assertiua contra tertium, non probant, decis. 89. num. 3.
Verbum (concedo in perpetuum) quid denotat, dec. 124. n. 8.
Verbum (finitum) in concessione emphyteusis est substantiale, decis. 126. num. 4.
Verbum (præsumpserit) quid denotat, decis. 138. nu. 3.
Verba (aliásve secundum iuris dispositionem) quid denotant, dec. 145. nu. 19.
Verbum (quæsitum) quid importat, decis. 195. nu. 206.
Verba Concilij ad vnguem sunt obseruanda, decis. 308. num. 1.
Verbum (statim) denotat celeritatem, ibid. nu. 2.
Verbis Episcopi asserentis quem esse familiarem, non creditur, dec. 309. nu. 2.
Verbum (solicitatio) quomodo sumatur, decis. 369. nu. 1.
Verbum (liberi) importat, quod deductis oneribus ordinariis, centum ducati remaneant absq; diminutione, decis. 428. nu. 1.
cui Verba legis non conueniunt, nec dispositio, decisio. 518. numer. 6.
Veritas propter scandalum euitandum, non omittenda, decis. 269. num. 5.
Veritas iustitiæ basis est, ac fundamentum, ibid. nu. 6.
Vestes existentes apud sartorem, matrimonio separato ob impotentiam, sunt restituendæ, decis. 256. nu. 5.
Vestes clericales, vide verb. Clericus.
Vicarius omnia potest, quæ Episcopus, neque est exclusus ab aliquo actu, nisi specialiter, dec. 218. nu. 308.
Vicarius in irregularitatibus & suspen-

spensionibus & delicto occulto prouenientibus, dispensare non potest, ibid. num. 309
Vicarius in ecclesia patronata absque patroni consensu constitui non potest, decisio. 228. numer. 347
Vicarius perpetuus post mortem constituentis non durat, ibid. nu. 349
Vicarius est amouibilis ad Episcopi libitum, ibid. num. 350
Vicarius dicitur Ordinarius, decis. 259. num. 3
Vicarius foraneus denunciationes remittere non potest, ibidem numer. 5
Vicarius generalis Episcopi in impedimento dirimente matrimonium, dispensare non potest, etiam illis quatuor concurrentibus, nisi cum speciali mandato, decis. 261. nu. 3
Vicarius Generalis Episcopi monitoria concedere potest, & quare, decis. 270. nu. 4
Vicarius Capitularis, Sede vacante, monitoria concedere potest, & quare, ibid. nu. 5
Vicarius præsente Episcopo, monitoria concedere potest, ibidem nu. 6
Vicarius foraneus monitoria concedere non potest, & quare, ibid. num. 7
Vicarius debet esse Doctor, vel Licentiatus, decis. 473. num. 2. Amplia in Archidiacono, ibid. numer. 3
Vicarius Capitularis Canonicus, quòd debeat præcedere alios Canonicos, probatur ex tribus mediis, de quibus decis. 475. nu. 1. 2. 3. & 4. Contrarium est decisum, & seruatur in praxi, ibidem nu. 5. Redditur ratio decisionis, & corroboratur ex nonnullis, ibi. nu. 6. & 8.
Vicarius Capituli potest substituere, probatur decis. 477. nu. 1. 2. & 3. Distinguitur conclusio, ibid. nu. 5. & 6
Per mortem Vicarij substituentis, expirat potestas substituti, decis. 479. nu. 1.
Vicarius Capitularis substituens, non tenetur de facto substituti, decis. 480. numer. 1. Redditur ratio conclusionis, ibidem numer. 2
Vicarius Capitularis, quòd tenetur stare syndicatui, probatur tribus rationibus, de quibus decis. 481. nu. 1. 2. 3. & 4
Vicarius Capitularis non potest ad libitum Capituli reuocari absque legitimis causis, de quibus decis. 482. nu. 1. 2. & 3. Contrarium seruatur in praxi, ibi. nu. 4
Vicarius Capitularis potest publicè pœnitentes reconciliare, decis. 483. nu. 1
Vicarius Cardinalis Episcopi dicitur familiaris, secundum distinctionem traditam per Simonet. decis. 537. nu. 3. Distinctio Simonet. subdistinguitur per Rot. ibi. nu. 4
Vicarij foranei obtinent potius officium quam dignitatem. decis. 577. nu. 1
Vicarius repræsentat Episcopum, ibid. nu. 1
Vicarius foraneus non habet iurisdictionem ordinariam.
Vicarius repræsentat personam Episcopi, dec. 582. nu. 1.
Vicarius omnibus Canonicis est præferendus in processionibus & similibus, ibid. nu. 2
Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota diœcesi, ibidem num. 3
Vicarius nõ debet ex necessitate in-

tereſſe in Synodo,ibid.nu.6
Vicarius non dicitur habere succeſſorem,dec.615.num.2.
Vir tenetur ad præſtanda alimenta vxori, matrimonij ſeparationem quærenti, etiam appellatione pendente,dec.235.nu.6
Virgini creditur,aſſerenti ſe ab aliquo cognitam & prægnantem, dec.237.nu.3
Vim ſuſpenſionis à Pontificalibus, vide verb.Suſpenſio.
Viſio ſola nudi cum nuda in eodem lecto,etiam quòd nō fuerint viſi carnaliter commiſceri,facit indicium ad torturam,redditur ratio deciſ.451.nu.2.& 3.Idem eſt dicere,vir cum tali muliere iacuit, ac ſi diceret, quòd eam carnaliter cognouit, & ex hoc videtur manifeſtè probata copula, ibid.n.4. & 5
Viſitatio eſt actus iuriſdictionis Epiſcopalis,dec.69.nu.1
Materia viſitationis eſt etiam ipſis inferioribus adaptabilis,dec.614. nu.2
Vita hominis tempus non habet determinatum,dec.118.n.2
Vltima voluntas non poteſt dependere ab alieno arbitrio, dec.663. nu.1
Vltimus ſtatus.Vide verb.Status.
Vnio beneficij iuriſpatronatus,ſpretis patronis, eſt nulla, deciſ.186. nu.179. Cum declarat.nu. ſeq.& 182
Vnio beneficij, ſpretis patronis ex temporis diuturnitate valida reddi non poteſt,ibid.nu.181
Vnio beneficij, patronis non contradicentibus, etiam in quadrimeſtre eſt inualida,ibid.n.184
Vnio non dicitur ſortita effectum, niſi ſequuta fuerit poſſeſſio,deciſ. 485.num.1.& 2.Qua non ſequuta, beneficium dicitur vacare, ibid. num.4. Amplia in inſtituto ad iuſpatronatus, qui non dicitur inſtitutus,nec acceptaſſe inſtitutionem Epiſcopi, niſi ſequatur poſſeſſio,ibid.num.3. Adducuntur ad corroborationem regulæ nonnullæ Rotæ deciſiones, ibid. num.5.Ampliatur regula num.6. Limitatur nu.8.& 9
Vnio de beneficio iuriſpatronatus, facta abſque conſenſu Patroni, non valet,deciſ.486.num.1. Duplices ſunt concluſionis rationes,de quibus ibid.n.2.3.& 4. per totum.
Vnio abſque Capituli conſenſu facta,non valet, deciſ.487. numer. 1. Redditur ratio concluſionis, num.2. Ampliatur concluſio, ibid. num.3. Limitatur num.4.5. & 6
Vnio facta Seminario,ad hoc,vt valeat,duo ſunt neceſſaria,dec.489. num.1. & 2. Redditur ratio deciſionum.
Vnio de beneficio eſt extenſiua tituli,& tollit omnia vincula, dec. 490.num.3
In vnione facienda non eſt vocandus Rector beneficij, deciſ.491. nu.1.Reſpondetur contrariis,ibi. num.2.& 3. Ampliatur concluſio nu.4.& 5. Limitatur ibid.num.6. 7.& 8
Vnio fieri non poteſt ad vitam, neque ad tempus, deciſ. 492. numer.5
Vniuerſitas parua tenetur probare iuſpatronatus iuxta formam traditam Concil. & quare, dec.149. num.35
Vniuerſitas ad hoc,vt habeat Iuſpatron.quæ ſunt ei neceſſaria? dec. 196.nu.211
Iuſpatronat. Vniuerſitatis præſumatur ex vſurpatione,dec.196.n.212.
Vniuerſitates obtinentes Iuſpatronatus

Digitized by Google

natus quælibet vnam habet vocem,dec.210.nu.268
Vniuersitas euecta ad vniuersitaté Episcopalem acquirit decorem, dec.558.num.1
Vniuersitas est dignior persona singulari,dec.582.nu.5
Vocati collectiuè pro vno reputantur,dec.199.nu.220
Voluntas vniuscuisque dispositioni iuris consentanea esse præsumitur,dec.92.nu.5
Voluntas à iure communi est regulanda,ibid.num.6
Voluntas absoluta consideratur, & præsumitur in possessione, quàm conditionata,ibid.num.8
Voluntas Papæ in dubio præsumitur qualis de iure esse debet,decis. 124.nu.7
In maleficiis voluntas potius,quam exitus expectatur,dec.348.numero 4
Voluntas testatoris est seruanda,vti Regina,in testamentis,decis.400. num.1
Votum captandę mortis de iure est improbatum,dec.182.nu.158
Plus creditur voci viuæ,quam mortuæ,dec.437.num.7. Respondetur contrariis,ibid.nu.8
Vsufructuarius omnium bonorum hæredi æquipollet, dec.179.num. 144.
Vsurpatio iurispatronatus in quibus præsumatur personis,dec.145. nu.24
Non vsus statuti probatur, quando vsus non probatur, decis.95. numero 4
Vtilitas ecclesię in alienatione,quo tempore sit attendenda,dec.1
Euidens Ecclesiæ vtilitas in alienatione rei solitæ alienari,quo tempore inspiciatur,dec.5
Vsurpatio in quibus præsumatur, decis.146
An vnio beneficij de iure patr.spretis patronis,sit nulla,dec.186
Vicarius in ecclesia patronata, an sine patrono constituatur, decis. 228
An Vicarius Episcopi possit remittere denunciationes in matrimonio,dec.259
An Vicarius Capituli,sede vacante, eandem habeat iurisdictionem, quam Vicarius Episcopi, decis. 472
An Vicarius Capituli,sede vacante, præcedat Canonicos,dec.475
An Vicarius Capituli possit substituere Vicarium, decis.477
Vicarius capitularis substituens, an teneatur de facto substituti, dec. 480
An Vicarius Capitularis teneatur dare syndicatum,dec.481
An Vicarius Capitularis possit ad libitum eiusdem Capituli reuocari,decis.482
An Vicarius Capitularis possit reconciliare publicè pœnitentes, dec.483
Vnio quando dicatur sortita effectum, dec.485
Vnio de beneficio patronatus an fieri possit absque consensu Patroni,decis.486
Vnio an fieri possit per Episcopum Capitulo suæ Ecclesię Cathedralis,decis.488
Vt vnio facta Seminario valeat,quę requirantur,dec.489
An Vicarius Episcopi dicatur familiaris eiusdem,dec.537
Vtilitas per quem est probanda, vt sit valida alienatio rei Ecclesiæ, In princip.oper. verb. causæ n.4. Quænam sit vera ratio præsumendi vtilitatem, vel damnum ibid.nu.5.Quænam sit ratio, & vtilitas euidens per alienantium dictum non probatur,ibid.nu.6.

Vuuuu iij

Vtilitas Ecclesiæ tempore contractus alienationis factæ est consideranda, dec.1.nu.1

Vtilitas est necessaria ab initio, nec euidens attenditur, & quare, dec. 14.num.3.& 4

Vtilitas putatiua in alienationibus, quando sufficiat, dec. 15.n.1

Ad probandam vtilitatem non sufficit alienantium assensio, dec.19. nu.3.

Euidens Ecclesiæ vtilitas per testes, & legitimas probationes est probanda, nec Commissario asserenti credendum, decis.108. numero.1

Euidens vtilitas non solùm requiritur in alienatione, verùm etiam in locatione, & quare, decis.111.n. 1.& 3

Vtile in separabilibus non vitiatur per inutile, dec.117.nu.4.& decis. 111.nu.1.& dec.207.nu.260. Et sic locatio facta vltra triennium, secundum hanc opinionem, per tres annos est valida.

Vtile per inutile non vitiatur, decis. 436.numer.2. Amplia hic, quod de pensione diximus, procedere etiam in translatione, ibid. numero 3

Vulnerans cum armis, non punitur pœna delationis armorum, & vulneris, dec. 356.nu.1

Vulnerans lethaliter aliquem, illo tunc moriturum, etsi ex vulneribus ab aliis sibi prius illatis, adhuc efficitur irregularis, dec.527. nu.1.& 2. Amplia, ibid.num.3.4. & 5

Vxor de familia dicitur viri, dec.175 nu.124

Vxori de sæuitia viri non creditur, dec.235.nu.4

Vxor an teneatur, pendente separationis lite, cum viro cohabitare; ib.nu.7

Vxor, matrimonium dirimere volens propter impotentiam, non potest ad thori separationem agere, si vir adulterium confiteatur, & quare, dec.258.n.1.& 3.

INDEX RERVM NOTABILIUM prætermissarum.

A.

ANima infra quod tempus infunditur in corpore, decisio. 718

Anima nō infunditur nisi formato corpore, eadem dec. Vbi dubitatur, an sit masculus, vel fœmina, præsumitur animatus, elapsis quadraginta diebus, ead. decis.

Absolutio cum reincidentia quādo concedatur, decis.omiss.5

Administrare iurisdictionem extra territorium, non dicitur, qui illam exercet consentiente illius loci Ordinario, dec.706

Administrator rerum ecclesiæ, si malè se gerat, prouocat iram Dei in populum, dec.730

Aduocati antiquiores præsumūtur melius

Digitized by Google

melius scire, quàm iuuenes, dec. 704
Ædificium non habet faciem Ecclesiæ, sed Oratorij, dec. 2. omiss.

B.

BEneficia ecclesiastica in quo iure sunt instituta, dec. 710
Illud Beneficium dicitur curatum, quod fuerit erectum, & curatum, dec. omiss. 2
Bona sunt tacitè obligata pro solutione collectæ, dec. 740
Bulla Gregorij XIII. disponens, Episcopum ingredientem monasteria monialium, debere secum ducere seniores, intelligi debet de senioribus ætate, dec. 704

C.

CApitulum succedit Episcopo in omnibus, quæ iurisdictionis sunt, dec. 715
Capitulum quid si nolit consentire vnioni, dec. 720
Cap. ad Apostolicam, de regular. dispositio abrogata est, decisio. omiss. 1
Canonici collegiatæ præcedũt Rectorem maioris matricis, dum singulariter incedunt, dec. omiss. 6
Canonicus resignãs Canonicatum prohibetur accedere ad locum à die resignationis, dec. 699
Cappella si sita est in aliqua domo, & ingressus habet à via publica, præsumitur esse domini domus, & non Episcopi. Contrarium tamen adducitur decisum ex tribus, dec. 695
Causa voluntaria est omnis illa, quę habet originem à voluntate, dec. omiss. 13
Centum ducati debẽt esse liberi, & alieni ab omni onere, dec. 741
Charitas prima incipit à seipso, decis. 741
Citatio facta contra quosdam à Curia Archiepiscopal. Neapol. dec. omiss. 9
Citatio potest in alieno territorio fieri, vbi iudicis loci adest consensus, decis. 706
Clausula dummodo idoneum reperreris, quid importat, dec. 700
Clausula per latorem eligendum, quid operetur, dec. 703
Ad hoc vt Clericus locator possit expellere conductorem durante conductione pro necessitate proprij vsus, duo concurrere debent, decis. omiss. 4
Clericus olim furiosus, nunc vero sanæ mentis, est habilis ad obtinenda beneficia, dec. 695
Clericus effectus ex aliqua causa irregularis, puta furiositatis, potest, illa cessante, ordines susceptos ministrare, dec. 709
Clericus ad simplicem fornicationem non potest deponi, decisio. 713
Clerici simplicia beneficia obtinẽtes, non tenentur ad residentiam dec. 725
Collegiata pręcedit Parochiam simplicem, & plebeam, decisio. omiss. 6
Concil. Trident. non comprehendit Fratres tertij Ordinis, dec. omiss. 1
Conc. Trident. quid disponat circa beneficia ingredientium Religionem, dec. 724
Conditio, & eius omissio quando vitiant actum, dec. 700
Cõfessio in supplicatione facta pręiudicat confitenti, dec. 716
Concursus in parochialibus continet factum, & factum non præsumitur, nisi probetur, dec. 737
Conuocatio Capituli in defectum Rectoris spectat ad antiquiorem

Digitized by Google

de Collegio, decis. 704.
Creditor, qui egit contra successores ab intestato, potest variando agere contra hæredes ex testamento, decis. 703
Cui permittitur correctio, excusatur, si fines correctionis excesserit, dec. 707
Cura tribus modis contingere potest, dec. omiss. 2.
Curia Archiepisc. Neap. non relegat extra prouinciam, & quid in consensu Ordinarij, decis. 706.

D.

Decima debetur de iure diuino, decis. 740
Decima præterita peti potest, decis. 740.
Decima comparatur collectæ, eadem dec.
Debito principali non probato, captura denegatur, dec. 722
Dicens de reductione pensionis, debet probare, beneficium non esse sufficiens, decis. 734. Et quid si beneficiatus dictæ pensionis non consenserit, eadem dec.
Dispositio sacri Conc. Trident. non comprehendit Societatem Iesu, dec. omiss. 1.
Dispositio tex. in l. emptor C. locati, dec. omiss. 3.
Dispositio Conc. Trid. circa articulum in decis. omiss. 1. positum.
Dispensatio ad plura beneficia retinenda, in dubio præsumitur, quod probatur ex tribus, dec. 701
Dispensatio datur in grauioribus negotiis, decis. 703.
Domus, quæ habet duas portas in diuersis parochiis, de ea parochia iudicatur, in qua residet porta principalis, & aditus magis frequentatus, decis. 733. Et quid si in illa domo sit aditus à parte anteriori, & vicissim ingreditur quandoque ab interiori, quandoque à posteriori, eadem dec.

E.

Ecclesia maior matrix vice cathedralis subrogatur, vbi deest sedes Episcopi, dec. omiss. 6.
Ecclesia parochialis habet intentionem fundatam super primitiis, & decimis fructuum, quæ colliguntur intra fines parochiæ, decisio. 731.
Ecclesia parochialis dicitur illa, quę habet sub se populum, cui debeat Sacramenta administrare, decis. 739
Ecclesia vt dicatur parochialis, an sufficiat, quod remaneat parochia habitu tantum, ead. decis. & quæ requirantur ad hoc vt ecclesia dicatur parochialis, vide eodem loco.
Ecclesia subuenit in necessitatibus tantum, dec. 730.
Electio cui permittitur, non denegatur variatio, dec. 703.
Eleemosyna an detur in pretium, vel mercedem, dec. 714.
Emphyteusis non potest transferri in Ecclesiam vniuersitatis, vel manus mortuas, cum perueniat ex culpa ipsorum, sed quia deterior efficeretur conditio domini, dec. omiss. 9.
Episcopus egrediens prouinciam suam, habetur pro priuato, decis. 706.
Episcopus non potest extra suam prouinciam iurisdictionem exercere, ibid.
Episcopi possunt vti Pontificalibus in alienis diœcesibus, consentientibus Ordinariis, ibid.
Episcopus nō potest in quæsitis prę-iudicare suæ Ecclesiæ, dec. 710.

Digitized by Google

Episcopus dicitur administrator rerum Ecclesiæ, non dominus, ibidem.
Episcopus in Synodo non potest agere eleemosynam Missa, in contrarium est veritas, dec. 714.
Episcopus, peccat, præcipiendo Sacerdotibus, vt non dicant Missam gratis, si ipsi voluerint, ibidem.
Episcopus tenetur infra certum tempus visitationem finire, decis. 717.
Episcopus potest ex legitimis causis beneficia suę diœcesis, non exempta, vnire, decis. 720.
Episcopo incumbit onus probandi publicationes non esse factas, dec. 726.
Episcopus non potest denegare ordines laicis suscipiendos, decisio. 693.
Equites S. Stephani non comprehenduntur sub dispositione dicti Concilii, dec. omiss. 1.
Euagatio de iure canonico est prohibita, decis. 725.
Excipienti incumbit onus probandi, dec. 697.
Excommunicati pro expoliatione Ecclesiæ, cum effractione, post denunciationem, à Sede Apostolica absoluendi sunt, decis. omiss. 9.
Excommunicatus absolutus cum Clausula reincidentis, quod ad hoc vt elapso tempore reincidat in excommunicationem, requiratur declaratoria, decis. 705.
Excommunicationem incurrendam sufficit actus cōsummatus absque animo iniuriandi, decis. 707. Contrarium tamen consuluit auctor, & iuxta illius opinionem fuit decisum, eadem dec.
Exilium intelligitur datum à territorio, & iurisdictione iudicis iudicantis, decis. 706.
Experientia est rerum magistra, dec. 691.
Ex signis iudicatur cuius qualitatis, & naturæ quælibet res sit, decisio. 692.
Ex triennali possessione præsumitur publicatio resignationis, decisio. 726.

F

FActa præsumuntur, quando sunt consueta fieri, decis. 737.
Fodiens foueam celandi gratia corpus occisum, eadem pœna punitur ac si homicidium patrasset, decis. omiss. 10.
Fratres tertij Ordinis non dicuntur propriè religiosi, & quare, decis. omiss. 1.
Semel furiosus, semper præsumitur furiosus, decis. 645.

G

GRatiam petens, videtur fateri delictum, decis. 716.

H

HAbilitas acquisitionis beneficij debet esse à principio, decis. 695.

I

IAnuam ecclesiæ frangens, sacrilegium commisisse dicitur, dec. omiss. 9. sed contrarium deciditur, ibid.
Imperatoris concessio non potest quem eximere à solutione decimarum, decis. 740.
Ingrediens monasteria monialium ex aliqua causa euidenter necessaria, non incidit in censuras, decis. 711.
In dubio est incipiendum à sequestratione, decis. 722.
Infirmitas non est priuilegiata quoad salarij consuetudinem, quando

Digitized by Google

illud est debitum alicui ratione suæ personæ, decis.728.
Iudicis iurisdictio non extenditur extra territotium, dec.706.
Iura matricitatis, quæ decis. omiss.6.
Et quod digniora iuribus collegiatæ, ead.dec.

L

LAicus incidit in censuram percutiendo clericum in ludo, etiam si iocosè eum percusserit, si ludus est excessiuus, decis.706.
Laudemium non debetur pro alienatione necessaria, decisio. omiss. 13.
In Legalibus vox vnius parum æstimatur, dec.omiss.6.
Legitima accusandi consideratur tempore accusationis, decis.695.
Libri rationum debent reponi penes seniorem, & quid si sint plures mercatores socij, dec.704.
Lite pendente non debet carnale commercium interdici, decisio. 719.
Litteratura an possit probari per testes in illa scientia expertus, ibidem.

M

MAtricis nomen pluribus ecclesiis competere potest, decis. omiss.6.
Matricitatis iura quæ sint, ibid.
Matricitatis iura, digniora iuribus collegiatæ, ead.decis.
Malo animo frangendi ecclesiam vadens, & furandi, & tamen non frangit, quia inuenit ianuam fractam, vel apertam, & sic intrat, vel asportat bona ipsius, non incidit in hunc articulum, decis. omiss.9.
Metus appellatione venit etiam metus reuerentialis, dec.708.
Minor debet seruire maiori, secundum ordinem naturalem, decisio. 704.
Modica non sunt in consideratione, dec.691.

N

NEcessitas non habet legem, decis.711. vnde furans causa necessitatis, non debet puniri pœna furti, ibid. & per necessitatem, illicitum fit licitum, ibid.

O

ORdinarij omnes vtuntur in eorum diœcesi duplici lege, diœcesana, & iurisdictionis, decisio. 694.
Ordinatus ad titulum beneficij, illud resignare non potest, nisi aliunde habeat vnde commodè viuere possit, & in illa resignatione mentio fiat, quod ad illius beneficii titulum fuerit promotus, dec. 724.

P

PArochus, qui fecit fidem de solennizatione matrimonii, si postea matrimonium illud non reperiatur solennizatum, non est de falso puniendus, dec.729.
Parochus in conferendis Sacramentis, non debet munera accipere, dec.730.
Parochi debent esse mundi mente & corpore, ibid.
Parochus debet esse contentus, si habet omnia necessaria ad victum & vestitum, aliàs imputabitur ei vitium auaritiæ, ib.
Parochiani possunt denunciare malè gesta à Parocho, & ab Ordinario, ibid.
Parochianus illius parochiæ est, in qua domus sua aditum habet, decis.733.
In Parocho, quæ requirantur ad hoc vt possit de iure retinere Parochiam, decis.735.
Parochus regularis delinquens extra territorium Parochiæ, est ab Episcopo

Digitized by Google

scopo illius loci conueniendus, dec.376.

Parochus coadiutatus non tenetur ad residentiam: sed contrarium seruatur in praxi, decis.738.

Parochus coadiutatus non tenetur ad promotionem Sacerdotij infra annum, cum non dicatur habere beneficium curatum, sed simplex, ibid.

Parocho non distribuenti candelas benedictas in die Purificationis B. Virginis, non potest denegari decima, dec.740.

Parochia dicitur quasi partitio curæ decis.739

Parochus non tenetur, cuius Parochiæ redditus non ascendit nisi ad ducatos centum tantum, ad reparationem eiusdem Ecclesiæ, dec. 741.

Parentibus debemus obedire, decisi. 697.

Persona industria electa, non datur transgressio, decis.

Plebanus caput ecclesiæ extra ciuitatem erectę, decis.omiss.6.

Plus valet vmbra senis, quàm eloquentia iuuenis, decis.704.

Ad hoc vt Pœna illius Canonis incurratur, duo sunt necessaria, dec. omiss.9.

Pœna imposita asportantibus arma prohibita non habet locum in eo, qui per modicum tempus illa asportauit, dec.691.

Pœna excommunicationis, & suspensionis perpetuę an procedat contra promouentes simoniacè ad ordines, dec.723. Et quid in ministris Episcopi aliquid recipientibus pro collatione ordinum, ibidem.

Prælatus prędecessor, qui fructus exportauit, & malè consumpsit, potest per successorem conueniri, decis.740.

Præstans opem, eadem pœna punitur, qua principalis, decisio omiss.8.

Præstatio triennalis sufficit ad inducendam obligationem in futurum, dec.732.

Pręsentatione facta de aliquo beneficio, non potest alterius electio fieri, dec.703.

Pesbyter qui administrauit Sacramenta pro Parocho carcerato, pro eo tempore debet emolumentum retinere, decis.728.

Priuilegium, & concessio non probatur nisi per instrumentum rogatum, decis.692.

Priuilegium non potest per solam longam possessionem perscribi, decis.642.

Prohibitio alienandi bona ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice, extenditur quoque ad mobilia pretiosa, decis.omiss.7. sed contrarium deciditur, quia ex hac alienatione nullum in extraneā personam transfertur dominium, cum remaneant apud ecclesiam ipsam, ibid.

Probatio dubia non releuat eum, cui probandi onus incūbit, dec. 642.

Q

QVarta debetur de legatis piis, decis.694.

Quarta canonica, quę debetur Ordinariis, debetur de lege diœcesana, ibid.

Quarta an debeatur de relictis factis consanguineæ Abbatissæ, ibid. Et quid de relictis factis Ecclesiæ alterius diœcesis. Et quid in legato facto singulari fratri pro sepultura. Et quid de relictis pauperibus. Quid seruetur hodie, in praxi, dū adest tribunal Reuer. Fabricę, ibidem.

Qui studet diuitiis, dicitur ignominiosus, dec. 730.

Quælibet res præsumitur libera, nisi probetur debere seruitutem, dec. 692.

Quæ sunt onera deducenda in reductione pensionis, dec. 734.

Quænam sit differentia inter parochialem ecclesiam, & curam, dec. omiss. 2.

Quinquennium quando debetur, decis. omiss. 9. Tunc debet solui, quando emphyteusis peruenit in manus mortis, ibid.

Quis ob consilium opem, & ministerium præstitum ad delinquendum, eadem pœna cum principali delinquente est puniendus, decis. omiss. 8.

R.

Rector maioris matricis in actibus publicis ad modum Capituli cum clero incedens, præcedit Canonicos particularis Ecclesiæ collegiatæ, decis. omiss. 6.

Rector ecclesiæ parochialis ruinam minantis, cogi potest ad illius reparationem, vbi redditus ei super sunt, dec. 471.

Regulariter tempus testamenti attenditur, decis. 721.

Relocatio non potest probari per testes, sed tantum per scripturam, decis. omiss. 12.

S.

Sacerdoti sufficit habere commoditatem victus, & vestitus, dec. 730.

Sacerdos de altari viuere, & non luxuriari debet, ibid.

Semel examinatus, & approbatus, non est amplius examinandus, decis. 700.

Seniores præferuntur iunioribus in testimoniis, & electionibus, decis. 704. Idem in honoribus, dignitatibus, & primitiis, ibid. Idem in electionibus, & vocibus, ibid. Idem in Doctoribus eiusdem professionis ibid.

Sepulchrum proprium nemo sibi vendicare potest, dec. 692.

Sequestrationem petens, debet probare creditum suum per publicum instrumentum, & ita in Curia Archiepiscop. Neap. decisum fuit. Et debet notum facere iudici periculum aliquod subesse, dec. 722.

Si sint duo Notarij creati ad examen recipiendum, penes illum debet originale examinis reponi, qui est ætate senior, dec. 704.

Si ignoretur vbinam sit clericus absens, citandus est per edictum, & expectandus erit infra sex menses, si verò scitur vbi sit, debet ei præfigi terminus competens ad redeundum, dec. omiss. 11.

Simonia in quibus casibus incurrit in excommunicationem & suspensionem perpetuam, decis. 723. Et quid si sit simoniacus in beneficio ibidem.

Solennitas extrinseca non præsumitur, nisi probetur, dec. 737.

Solutio decimarum nullo modo potest Parocho denegari, dec. 740.

Solutio decimarum est onus reale, ibid.

T.

Tempus non est modus inducendæ obligationis, dec. 732.

Textus in cap. transmissa de restitut. spoliat. quomodo practicatur in Cur. Archiepisc. dec. 719.

Textus in cap. cum ad hoc, de clericis

cis non residens. de quibus beneficiis loquatur, decis. 725.
Translatus ad aliquam ecclesiam, tenetur soluere decimam praeteritam, decis. 740.

V.

VErbum potest, importat voluntatem, decis. 720.
Vicarium emens, vel aliquam spiritualem administrationem, non contrahit simoniam aptam ad incurrendum in excommunicationem, decis. 723.
In Vnione facienda, quæ concurrere debent, decis. 720.
Vnio facta per Ordinarium absque causa, est ipso iure nulla, ibidem.
Vnio Apostolica ex falsa causa facta est nulla, ibid.
Vnio magis concernit iustitiam, quàm causam, ibid.
Vnio an sit facienda, vel relinquatur arbitrio iudicis, ibid.
Vt quis incidat in canonem, si quis suadente diabolo, tria requiruntur, decis. 704.
Vulneratus lethaliter, ex illo vulnere mortuus præsumitur, decis. 702. Quid si nescitur an vulnus sit lethale, ibidem. Quid etiam si durante eodem vulnere, alia infirmitas superuenerit ei, an ex illo vulnere adhuc mortuus præsumatur, ibidem.

Finis Indicis rerum notabilium.

INDEX DECISIONVM
QVÆ IN HOC OPERE
CONTINENTVR.

A.

AN in alienatione rei ecclesiæ, si in euidentem Rectoris alienantis citatio requiratur, decis.6.
Quæ attendenda sint in considerando valore rei ecclesiæ, decis.10.
An Alienatio in euidentẽ ecclesiæ vtilitatem facta cum requisitis a Prælato, qui iurauit non alienare, valeat, decis.11.
An in Alienatione rei ecclesiæ solennitas, & causa copulatiuè requirantur, decis.12.
An alienatio rei ecclesiæ in dubio vtilis præsumatur, decis.33.
An alienatio rei ecclesiæ, vt valeat, sufficiat illã vtiliter fuisse cœptam, decis.14.
An in alienatione rei ecclesiæ vtilitas putatiua sufficiat, decis.15.
An alienatio rei ecclesiæ facta consanguineis, præsumatur in fraudẽ, d.16.
Alienans res ecclesiæ, an teneatur de euictione de proprio, decis.17.
An alienatio rei ecclesiæ præsumatur in fraudem, ac simulata, si alienans reperiatur possidere post alienationẽ ipsam, decis.21.
Assensus Apostolicus an debeat præcedere alienationem, decis.24.
Assensus Apostolicus cuius expensis expediri debeat, decis.25.
Assensus Apostolicus an exigatur in alienatione rei ecclesiæ solitæ alienari, decis.26.
Assensus Apostolicus si expeditus reperiatur eodem die, quo fuit facta alienatio quid præsumatur præcessisse assensus, an vero alienatio, decis.27.
An assensus Apostolicus præstitus super venditione facienda, extendatur ad alienationem iam factã, decis.28.
An Alienatione rei ecclesiæ, pro cuius confirmatione lata est sententia, sit valida si non iustificetur ex actis decis.29.
An assensus Apostolicus probetur ex verbis notarij in instrumento, dec.30.
Assensus Apostolicus an expeditus præsumatur, si reperiatur in libro rubricellæ notatus, decis.31.
An assensus Apostolicus in alienatione rei ecclesiæ præsumatur ex diuturnitate temporis, decis.34.
An vt assensus Apostolicus ex temporis cursu præsumatur, requiratur scientia Papæ, decis.35.
In reseruatione assensus Apostolici clausula (vt non alias, nec alio modo) an inducat conditionem, decis.36.
An assensus Apostolicus requiratur in alienatione ab vna ecclesia alteri ecclesiæ facta dec.38.
An assensus Apostolicus requiratur in alienatione terrularum, rerumque ecclesiæ

Digitized by Google

clesiæ modici valoris, decis. 39.
An in Alienatione bonorũ hospitalis requiratur Assẽsus Apostolicus, dec. 40.
An assensus Apostolicus requiratur in concordia super decimis, decis. 41.
An assensus Apostolicus in Cappellarũ concessione sit necessarius, dec. 42.
Assensus Apostolicus an requiratur in donatione iurispatronatus ecclesiastici, facta laico, decis. 43.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione annuorum redditũ ecclesiæ, decis. 44.
Assensus Apostolicus an dicatur subreptitius, si summo Pontifici non fuerit significatum, quod res erat donata ecclesiæ cum alienationis prohibitione, decis. 45.
Assensus Apostolicus an requiratur in dismembratione fructuum, dec. 47.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum Confraternitatuum, decis. 48.
Assensus Apostolicus an requiratur in impositione sensus super re ecclesiæ, decis. 49.
Assensus Apostolicus an exigatur in inuestiendo pecuniam ecclesiasticã, decis. 50.
An in Alienatione bonorum Monasterij requiratur consensus conuentus, decisione 51.
Assensus Apostolicus an sit necessarius in incisione arborum frugiferarũ ecclesiæ, decis. 53.
An assensus Capituli vltra assensum Apostolicum in alienatione bonorũ mensæ Episcopalis, separatæ à mensa Capitulari, requiratur, decis. 54.
Assensus Apostolicus an mandati defectum suppleat, decis. 55.
Alienans, saluo assensu Apostolico an in censuras incidat, si ante ipsius expeditionem tradiderit possessionem, decis. 56.
An assensus Apostolicus pro falsa narrata obtentus, releuat, vt alienatio ex eo secuta, valida reddatur, decis. 58.
An qui ante assensus Apostolici expeditionem constituerit se nomine emptoris possidere, inciderit in cẽsuras, decis. 59.
Assensu Apostolico praecedente in alienatione rei ecclesiæ, an plus iusto offerenti pretio sit liberanda, dec. 60.
Assensus Apostolicus an in alienatione bonorum ecclesiasticorum mobilium requiratur, decis. 61.
Assensus Apostolicus an requiratur in præsenti casu, decis. 62.
Assensus Apostolicus an requiratur in concessione Reliquiarum, dec. 63.
Assensus Apostolicus an exigatur in cõcessione rei ecclesiæ precario, dec. 64.
Assẽsus Apostolicus an requiratur in promissione de alienando rem ecclesiæ, decis. 65.
Assẽsus Apostolicus an operetur recuperationem melioramentorum, reuocata alienatione, dec. 66.
Assẽsus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum relictorum Religiosis incapacibus, decis. 67.
Assẽsus Apostolicus an in concessionẽ rei ecclesiæ ad beneplacitum facta, requiratur, decis. 68.
Assẽsus Apostolicus an suppleatur ex iuramento, dec. 69.
Assẽsus Apostolicus an requiratur in dimissione pecuniæ ecclesiæ, in Bancis existentiis, decis. 70.
Assẽsus Apostolicus an requiratur in impositione census super re ecclesiæ, decis. 71.
Assẽsus Apostolicus an suppleat defectum in obseruationis forma, dec. 72.
Assẽsus Apostolicus an requiratur in alienatione rerum ecclesiæ, quæ seruando seruari non possunt, decis. 73.
Assẽsus Apostolicus an requiratur in permutatione, quæ fit inter Rectores ecclesiæ, dec. 74.
Assẽsus Apostolicus an operetur retẽtionẽ fructuum, reuocata alienatione

decis.75.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione Commendæ S. Ioannis Hierosolymitani, dec.76.
Assensus Apostolicus an dicatur subreptitius, si in eo tacetur litis pendentia, decis.77.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione ecclesiæ profanatæ, decis.78.
An assensus Apostolicus in alienatione bonorum alicuius Commendæ requiratur, decis.79.
Assensus Apostolicus an requiratur in infeudatione rei ecclesiæ, dec.80.
Assensus Apostolicus an requiratur in affrancatione canonis, dec.81.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione bonorum Cappellaniæ, decis.82.
Assensus Apostolicus an requiratur in renouatione emphyteusis agnatis facienda, dec.83.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione, quæ fit per Capitulum, Sede vacante, decis.84.
An alienatio facta cum clausula, accedente consensu Sedis Apostolicæ ante consensum huiusmodi habitum aliquod ius quæsitum sit, dec.85.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione patrimonij, ad cuius titulũ quis fuerit ordinatus, dec. 86.
Assensus Apostolicus an requiratur in concessione rei feudalis in burgensaticum, decis.88.
Assensus Apostolici impetratio, facta nomine Rectoris, an probat mandatum eiusdem Rectoris, dec.89.
Assensus Apostolicus an requiratur in iurispatronatus constitutione de ecclesia libera, decis.90.
Assensus Apostolicus an requiratur in dismembratione fructuum beneficiorum dec.91.
Assensus Apostolicus an requiratur in constitutione procuratoris ad alienãdum bona ecclesiæ, dec.93.
An assensus Apostolicus requiratur in locis, vbi Paulina non est vsu recepta. dec.95.
Assensus Apostolicus an requiratur in repudiatione legati, ecclesiæ delati, decis.96.
An assensus Apostolicus requiratur in collatione hospitali vltra triennium, decis.97.
An assensus Apostolicus requiratur in mandato facto ad locandum res ecclesiæ vltra triennium, dec.98.
Assensus Apostolicus an requiratur in remissione iuris quæsiti ecclesiæ per contrauentionem alterius, dec.99.
Assensus Apostolicus in alienatione rei ecclesiæ præstitus cum clausula, quod pretium subrogetur in aliud prædiũ emendum, quid operetur, dec. 100.
An assensus Apostolicus requiratur in alienatione bonorum monasterio per alicuius ingressum quæsitorum, decis. 101.
Assensus Apostolicus an requiratur in alienatione oblationum, quæ fiunt alicui deuotæ imagini, dec.102.
An alienationes reuocata, non ritè facta emptori per Prælatum, pretium veniat restituendum, decis.103.
An alienatio ad longum tempus appellatione alienationis rerũ ecclesiæ contineatur, decis. 120.
Malè alienans rem ecclesiæ, ad quid teneatur, decis.137.
Alienatio necessario an dicatur pro ampliatione ecclesiæ, ita vt pro ea non debeatur laudemium, decis.omiss.15.
Dixi authenticis documentis, dec. 141.
Quæ authentica documenta dicantur, decis.142.
Authentica documenta quid continere debent, dec.143.
Amissio scripturarum, in quibus probatur iuspatronatus, an possit testibus probari, dec.150.
Affixio edictorũ an sit necessaria in institu-

Digitized by Google

stitutione iurispatronatus, dec.160.
Appellatio an sit facienda ad superiorem, iudicis inuocantis auxilium, an verò ad superiorem, iudicis illud prabentis, decis. 326
Absolutio à iuramento quotuplex, decisio. 331
Absolutio à iuramento coram quo iudice sit petenda, decis.335
An pendente appellatione à decreto habilitationis à iuramento, impediatur in causa procedere, decis.336
Absolutio à iuramento an sit necessaria, vbi extat enormis læsio, decis.340
Absolutio à iuramento an sit concedenda periuro, decis.342
De Aetate requisita ad beneficia simplicia obtinenda, decis.392
An per adoptionem secundi beneficij dicatur primum vacare ipso iure, decision. 393
De Attestationibus siue actu factis coram iudice seculari, non probandis coram ecclesiastico, decis.448
Attestatio, vulgò le fedi, probant, si in iudicio producantur, decis.449
An absolutus in foro conscientiæ, debeat molestari in foro exteriori, decision. 462
Appellari à quibus sententiis possit ex vi Concil. Trid. decis.503.
Appellatio alternatiua an admittatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, dec. 514
An possit appellari à decreto de torquendo, decis.516
An Archiepiscopus possit compellere subditos suffraganei ad perhibendum testimonium, decis.536
Archidiaconus an præferatur Archipresbytero, decis.581
Assistentia clerici in delictis quando sit punibilis, decis.632
Amicus an possit sepulturam eligere pro amico, decis.666
Atramenti diuersitas in apostilla arguit scripturam falsam, decis.717

B.

Beneficiatus an possit ita disponere de fructibus, vt possit eos locare etiam ad longum tempus, decis.114
An Beneficiatus qui extirpauit oliuetum, & ibidem vineam plantauit, contraxit censuras, decis.136
An Beneficium iurispatron. possit renunciari absq; consensu patroni, decis.213
An Beneficium cap. Odoardus competat clerico doloso, decis.287
Beneficium cap. Odoardus, an renunciari possit, decis.288
An Beneficium cap. Odoardus prosit laico fideiussori clerici, decis.289
An Beneficium cap. Odoardus peti possit in executione sententiæ, decis.290
An Beneficium cap. Odoardus peti possit post tres conformes sententias, dec.295
An Beneficium cap. Odoardus locum habeat in contractu iurato, decis.296
Vt Beneficium ecclesiasticum dicatur ad effectum, de quo supra, quæ concurrere debeant, decis.300
An Beneficium obtentum in fraudem iuuet quoad susceptionem ordinum, decis. 303
An Beneficium, ad cuius titulum quis sacris ordinatus possit resignari, dec.314.
Brachium sæculare quibus in casibus implorari possit, decis.319
Brachium sæculare an sit præstandum pendente appellatione à sententia iudicis ecclesiastici, decis.322
Brachium sæculare, quo casu denegari possit, decis.323
An Brachium sæculare possit exequi contra successorem, decis.327
Brachium an sit impartiendum, decision. 328
An Brachij impartitio differat ab accommodatione familiæ, decis.329
Beneficium curatum quando dicatur in simplex conuerti nequeat, decision. omiss.2.
An Beneficia ecclesiastica possint confer-

Digitized by Google

ri clerico animi destinatione tonsuram, habitúmque clericalem gerenti, decision. 385
Beneficium cuius qualitatis esse debeat, vt clericus gaudeat fori priuilegio, decisio. 388
Beneficiorum collatio ad quem pertineat, dec. 394
Beneficium ecclesiasticum an possit dari ad tempus, dec. 396
Quæ Beneficia vniri possint per Episcopum virtute Conc. Trid. decis. 492
Bulla Iubilei dans facultatem absoluendi à censuris an includat irregularitatem, dec. 534
Bulla Clement. VIII. prohibens monialibus facere donationes, quo casu locum habeat, decis. 642
Bulla Clement. VIII. de non concedenda licentia Mendicantibus noua ædificare monasteria, an comprehendat hospitia, decis. 652
Beneficium hæretici an possit conferri per Ordinarium hæretico non citato, decisio. 674
Plura Beneficia simplicia, seu Cappellaniæ, an possint vniri per Episcopum, decisio. 720
Beneficiatus asserens fecisse publicationem resignationis beneficij onus probandi, quod non fecit, incumbit Episcopo, decis. 726.

C.

Contractus in ecclesiæ vtilitatem vnitus, non seruatis solennitatibus an sustineatur, decis. 7
Quid operetur Clausula in assensu Apostolico adiecta, scilicet, consentientibus dilectis filiis, decis. 87
An Continuatio locationis, pendente tempore expeditionis assensus, in alienatione faciat vt quis incidat in censuras, decis. 92
An Commissarius cui committitur si in euidentem, debet esse necessariò constitutus in dignitate ecclesiastica, dec. 104
An Canonicis Ecclesiæ Cathedralis si in euidentem committi possit, decis. 105
An Commissarius Apostolicus possit augere censum, seu canonem, decis. 106
An Commissarius Apostolicus cui committitur, si in euidenti possit cognoscere de validitate seu subreptione assensus, dec. 107
An commissarius, cui commissum est, si in euidentem teneatur super euidenti vtilitate examinare testes, & citare partes, dec. 108.
An commissarius cui commissum est, si in euidenti possit, mortuo Papa, ferre decretum, decis. 109.
An commissarii Apostolici quibus literæ, si in euidenti, diriguntur, vices suas alteri demandare possint, decis. 110.
An commissarii Apostolici quibus committitur, si in euidenti, circa concessionem in emphyteusim rei Ecclesiæ habeat, potestatem faciendi, vt in extraneos transeat, decis. 124
Conditiones adiectæ in fundatione iurispatronatus an sint necessariò seruandæ, decis. 163
Consensus patroni an requiratur in alienatione terræ patronatus, decis. 178
Constit. Reg. in aliquibus, an locum habeat in iurepatron. decis. 193
Clausula dummodo, alteri tempore datæ præsentium non sit ius quæsitum adiecta cum derogatione iurispatr. quid operetur decis. 195
an Clericus patronatus possit se ipsum præsentare, decis 197
Consensus patroni an exigatur in imponenda pensione, decis. 201
Clausula iurepatronatus, illæsa seruare volentes, quid operatur, decis. 208
De Causis separationis matrimonij, decis. 236
An solus Conquestus mulieris de vitio nefando sit sufficiens ad separandum matrimonium, decis. 237
Exorta Controuersia super impotentia, mari-

maritus adulterium confiteatur, an vxor ex tali cōfeßione ad separationem thori agere poßit, decis.238
Cohabitatio triennalis quando currere incipiat, dec.239
Causæ matrimoniales an cognoscantur per Capitulum, vel eius Vicarium, sede vacante, decis.245
Causæ dispensationis in matrimonio enumerantur, dec.260
An in Causa matrimoniali deferatur iuramentum suppletorium, dec.262
Ad effectum Contrahendi secundū matrimonium, quomodo mors viri probanda sit, decis.265
An à Concessione monitorialium poßit appellari, decis.268
An vt cōcedatur c.Odoardus, necesse sit, vt in actis constet de clerici paupertate. decis.284
An Clericus in minoribus ordinibus constitutus gaudeat beneficio c. Odoardus. decis.285
An Clericus qui negauit debitum, admittatur ad beneficium c.Odoardus, decis.286
An Clericus excommunicatus gaudeat beneficio c.Odoardus, dec.291
An Clericus gaudeat beneficio c.Odoardus in delictis, decis.292
An Clericus coniugatus vti poßit beneficio c.Odoardus, dec.294
An Collatio beneficij facta post sex mēses ab Episcopo familiari triennali poßit quoad ordines susceptos, dec.308
An Clericatus probetur per ostensionem superiorum ordinum, dec.317
Cognitio nullitatis absolutionis à iuramento an sit remittēda ad iudicem ecclesiasticum, dec.339
An Clericus concubinarius poßit cogi ad abiurandum concubinam, decis. 343
An Clericus popularis ex diuitibus & honestioribus parentibus ortus, sit pœna ignobilium puniendus, dec.346
An Capitulum, Sede vacante, poßit aggratiare in remittendo pœnas commendatis per Episcopum, dec.357
An Clericus olim furiosus, nunc verò sanæ mentis, poßit præsentari ad beneficium, dec.695
An in Constitutione beneficij requiratur consensus Episcopi, dec.383
An Cappellanus ad nutum poßit remoueri absque causa, dec.398
An Cappellanus teneatur ad residentiam, dec.399
An Cappellanus poßit prauenire tempus celebrationis, dec.400
An quis poßit retinere plures Cappellanias, dec.401
Cappellanus an debeat esse actu Sacerdos, dec.402
An Cappellanus infirmus teneatur alios celebrare facere, dec.403
An in Cappellaniis Episcopus poßit reducere numerum Missarum, dec.404
An Cappellanus poßit alibi quàm Altari designato celebrare. dec.405
Cappellani quomodo debeant probare celebrationem Missarum, Episcopo visitante, dec.407
An in Cappellania, in qua adest pinguis redditus, præsumatur, quod adsit onus celebrationis Missarum, dec.408
Qui Cappellani visitari ab Episcopo non poßint, dec.409
An Cappellanus teneatur contribuere pro translatione Altaris, dec.410
An Cappellanus poßit celebrare Missas in alio Altari, quando causa finalis ibidem non fuit deuotio testatoris, decis.412
Cappellania quæ debet conferri proximiori, debet intelligi secundum computationem iuris canonici, dec.413
Concursus an debet fieri in beneficijs simplicibus, dec.415
Concursus an fieri debeat, quando curata beneficia resignantur in manibus Papæ ad fauorem, decis.416.

Digitized by Google

Concursus an sit necessarius in prouisione Parochialis vnitæ canonicatui, decis. 417
An concursus requiratur in permutatione beneficiorum, decis. 419
Cōcursus an requiratur in Parochia, quæ est de iurepatron. laicorum, decis. 420.
Concursus quibus in casibus cesset, decis. 421
De alio Casu, in quo cessat concursus, decis. 422
Peracto Concursu, quid faciendum per Episcopum, decis. 425
Clausula in pensione super Parochiali, dummodo centum liberi remaneant Rectori, quomodo intelligatur, decis. 418
Clausula habita, vel non habita possessione, in pensione posita, quid operetur, decis. 429
Clausula sine retardatione solutionis pensionis, quid operetur, decis. 431
An Citatio personalis requiratur in aliquem excommunicandum, dec. 454.
De Causa, vt excommunicatio ferri possit, decis. 464
De Casibus, in quibus Episcopi incurrūt in suspensionem, decis. 470
De Casibus, in quibus reliqui prater Episcopos contrahunt suspensionem, decis. 471
An necesse sit Capitulo, Sede vacante, constituere Vicarium, decis. 474
An Capitulum constituens secundum Vicarium, censetur primum reuocare, decis. 478
An Constitutio Pij Quinti habeat locū, quādo resignatio beneficij fit ad effectum illud vniendi Fabricæ, dec. 484
Consensus Capituli an requiratur in vnione facienda, dec. 487
An Citatio Rectoris sit necessaria in vnione facienda, dec. 491
De Consuetudine cuiusdā Capituli permittentis Canonicis absentibus per 15. dies percipere distributiones quotidianas, decis. 493
Casus, in quibus Canonici non lucrantur distributiones quotidianas, dec. 494
Casus, in quibus absenti debentur distributiones quotidianæ, dec. 498.
Clausula in his scriptis an sit necessaria in libello appellationis ab interlocutoria, dec. 508
An causas per appellationem deuolutas, possit Archiepiscopus in diœcesi suffraganei cognoscere, decis. 512
Clausula si, & inquantum, in appellatione quid operetur, decis. 517
An Clericus vulnerans aliquem in oculo taliter, quod amittat eius lumen sit declarandus irregularis, & cōsequenter beneficiis priuandus, dec. 525
An Clericus rixās cum aliquo, cuius causa fratres Clerici illum occiderunt, sit irregularis ad intellectum text. cap. Petrus, de homicid. dec. 528
Clausula circa pœnā sanguinis an præseruet ab incursu irregularitatis, decis. 531
Clericus nobilis an teneatur aufugere ad euadendam irregularitatem, decis. 535
Ciuitas noniter decorata dignitate Episcopali an teneatur dare Episcopo palatium, vel illud ædificare, dec. 558
Canonicus maior in ordine an præferatur antiquiori in tempore, dec. 579
Canonicus prior in data an præcedat canonicum posteriorem in data, verū anteriorem in possessione, dec. 580
Clericus qui per triennium bene vixerit, an præsumatur malus in eodem genere delicti ab eo per prius patrati, decis. 586
Clericus occidens bannitum an sit immunis à pœna temporali, dec. 587
Clericus Doctor an relegari possit sub cōminatione triremiū, casu quo relegationem non obseruauerit, dec. 588
Clericus emittens ictū scopitta qua pœna veniat puniendus, dec. 589
Clericus si efficiatur laicus, an possit puniri

niri per iudicem secularem pro delicto commisso tempore clericatus, dec. 590
Clerici delinquentes si confugiant ad Ecclesiam, an debeant ipsius immunitate gaudere, dec. 591
Clericus an possit pro furto parui valoris torqueri dec. 592
Curator an debeat interesse, quãdo clericus minor torquetur, dec. 593
Clericus ordinatus ad titulum matrimonij, an teneatur bona sibi pro ea causa à patre assignata in legitima imputare, dec. 594
Clericus carceratus pro delicto, an possit recommendari, vulgo, far l'impara, decis. 595
Clericus si pẽdente lite super eius debito efficiatur Episcopus an poterit per eãdem Curiam condemnari, dec. 596
Clericus an possit renunciare clericatũ, decis. 597
Clericus obtinẽs beneficium simplex, an cogi possit ad faciendam residentiam in diœcesi, dec. 4.8
Clericus quando faciat spolium, decis. 601
Clericus an possit torqueri per laicos de Episcopi mandato, dec. 602
Clerici quibus in casibus habilitari nequeunt per palatium, vel ciuitatem, dec. 603
Clerici quando debent citari ad informandum, dec. 604
Clericus an teneatur soluere decimã de eo quod percipit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus, dec. 605
Clerici simplicem fornicationem committentes quomodo puniantur, decis. 713
Clericus non habens requisita Concilij ad effectum, vt frui possit fori priuilegio, an gaudeat priuilegio, canonis, decis. 607
Curatus in ecclesiis Monachorum, an possit ab Episcopo visitari, dec. 608
Capitulum Sede vacante an possit visitare, decis. 609
Cui committitur absolutio à casibus reseruatis, an possit illorum absolutionem alteri delegare, dec. 621
Curia Archiepisc. an cognoscat de nullitate suæ sententiæ, dec. 625
Causa iuxta exentia Parochi, an debeat probari iudicialiter coram Episcopo, dec. 629
Calor iracũdiæ an excuset à pœnis duelli, dec. 634
Cursoribus Curiæ Archiepiscopalis an sit credendum de violentia, & verberibus ipsis illatis in capiendis delinquentibus, dec. 636
Canonici Ecclesiæ Collegiatæ an possint constitui iudices synodales, decisio. 637
Constitutio synodalis Neapolitana prohibens locum monialibus, quando locum habeat, dec. 647
Claustra monialium an possint ingredi personæ sæculares, dec. 648
Cur decedẽtes absque sepultura electione non possunt alibi, quam in Ecclesia S. Restitutæ sepelire, dec. 659
Canonici ecclesiæ Neapolitanæ exigẽtes aliquid pro concedenda licentia alibi sepeliendi, an iure exigant, decisio. 661
Consuetudo aliquid recipiendi pro sepultura, quo casu possit dici laudabilis, dec. 605
Clericus beneficiatus condemnatus ad perpetuas triremes, an sit beneficio priuandus, dec. 690
Clericus olim furiosus, nunc vero sanæ mentis, an possit ad beneficia præsentari, dec. 694
Clericus qui morbo caduco laborat, an possit ad beneficium præsentari, dec. 695
Canonico resignanti Canonicatũ, à quo die prohibeatur accessus, ad quorum, cæterisque canonicorum officiis incumbit, dec. 696
Canonicus resignans Canonicatũ, à quo

die prohibetur accedere ad chorum, cæterisque canonicorũ officiis incumbere, decis.699
An Cappella sita in aliqua domo, ad quam patet ingressus à via publica, præsumatur esse domini domus, vel sub iurisdictione Episcopi, stante quod in ea non adest titulus beneficij, decis. 696
An Clericus laborans morbo caduco, possit præsentari ad beneficium, decis. 698
Capitulum Sede vacante an poßit præmittere temporum interstitia, decis. 715
An Clericus obtinens beneficiũ simplex, si per longum tempus abfuit à diœcesi, & nulla ipsius habetur notitia, possit priuari ipso beneficio, decis.725

D.

An ex temporis Diuturnitate præsumatur interueniße decretũ commissariorum, decis.4
An contra Decretum Commissariorum admittatur probatio in contrarium, decis.8
An Defectus euidentis vtilitatis in alienatione rei Ecclesiæ poterit à tertio allegari, dec.9
Donatione facta alicui, & post mortem, eius Ecclesiæ, an hoc pactum in fauorem ecclesiæ poßit reuocari, dec.23
Sexta partis Diminutio quando fit in conceßione rei ecclesiæ in perpetuum, dec.129
Deuolutio ob canonem non solutum, an detur in Curia Archiepisc. Neapol. dec.133
Descendentia in iurepatronatus an sit probanda, dec.155
An in Donatione omnium, & quorumcunque bonorum, mobilium, & immobilium, iurium, & actionum comprehendatur etiam iuspatronatus, decis. 164
Dos quanta constitui debet à patronis, vt acquiratur iuspatronat. dec.181
Derogatio iurispatron. an comprehẽdat iura patron. laicorum, dec.219
Domus paterna an dicatur locus honestus quo ad hoc, vt separato matrimonio, in ea permanere valeat vxor, decis.242
De Denunciationibus faciendis in contrahendis matrimoniis, dec.257
Dispositio cap. Odoardus an differat à dispositione c. peruenit, dec.282
An sola Dormitio cum pueris imberbibus, faciat indicium ad torturam de vitio nefando, dec.451
An Dictum sodomitati faciat indicium ad torturam, dec.452
Distributiones quotidianæ an debeantur absentibus causa studij, dec.495
Distributiones quotidianæ, quæ dicantur, dec.496
Distributiones quotidianæ quomodo cõsiderandæ circa dispositionem sacri Concil. Trid. dec. 497
Distributiones quotidianæ quo casu fructuum loco succedant, dec.499
In quibus casibus Canonici nõ lucrantur distributiones quotidianas, dec.494
In quibus casibus distributiones quotidianæ debentur absenti, dec.498
Distributiones quotidianas an lucretur canonicus Ecclesiæ inferioris, associãs, seu seruiens Episcopo, dec.500
Notab. materia distributionum quotidianarum.
Super Desertione appellationis an sit pronunciandum, dec.506
Decretum inhibitionis, item quod acta transmittet, quomodo, & quando per Iudicem appellat. sit faciendum, dec. 507
Delictum quando dicatur occultum, decis.523
Dicens aliqua verba, ex quibus mouetur alius ad patrandum homicidium, an fiat irregularis. dec.529
Decreta Conc. Trid. loquentia de Ordinarijs

Digitized by Google

dinariis an comprehendant habentes iura Episcoporum, dec.614
Delegatio facta Vicario Episcopi, an eo mortuo transeat in eum successorem, decis. 615
Delegatio causæ facta canonico an expediri poßit si tempore sententiæ fuit resignatus canonicatus, decis.616
In causa Delegata Vicario, an poßit procedi per Episcopum, dec.617
De subiectione descripti delegatorum infra quantum tempus opponi poßit, decisio. 618
Delegatus an poßit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, dec.610
Delegatus Apostolicus an poßit subdelegare personis in dignitate non constitutis, dec. 622
Delegatus Apostolicus delinquens, an poßit conuenire coram Ordinario, decisio. 623
Delegatus Apostolicus an poßit procedere extra ciuitatem in qua deputatus fuit, decis.624
Didicitis testificatis, an ecclesia poßit alios testes super eisdem particulis producere, dec.641
Donata monasterio ante ingressum, an si post ingressum recesserint, poßint peti donata, dec.643
Datio poculæ amatoriæ an sapiat hæresim, dec.672
Dispensatio matrimonialis super impedimento consanguinitatis vel affinitatis non facta mentione de copula inter impetrantes habita, an sit nulla & subreptitia, dec.687
Dispensatio ad plura beneficia retinenda an in dubio præsumatur, decisio. 691
Dispensatio, ad plura beneficia retinenda an in dubio præsumatur, decisio. 701
Declaratoria an requiratur, super reincidentiam excommunicationis, decisio. 605
Doctrina Archidiaconi in cap. in memoriam 19. distinct. an recepta sit in Curia Archiepiscop. decis.712

E.

AN Emens rem Ecclesiasticam cum euidenti vtilitate, teneatur probare pecuniam versam in ecclesiæ vtilitatem, decis.2
Ecclesia, quæ cecidit à possessione ex contractu nullo ob non seruatas solennitates, an competat remedium restitutorium, dec. 22
an Emphyteusis semel concessa cum assensu Apostolico, poterit semper sine eo concedi, dec.125
an in Emphyteusis ecclesiastica conceßione vsque ad tertiam generationem primus acquirens connumeretur, decisio. 126
an in Emphyteusi Ecclesiæ recepta pro se, & filiis, & nepotibus, fœminæ comprehendantur, dec 127
an in conceßione Emphyteusis Ecclesiæ appellatione legitimorum, & naturalium legitimati per rescriptum comprehendantur, decis.128
an Emphyteuta Ecclesiæ teneatur ad census existente contractu nullo, decis. 130
an Ecclesia poßit cogi ad renouandum finita Emphyteusi per generationem, si velit pro se retinere, dec.131
an Emphyteusis Ecclesiæ, concessa pro se, & hæredibus, transeat ad hæredes extraneos dec.132
an Episcopus cogi poßit ad præstandum consensum donationi iurispatronat. decisio. 180
Excommunicatus an poßit præsentari ad beneficium Iurispatronatus, decis. 184
an Episcopus poßit erigere Iuspatronat. ex augmento dotis, dec.190
Examinatus, & approbatus in vno be-

Digitized by Google

neficio, in alio non est examinandus, & idem in Notario literato, decision. 282
An Episcopus possit prorogare tempus quatuor, vel sex mensium ad præsentandum patronis, à iure concessum, decision. 217
Episcopus an possit exigere aliquid à præsentatis, dec. 217
Quid faciendum per Episcopum, vbi plures personæ præsentantur à patrono, decision. 230
Episcopus ex quibus causis possit remittere denunciationes in matrimonio, decision. 258
an Episcopus possit dispensare in impedimento dirimente matrimonium, decis. 261
an Episcopus possit extinguere beneficium, decis. 710
An Episcopus possit augere eleemosynam Missa, dec. 714
A quo Episcopo conferendi sunt Ordines, dec. 297
De origine Episcopo, dec. 298
De Episcopo beneficij, decis. 299
De Episcopo domicilij, dec. 304
an per electionem vnius istorum Episcoporum censeatur præclusa via, quò minus pro reliquis ordinibus recipiendis possit ad alios Episcopos accedere, decision. 306
De Episcopo habitationis triennalis, decis. 307
an Episcopus possit constituere nouas dignitates in Ecclesia Cathedrali absque auctoritate Apostolica, decisio 382
an Episcopus possit aliquem ad concursum admittere, elapso termino, decisio 425
an ab electione Episcopi vnius approbati in concursu possit appellari, decisio. 426
De Edicto in concursu, dec 427
Episcopo excommunicato, an eius Vicarius possit exercere iurisdictionem, decisio. 456
An Excommunicatus, actum Iurisdictionis exercens contrahat irregularitatem, decis. 458
an Excommunicato, insordescente in excommunicatione per annum, decisio. 459
Excommunicatus ob persecutionem clerici, à quo absoluendus, dec 461
Excommunicatio an suspendatur per appellationem, dec 463
Excommunicatus an sit absoluendus, si aduersarius, ne absoluetur, appellat, decisio. 513
an Episcopus absq. irregularitatis metu possit concedere licentiam Iudici laico exhumandi corpus, dec. 530
an Episcopus possit concedere licentiam celebrandi in domo priuata, vulgò Oratio, dec 538
Episcopus recidens pronunciatura in aliquo regno, an gaudeat alternatiua, decisio. 540
Episcopus an possit dispensare cum bigamis ad minores ordines, dec 541
Episcopus an possit ecclesiam vnam suæ diœcesis in totum à sua iurisdictione eximere, dec 542
Episcopus an possit in aliena diœcesi prædicare absque Ordinarij consensu, decisio. 543
Episcopus cui decimæ debentur, an possit fructuum collectionem prohibere absque præsentia deputati ab ea, decis. 544
an pater Episcopi plebeus gaudeat dignitate filij quoad pœnas infligendas, decis. 545
Eleemosyna debita prædicatori an sumptibus Episcopi sit soluenda, dec 546
an alius præter Episcopum possit reconciliare Ecclesiam profanatam, decisio. 547
Episcopus an possit in aliena diœcesi quem eligere in suum confessarium sibi non subditum, dec 548
Episcopus an possit magistrum actorum laicum

Digitized by Google

laicum sua curia punire,dec.540
Episcopus an poßit concedere licentiam clericis arma ferendi.decis.550
Episcopus an poßit tenere familiam armatam,decis.551
Relegatio ad Episcopi beneplacitum an extinguatur eius morte,dec.552
Episcopi an poßint absoluere in foro conscientia hareticos occultos, decisio. 553
Episcopus an poßit permittere clericis prædiorum conductionem,decis.554
Episcopo quando permittitur noua parochialis Ecclesia constitutio, decis. 555
An ad alium prater Episcopum spectet consecutio Pœnitentiarij in Ecclesia Cathedrali,decis.556
Episcopus an poßit certam pœnam à Sacro Concil.Trid.statutam contra non residentes per constitutiones synodales ampliare,dec.556
Episcopus an habeat Fiscum, decisio. 557
Episcopus an poßit in diebus festiuis nundinas solennes seu mercatus prohibere,dec.559
Episcopus an poßit dispẽsare super temporum interstitiis, decis.561
Episcopus an poßit per semetipsum, non constituendo Vicarium, regere, vel administrare iustitiam,decis.562
Episcopus an poßit cogere obtinentes beneficium ad suscipiendos ordines illi annexos,dec.564
Episcopi persona an veniat in generali dispensatione,decis.565
An Episcopus poßit denegare ordines absque legitima causa,decis.697
Episcopus an poßit inquirere, seu procedere contra Canonicos sine adiunctis,decis.566
Episcopus permittens consuetudinem vt medietas fructuum beneficij primi anni alicui sui applicetur, an committat simoniam,decis.567
Episcopus quo casu non debeat præstare auctoritatem permutationi beneficiorum,568
Episcopus præsente Legato de latere an poßit benedicere populo, & insignia Episcopalia deferre,dec.570
Episcopus quomodo se gerere debet circa reseruationem casuum,dec.592
Episcopus an poßit nouum onus beneficio imponere,decis.573
Episcopus quando teneatur deputare Oeconomum,dec.575
Episcopus an poßit relicta ad certum vsum in alium conuertere,dec.576
Episcopus in visitatione an aliquid capere poßit,dec.612
Episcopus in visitatione an teneatur adhibere illorum consensum, quos pro visitatione facienda sibi adiunxerit, dec.613
Electio sepulturæ, an debeat esse libera, dec.662
Electio sepulturæ an poßit in alterius arbitrium committi,dec.663
Electio sepulturæ an probetur testibus singularibus,dec.664
Episcopo ob cuius absentiam alternatiuam amisit, an remaneat aliquod tempus ad beneficia conferenda, dec. 684
Ex vulnere illato quando quis mortuus poßit præsumi,dec.692
Electio semel habita de viro discreto, cui à sacra Pœnitentiaria commissa est dispensatio, an poßit mutari, dec. 703
An stante Bulla Gregorij XIII.quod Episcopus ingrediens monasteria monialium debeat secum ducere seniores, scilicet de senioribus ætate, an melioribus,dec.704
An Episcopus teneatur visitationem infra certum tempus concludere, d.cis. 717
Excommunicatio quando concedenda sit absoluto cum reincidentia,dec.4

Zzzzz

F.

AN Filius, viuente patre, habeat vocem in iurepatron. dec. 194
Filius an semper præsumatur natus ex viro, decis. 266
De forma obseruanda in prouisione Parochialium, dec. 414
Facultas faciendi concursum quibus competat dec. 424
Fructibus nõ perceptis, an teneatur quis ad solutionem pensionis, dec. 434
Fiscus Curiæ Archiep. Neap. an appelletur, dec. 515
An Facultas absoluendi ab irregularitate occulta virtute Conc. Trid. competat Prel. inferioribus habentibus iura quasi Episcopalia, dec. 532
An supradicta Facultas competat Capitulo, sede vacante, dec. 633
Fiscus si patitur clerico inquisito, an eidem incumbat onus probandi ipsum esse minorem, dec. 600
Faciens sortilegia, & incantationes ad bonum finem an sit puniendus, decis. 631
Fratre dormiente in eodem lecto cum eius sorore, si postea illa reperiatur prægnans, an sit indicium contra ipsum, dec. 686
Fiscus an poßit publicatis attestationibus alios testes producere, dec. 689
Fœtus animatus, vt procedat Bulla Sixti V. contra facientes abortum, & Gregorij XIII. quando dicatur, decis. 718
Fodiens foueam, reponendi causa cadauer occisi, qua pœna puniatur, decisio. 8
Frangentes per vim ianuam Ecclesiæ, an sint excommunicati, dec. 9

G.

GRauamen quando dicatur irreparabile, dec. 505
Gratiam petens à Principe pro voluntario homicidij prætenso, an censeatur fateri delictum, ita vt absolui nequeat ab irregularitate, ex vi Conc. Trid. dec. 716

H.

HAbilitatio iuramenti in contractu, in quo est renunciatum exceptioni præuentionis, an tollat quin instrumentum poßit via ritus liquidari, dec. 337
An Habilitatus à iuramento ad effectũ agendi, intelligatur etiam absolutus ad effectum rescindendi contractum, decis. 345
An Habenti duo beneficia insufficientia poßit conferri tertium absque dispensatione Apostolica, dec. 386
An Homicida priuetur ipso iure beneficio Ecclesiastico, decis. 395
An Hæredes poßint conferre Cappellanias absque auctoritate Ordinarij, decis. 406
Homicidium voluntarium quando dicatur, dec. 519
Homicidium casuale quod dicatur, dec. 521
Homicidium quando dicatur deductum ad forum contentiosum, dec. 522
Hæreticus si comparet in iudicio, & petit sibi concedi monitorium, an sit audiendus, decis. 685
Habitans in confinio duarum Ecclesiarum parochialium, an censeatur parochianus vtriusque, vel vnius tantum, dec. 733

I.

IVspatronatus quibus modis acquiratur, dec. 140
Ius præfatæ Immemorabilis quibus casibus cesset, decis. 144
An reperiatur alius modus probandi iuspatronatus, quam fundationis, decis. 145

Ius-

Digitized by Google

Iuspatronatus fundatum pro se, & descendentibus à sua linea, quomodo intelligatur, dec.152
an Institutio facta intra terminum edicti sit nulla, dec.161
an Iuspatronatus acquiratur ex augmento dotis, decis.167
an Iuspatronatus ex priuilegio reuocatum censeatur, dec.168
Iuspatron. quando dicatur Ecclesiasticum, & quando saeculare, dec.169
an Iuspatronatus acquisitum sibi, fratribus, & eorum haeredibus competat etiam sorori, dec.175
Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum, decis.179
Irregularis an possit praesentari ad beneficium Iurispatron. dec.185
in Iurepatronatus familiae relicto quinam succedant, dec.198
Quo ordine succedatur in Iurepatronatus familiae relicto, dec.199
Iuspatron an hodie acquiri possit in ecclesiis regularium, dec.200
an illegitimus succedat in Iurepatron. decis. 203
Iuspatronatus an transeat ad haeredes extraneos, dec.206
in Iurepatron. quomodo succedatur, decisio. 210
an Iuspatronat. sicut principaliter vendi non potest, ita nec actio ad ipsum, decisio. 214
na Iuspatronat. canonizetur ex sola productione sententiae, dec.215
Ius gratificandi vni ex praesentatis, an competat Vicario, dec.218
Iuspatron. an transeat in Monasterium, dec. 220
an Iudex in diuisione haereditatis vni ex pluribus patronis adiudicare possit iuspatronatus, dec.221
Ius praesentandi an competat marito in iurepatron. dotali, dec.223
Quid faciendum per Iudicem subsistente iusta, ac legitima causa non contrahendi matrimonium, dec 232
Infidelis conuersus ad fidem, si velit contrahere matrimonium, an teneatur requirere coniugem, habitantem in partibus infidelium, decis 264
Ius implorandi brachium saeculare quibus personis competat, dec.320
an in Imploratione brachij sit necessaria citatio partis aduersae, decision. 321
Imploratio brachij saecularis an sit remedium subsidiarium, dec.324
an Iudex teneatur brachium suum impartiri, quando euidenter constet de iniustitia sententiae iudicis requirentis, dec. 315
Iudex saecularis, cuius brachium imploratur, tenetur stare processo compilato super crimine haeresis, dec.330
Iuranti omnia; & singula instrumenta contenta esse vera, & in nullo contrauenire, an sit danda absolutio, decisio. 338
Iudex à quo, an iudex ad quem, debet pronunciare appellationem desertam, decis. 509
Iudex appellationis absoluendo ab excommunicatione, quanam obseruare debet, dec.511
Ius benedicendi campanas, an aliis praeter Episcopos competat, dec.539
Ius praecedentiae an defendi possit armata manu, dec 584
Ius affigendi arma in propriis sepulturis, an prohiberi possit, dec 667
Iuris ignorantia an excusentur moniales ne incurrant excommunicationem, admittendo ad professionem intra annum approbationis, dec 646
Ignorantia Bullae Clement VIII. an excuset quem à poena duelli, dec.635
Ignorantibus Pater noster, & Aue Maria, an possit interdici matrimonium, decis. 638
Impositio primi lapidis in Ecclesiae fundatione, an ad Episcopum spectet, decis. 669
an Infligens vulnus lethale, vulnerato

Digitized by Google

ab alio, iam iam morituro, sit censendus homicida voluntarius, & sit irregularis, ad effectum priuandi beneficiis, decisio. 527
an ex Insignibus, & armis depictis, seu insculptis probetur dominium alicuius rei, dec 692
A quibus Irregularitatibus Episcopus absoluere possit, dec. 518
Irregularis an sit capax pensionis, decisio. 524
Irregularitas contracta ob aliquam causam illa cessante, cessat irregularitas, ita vt possit ordines ministrare absque licentia superioris, decis. 709.

L.

Laicus iocose percutiendo clericum in ludo, an incidat in censuras si ludus ille fuit excessiuus, dec. 707
an Laicus possit præsentari ad beneficium, decisio. 157
an Laicus percutiens Monachum, sit absoluendus ab Episcopo, an verò à Superiore percussi, dec. 465
an Legatum factum Capitulo, cum onere eligendi Cappellanias, possit diuidi inter Canonicos, decis. 411
Liber visitationum an inducat plenam probationem, dec. 611
Licentia data per Episcopum Clerico in certa Ecclesia seruiendi, an sufficiat quod fuerit oretenus concessa, decisio. 599
Licentia de accedendo ad monasterium Monialium, an intelligatur de prima vice dec. 649
L. cùm hæres ff. de acquirend. possess. an locum habeat in iurepatronatus, decisio. 192
an si Lis, quæ vertitur inter patronos, non finiatur intra tempus datum ad præsentandum, collatio beneficij ad Episcopum deuoluatur, dec. 188
an pendente Lite super concessione cap. Odoardus; sit Clericus debitor carcerandus, decisio 283
an Literæ dispensationum matrimonialium committi possunt Abbatibus, dec. 252
Locatio bonorum Ecclesiæ an valeat, si non constet de euidenti Ecclesiæ vtilitate, dec. 111
an in Locatione vltra triennium rei Ecclesiæ solitæ locari, assensus requiratur Apostolicus, dec. 116
an Locatio rei Ecclesiæ in plures annos facta, valeat saltem quo ad tres annos, dec. 117
an Locationis instrumentum de biennio in biennium vsque conductor vixerit, sit nullum in vim extrauagan. Pauli II. decis. 118
an Locatio facta vltra triennium rerum ecclesiæ sit in totum nulla, an verò sustineatur per triennium, dec. 121.
An Locatio beneficij facta vltra triennium cum iuramento ab ipso beneficiato præstito de non contraueniendo, firmetur iuramento in præiudicium ipsius, ita quod non possit contrauenire, decisio. 122
Quæ sint innouata in materia Locationis per Sac. Conc. Trid. decis. 123.

M.

Mandatum speciale an requiratur ad præsentandum, dec. 189
an Meretrix possit acquirere iuspatronatus, dec. 166.
an Minor 14. annorum possit præsentari ad beneficium iurispatronatus, decision. 187
an per Matrimonium vacat beneficium, dec. 240
Lite pendente super Matrimonio non est interdicendum carnale commercium, dec. 714
an Matrimonium contractum inter consanguineos cum solo mandato dispensandi sit nullum, dec. 241
Matrimonium, an probetur ex libro Parochi,

Digitized by Google

rochi, dec. 249
An Matrimonium contractum absque præsentia Parochi & duorum testium habeat vim sponsaliorum, decisio. 250
Matrimonium contractum à furioso, nullum dicitur, dec. 251
Matrimonium metu contractum, an, & quomodo sit nullum, dec. 253
Matrimonio separato ob impotentiam coeundi, an iocalia, vestes & donamenta restituenda sint, dec. 256
Monitoria generalia quis concedere possit, dec. 270
Monitorium an sit promulgandum contra personas certas, dec. 270
Monitoria an sint concedenda eis, quibus nullum competit interesse, dec. 272
Monitoria generalia an concedenda sint alicui pro exhibitione sepulturarum, dec. 273
an lite pendente, Monitoria concedi possunt, dec. 274
Monitorium an sit concedendum contra testes, dec. 275
Monitoria cur non concedantur contra scientes bona contenta in inuentario, dec. 277
Monitoria an concedantur in casibus criminalibus, dec. 268
Monitoria an sint concedenda quando continent infamiam, dec. 280
an Monitoria concedi possint super facto proprio, dec. 281
an Mandatum de prouidendo comprehendat beneficium ecclesiæ Cathedralis, dec. 391
De Modo eligendi Vicarium à Capitulo, decis. 473
an per Mortem Vicarij Capitularis substituentis expiret potestas Vicarij substituti, dec. 479
an Mutilatio membri æquiparetur homicidio voluntario ad effectum, vt Episcopus dispensare nequeat, dec. 520
Miraculorum requisitio, an ad alium præter Episcopum spectet, decis. 563
Morbus gallicus, vulgo mal Francese, an inducat iustam causam separandi matrimonium, dec. 633
Mutare tempus data in apocha, an committatur falsum, dec. 639
Monialis ob quam infirmitatem potest à monasterio exire, dec. 645
Ingrediens Monasteria monialium ob imminentem necessitatem, an incidat in censuras, dec. 711
Mobilia pretiosa an possint alienari absque assensu Apostolico, quando illorum pretium conuertitur in fabricam ecclesiæ, decis. omiss. 7

N.

Nomen Sancti beneficij, an sit exprimendum in impetratione beneficij, dec. 384
Nouus Episcopus an possit examinare Parochos, eisque dare coadiutores, decision. 574
Necessitas proprij vsus quomodo esse debet, vt locator valeat durante locatione expellere conductorem, decision. omiss. 4.

O.

AN in Obligatione in forma Cameræ habeat locum beneficium cap. Odoardus, dec. 193
Ordo clericalis quomodo probetur, decision. 316
an Ordinarius per saltum sit irregularis etiam quoad ordines legitimè susceptos, dec. 318
de Obseruantia Curiæ Archiepiscop. Neapolit. in absoluendo à iuramento, decis. 333
an in Obligationibus in forma Cameræ concedatur absolutio à iuramento, dec. 341
an Obtinens fratantiam teneatur ad recitationem diuini officij, dec. 387

Digitized by Google

Omißio interrogatoriorum an vitiet examen testium, decis. 440
Officiales Principum, turbam arcentes, & clericos percutientes, ab excommunicatione an excusentur, decision. 460
Ordinarij locorum in quibus casibus possunt cognoscere de causis Regularium, decis. 654
Omittens sumere primam tonsuram, an Sacerdos effectus teneatur ad illam se ordinari facere, decis. 683

P.

Parochus non potest parochianis grauamen innouare, & super spiritualibus conuenire, dec. 730
an Parochialis vnita Canonicatui subsit formæ traditæ per Concil. Trident. circa examen per concursum, decision. 490
an Parochus qui fecit fidem se solennizasse matrimonium inter quasdam personas, referendo se ad librum matrimoniorum, si post aliquod temporis spacium fecerit aliam fidem se perquisito libro matrimoniorum non reperire solemnizationem prædictam, sit puniendus de falso, dec. 729
Parochialis ecclesia de iure communi habet intentionem fundatam super primitiis, & decimis omnium fructuum, decision. 731
an Parochus cui consuetum est fieri eleemosynam à suis filianis, posit pro ea obtinenda agere, dec. 732
Obtinens Parochialem vnitam accessoriè alicui dignitati, an debeat necessariò attingere vigesimumquintum annum, decis. 735
Parochus regularis delinquens extra pertinentia ad Parochiam, à quo puniendus, dec 736
an si in bullis prouisionis Parochialis non fiat mentio de concursu peracto, sit præsumendum ipsum fuisse factum, decision. 737.
an Parochus cui datus est coadiutor, teneatur residere, dec. 738
Parochialis vt constituatur, quot personas, vulgo figliani, habere debeat, decisio. 739
Parocho non distribuenti candelas benedictas in die Purificationis D.V.M. vulgo far la Candelora, an poßit denegari decima, dec. 740
Parochus cuius redditus non ascendit nisi ad ducatos centum, an teneatur ad reparationem suæ ecclesiæ, decisio. 741
an Parentes in causa matrimonij testimonium dicere poßint, dec. 255
an Pars relaxare poßit iuramentum ad eius fauorem præstitum, decision. 334
an Patronus poßet bona temporalia ipsius ecclesiæ ministrare, dec. 165
Patrono inopi an debeantur alimenta, dec. 170
Patrono contempto, nihil esse faciendum per Ordinarium in beneficio iurispatronatus, dec. 171
Patronus an poßit variare, dec 173
Patroni an poßint separatim præsentare, dec. 177
Patronus an poßit iuspatronatus renuntiare in præiudicium filiorum, decisio. 216
Patruus an excludat nepotem in successione iurispatronat. & è contra, decisio. 222
Patrimonium Clerici quantum esse debeat, decis. 313
Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, quomodo esse debeat, decisio. 315
an ratione Pensionis, quam quis obtinet in aliena diœcesi, poßit ab illius Episcopo ordinari, dec. 302
Pensio in beneficiis simplicibus non debet excedere tertiam partem fructuum, dec. 436
an contra Capitulum poßit agi pro Pensione,

sione, ad quam tenebatur Canonicus, decis. 433
Persona Episcopi an veniat in generali dispositione, decis. 565
In reductione Pensionis ecclesia parochialis, qua onera deduci debeant vt centum remaneant liberi pro Rectore, dec. 734
Pœnitentia an sit locus in alienatione rei ecclesia per successorem, dec. 35
Pœna alienantium bona ecclesiastica, quot & quanam sint, dec. 138
An Pœna priuationis beneficij ipso iure inflicta contra alienantes bona ecclesiastica sine solennitate, intelligatur ipso iure, absque declaratoria, decis. 139
Qua Pœna veniat puniendus ille, qui tentauit habere accessum cum alio contra naturam, & non immisit mẽbrum in partes pudendas, quia non potuit, sed immisit semen per crura, dec. 347
Qua Pœna puniatur solicitans pueros de crimine nefando, dec. 348
Pœnam pecuniariam an possit Episcopus suis clericis imponere, decisio. 349
Qua pœna puniatur Parochus permittens mori aliquos de sua Parochia absque Sacramento. dec. 350
Qua Pœna puniatur Sacerdos eodem die duas Missas celebrans, dec. 351
Qua Pœna puniatur clericus sodomita, decis. 352
Quanam Pœna exequi debet inter plures à diuersis iudicibus inuictos, dec. 353
An Pœnam impositam delinquentibus per sententiam Vicarij possit Episcopus mutare, seu vulgò aggratiare, dec. 354
Pœna fustigationis an clericis infligi possit, dec. 355
Pœna delationis armorum an confundatur cum delicto, dec. 356
De Pœna clerici committentis delictum sede vacante, dec. 358
Pœna constitutionis synodalis Neap. contra deferentes arma, an locum habeat, si cum eis non fuerint inuenti, dec. 359
Pœna inflicta per extrauag. cum detestabile, de simonia, locum habet in simonia commissa in ordine & beneficio dec. 723
De Pœnis clericorum nobilium, decisio. 360
Qua Pœna puniantur clerici concubinarij, dec. 361
Qua Pœna puniantur Regulares, qui inuitati ad publicas processiones non accesserint, dec. 362
Vt ad Pœnam priuationis Canonicatus ob non residentiam perueniatur, qua concurrere debent, dec. 364
A quo Puniendus clericus committens crimen læsa Maiestatis, dec. 365
De Pœna seu pracepto de non conuersando cum muliere inhonesta, decis. 366
An duplex Pœna exigi possit, decisio. 367
Pœna clerici non deferentis habitum & tonsuram, decis. 368.
Qua Pœna puniantur solicitantes mulieres in actu confeßionis, dec. 369
Qua Pœna puniantur Parochus impartiens benedictionem secundis nuptiis, decis. 370
Qua Pœna puniantur clerici, arma deferentes, decis. 371
Qua Pœna puniantur patroni non præsentantes in tempore ob defectum vnius diei, dec. 372
Qua Pœna puniantur frangentes carceres ad effectum fugiendi, non secuta fuga, decis. 373
Qua Pœna puniantur clerici blasphematores, decis. 374
Qua Pœna puniantur clerici negotiatores, decis. 375

Digitized by Google

Qua pœna puniatur Parochus cognoscēs carnaliter suam filiam spiritualem, dec.376
Qua Pœna puniantur clerici beneficiati, diuinum Officium omittentes, dec. 377
De Pœna infligenda laicis concubinariis decis.378
Qua Pœna puniatur retentus in domo sub fideiussione de non discedendo, si discessit, & die sequenti rediit, decis. 379
De Pœna Episcopi exercentis iurisdictionem in aliena diœcesi, decisio. 380
Per quem Puniatur offendens birruarios alterius Curiæ, dec.381
Quasi Possessio præsentandi an suffragetur post consilium, decis.153
Possessor beneficij decennalis an possit cogi ad ostendendum bullas sui beneficij, decis.397
Potestas Vicarij Capitularis quando expirat, decis.476
Qua Praxi vtendum in præstando assensu ab Episcopo super re ecclesiastica alienanda, dec.94
Praxis resignandi beneficia, decis. 389
Praxis Curiæ Archiepisc.Neapol. an rectè procedat, quod clericus ex initiis absque diffamatione torqueri possit, dec.585
An nouus Prælatus teneatur stare locationi factæ per prædecessorem infra triennium, dec.112
An si ex Prædiis ecclesiæ quolibet triennio fructus colliguntur, possunt vltra triennium locari, dec.115
Prælatio in alienatione rei emphyteoticæ cui competat, dec.134
An Prælatus possit remittere caducitatem emphyt.ecclesiæ absque censurarum incursu, dec.135
Præsentationes debere esse continuatas, an sit de forma, dec.147
Præsentationes continuatas esse probādas per scripturas authenticas, an sit pro forma, dec.148
Præsentatio quando dicatur sortita effectum, dec.151
Præsentatio quomodo sit facienda, dec. 156
An Præsentatio de clerico absente sustineatur, dec.158
Præsentato quod remedium competat, casu quo Ordinarius instituere renitet, dec.159
An Præsentatio & institutio contra formam fundationis sit nulla, decisio. 174
Præsentare an possit patronus, mortuo vno ex præsentatis lite pendente vel cedente, dec.176
Præsentari an possit suspensus ab ordine, dec.183
Inter Præsentatos quis præferatur, dec. 191
An Præsentatus ad Capellam debeat esse actu Sacerdos, decis.202
Præsentans inhabilem sub conditione impetrandi dispensationem, an priuetur pro ea vice facultate præsentandi, decisio.205
Præsentatio an reddatur nulla ex inualiditate institutionis, decis.207
An per Præsentationem vnius ex compatronis, præsentetur ius reliquorum, dec.209
An probatis extremis Præsentationibus, media præsumatur, dec.224
An Præsentatio simoniaca facta per vnum ex Patronis, noceat aliis, decis. 225
An præsentatus cui mouetur lis, possit aliquid soluere aduersario, vt à lite discedat, dec. 226
De Præsentia Parochi in matrimonio, dec.243
Præpositus ecclesiæ collegiatæ an præferatur Canonicis omnibus eiusdem ecclesiæ, ita vt non teneatur petere licentiam Canonico punctatore, decis. 583

Pretium

Pretium fuisse conuersum in vtilitatem ecclesiæ, quomodo probetur, decisio. 3.

Presbyter ministrans Sacramenta pro Parocho carcerato, consequitur emolumenta ipsius Parochi, & licita erit retentio eleemosynarum sibi factarum, dec. 718

Principalis an teneatur exhibere libros rationum eius procuratori, decisio. 688

Secunda species Probationis iurispatronatus.

An in Probatione iurispatronatus parua Vniuersitatis desideretur forma probandi, tradita à Concilio, decisio. 149

An Procurator Capituli excedendo fines mandati, operatur vt alienatio rei ecclesiæ ab eo facta, sit nulla, dec. 19

An Procurator alienans rem ecclesiæ, seruato assensu Apostolico, si tradiderit possessionem ante illius impetrationem, faciat dominum in censuras incidere, decis. 57

An possit constitui Procurator ad præsentandum, cum beneficium vacabit, decis. 182

Quanam Probationis species requiratur ad probandum impedimentum matrimonij, decis. 263

Professio an possit probari per testes, dec. 437

Professio an dicatur inualida, si deficiãt duodecim dies ante annum, quo elapso est facienda professio, decis. 656

Professio Fidei an in dubio præsumatur facta, decis. 681

Proprius Parochus qui dicatur, decis. 244

An Prouocatus qui percußit clericum, sit declarandus excommunicatus, dec. 466

Prouisiones Apostolicæ an mutent statum beneficij patronatus, dec. 204

Prouisio facta per Episcopum in mense Papæ, an sustineatur, dec. 560

Puella quando sit sequestranda, decis. 247

Puella, quæ ex solo metu reuerentiali patris ingressa fuit religionem, an faciat eundem patrem incidere in censuras, ex vi Concil. Trident. decis. 708

Puniri an possit quis de auxilio seu associatione, si prius non constat de principali delicto, qui dicitur præstitisse auxilium, decis. 679

Purgatio canonica quo casu practicatur in Curia Archiep. decis. 680

Q.

Qualitas hereditaria an sit necessaria, vt quis succedere poßit in iurepatr. dec. 211

Qualis cautio desideretur, vt vxor cogi poßit ad cohabitandum cum eius viro, decis. 254

Qualitas quod regularis extra claustra notoriè, & scandalosè deliquerit, an sit probanda, vt Episcopus obtineat in illum iurisdictionem virtute Cõc. Tridentini, dec. 650

Qua ætate quis sit capax pensionis, dec. 430

Qua ætate quis excommunicari poßit, dec. 457

In Qua ætate contrahatur irregularitas, decis. 526

Qua pœna puniatur regularis audiens confeßionem fidelium absque scientia & approbatione Curiæ Archiep. dec. 644

Quarta funeralis an debeatur, si moritur persona insignis, & post sepultum corpus, fiant exequiæ solennes in aliquo loco, decis. 670

Quarta Episcopalis quomodo hodie practicetur, dec. 694

Quæ requirantur, vt Vniuersitas iurispatr. acquirere poßit, decis. 196

Digitized by Google

Quæ requirantur, ut monitoria concedi possint, decis.267
Quæ poni debent in libello absolutionis à iuramento, decis.332
Quæ scientia requiratur in iis, quibus conferuntur beneficia, decis.390
An Qui non contradixit in termino edicti, sit postea audiendus, decisio. 162
Qui testimonium dixit vigore monitorij, an repeti debet in iudicio, decis. 279
An Quis dicatur periurus ad effectum denegandi absolutionem à iuramento per solam libelli oblationem, dec. 344
Quicquid per Sacr. Congregat. reperiatur sancitum in materia appellationis, dec.504
Quis teneatur producere acta, appellãs, an verò appellatus, decis.510
Quindennium à quo debeatur, decis. omiss.10.
Quot sunt casus directè, & reductiuè ad Tribunalem Sanctissimæ Inquisitionis, dec.671
Quomodo procedendum contra Canonicum simplicem carentem prabenda, si non residet, decis.omiss.11

R.

Rationes administrationis ecclesiarum, seu piorum locorum, an possit Episcopus pluries in anno exigere, decis.610
Regula de triennali an suffragetur in gratia surreptitia, dec. 640
Regularis deferens habitum suæ religionis coopertum habitu alterius religionis, an censeatur apostata, decis. 655
Regulari, lapso quinquennio, an concedatur in integrum restitutio ad proponendas causas nullitatis professionis, dec.657
An in Renocatione rei ecclesiæ, nulliter alienatæ, veniant fructus restituendi, decis.18
An res ecclesiæ alienata absque solennitatibus, possit præscribi, decis.32
An in Retrouenditione rei ecclesiæ, cum pacto de retrouendendo alienatæ, requiratur solennitas, decis.92
An Res ecclesiæ vltra triennium locari possit absque assensu Apostolico, decis. 113
An Res ecclesiæ solita locari ad modicũ tempus, si locetur ad longum tempus, vel vltra, à iure permissum, vitiatur in totum, dec.119
Cuius valoris esse debent Res, pro quibus monitoria concedenda petuntur, decis.276
An Reseruatio pensionis facta super beneficio nulliter collato, censeatur quoque nulla reseruatio, decis.432
Relegatus finito exilio an redire possit absque licentia Curiæ, decis.630
Renunciatio facta ante ingressum monasterij, non seruata forma Conc. Trid. an sustineatur, dec.651
Religiosus qui abiurauit de leui, an sit inhabilis ad Prioratus & alia officia suæ religionis, dec.676
Repertus cum instrumẽtis actis ad falsificandam monetam, an sit ad torturam indiciatus, dec. 682
Relegatus recedens ab insula ad effectũ visitandi matrem in vltimis constitutam, an censeatur fregisse relegationem, ita vt possit incusari pœna contra fideiussorem, dec. 697
Curia Archiepiscopalis, quæ non Relegat, extra prouinciam, an saltem id facere possit cum consensu Ordinarij, vbi sita est insula, dec.706
Religionem ingrediens non potest renunciare beneficium, nisi ante duos menses professionis, & de consensu superiorum, dec.724
Rector Ecclesiæ Maioris an præcedat Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, decis. omis.6.

Digitized by Google

Relatatio an probetur testibus, decis. omiss. 12

S.

AN Sacerdos, qui alias fuit prouisus de beneficiis simplicibus, si postea de nouo obtineat aliud beneficium à Summo Pontifice, cum clausula si prævio examine idoneum repereris, &c. debeat necessariò iterum examinari, dec. 700

Quæ Sæuitia sit necessaria, vt matrimonium separari possit, dec 235

Quæ scientia requiratur in ordinandis, dec. 311

Scriptura an requiratur in sententia excommunicationis, decis. 455

Semestre ad conferendum beneficium, an currat Episcopis à die quo currit patronus ad præsentandum, decision. 571

An à Sententia institutionis iurispatronat. possit appellari, decis 229

Sequestrum fieri nequit, nisi constet per instrumentum publicum de debito principali, decis. 722

Solus actus sepeliendi an facit ecclesiam curatam, dec 660

Solemnitates in alienatione facta à Summo Pontifice, an requirantur, decisio. 37

Solemnitates Sacri Concil. quando sint repetendæ in contractu matrimonij, decis. 246

Sortilega semel abiurata & fustigata, an sit torquenda, decis 673

Specificatio iurispatronatus in venditione Vniuersitatis an sit simonia, decisio. 154

Sponsalia de futuro contrahentes, an & quomodo per Curiam Archiep. cogantur ad perficiendum matrimonium, decisio. 231

an Sponsus de futuro, qui matrimonium contraxit cum alia, sit aliqua pœna puniendus, decis 233

an Sponsalia contracta inter prohibitos de iure contrahere sub ea conditione, si Pontifex dispensauerit, adueniente dispensatione, sit necessarius consensus, deci. 248

Stylus Curiæ quomodo probandus, decisio. 678

Subornatio in testibus quomodo probetur, decis 445

Successor in beneficio an teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessoris, decis. 435

an Supplicatio si in euidentem expiret per obitum concedentis ante præsentationem decis 20

Suspicio non leuis est contra eum, qui se opponit monitorio, ne publicetur, decision. 294

an quoad ordinum Susceptionem possit quis pluribus in locis domicilium habere, dec. 305

Suspensio à Pontificalibus quid importet, dec 467

an Suspensus ab ingressu ecclesiæ, extra eam celebrans, contrahat irregularitatem, decis 468

an Suspensus ad tempus illo elapso cesset absque vlla alia iudicis declaratione, decis. 469

De casibus in quibus Episcopi incurrunt Suspensionem, decis. 470

De casibus in quibus reliqui præter Episcopos contrahunt Suspensionem, decis. 471

Notabilia quædam in materia Suspensionis.

Suspicio hæresis oriens ex retentione librorum hæreticalium, an procedat in hæredibus, qui non perquisierunt omnes angulos domus defuncti, penes quem erant scripturæ suspectæ, dec. 675

T.

TEmpus præsentandi à quo die currat, decis. 172

Dixi à Tempore immemorabili.
an Tempus triennalis familiaritatis ad effectum suscipiendi ordines ab Episcopo non suo, deberet esse continuus, decisio. 309
Huiusmodi triennium à quo Tempore numerandum, decis.310
an si Tempore, quo debet fieri prouisio per concursum, non adsint Examinatores synodales, possit Episcopus deputare nouos Examinatores, decisio. 418
De Tempore, quo Canonicus abesse possit à Cathedrali, decis.501
De Tempore, quo Parochus abesse potest à parochiali, dec.502
Tempus carceris post sententiam, an computetur in tempus exilij, decision. 628
Tempus quinquennij an currat regulari minori, decis.658
Tertiarij S.Francisci an gaudeant priuilegio canonis si quis suadente diabolo, decis. 653
Testes renunciantes eorum commodo, an probent in causa propria, decis. 438
Testis deponens vltra articulum, an probet, decis.439
Tertium ad instantiam fisci receptorum, repetitio cuius sumptibus fieri debet, dec. 441
Quando Testis torqueri possit, decisio. 442
Testes iurati in termino an possint per triennium examinari, dec.443
an Testium confrontatio habet vim repetitionis, dec.444
Testis in iudicio ex interuallo si contraria deposuerit, cuinam dicto sit standum, priori vel posteriori, decisio. 446
Testes laici an compellantur censuris à iudice ecclesiastico ad deponendum coram eo, decis.447
an Testes deponentes se vidisse per foramen portæ commiscere carnaliter vnum post alium, dicantur singulares, decisio. 450
Testis vnicus vt faciat initium ad torturam, an debeat esse omni exceptione maior, decis.626
Testes in causa matrimoniali an post publicationem produci possint, decisio. 627
Testamentum filij familias ad pias causas, an valeat si conficiatur coram patre, & de eius expresso consensu non appareat, decis 668
Si Testator legauerit certum numerum Missarum qualibet hebdomada, & quod eius hæredes teneantur soluere eleemosynam conuenientem, an intelligatur de eleemosyna congrua tempore testamenti, an tempore celebrationis Missarum, decis 721
Testes socij criminis an in causa hæresis conuincant, decis 677
Tex.in c.is qui, de sponsal. an procedat post Conc.Trid decis 234
Ad Tex. in c cùm nullus de temp ord in 6. locum sibi vendicet in beneficio tenui, decis.301
Text. in cap. licet de sepulturis in 6 an locum habeat in filiafamilias testante ad pias causas de eius antefata, decisio. 669
Tex.in c ad Apostolicam de regularibus, an sit correctus per Conc.Tridentinum, dec. omiss.1.
Text. in l.emptor C. locati, an locum habeat in clerico conductore, decisio. omiss.3.
Theologus cui causa delegatur, an possit iudicare absque assessore, decision. 619
De Titulo ordinandorum, dec 312
an Tortura possit dari in pœnam, decisio. 363
an in Transactione rei ecclesiæ assensus Apostolicus requiratur, decis.46
Trina monitio ad effectum vt clericus non incedens in habitu & tonsura, amittat priuilegium clericale, an hodie

sit ne-t

Digitized by Google

sit necessaria ex vi concilij Trident. decis. 606

V.

Vicarius Capitularis an eandem habeat iurisdictionem, quam Vicarius Episcopi, dec 472
De modo eligendi Vicarium à Capitulo, decisio. 473
An necesse sit Capitulo sede vacante constituere Vicarium, dec 474
Vicarius Ca ituli sede vacante an praecedat Canonicos, dec. 475
Vicarius Capituli an possit substituere Vicarium, dec 477
Capitulum substituens secundum Vicarium, an censeatur primum reuocare, dec. 478
an per mortem Vicarij Capitularis substituentis expiret potestas Vicarij substituti, decis. 479
Vicarius Capitularis substituens, an teneatur de facto substituti, dec 480
Vicarius Capitularis an teneatur dare syndicatum, dec. 481
Vicarius Capitularis an possit ad libitum eiusdem Capituli reuocare, dec. 482
Vicarius Capitularis an possit reconciliare publicè poenitentes, dec. 483
Notabilia in materia Vicarij constituti à Capitulo sede vacante.
Vicarij foranei an praecedant Praepositos Ecclesiarum collegiatarum, dec 577
Vicarius Episcopi an praecedat Gubernatorem, vulgo Capitanium, in functionibus Ecclesiasticis, dec. 578
Vicarius praesidente Episcopo in Synodo dioecesana, an praecedere debeat Capitulum, dec 582
In causa delegata Vicario an possit procedi per Episcopum, dec 617
an Constitutio Pij V. habeat locum quando resignatio beneficij sit ad effectum illum vniendi Fabricae, decisio. 484
Vnio quando dicatur sortita effectum, dec. 485
Vnio de beneficio patronatus an fieri possit absque consensu patroni, dec 486
Consensus Capituli an requiratur in Vnione facienda, dec. 487
Vnio an fieri possit per Episcopum Capitulo suae Ecclesiae Cathedralis, dec. 488
Vnio facta Seminario, vt valeat, quae requirantur, dec 489
an citatio Rectoris sit necessaria in Vnione facienda, dec. 491
Quae beneficia Vniri possint per Episcopum virtute Concil Trid. dec. 492
De Vulnere sibi illato quando quis mortuus praesumatur, decis. 702.

Vicarius foraneus non facit idc ... 273

Finis Indicis Decisionum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Censura Decisionum.

DEcis.58.non seruatur in praxi in Romana Curia.

Decis.48.dele Annam sing.

Corrige decis.76. quia in praxi seruatur contrarium, cum in permutatione quoque requiratur assensus.

In decis.86.addatur verbum forte, vt in fine dicatur cogitandum.

In decis.103. corrigendus tex.in c.1. de rerum permutat. quia non loquitur de bonis, sed de beneficiis Ecclesiasticis.

In praxi de iurepatronatus in dec.4.non procedit in patronis, qui non ex vsurpatione.

Ibidem in dec.14.de iurepatr. quod duæ præsentationes sufficiunt in Curia Archiep.dele.

In dec.157. dele limitationem secundam, dum dicit, laicum de proximo clericando posse permutari ad beneficium, quia contrarium seruatur.

In dec.227.dele illa verba, vel est.

In notabilibus post decis.230.ibi, vbi legitur Cappellæ fundatæ, lege Cappellaniæ fundatæ.

In dec.261.de matrim.est opinio Authoris.

Et dec.Guid Pap.est in ordine 187.vbi legitur patroni laici, adde; ex dispensatione.

In dec.322.dele verbum impunè resistit.

In dec.344.dele Index Ecclesiasticus.

In dec.348. in fine dele est notandum præsertim, quod tentans de vitio nefando, possit impunè interfici à tentato.

In notabilibus dele verbum & possunt concedi represaliæ.

In dec.350. corrige verbum ponitur, & lege verbum moritur: & rursus corrige verbum arbitrauimus, & lege arbitratus sum.

In decisio.362.dele dimidium, & lege per vnum.

In dec.369.num.2.in verb ad puniendum, addas verbum forte creditur.

In dec.371.circa arma vide Synodum Prouincialem huius ciuitatis, & idem in dec.359

In dec.372.corrige sex menses, & dicas Ordinarium posse prorogare tempus præsentationis.

In decis.374.in fine dele verbum limita tandem.

In dec.403.dele Nauarrum.

In dec.421.adde de Vicarijs non perpetuis debere intelligi.

In dec.427.aduerte fundari illam ex Synodo Prouinciali, vbi idest decis.483. dele omnes limitationes.

In dec.505 in fine addatur de veritate me remitto.

Aduerte quod declarationes Sac.Congreg. in notabilibus dec.502. reperiuntur, & extant apud Galetum in libello, quod inscribitur marg.cas consc verb Canonicus.

Materia dec.528 fuit incidenter discussa in Curia Archiepiscopali, verum non fuit decisa.

In dec.576.corrige de expensis ludorum, & lege de expensis publicis.

In dec.592.non fundatur ex cap Regni, sed fuit allegatus gratia vberioris doctrinæ.

In decis 587.adde in fine, sed fuit declaratus irregularis propter homicidium.

In decis 610 vbi dicit decisionem, lege conclusionem.

In decis.414.addatur Ordinarius.

In dec 624.aduertendum fuisse rescriptum à Sac Cong.Archiepisc.Neap. quid agendum.

In dec.638.dele permissum est.

In dec.646.in tit.dele excommunicationem, & lege suspensionem.

In dec.

In dec.648.corrige Comitulum,quia contrarium tenet,scilicet, vt sub illa prohibitione contineantur etiam minores infantes.

In dec.671.aduerte apostatas à Religione non includere apostasias à Fide: insuper nonnulli sunt casus in eadem dec.congesti, qui non ad Inquisitores sed ad Ordinarium spectant,præsertim inuocantes tacitè dæmones, vt est videre apud Doctores allegatos per Authorem, & quoad Alchimistas vide Peguam in loco iam citato.

In decis.599.ibi suspecti de hæresi, aduerte non omnia prædicta suspectum facere de heresi,& ideo cautè intelligas.

In decisio.677.non est decisio Archiep.sed Authoris opinio.

In decisio.694.deleatur ibi,hodie verò,&c.

In dec.709.est opinio Authoris.

In decisio.726.non procedit contra Episcopum,sed contra impetrantem.

In dec.730.adde non fuit decisum.

In dec.746.adde non requiritur in propriis Ecclesiis.

In decisio.749.debet aduerti,quod extat contra ipsam Synod.Prouincialis.

In decisio.751.adde ibi, etiam exemptis in certis casibus.

Decis.omissæ,decis.5.ibi,ipso instante,adde,ex quo erat impeditus.

Decis.omissæ 8. dicatur, quod est opinio Authoris, & quod possunt excommunicari frangentes fores Ecclesiæ.

Praxis rerum fori Ecclesiastici,& variæ decisiones, &c. liber compositus per doctissimum, & nobilissimum Patritium Neap. D. Aloysium Riccium, Canonicum Maioris Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis, cum præcedenti censura imprimi potest, ac promulgari pro Lectorum eruditione, si placet Admodum Illustri, & Reuerendiss. D. Vicario, cum nihil contra Fidem, vel mores contineat. Neapol. die 19. mensis Aprilis 1617.

Curtius Palumbus Canonicus Neap.

Ioannes Longus Canonicus, & Curiæ Archiep. Neap. Theologus Dep. vidit.

Cum prædicta censura imprimi,& publicari poterit, quia sic conceditur.

Alex.Bosch.Vic.Gen.Neap.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google